BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
D
9
NAPOLI

VI-7

Digitized by Google

Digitized by Google

IVLII CÆSARIS BVLENGERI LODVNENSIS

DOCTORIS THEOLOGI,
ET IN ACADEMIA
Piſana Profeſſoris,

HISTORIARVM SVI TEMPORIS
Libri Tredecim:

Quibus res toto orbe geſtæ ab anno milleſimo quingenteſimo
ſexageſimo, ad annum vſque ſexcenteſimum
duodecimum continentur.

AD COSMVM II. SERENISSIMVM
magnum Hetruriæ Ducem IIII.

CVM INDICIBVS NECESSARIIS.

LVGDVNI,
Sumptibus Authoris.

M. DC. XIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

COSMO SECVNDO
SERENISSIMO
MAGNO HETRVRIÆ DVCI QVARTO,

J. C. BVLENGERVS S. P. D.

DIV multumq́; cogitando animi anceps fui, Sereniſſime Princeps, iucundiórne, ac fructioſior veteris, an recentioris hiſtorię lectio eſſet: iucunditati eſſe ipſum ſcribendi genus per ſe latum, ac elegans, rerum varietas, & magnitudo videbatur, vtilitati ea quę ad res domi, belliq́; ſapienter gerendas plurimùm commodarent. Ipſa ſcriptio quà terſa eſt, & nitida, ſi ſpectatur, plus è Saluſtio, Cęſare, & reliquis veteris, quàm è recentioris hiſtorię ſcriptoribus voluptatis futurum eſt. Illi enim vernaculâ lingua, quam pueri imbiberant, & cum ipſo penè matris lacte ſuxerant, ſcribebant; nos peregrina ſcribimus, quam à libris, mortuis doctoribus mutuamur. Si rerum varietas animum reficit ac recreat, quinquaginta nouiſſimis noſtri ſęculi annis, de quibus ago, maior rerum varietas, quam totis ſeptingentis, de quibus Liuius ſcribit annis, ſpectabitur. Si verò magnitudo rerum ad partes venit, inde religio ac Chriſti fides, qua nihil maius aut dignius eſt, occurret, quę in India vtraque, & nouo orbe propagata, in Europa, & Aſia labefactata eſt. Inde Turci infinita imperij libido, in Hungariam, Tranſſyluaniam, Perſidem incurſus, maximę terra mariq́; clades in oculos incurrent, in quibus triremium tuarum, Sereniſſime Princeps, quibus nihil Turco formidabilius eſt, mentio frequens. Jam verò ſi fructus inſpicitur, longè vberior ex hodiernę hiſtorię, quàm ex veteris lectione, ſiue res bellicę, ſiue ciuiles aguntur, exiſtet. Vt enim de bello primùm agam, quanquam belli gerendi leges eędem quę olim, hodie ſunt, vt in conſultando mora, in conſiciendo celeritas, qualis fuit in Cęſare, quęratur, nihil temere, omnia conſideratè agantur, victorię quando parta eſt inſiſtas, occaſione ſi naſcitur vtaris, cladi vel occurras, vel acceptam citò ſarcias, quem fugit noſtro

Digitized by Google

ſæculo nouum armorum genus, nouam belli gerendi rationem imperaſſe? Hodie tormentorum fulminibus, cuniculis, & crepitaculis ferreis cubitalibus nihil imperuium eſt. Veterum arietes, elepoles, turres, catapultæ ſi qua hodie reperirentur, non nauci eſſent. Rerum autem ciuilium adminiſtratio, quanquam iiſdem prudentiæ legibus, quibus olim in imperio Romano, decurrit, tam varia tamen hodie morum, inſtitutorum, regnorum, Rerumpublicarum, ciuitatum diſciplina eſt, vt niſi à Principe omnis illa varietas teneatur, vix ei res, rationesq́ ex ſententia procedere poßint. Diſces ex Tacito, Principi ſimulandum, diſsimulandum; aduerſarios ſi qui occulti ſint cuniculis euertendos, blandicijs incaſſes illiciendos, apertis interdum, ſæpius occultis artibus tentandos. Hæc in genere politicæ doctrinæ documenta ſunt, quæ ex Tacito, & alijs pleriſque diſces. Ex hodierna hiſtoria cognoſces Hiſpanum moratorem, & perſeuerantem eſſe, nihil dari tam validum, quod mora, & perſeuerantia non debilitet, aut frangat. Turcam conſilijs ſubitum, & agendi properum, vim potiùs quàm conſilium experiri, in dominatu proferendo perſeuerantem, nihil apud eum fidei, nihil iuſtitiæ, dum malam animi libidinem expleat, & imperium propaget. Hiſpanus fidei Catholicæ pietatem in omnibus obtendit, nihil in ſpeciem, niſi quod à conſilio conſcientiæ dictatum fuerit, inſtituit; vbique Doctores Theologi gerenda præſcribunt, qui honeſtus color ciuitatibus, prouincijs ac regnis inſiliendis quæſitus. Gallus moræ impatiens eſt, ſæpe inconſultus, niſi ſeniorum conſilio regi ſe ſinat, & vt eſt præceps ac temerarius crebrò non ſinit, imperio, & formidine altior. Vnus fuit Henricus IIII. Chriſtianiſsimus Galliæ Rex, qui auctoritate, prudentia, inuicto animi robore mobiles animos quocunque flecteret, ac regeret. Romæ pleraque ſancta, nihil niſi ex pietatis lege decernitur, ſed ad res gerendas ſcripto valent, lingua factioſi ſunt, manu inexercitati, & inficientes, reuerẽtia, & obſeruantia quæ ſummo Chriſti Vicario, & ſacro Purpuratorum patrum conſilio exhibetur, atque ipſum adeò Petri nomen, ſupra vim armorum eſt. Quid alios nuperæ ac nouitiæ hiſtoriæ fructus perſequar, quos tibi, Sereniſsime Princeps, non tantùm lectione, & auditione, verùm & vſu, ac rerum tractatione notiſsimos eſſe pro certo teneo? Nuſquam gentium in toto orbe vegetiora ingenia, quàm Florentiæ reperiuntur. Nuſquam Florentiæ, maiora, altiora, & æqui, boniq́ ſtudioſiora, quàm in gente Medicea reperta ſunt. Recognoſces in decurſu hiſtoriæ huius, quo loco non ego tantùm, ſed vniuerſus prope terrarum orbis Ferdinandum Magnum Sereniſsimum patrem tuum virum incomparabilem habuerit, quo noſtro ſæculo neminem ad terrarum imperium felicius natum eſſe mihi perſuadeo. Tu verò filius eius tanto patre dignus, fidei Catholicæ in paucis tenax, æqui & iuſti cultor, pacis amans, literarum vita, & ſpiritus, Hetruriam tuam inter Jtaliæ & Europæ incendia ita regis, vt à belli, & armorum iniuria tuta ſit: felices, te Principe,

Hetruſ

Hetruſci, ſi ſua bona norint. Quod otium, vt illis diutiſſimè ſoſpes ac incolumis cum vniuerſa domo tua conſerues Dei virtute fore augurantur. Interim hoc quicquid eſt hiſtoriæ noſtri temporis tibi do dico, in qua id ſedulo egi, vt ſine affectu, aut gratia, vel odio, quæ prima hiſtoriæ lex eſt, vera ſcriberem: deinde quæ ex virtute, vel malo ambitu, & libidine Principum geſta ſunt, ea poſteris documento notarem, quæ res offenſioni, aut inuidiæ fortè mihi futura eſt, tum vt res in pauca coniycerem, & panegyricis orationibus abſtinerem, quibus plærique noſtri ſæculi non hiſtorici, ſed panegyriſtæ, libros ſuos inferciunt, in quos illud Catulli bellè conuenit,

Annales Voluſi, cacata charta,

Pleni ruris, & inficetiarum.

Video quoſdam de induſtria orationes quaſi ab alijs habitas hiſtoriys ſuis intexere, quibus illuſtriſſimas Principum familias ignominiæ labe notent, alias per ſe obſcuras honeſtis, quæſitisq; titulis exornent, nonnullos in ſcribendo ſuum animi ſenſum, non eorum à quibus res geſtæ ſunt exponere, omnes penè dum minutiſſima quæque conſectantur, vt nihil ſibi occultum in conſilijs Regum, ac Principum fuiſſe oſtendant, adeò prolixos eſſe, vt legentibus nauſeam pariant, & eorum otio impudenter abutantur. Si Tacitus, Liuius, & Dio eam in minutiſſimis rebus diligentiam adhibuiſſent, cùm res longè omnium maximi Imperij componerent, tot voluminibus percurrendis; non dicam expendendis, nulla hominum vita ſatis eſſet. Multa ſunt quæ ſilentio damnari oportet, ne exemplo noceant, plæraque indigna ſunt, quæ in literas mittantur. Mihi certè præcipuum id ſtudium fuit, vt Catholicæ fidei dignitati, qua homini bonæ mentis nihil antiquius eſſe debet, tum verò vt legentium vtilitati conſulerem, quem maximè finem, qui hiſtorias ſcribunt, intueri debent. Eum finem ſi vel in parte conſequutus ſum, non omnino malè hiſtorici munere me defunctum arbitror. Hos igitur annalium libros quibus res noſtro ſæculo geſtæ per annos ferè digeruntur, tibi Sereniſſime Princeps, inſcribo, vt tanti nominis auſpicijs benignè accipiantur, & quod ſperare libet, integri ad poſteros perueniant, in quibus ſi quis nimium Catholicæ & Apoſtolicæ fidei ſtudium meum damnauerit, ſic habeat velim, in eam me partem ita pronum eſſe, vt tamen ſi quid vel à ſectarijs, vel à Perſis, vel à Turcis ex virtute geſtum ſit, illud ſine fuco, & fallacijs narrem, & præclarè factis, à quibuſcunque tandem prodierint, ſuum laudis teſtimonium exhibeam. Si quæ ab Orthodoxis, & Catholicis grauiùs peccata ſint, ea non diſſimulem, vt ſua flagitio, & probro ignominia prompta ſit. Vale, Sereniſſime Princeps. Lugduni Galliæ, Anno M. DC. XVII.

DE SEX GLOBIS AVREI CLYPEI ORBE

incluſis, qui Coſmi II. Sereniſſimi Magni Hetruriæ Ducis inſignibus argumentum præbent,

EPIGRAMMA.

QVI fuerat quondam Fortuna mobilis orbis,
Non tulit incertas longius ire vias:
Sed Medices gentis fuluo ſe vinxit in auro,
Inconſtans aliò ne malè flectat iter.

ALTERVM.

Hæ Sphæræ rutili quas cernis in æquore circi,
Sidereis numero proxima turba globis,
Stant, nec agunt curſus, lentoq́ ligantur in auro,
Ut manſura tuis aurea ſæcla notent.
Talia venturis curretis tempora ſæclis,
Cùm nouus extincto crimine mundus erit.
Sidera conſiſtent, non Sol, non Luna recurret
Falciferiq́ fluent aurea ſæcla ſenis.
Macte animi, Dux magne, tuis inſignibus inſunt
Conſcia venturæ ſymbola lætitiæ.

Sereniſſimæ Celſitudini tuæ mancipio & nexu addictus,

Julius Cæſar Bulengerus.

IN

IN HISTORIAS IVLII CÆSARIS BVLENGERI VIRI CLARISSIMI,

EPIGRAMMA.

GRÆCIA Thucydide, te iactat Roma Saluſti,
Et Tacitum laudi vult ſociare tuæ,
Quod breuitas vobis, & veri conſcia ſcripta,
Supra alios certæ dant decus hiſtoriæ.
Gallia te, Iuli, doctis præponit Athenis,
Ipſaq́; præcipuum fert tibi Roma decus.

Ioannes Guerinus Calaber.

IVLIO CÆSARI BVLENGERO V. CLARISSIMO DE ſuis Hiſtoriis,

EPIGRAMMA.

DEMIROR in te multa, Iuli, cùm tua
Percurro ſcripta, ſeu ſitu ex turpi eruis
Res noctis altæ conditas caligine,
Seu facta vbique ſæculo noſtro edita,
Et magna regum digeris certamina,
Chartis in annos poſteros viuacibus.
Capit ante cuncta me tui ſtyli nitor,
Terſúſque ſermo, quem ſuum Saluſtius,
Tacitúſque dici non ſine ambitu velint,
Sententiarum ſplendor, & facilis capi
Contextus, vt nil lucis abſcondat iubar.
Aſtrictus ille dictionis aureæ
Curſus, breuíſque, cui nihil adiungi poteſt,
Nihílque demi, ſic legentium rapit,
Mulcétque mentes, melle verborum illitas,
Vt expedire ſe tuis Sirenibus
Poteſſe, totum ni legant librum, negent.

Petrus Lætus Lodunenſis.

APPROBATIO.

EGO *Joannes Floreſtanus Seraud Preſbyter, ſacræ Theologiæ Doctor, Cuſtos Eccleſiæ ſanctæ Crucis in Eccleſia Lugd. Rhodanica, Ararica Gallica vidi, legi, prælegi, perlegi, euolui, examinaui* Iulij Cæſaris Bulengeri Lodun. omnes ac ſingulos Hiſtoriarum ſui temporis libros xiij*: atque eos (vt opus concinnum, elaboratum, arduum, bonum, fidei orthodoxæ, Catholicæ, Apoſtolicæ, & Romanæ conſonum, Regi Chriſtianiſſimo acceptum, Comitijs gratum, Vniuerſo iocundum, vtile, neceſſarium) approbatos dimiſi, miſi, remiſi. Lugd. VII. Cal. Iulij. Anno à partu Virg. M. DC. XIX.*

Ioan. Floreſtanus Seraud.

IVLII

Digitized by Google

IVLII CÆSARIS BVLENGERI LODVN. HISTORIARVM SVI TEMPORIS,

LIBER PRIMVS.

A AD ſcribendam hiſtoriam aggredior, opus arduum, in quo veterum
pauci, recentiorum pauciores operam ſuam probarunt. Ipſe meam
probaturus ſim, necne, haud vtique præſtare auſim, ita meæ medio-
critatis mihi conſcius ſum, niſi ſi quis animum veri amantem, à ſtudio
partium alienum, probandum putet. Scribam ea quæ vidi; quæ ſi non
vidi, de vitis grauibus, quorum fides auctoritatem non defugiat, didi-
ci. De quibus ſcripſere & alij, ſed tanto partium ſtudio, vt præcipites in
odium ruant, & ſibi ac ſectæ, non rerum fidei ſcribant, de lege hiſtoriæ parum ſolliciti, dum
prauam animi libidinem expleant, multa recenti odio compoſita, pleraque ficta, aut in ma-
ius aucta inuidioſè narrant. Mihi certè conſilium eſt, ſine ira & odio, à quibus animus liber
eſt, motuum toto orbe cauſas, initia, gradus ab Henrici II. exceſſu, ad Henrici IV. obitum ſi-
B ne fuco ac fallaciis deducere, & ex rerum fide integrè omnia ſcribere.

Auctoris ſcopus.

Inter initia coëuntis cum regibus Franciæ & Hiſpaniæ Henrico & Philippo amicitiæ in
aula Regis Galliæ duæ procerum factiones inter ſe aduerſæ erant, Borboniorum, & Guiſio-
rum: illi regiæ ſtirpis origine, hi Regis affinitate, & gratia clari, vtrique tam flagrantibus
odiis, vt dum aduerſos loco mouerent, quiduis facere, & pati, quocunque præſidio niti,
quoduis ſectæ genus ambire nõ refugerent. Borbonij gratia Regis impares, genere ſuperio-
res, ſectæ naſcentis opibus ſe muniunt, & religionis nomen obtentui habent: omnes enim
qui malo ambitu graſſantur, honeſtis nominibus priuatas ſpes agitant, cæterorum incurioſi.
Vagabantur id temporis in Gallia obſcuri homines, & nocturnas coitiones per domos ha-
bebant, qui pietatis ſpecie, noua & ante inaudita docebant, Romanæ Curiæ opes in odium
trahebant; ieiunia, cultum ſanctorum, cœlibatum, altaria inſectabantur, pſalmos in operto
C mulierculis decantabant.

Duæ procerũ factiones malorũ cauſa.

Borboniorũ & Guiſiorũ diſſidium.

Honeſtis nominib. ſe muniũt, qui malo ambitu graſſantur.

Huic morbo magnam acceſſionem, quaſi cumulum attulerat Henrici II. in Germaniam
expeditio, Catholicæ in Gallia fidei exitialis. Nobilitas enim euntem in armis ſequuta licen-
tia nouæ ſectæ illecta, cùm animaduerteret carnium vſum quouis tempore liberum fieri,
quadrageſimam, & alios ieiuniorum dies inſuper haberi, confeſſionis neceſſitatem abrogari,
nihil bonis operibus, omnia fidei in Chriſtum adſcribi, quæ ſola per ſe hominibus Deum
concilie, & ſalutem, vitamque adferat, homines rerum ſacrarum rudes, eas opiniones vltro
imbiberunt, & Lutheri ſectam exſecuti ſunt. In primis Cardinalis Caſtilionæus Colinij ma-
ris præfecti (Admiralem vocant) frater, cuius auctoritate pernicialis illa contagio, vt in ple-
beiorum, ita & in aulicorum ac nobilium animos quaſi peſtilenti ſydere afflatos tam blanda
ſpecie irrepſit, vt è Regij ſanguinis Principibus aliqui ea peſte tentarentur, cui latiùs in dies
D gliſcenti, Catharina Medices, prudentiſſima fœmina, Henrici II. vxor, dum mederi cupit,
& pupillis ſuis regni hæredibus, quorum capita ſpecie religionis peti ſciebat, conſulit tem-
pori cedendum, & aliquid in hac rerum inclinatione de ſeueritate remittendum putauit.

Expeditio Henrici II. in Germaniã Catholicæ fidei exitialis.

Quod niſi Deus hanc mentem Franciſco Guiſio iniceiſſet, vt re bene geſta Luteriam
reuerſus peſti contagio ſerpenti obuiam iret, in Gallia fides Catholica in extremo ſita erat.

Franciſcus Guiſius ſectariis aduerſatur.

Is Cardinalis Caſtilionæi conſilia fregit, obſcuros homines,qui ſpecie pietatis hæreſeôn fa- A
cem Pariſiis ventilabant, compeſcuit, & Catholicæ fidei ſtudioſos ad peſtem illam reſtin-

Côciliabula ſectariorum deprehenſa.

guendam incendit. Anno igitur 1559. Lutetiæ Nonis Septembr.ipſo diluculo via Iacobæa
in ædibus priuati hominis è regione Collegij Pleſſiaci comprehenſi Lutherani vtriuſque ſe-
xus plus minus 120. qui de nocte illuc ad occultas ſuas conſultationes, & preces confluxe-
rant,è quibus plerique igne cremati. Nec lues illa Lutetiæ modò ſæuiebat, verùm & in ple-
riſque aliis Galliæ oppidis fœdiſſimè graſſabatur. Pater meus Petrus Bulengerus Loduni in
Pictonibus vxorem duxerat,quam vt ab hac lue auerteret,Inſtitutiones Chriſtianas eodem
anno Latinè & Gallicè magna bonorum omnium approbatione ſcripſerat. Hic liber Par-
tiariorum animos,qui hoc veneno contacti erant in auctorem adeò incendit,vt aliquot per-
cuſſores monachorum habitu ſemel atque iterum cum ferro & ſclopetis in ædes eius immi-
ſerint,qui eum nefariè contrucidarent: quare plures dies publico carere,& amicorum præ- B
ſidio ſepiri coactus eſt,nec in tuto eſſe ante potuit,quàm vocatu Ducis Monpenſerij,Princi-
pis è regio ſanguine longè optimi,Campiniacum caſtrum cum vniuerſa familia concederet.
Eius verba de ſecta Lutherana in epiſtola ad Franciſcum II.Galliæ Regem referre libet, vt
qualis eius ſcriptio fuerit æqui iudices æſtiment. Ex HAC, inquit, *colluuione miſeri illi,licen-
tioſiq́ homunciones emerſerunt, qui literas ſacras aſpernantur, diuinam prouidentiam tollunt, & ab-
rogant,præmiaq́ & pœnas in altera vita propoſitas rident,ludificantur,cachinnant, vt liberè magis ſe de-
dant libidinibus, & voluptatum quaſi miniſtros praeant, vſque adeò fœliciter mendacium moleſcit, vbi
vel leuiſſimè radices egerit. Illis per me licet pro ſceleſto more, ſuos impertiant & oppleant libellos diris
ſcommatibus,& maledictis omnibus,&c.*

Ea igitur tabes veri prætextu in partes pleroſque traxerat,è plebe & Senatu, quibus lite-
ræ ſacræ ignotæ, mens bona, ſed ſimplex & decipi facilis. Quæ nouitas ne longiùs ſerpe- C
ret, id temporis quo pacem cum Philippo Hiſpaniæ Rege Henricus II. Rex Chriſtianiſſi-
mus Eliſabethæ filiæ nuptiis ſanciebat, actum eſt Pariſiis in Senatu de Conciliabulis iſtis,
& eorum auctoribus coërcendis. Ægidius Magiſter Senatus Princeps in eos capite ani-

Senatus cônocato vt de conciliabulis agatur.

maduertendum cenſebat: quadringentos Albigeos Philippi Auguſti iuſſu vna & eadem
die crematos, Valdenſes domi & in ſpeluncis in quas ſe abdiderant fumo extinctos eſſe
oſtendebat. Ægidius Burdinus cognitor regius (Procuratorem vocant) ſubiungebat, Ma-
nichæos Iuſtiniani lege capite multatos, damnato Neſtorio notam nomini eius, & grega-
lium inuſtam. Tertullianum docuiſſe ad officium hæreticos impellendos, non illiciendos,
duritiam vincendam,hæreſim diſſuadendam; Auguſtinum cenſuiſſe, & qui freneticum li-
gat,& qui lethargicum excitat ambos amare,ambobus moleſtum eſſe, non conſiderandum
quod quiſque cogitur, ſed quo cogitur, verùm bonum vel malum, non quia quiſque bo- D
nus eſſe poſſit inultus, ſed timore ſtudium partium infringi. Santandreanus Præſes nouas
religiones ex omni memoria prohibitas defendebat, pacis intereſſe veterem & receptum
Dei cultum non moueri, eos qui Deo fidem fregerint, in fide Regis minimè certos fore.
Nihil in Regno procliuius eſſe ad turbas, quàm ſi variis de religione opinionibus animi ia-
ctentur. Quicunque Remp.agitant eos facilè pietatem obtendere,boniſque nominibus pro
ſua quemque potentia certare, principiis obſtandum, ſerò medicinam parari,cùm morbus
diuturna mora inualuit.

Nihil procliuius ad turbas in regnis, quã varia de religione opiniones.

Annas Burgus in Senatu opinatur.

Contrà Annas Burgus, in vitia ſæuiendum aiebat, quæ in publicum exemplo peccant:
non in opiniones, quæ in animo latent; fidem imperari non poſſe, perſuaderi poſſe; Apo-
ſtolos non ferro & igne graſſatos, vt Eccleſiam propagarent. Cum eo Ludouicus Faber,
Paulus Foxius, Antonius Fumæus, Euſtochius Porta ſentiebant, viri magnæ in Senatu di- E
gnationis. His cognitis Rex poſtquam ij qui in Conſilio aderant inter ſe verbis velitati abũ-
dè ſunt, iubet Annam Burgum, & Ludouicum Fabrum in carcerem trahi. Prehenſi do-
mi Paulus Foxins, Antonius Fumæus, & Euſtochius Porta. Poſtridie iterum coacto Sena-
tu mandatu Regis de Iacobi Spiphamæ Niuernenſis Epiſcopi ſacrilegio quæſitum, qui du-
cta vxore contra ſacros canones, eiurata Catholica fide Geneuam perſugerat. Hominem
ſimplicem fuiſſe aiunt, literatum rudem,modicis natalibus,qui ſpecie veri geſtiente natura
voluptatis illecebris vxori ſeruire, quàm Deo & caſtitati maluerit. Vbi tamen Geneuæ in
eodem ludo cum factionis principibus eruditus eſt, ignotus Niuernum redire auſus alios
trahere in partes, aliis cædem moliri non deſtitit, quod Niuerni de oculatis teſtibus didici:
imò per vniuerſam Galliam Concilij Geneuenſis machinatione & decreto omnes qui fidei
Catholicæ tenaciores habebantur ad cædem deſignati erant, quòd ſine cæde homines ſuæ F
ſectæ obnoxios habere ſe poſſe deſperarent. Inter hæc miniſtri nouæ ſectæ duces, cùm de
ſuo capite quæri ſcirent, tantum in ſuis partibus fiduciæ habuere, vt in ſuburbium Sancti
Germani

A Germani Lutetiæ conuenire auderent, qui locus ſectariorum frequentia infamis habebatur. Conciliabuli magiſter fuit, (Miniſtrum appellant) Franciſcus Morellus, vir dicendi artifex, qui vt multa in Romanum Pontificem & veteres Eccleſiæ ritus decernerentur, auctoritate qua inter populares opinionis ſuæ pollebat, effecit.

Franciſcus Morellus Conciliabuli magiſter.

Sub id à Principibus Germaniæ Lutheranis oratores ad Regem miſſi cum literis, quibus cum vt mitiùs cum eius ſectæ hominibus ageret orabant. Multa Romæ peccari, multa in melius reformari poſſe, quæ niſi ab eiuſmodi hominibus publicè incuſentur, nullam medicinæ rationem oſtendi. Rex oratoribus benignè reſpondit, eoſque cum muneribus in Germaniam dimiſit, nihil tamen de ſeueritate remiſſum; ſed 23. Kal. Quintiles quæſitores extra ordinem dati Ioannes Santandreanus in Senatu Præſes, Iacobus Memmius libellorum magiſter, & plerique alij viri docti & probi, qui Burgum legibus interrogarent. Is ad ſingu-

Oratores Lutheranorũ ad Regẽ miſſi, & quare.

B la quæſitorum capita ex Lutheri mente reſpondet: quare hæreſeos à Pariſienſi Epiſcopo damnatus, & ſacerdotio exauguratus, vindicibus rerum capitalium ad ſupplicium datur. Nec minus in alios eiuſdem ſectæ conſcios anquiritur. Dum hæc egregiè curantur, & Philippi Regis, ac Eliſabethæ filiæ Henrici II. itemq; Philiberti Sabaudiæ Ducis, & Margaritæ ſororis eiuſdem Galliæ Regis, nuptiæ celebrãtur, perincommodè cecidit, vt Rex frequenti ac læto ſpectaculo cum Mongomerio Comite aduerſis haſtis concurrerit, quibus vtrinque confractis haſtæ fragmento per galeam forte apertam adacto vulnus in oculo accepit, vnde anno ætatis 40. menſe 3. die vndecima, magno bonorum omnium planctu, & Lutheranorum plauſu mortuus eſt. Periniquè faciunt, qui exitum hunc Henrici Regis iuſto Dei iudicio in ſæuitiam eius aduerſus Lutheranos à fide extorres vindicantis adſcribunt. Iidem & obitum Ludouici Noni Regis ſanctiſſimi Turcos in Aphrica oppugnantis Deo Turcos

Henrici II. obitus.

C propugnanti, exceſſum Henrici III. Lutetiam obſidentis, eidem Pariſienſes protegenti facilè adſcribent, & iudicia Dei nobis ignota in deterius trahent. Multus hinc de Henrico ſermo, pleriſque vitam eius variè extollentibus, quòd maxima Italiæ parte domita, Scotia & Corſica ſubacta, Carolum V. ad Rantiacum fudiſſet, Paulum IV. ſolemni Galliæ Regibus erga Romanam Eccleſiam pietate auxilio ſubleuaſſet; Philippum Hiſpaniæ Regem & Mariam Angliæ Reginam coniunctis armis Franciam oppugnantes ad pacem coëgiſſet. Alij imminutum regni decus, ærarium exhauſtum, attritas pro hæreticis in Germania vires, & alia in eo reperiebant, quæ meritò reprehenderent, ſi regibus vllis regnorum adminiſtratio ſine iuſta reprehenſionis materia procederet, aut ſi homines à crimine integri vitam agitare poſſent.

Annotatum à curioſis vnius anni ſpatio Romanum Pontificem, Carolum V. Imp. Henri-

D cum II. duos Daniæ reges, Venetorum Ducem, Palatinum Comitem, Ferrariæ Ducem: tres reginas, Helionoram Franciæ, Mariam Hungariæ, Bonam Sphortiam Poloniæ, mortem obiiſſe. Henrico patri Franciſcus II. priuilegio ætatis in regnum ſuccedit, & regiam Luparæ aulam curru inuectus id egit, vt ex more in eo loco vbi corpus demortui patris iacebat Sacroſanctum Miſſæ ſacrificium, & officia Deum curantia pro quiete & pace eius xl. dies celebrarentur. Mommorantius militiæ magiſter, (Coneſtabilem vocant,) ad cuſtodiam corporis per ſpeciem honoris relictus curriculo Antonium Borbonium regem Nauarræ primarium regij ſanguinis principem, qui tunc in Bearni pago agebat, per Mareſium cubicularium regium monet, vt quamprimum in aulam regreſſus regis adoleſcentiæ conſuleret, & ſi quid ei fatale accidiſſet, Remp. capeſceret. Plurimum Guſij apud regem, & reginam matrem poterant, tum quia neptis ſuæ Mariæ Scotiæ reginę coniugio Regem deuin-

Anni vnius ſpatio octo principes viri & tres reginæ mortem obeunt.

E xerant, tum quia eorum opera, conſiliis togæ & militiæ diu probata erat, cùm Caletum vrbem omnium opinione inexpugnabilem Franciſcus Guiſius ſeptimo obſidionis die quinto Nonas Ianuarij expugnaſſet. Guinam arcem munitiſſimam, irruptione facta incendiſſet, Hamam vi & virtute cepiſſet, Anglos tota Gallia exturbaſſet, Metim à Carolo Quinto innumero milite obſeſſam adeo ſtrenuè propugnaſſet, vt is cum ingenti ſuorum clade obſidionem ſoluere non ſine dedecore cogeretur, vir procero ſtatu, regia forma, robore animi & corporis præſtans, qui à Gotofredo Bononiæ duce, Hieroſolymorum Rege originem repetebat.

Franciſcus Guiſius Caletũ & alias arces inexpugnabiles habitas expugnat.

Inter initia regni Valentina, quam Henricus II. pellicem induxerat, aula excedere iuſſa, auro, argento, & opulenta ſupellectile quam à Rege extorſerat exuitur, nemine ex iis quos ad honores euexerat intercedere auſo. Multi præterea ex primaria nobilitate qui à Mom-

Valentina aula excedere iuſſa.

F motantio fecerant aula pulſi, in primis Ioannes Bertrandus Procancellarius, qui Toloſa Lutetiam acceitus per omnes honorum gradus, nullo ſuo merito, Valentina faciente in Cardinalium ordinem cooptatus erat. Eo exacto ſummum togæ faſtigium, quod Romanæ Pala-

Google

tij quæſturæ reſpondet, (Cancellariatum vocant,) Fräciſco Oliuario reſtitutum eſt, adnitente Carolo Cardinale Lotharingo, viro acris ingenij, literarum egregio fautori, qui res conſilio prouiſas Franciſco fratri exequendas dabat. Senatus Pariſienſis viros ex ſuo ordine principes, vt moris eſt, ad Regem miſit, qui mandata eius omnium nomine acciperent, & obſeruantiam ſuam obſequiumque deferrent, quibus à Rege ſignificatum eſt, Lotharingos fratres à ſe ex cariſſimæ parentis conſilio delectos, qui regni adminiſtrationem capeſſerent, & omnia maioris rei negotia curarent, ita vt alter rei bellicæ, alter pecuniariæ præeſſet. Magni ſubitò irarum motus apud Principem Condæum, Mommorantium, Rupiſitionium, Colinium, & alios; quorum ſub Henrico II. præcipua dignatio fuerat, exarſere: qui omnes à Lotharingis fratribus rerum pollentibus inteſtinis odijs abhorrebant. Rex Nauarrus ad aulam aduentans à Guiſio & fratre accipitur, & Luteriam concedere coactus auerſis procerum animis, qui eum languido & remiſſo ingenio eſſe nouerant, de ſumma rerum, quam animo præceperat, ſpem abiicit. B

Antonius Borbonius aula emiſſus.

Actum eſt cum Regina matre, vt eum honeſto nomine aula emitteret. Data ei deducendæ ad Philippum Hiſpaniæ Regem Eliſabethæ vxoris prouincia, quam ille vltro arripuit, vt Bearno, & Nauarræ conſuleret. Eo tamen adhuc in aula agente Durocortori Rhemorum ex more Rex inunctus, inauguratus eſt. Adfuit inaugurationi Mommorantius, à quo Catharina contendit, vt magiſtrum Palatij exueret, idque magiſterium Guiſio cederet. Vtrumque enim munus, & magiſtri Palatij, & magiſtri militiæ Mommorantius ſuſtinebat, vt veteribus illis prætorio præfectis in Romano imperio par eſſet. Reſpondit ille omnia ſua in manu Regis ſita, negauit tamen ſibi eſſe integrum, vt de illa dignitate ſtatueret, quam Henricus Rex in Franciſcum filium natu maximum contuliſſet. Vrget Regina impenſius, & ſe filium eius equitum Tribunum, quem Mareſcallum dicunt, extra ordinem facturam pollicetur. C
De amicorum conſilio Franciſcus Mommurantius Blœſis eum magiſtratum exuit, Regique permittit, & Tribunus equitum creatur.

Peractis inaugurationis ſolennibus Rex Barrum venit, in quo ducatu Galliæ reges ſummum ius, ac imperium iam olim habuerant, & in gratiam matris, quæ filiam Lotharingiæ Duci vxorem deſtinarat, iure illo ſe abdicat. Factum plerique improbarunt, quo maieſtatem regni Gallici imminutam clamitabant.

Noua conciones nocturna.

Regi vt fontem Bellaquenm rediit, nihil prius fuit, quàm vt in eos qui nouis opinionibus regnum infeſtabant ſeuerè anquireretur. Præerant quæſtioni Santandreanus præſes, & Antonius Demochares fidei quæſitor, à quibus compertum nocturnas in vrbe coitiones per domos haberi, vbi noua dogmata, noui ritus à pietate abhorrentes tradantur. Rem peſſimi exempli, quæ in perniciem veræ fidei tenderet, eſſe intellexerant, quod ab nullo genere non D
ſummum periculum eſt, ſi nocturnos cœtus, & concilia, & ſecretas conſultationes eſſe ſinas. Ad res nouas non illi religionis auctores facilè feruntur.

Augusti de religione præceptum.

Quare Auguſto Mecænas prudenter ſuadebat, *Deũ omni loco, omni tempore ipſe cole, et alios, vt leges patrias, & alij vt colant efficе, eos verò, qui in diuinis aliquid innouant odi, & coerce, non deorum tantum cauſa, ſed quia nouatores iſti multos impellunt ad res nouas, vnde coniurationes, conciliabula, ſeditiones exiſtunt. Nihil in ſpeciem fallacius praua religione, vbi Dei nomen prætenditur ſceleribus. Puniantur à te qui innouant,* aiebat Cyprianus, *ne tu pro illis puniaris, melius eſt enim vt pereat vnus, quàm pereat vnitas. Violatarum religionum alibi, atque alibi diuerſa pœna eſt, ſed vbique aliqua, vreſca, ſeca, vt membrum potiùs aliquod, quàm totum corpus intereat. Quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam. Iure ille à Deo proximus habetur, per quem Dei maieſtas & religio vindicatur: qui conſcientiæ libertatem clamitant, ſine conſcientiæ & Dei, ac pietatis ſenſu ſunt, tumultuumque, & ſeditionum libertatem captant. Hanc nemo vnquam, niſi ſi quis fortè Symmachus, aut Iulianus, vel petijt, vel dedit.* Hæc Franciſco Guiſio Catholicæ fidei ſeruantiſſimo, hæc præſidi Santandreano Demochares fidei Quæſitor inculcabat, quorum conſilium nemo iure improbauerit. Quæſitum igitur in eos qui nocturna conſilia habebant, & bonis omnibus factum laudantibus capite animaduerſum, fugitiuorum bona præſcripta, aut ſub haſta vendita.

Cypriani locus.

Sangermanũ ſuburbiũ parua Geneua dictũ.

In ſuburbio Sangermano, (quæ parua Geneua dicta,) multi comprehenſi, & cùm hæreſim eiurare nollent, igni addicti. Exemplum principis vrbis, aliæ vrbes ſecutæ, in quibus ferro & flamma in reos nouarum religionum ſæuitum, maximè Auguſtoriti Pictonũ, Toloſæ, Aquis Sextijs, ac paſſim per Narbonenſem prouinciam Georgio Armeniaco Cardinale diligentem in id operam nauante.

Facti tamen inuidia in Carolum Cardinalem, & Franciſcum Guiſium fratres à partium ſtudioſis & nouæ ſectæ fautoribus incubuit, qui Aranæ Comitis iuniorem filium, quaſi fugæ maioris natu fratris adminiſtrum, quo Duce Scotia rebellarat, in Vincennæ caſtro, F

A ſtro, cum aliis quibuſdam ſeditioſis & libellorum infamium auctoribus ſub cuſtodia habebant.

Emerſit id temporis Francogallia liber, vt ferebatur à Franciſco Hotomano ſcriptus, eruditione plenus, famoſus, quo Franciæ comitiis, (Status vocant, & ordinum conuentus,) omnia grauioris rei negotia definienda, Rege maximè impubere, qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſet, oſtendebatur. Iamque Rex afflicta valetudine quaſi elephantiaſi laboraret, Bleſas venerat, vt amœniore aëre, in quo natus & eductus erat, frueretur, cùm Annæ Burgi Senatoris, aliorumq; qui eodem crimine attinebantur iudicium vrgetur. Is à ſententia epiſcopi Pariſienſis vt iniqua, Senonenſem archiepiſcopum, à Senonenſi Lugdunenſem appellat, à quo prioribus ſententiis firmatis, Annas Lutetiam remittitur, vbi à Pariſienſi epiſcopo ſacerdotali titulo per ignominiam ex more exauctoratus, & gradu demo-

Franciſci Hotomani liber.

B tus, Senatui ad ſupplicium traditur, apud quem fidei confeſſionem edidit, cum Luthero, & Caluino ſentientem, in qua Romanum Pontificem dictis atrocibus lacerabat, vir ſimplex, & candidi animi, ſed infirmi, qui quolibet opinionum vento pietatis ſtudio circumferri ſe pateretur.

Inter hæc ſummiſſi à Comite Palatino percuſſores, qui magiſtrum Senatus Principem, Santandreanum, Minatium Præſides, alióſq; nouæ ſectæ aduerſos inſidiis exciperent. Minarius adulta nocte domum rediens glande plumbea confoditur: cæteri ſibi conſuluere fido comite ſepti, & vt Burgi ſupplicium maturaretur, perſecere, qui ad S. Ioannis ad arenas plateam, ceruice fracta in ignem miſſus eſt. Reliqui Senatores qui in eadem cauſa erant ſutorio atramento abſoluti eſſe dicebantur, viles homunculi carcerum diuturni hoſpites hæreſeos conuicti extrema paſſi ſunt.

Comes Palatinus percuſſores in Galliā mittit.

C Robertus quidam Stuartus Scotus, qui de ſpargendis per vrbem ignibus conſilia ceperat, vt incendiarius ad ſupplicium rapitur, cùm per tormenta nihil ab eo extorqueri potuiſſet, ab vnco & cruce, non tamen à carcere ſolutus eſt. Varia tum fuit in plebe animorum inclinatio. Alij Annæ Burgi conſtantia permoti vltrò ſe ad ſupplicia dabant. Alij res nouas & defectionem à Rege meditabantur. Catholici contra in fide ardentiores Lutetiæ Sanctorum, ac Beatæ Virginis per compita & angiportus imagines ſtatuebant, ad quas omni cultu inſignes cerei de die accenſi, & hymni cum precibus decantati, vnde pudor, mœrorq; fidei hoſtibus eſſet, arcæ appoſitæ in quas ſtipes ad cereos à tranſeuntibus mitterentur, ea fini vt perfugæ à pietate deprehenderentur.

Robertus Stuartus incēdiarius.

Venerat dies qua Eliſabetha Regis ſoror ad virum in Hiſpaniam deducenda erat. Eam Rex ac Catharina mater Pictauium vſque ineunte Decembri produxêre. Inde poſt ample-

D xus, & vltimum vale, Rex Blœſas redit. Eliſabetha cum Carolo Borbonio Cardinali, Rupiſurionio, & pleraque nobilitate, ſplendido comitatu Burdigalam pergit, vnde à Nauarro Ronciuallium ducta Regia magnificentia, ab Hiſpanis excipitur, à quibus Guadalaiaram lectica vecta, in legitimos viri amplexus diu ſperata ſub exitum Ianuarij venit. Fiducia eius matrimonij actum apud Hiſpaniæ Regem de reſtituenda Nauarra Borbonio, iuſto eius prouinciæ Regi, cui à Ferdinando magno Aragonum Rege per iniuriam Pontificię cenſurę prętextu erepta erat, quòd is in Regem Galliæ pronior eſſet. Sed egregia fruſtratione Nauarro illuſum, & iuſtæ eius querelæ ludibrio habitæ.

Sub id tempus Araniæ Comes cuſtodia elapſus in Scotia magnos motus excitat, cùm interim Regi graueſcente valetudine deterius fieret, & exacerbari principum regij ſanguinis animi de compeſcendo Guiſiorum dominatu conſilium inirent. Cauſas irarum nonnulli

Scotia motus.

E altiùs repetebant, & à Carolo Borbonio rem arceſſebant, qui ſibi regnum, in quo ius legitimum & primarium habere diceret, à Franciſco Valeſio eripi queſtus, ad Carolum V. profugerat.

Eandem cauſam agitari, id vrgeri, hoc animo bellum ſumi prudentes temporum ſuſpicabantur. Partiarij omnes nouæ opinionis, operam ſuam, arma, pecunias vltro Borboniis offerunt, & quia Nauarrus ob animi remiſſionem iniuriæ magis accipiendæ, quàm inferendæ opportunus erat, Ludouicus Condæus frater eius, animi ingens, cui anguſta domi res, foris æs alienum erat, Dux turbarum eligitur, eiq; Vicarius ſubſtituitur Godofridus Barrius Renaudius, nobili loco in Petrocoriis natus, qui falſi in Curia Pariſienſi compertus, & grandi pecunia mulctatus decreto Senatus ſolum verterat, & Luſannæ ac Geneuę exul nouę ſectæ venenum imbiberat. Is tentatis tota Gallia ſectariorum animis, vt ſenſit ad res nouas ido-

Partiarij operā, arma, &c. Borbonijs offerūt.

F neos, coniuratis diem dicit, quo ineunte Februario ad Condiuicinum Nannetum conuenirent, quæ ſedes tum Prouinciæ Senatui exercendis iudiciis attributa erat. Ibi Renaudius, Lotharingiæ Duces, & pręcipuè Guiſiorum externorum principum in Francia dominatum,

oratione acerba, & inuidiæ plena exagitauit, qua Claudio Guiſiorum patri vitio vertebat, A
quod Campaniæ,& Briæ præfecturam Ioannis Cardinalis fratris, qui gratia plurimum apud Franciſcum I poterat commendatione adeptus, cùm Anabaptiſtæ omnia ferro flammaque vaſtantes in Lotharingiam irrumperent, Antonio fratri Lotharingiæ Duci, auxilium iniuſſu Regis è præfectura ſua ſummiſiſſet, qui niſi eo prœlio cecidiſſent, exitium Galliæ promptum erat. In illo factionis conciliabulo omnes quicunque aderant in Renaudij ſententiam ierunt,nec quiſquam repertus, qui bellum Catholicæ Eccleſiæ inferre abnueret. Antequam conſilium dimitteretur,prouincias inter ſe ſortiti ſunt, Ludouico Condæo factionis Duce, ſed occulto. Nec enim publicari nomen ſuum rebus integris, & nondum affectis voluit, vt ex euentu conſilia regeret.

Gallia prouinciæ ſectæ nomine ſollicitatæ.

Datum negotium viris ex nobilitate audacibus, vt omnes Galliæ prouincias ſectæ nomine ſollicitarent. Quæ coniuratio tanto conſciorum ſilentio proceſſit, vt cùm innumera vis B
hominum arcani particeps eſſet, à nemine patrium vulgara ſit, & priùs è finitimis regnis, quàm ex emiſſariis vbique per prouincias ſparſis vel tenuis rumor ad aulam penetrarit.Vnus tamen in omni Gallia repertus eſt, Petrus Auanella Cauſidicus Pariſienſis nouæ huius opinionis aſſecla, qui ad rem pernicialis exempli cohorreſcens, conſcientiæ ſtimulis actus occulta conſilia proderet. Is Blœſas,deinde Amboſiam per diſpoſitos equos præmiſſus, in itinere Cardinali Lotharingo inter coniuratos nobilem nominat,cuius frater in aula tum agebat; ex quo factionis arcanum Cardinalis,vt erat in quærendo vafer facilè reſciuit,regique indicauit, qui per Franciſcum Mommorantium equitum Tribunum id egit,vt R. Stuartus, Anſelmus Subſellius,& S. Anniani oppido præfectus, qui in caſtro Vicenarum ſub cuſtodia attinebantur,Amboſiam ad Regem perſonati & alter ab altero diſtracti,quaſi factionis conſcij ducerentur. Inſuper Catharina Colinium maris Præfectum, & Andelotum fratrem per C
literas euocat,vt eos vel à partibus ſeparet,vel in re dubia quo animo ſint exploret. Venêre illi cum Cardinale fratre,& auctores fuere,vt ſæuitia in ſectæ reos temperaretur,edicto conſcientiæ libertas ſanciretur: quo pro tempore probato, edictum in eam rem 4.Idus Martias auctore Senatu promulgatur, excluſis tamen ab ea gratia maieſtatis reis, & ſi qui literas, & reſcripta ſacra intercepiſſent, aut eximendis reis vim attuliſſent. Quæ licèt Guiſio, vt tunc res erant, probarentur, plus tamen in armis fiduciæ, quàm in edictis eſſe ad vim defendendam exiſtimabat.

Nobilitas ad auxilium Regis accerſitur.

Itaque milites tota Gallia ſcribendos, nobilitatem ad auxilium Regis arceſſendam curat,& præfectis vrbium mandat, vt ſi quos in armis Amboſiam pergere cognouerint, in eos infeſtis animis, armiſq; ruant. Renaudius cognito, conſilia ſua vulgata eſſe, non ideo animum deſpondit, aut ab incœpto deſtitit,ſed vt in ſcelere pertinax,& ſpei nimius erat, ſociis D
vndique aduolantibus diem ad 16.Kal. Aprilis dicit, quo propter Amboſiam omnes in armis conuenianr.

Parabatur irruptio, cùm Lignerius ordinum ductor animo fractus Amboſiam venit,Catharinæ conſilia ſuorum indicat,& ſigillatim qui,quibus itineribus,quo animo, quo agmine impreſſionem facturi ſint monet.

Interim nobilitas vndique ad Regem cuius caput peti putabatur, Amboſiam affluit, quam Guiſius itinera omnia, ſyluáſque Blœſas vſque obſidere, armatos omnes opprimere iubet. Capti plerique, & Amboſiam ducti, quam vrbem ipſe nouis præſidiis munit, vicinas vrbes vt in fide maneant, & ab inſidiis aut iniuria rectæ ſint, proſpicit. Idem nobiles quorum fides in incerto fuit, in eas vrbes honeſtis nominibus amittit,quas Regi fidas,ſibi amicas, natura & manu firmas eſſe ſciebat, vt ſi quid noui molirentur,fruſtra eſſent. Ludoui- E
cus Buellius cui Cæſaroduni cuſtodia data, cùm in Caſtelnoum & Mazaram factionis audaciſſimos Duces incidiſſet, ab iis duriſſimè acceptus, ab oppidanis qui factioni ſtudebant, proditus eſt.

Hugonotorum nomen vnde deriuatum.

In ea vrbe primum Hugonotorum nomen ridiculum, & ſecta dignum increbruit, quòd Cæſaroduni Hugo Rex noctu pomœria vrbis obambulare, & obuios rapere creditur. Alij à Ioanne Hus opinionis auctore, qui Conſtantiæ in Heluetiis de Concilij ſententia publicè crematus eſt,quidam colloquio Poſſiaco natum vocabulum volunt, vbi cùm vnus è ſectariis oratoribus in ampliſſimo conſeſſu ita exorſus eſſet: Huc nos adduxit, exclamatum,Foras,huc nos,Furas.Ex eo ſectæ cognomentum gentile fuit.

Vtut ſit,vbi Rex Caſtelnoum, Mazeram, & Ranæum perduellium duces, exigua manu Nozæum veniſſe comperit, Iacobo Sabaudo Nemoroſij Duci negotium dedit, vt eos ma- F
nu facta comprehenderet. Ille in Ranæum & Mazeram imparatos inuolat,captoſq; Amboſiam abducit. A meridie Caſtelnoum colloquium cum Rege depoſcentem fide interpoſita

eodem

A eodem transfert, vbi negato ad Regem aditu in vincula maieſtatis reus coniectus eſt. Quo
comperto Renaudius equites ſuos Amboſiam cito itinere properare iubet, qui ſparſo per
ſyluam,& vago agmine incedentes ab equitibus regiis aut cæſi, aut capti ſunt, & ad equo-
rum caudas illigati Amboſiam perducti, è quibus pleriſque continuò è pinnis arcis ſuſpen-
ſis eliſæ laqueo fauces. Ibi regiis codicillis Guiſio ſumma regni armorúmque præfectura
committitur. quos Oliuarius Cancellarius ſigillo firmare coactus eſt.

Renaudius qui iter Amboſiam affectabat, in Caſtri Reginaldi ſylua Pardillanum à Rege *Renaudij interitus.*
in perduelles cum firmo equitatu miſſum conſerta manu gladio traiicit, ipſe à famulo Par-
dillani confoditur. Corpus eius vnco tractum è furca in Ponte Amboſiæ ſuſpenditur, cum
hoc elogio, Duci rebellium. Duo ex eius contubernio capti, quorum alter tormentis inter-
rogatus chartas literis ignorabilibus exaratas explicare iuſſus, rem omnem de Nannetenſi
B conciliabulo, nomina coniuratorum, conſilia, diem ediſſerit. Non ideo tamen conſciis ani-
mi cecidere, ſed dum Oliuarius diem de die ducit, vt erat in hoc negotio morator, Cocauil-
la & Campenſi Ducibus, faſciis albis tranſuerſis quod in poſterum factioni inſigne manſit,
vt ſe internoſcerent, vrbem ac pontem irrumpere conantur: ſed multo iam diluculo notati,
fugatiq́ terga vertêre: capti pedites aliquot, & Ligeri merſi ſunt.

Tum à Rege miſſi equites qui domum ſe recipientes opprimerent. Datum item id nego-
tij Saltuario Amboſiani agri, vt ſyluam equitatu cingeret, & quicunque in armis eſſent, in
eos ferro ſæuiret. Caſtelnous, Mazera, Rauxus, Villemongius, & alij partium duces ſecuri
percuſſi, qui omnes Guiſiorum cædem ſe cogitaſſe, Regis ſalutem ac maieſtatem ſanctam
ac inuiolabilem habuiſſe teſtati ſunt. Maluius iunior perduellionis compertus equo pernici
elabitur, & fuga ſalutem expedit. Ludouicus Condæus ita compoſitus erat, vt ex euentu re-
C rum aduerſa abnueret, proſpera agnoſceret. Is in ſuſpicionem vocatus apud Regem crimine
ſe purgat, & clarè profitetur, ſi quis ſe inſimulare audeat, cum eo ſe exuta omni dignitatis
prærogatiua ferro decernere paratum. Nemo repertus qui conditionem acciperet: quare
crimine ſolutus in aula reſtitit.

Auanella cuius indicio factionis arcana vulgata erant in Lotharingiā vltro profectus iuri *Auanella.*
dicundo in oppidulo præficitur. Oliuarius Cancellarius tædio animi febre contracta mœ-
ſtus publicis malis exceſſit, vir publicæ quietis amans, in magiſtratu integer, niſi vis maior
incubuiſſet. Ei Michael Hoſpitalius ſuffectus, obſcuro genere, ſed animi virtute & ingenio
pollens, omni reprehenſione maior.

Cuius ſi nouis iſtis opinionibus implicari ſe paſſus non eſſet, ad inuidiam vſque conſpi-
cuus vitæ fulgor exceſſerat. Magiſtratum inire non ante voluit, quàm Bertrandus Cardina-
D lis, cui regiis codicillis Senatus auctoritate firmatis ſupremus hic iuridicinæ apex mortuo
Oliuario decretus erat, iure illo ſuo per codicillos quæſito ſe abdicaſſet. Vbi turbæ illæ Am-
boſianæ conquierunt, iuſſu Regis Annas Mommorantius 5. Kal. April. anno 1559. in Sena- *Annas*
tum venit, & quæ Amboſiæ per Guiſianos acta eſſent, laudata eorum opera, Regis nomine *Mommorā-*
expoſuit. Senatus pronis auribus ſalutarem nuntium accepit, & literas ad Regem ex more, *tius in Se-*
alias ad Guiſium præter morem ſubiungit, quibus eum patriæ patrem appellabat, & ſectariis *natū venit*
malè precabatur, qui à Dei, & Regis fide tam flagitioſè defeciſſent. Rex item ad Nauarrum
Aquitaniæ Rectorem, & reliquos prouinciarum præſules literas ſcripſit, quibus rerum geſta-
rum ordinem aperuit, monuitq́ viderent, neque ex ea cauſa turbæ exiſterent. Quibus literis
quia nouæ opinionis duces durius appellati erant, à quibuſdam tacito nomine reſponſum
eſt. Nauarrus acceptis literis tumultuariam perduellium manum in agro Aginenſi cædit, &
E factionis conſcios omni cruciatu perſequutus tota Aquitania exturbat. Scriptæ & tunc ad
Principes Germaniæ à Rege literæ, quibus cauſa motuum, & exitus exponebatur: quia con-
iurati eorum nomine ſe regebant, eoſq́ in eadem cauſa eſſe dicebant. Reſponderunt illi re-
gium nomen ſibi ſanctum, & religioſum ſemper fuiſſe, & tot ac tanta eſſe Regum Galliæ in
Germaniam promerita, vt nulla obliuione deleri poſſint. Rogare tamen Regem, vt cum iis
qui ſecum idem de religione ſentiant mitius agat, hoc communis humanitatis eſſe, hoc ad
demerendam Germaniam potentiſſimum.

Inter quæ Colinij fratres de Guiſiorum impotentia, & ambitu queſti apud Catharinam,
aula excedunt, & in Neuſtriam iter vertunt. Cæſaroduni Rob. Stuartus, & Anſelmus Sub-
ſellius carcere effracto elapſi ad Cardinalem Lotharingum per ludibrium ſcripſêre, ſe cu-
ſtodia eo inconſulto egreſſos, vt breui maiori comitatu eum reuiſant. Ille inteſtini belli me-
F tu edictum à Rege extorquet, quo gratia eis facta, qui eiurata ſecta ad ſinum Eccleſiæ re- *Edictum in*
diiſſent. *gratiā Lu-*

Menſe Maio, Romantinum edictum adnitente Hoſpitalio qui ſe leuari huius quæſtionis *theranorū.*

inuidia cupiebat, promulgatum eſt, ne quæſtio de ſectariis eutus incumberet, ſed ea cogni- A
tio epiſcoporum eſſet, vtq; inferiores iudices in eos animaduerterent, qui ſecretas concio-
nes nouæ ſectæ ſtudio haberent, & vt ab eorum foro ſuperius appellari non poſſet. Ea men-
te id factum autumant, vt conſilium Hiſpanicæ inquiſitionis quam in Francia obtinere qui-
dam volebant, interuerteretur. Ex eo tempore Cardinalis Lotharingus in ſectarios mitio-
rem ſe præbuit, vt eos leni via ab errore abduceret.

Diſcordia noua inter Mommorãtiũ & Guiſium.

Orta ſunt id temporis noua inter Mommorantium, & Guiſium irarum ſemina, cùm in
cauſa fratrum de Damartino Comitatu litigantium alterius ius Mommorantius, alterius
Guiſius de induſtria redemiſſet, & contractis vtrinque magno ambitu clientibus, à verbis ad
verbera ventum eſſet, niſi Senatus re cognita contra literas regias litem ſub nomine fratrum
procedere decreuiſſet. Quorundam querelæ audiebantur ægre ferentium ereptam Lau-
rentio Maugirono à Guiſio Delphinatus præfecturam. Eum vt maiori odio ſubiicerent, pa- B
tri Claudio geminum eſſe dicebant, qui Philippum Chaborum bonis artibus & ſpectata fi-
de virum, Burgundiæ præfectura, quam ſumma virtute diu adminiſtrauerat, occultis apud
Regem artibus deiecerat.

Rex Cæſarodunum pergit.

Regi tunc perſuaſum, vt Turonibus egrediens Cæſarodunum ſolemni pompa, qua mo-
ris eſt nouos Galliæ reges vrbes ſuas ineuntes excipi, ingrederetur. Ideò factum vt vrbs ſub-
leſtæ fidei, cui plures nouæ ſectæ aſſeclæ incubabant, præſentia Regis in officio continere-
tur, & ſi qui factionis conſcij eſſent, in eos priſtinæ ſeueritatis exempla vſurparentur. Cæ-
ſarodunenſibus crimini datum, quòd Dauidem quendam obſcurum hominem, & futilem,
qui Nauarri vxori nouis opinionibus imbutæ verba ex ſuggeſtu dabat, vocémque publicè
venditabat, in vrbe ſua venenum nouæ ſectæ publicare paſſi eſſent. Catharina autem tot
motuum pertæſa, & eorum cauſas altius explorare cupiens per Caſtelluſium libellorum C
ſupplicum magiſtrum id egit, vt cum aliquo nouæ ſectæ miniſtro, qui vſu rerum & doctri-
næ opinione valeret colloqui poſſet. Ad Carolum Albiacum Pleſſium ventum, qui occul-
tus Lutetiæ nouæ ſuæ opinionis dogmata ſpargebat. Is cùm malo caueret, omniaq; in pe-
ius traheret, coram in os cum ea colloqui detrectauit: quid tamen de fide, & motibus iſtis
ſentiret ſcripto ita ſignificauit, vt in Lotharingos inuidia & odium recideret, turbiſque ac
motibus non aliter obuiam iri poſſe oſtendit, quàm ſi liberi ordinum conuentus habeantur,
quibus impotens Guiſiorum dominatus infringatur, tum verò controuerſiæ de fide legiti-
mo Concilio decidantur. Scriptum id in manus Catharinæ per Franciſcum quendam Ca-
muſium venit, cui gratia hæc repoſita eſt, vt in carceris ſitu ad auſpicia regni Caroli IX.
iaceret.

Carolus Albiacus Pleſſius cũ Catharina colloqui detrectat.

Eodem tempore libellus in vulgus exiit, cui Tigridi nomen, quo Lotharingi fratres lace- D
rabantur. Is liber Typographo capite ſtetit, cùm auctorem aut ignoraret, aut prodere nol-
let. Interim Condæus occulta de ſe conſilia agitari ſubodoratus, aula exceſſit, nec literis
Guiſiorum reuocari ſe paſſus eſt. Catharina verita ne nouis tumultibus anſa daretur, de
cauſis tumultuum ſollicitè quærit. Omnes in Lotharingos cauſam conferunt, eorum ad-
miniſtrationem improbant, ambitum damnant, qui principibus regij ſanguinis priuilegia
eripiant, & cum iis non modò exæquari, ſed antiſtare affectent, qui principum appellatio-
nem aucupentur, quæ propriè, & ſingulariter debetur iis, qui per mares à Regibus lineam
trahunt. Itaque Petrus Lizetus Senatus princeps aduocato Guiſiorum, principes Guiſios
appellanti, hac appellatione interdixit, negauitq; actis publicis Principis nomen cuiquam
niſi regij per mares ſanguinis adrogari. Rex tum in Rambulieto caſtello agebat, vbi à Caro-
lo Coſſæo Briſſaco ſubalpinæ prouinciæ nuper Prorege, cui præfectura Prouinciæ delata E
erat, ſalutatur.

Cõdæus aula excedit.

Petrus Lizetus, Senatus princeps.

Inde ſummus rogæ princeps Hoſpitalius Lutetiam venit, vt magiſtratus ſui auſpiciis Se-
natum appellaret: apud quem de reſtituenda regni maieſtate, de ordinibus in melius refor-
mandis, luculentam orationem habuit, quæ ſecundis omnium auribus accepta eſt. Non ita
multo poſt Condæus Neracum in Labretanis ad Nauatrum profectus, eum ad res nouas
odio Guiſiorum impellere conatur. Ille fidei in Regem certus conſilia rebellionis abnuit, &
fratrem ab ea mente deducere nititur, omnia inconſulti impetus cœpta initiis valida, ſpatio
langueſcere oſtendit. Iam ſemel ad Amboſiam peccatum, peſſimo partium euentu, non ite-
rum in eadem cauſa idem eſſe peccandum.

Condæus neque alienis conſiliis regi, neque ſua expedire poterat, animi ferox, ſpei in-
gens. Demùm pertinacia vicit, vt fratrem in partes traheret. Re comperta Rex Nauarro & F
Condæo diem quo conuentui ad Bellaqueum fontem indicto adſint, dicit. Illi per literas
cauſati temporis anguſtias, & itinera impedita, ſe excuſant. In eo conuentu multa de cauſis

tumul-

A tumultuum, De alienatis ſubditorum animis, De libertate conſcientiæ iacta, De Dauidicis
canticis vernacula lingua vſurpandis, vt viri, fœminæ, pueri, prophanis canticis abſtinere di-
ſcerent, De Concilio generali vel nationali indicendo, De Romani Pontificis eius rei in-
curia, De ſuppliciis in ſectarios mitigandis, De Sacerdotiis Galliç quorum tertia pars ab Ita-
lis obtineatur, in Galliæ Sacerdotes transferendis, De prohibenda Sacerdotiorum (beneficia
vocant,) nundinatione, De Sacramentis gratuitò adminiſtrandis. Guiſius oſtendit, in rebus
fidei ſe doctorum iudicio ſtare, nulla tamen vnquam Concilia tanti apud ſe fore, vt à veteri
maiorum pietate, ac cultu tantillum deflectat. Cardinalis Lotharingus conuentus Galliæ
ordinum habendos cenſuit, Conciliis œcumenicis, aut nationalibus abſtinendum, quòd fi-
dei capita quæ in controuerſiam à Sectariis trahuntur adeò certa ſint, tot Conciliis firmata,
vt nouis quæſtionibus agitari non debeant.

B Hæc magnis vtrinque contentionibus iactata diuerſis ſtudiis accepta ſunt. Decretum fa- *Decretum quo ſupplicia ſectæ remittuntur.*
ctum VII. Kal. Octob. vt ad diem IIII. Idus Octobres regni ordines Meldas conuenirent,
Epiſcopi Synodo diem ſtatuerent, ſupplicia ſectæ remitterentur. Inde Præfecti, ac Rectores
in prouincias dimiſſi, cum mandatis vt in ſua quiſque prouincia equitum alas in armis ha-
beret, à quibus ij coërcerentur qui Rempublicam agitare, & noua moliri auderent. Inter-
ceptæ tum literæ, quas à Mommorantiis, & Carnutum vicedomino Saga quidam defere-
bat, quibus Rex offenſus vicedominum in Baſtilia cuſtodiæ mancipauit, Saga quæſtioni
ſubditus Nauarri & Condæi conſilia detegere cogitur, eóſque ad aulam cum firmo equita-
tu properantes, in itinere Auguſtoritum Pictonum, Cæſarodunum, Aurelianum vrbes ſibi
obnoxias occupaturos, Mommorantium militiæ magiſtrum Lutetiam, Picardiam, Armori-
cam, cæteraſq; regni prouincias per clientes, amicoſq; ſuos præſidiis obtenturum, vt Guiſios
C de ſtatu deturbent, & eos Regni adminiſtratione deiiciant. Spem eſſe vt primaria nobilitas
apertè in cauſam deſcendat.

Poſt Sagæ indiciũ Lugdunum opulenta vrbs ad confluenta Rhodani & Araris per Mali- *Lugdunum opulenta vrbs.*
nium iuniorem, qui manum in prouincia fecerat, eamque furtim in vrbem ſummiſerat irri-
to ictu tentatum. Dum enim arma à conſciis ex ædibus in ædes furtim deportantur, Protius
vrbis Tribunus multorum indicio monitus Achonij vicarij iuſſu cum Malinio manum
conſerit, qui libero exitu reperto fugam expediuit. Accerſiti mox ab Achonio Sauignij
Cœnobij præſule qui Santandreani Tribuni equitum ſororis filius vrbi per auunculi abſen-
tiam præerat, Mondrinius & Maugironus vrbi conſuluerunt, ne inſidiis pateret. Achonius
epiſcopatu Atelatenſi à Rege ob egregiam operam donatus, Santandreano negotium da-
tum, vt Lugduni in factionem inquireret. Per eam ſpeciem ciuili præda miles imbutus eſt.
D Tum codicillis regiis poteſtas ei facta, vt per Septimaniam, Delphinatum, Prouinciam in
coniuratos ſeuerè animaduerteretur. Idem imperium datum Aumalio Guiſij fratri, Briſſaco,
Thermo equitum Tribunis.

Rex Nauarro per Antonium Cruſſolij comitem imperat, vt Condæum fratrem ſecum in
aulam adducat, fide data nihil in eum durius ſtatutum iri, quod crimina quibus oneretur
falſa & inani iudicio prodita ſibi perſuaſerit. Eius intereſſe, vt ea diluantur, & innocentia
eius manifeſta ſit. Idem per hoſpitij præfectum, cuius fuit noxios in aula ſpecie latruncula-
toris capere, vincire, plectere. Robertum Haïum Senatorem Pariſienſem comprehendi iu-
bet, tanquam rerum Condæi conſcium: captus item Franciſc. Batanſonus in cuius arce Va-
ranenſis vis ingens armorum eſſe falsò ferebatur. Edixit rex, vt qui arma, vel milites coge-
rent perduellionis tenerentur. Indictæ ſupplicationes, ac publicæ preces pro Regis valetu-
E dine, & regni tranquillitate. Comitia Meldis indicta, Aurelias tranſlata ſunt. Thermus cum
ducentis clibanatis armaturæ grauioris equitibus, Pictauium præſidio miſſus eſt, ne fortè à
Condæo tentaretur.

Interim Saga Guiſianos monet integumentum chartaceum quo literæ vicedomini clau- *Sagæ indicium.*
debantur aqua eluerent, partium conſilia cognituros. In eo ſcriptum Dardoſij, qui Annæ
Mommorantij ab epiſtolis erat manu, Guiſios proximis regni comitiis citra vim à guber-
naculis vel inuito Rege demoueri poſſe, venirent modò, & præſentia ſua conſcios firmarent.
Addiderat à ſe Dardoſius tutiùs rem proceſſuram, ſi quamprimum in aulam veniſſent, vi &
armis Guiſios opprimerent, conſcios rei fama excitos confeſtim aduolaturos. Vicedomi-
nus interrogatus cur operam ſuam Condæo, ſi quid in rem Regis moliretur, per literas polli-
ceretur, reſpondit ſe rebus Regis regnique ſemper integrè ac religioſè ſeruiſſe, nec ex ſuis
F literis aliud elici poſſe. Nec verò aliquid ex iis erui poterat, quo perduellio teneretur, niſi
quòd literæ ignorabiles in inuidia erant, nec temerè factum exiſtimabant, vt arte, & verbis
in ambiguum implicitis animi ſenſa tegeret. Dein Idib. Octobr. cùm dies S. Michaeli ſacer
inſtaret,

inſtaret, qua torquati equites creantur, Vicedominus libellum Collegio equitum offert, A
quo rogabat vt in ſua cauſa non alios cognitores, quàm ipſum Collegium haberet. Interim
ſectæ virus in Gallia gliſcebat, & monachorum, qui voluptatis & otij ſtudio, cultum fidém-
que exuerant, ſeditioſis concionibus multi in dies ad exitium trahebantur, in primis Va-
lentiæ Cauarum in Allobrogibus, vbi deſertores execullati, iuuenes in Academia iuris
diſcipulos, ſed iniuriæ doctores, nouæ ſectæ ſtudio ita incenderunt, vt calcato legum & iu-
diciorum metu Franciſcanis ędem ſacram ereptam ad prophanos ſectę vſus, Mirabello quo-
dam & Quintello ducibus conuerterint.

Montelæmarienſes miras in ſua vrbe tragœdias excitant.

Iiſdem intemperiis acti Montelæmarienſes miras in ſua vrbe tragœdias excitarunt. Præ-
ferebat furentibus ſeditionum faces monachus fidei deſertor, cui ab impetu Tempeſtati no-
men poſitum. Romanij rei famam ſequuti pulſis non ſine ſanguine Catholicis, ſacras ædes
in edito & illuſtri loco poſitas virulentis ſuis concionibus, & muliebribus cauticis in- B
quinarunt. Miſſum Valentiam à Rege reſcriptum quo gratia reuerſis ad meliorem men-
tem fiebat, à Mirabello & Quintello profligatiſſimis nebulonibus cum ſacerdotum iniuria,
qui conuentui aderant, illuſum eſt, cui peſti in dies augenti, Guiſius prouinciæ rector vt ob-
uiam iret per Mangironum & Vinæum, virtute an fraude dubium, vrbe potitur, & factio-
ſos ſuppliciis coërcet. Inde Maugironus Montelium Adæmari profectus in capita & fortu-
nas rebellium ſæuit. Milites quod commodum eſt trahunt, rapiunt, tanquam vrbe victa li-
bidine ac licentia ſua pro legibus vtuntur. Romanij item in ſeditioſos vindicarum, de iis
prædæ actæ.

Carolus Podienſis Monbrunius.

Quibus exemplis Carolus Podienſis Monbrunius qui priores in Allobrogibus tragœdias
excitarat, deterritús non eſt, quin nouis iterum motibus contracto vndeunde milite initium
daret. Is Marinium Rouerium Tribuni equitum latrunculatorem, à quo ad ſupplicium ex- C
poſcebatur, coacta equitum manu capit, & ablato ſenatus decreto, quo prehenſio dabatur,
cum Monbrunium, arcem oppido firmam, à qua ei cognomentum, transfert.

Guiſius Claromontij legati ſui in Allobrogibus ignauia motus, in locum eius Codicillis
regiis Goudrinium belli ſanè ſcientem, & ſpectata virtute ducem ſubſtituit, qui extrema
Mombrunio minatur, niſi ſe ſuaque ſenatus cognitioni permittat. Is animi dubius ad pa-
rendum pronior, ab Alexandro quodam Guilotino denuò àd res nouas incenditur. Guilo-
tinus hic aiebat in Venaſcinenſi Principatu Pontificiæ ditionis factionem adultam, & cor-
roboratam eſſe: hominum ſectæ nouæ magnam manum cogi poſſe, cui ſe ducem ſi præ-
buerit, Pontifici dominatum nullo negotio ademptum iri. Mombrunius viſis Guilotini am-
pliſſimis mandatis conditionem auidè arripit, & cum 300. equitibus quos in armis habe-
bat Malloſenam opere & ſitu munitam vrbem, vbi armamentarium fuit, belli furto capit, D
Veſonium per Guilotinum fruſtra tentat. Gondrinius mandatu Regis milites ſcribit, copias
inſtruit, cuncta excidiis vrbium reperta, expedit, & cum ſua principis Salernitani, & Claro-
montij equitum turma, qui omnes cataphracti ferrea ſpecie erant, Bolenam properat, decimo-
quinto à Malloſena milliario, Vicarij Pontificij copiæ ad eum confluunt & iuſtum exerci-
tum efficiunt.

Mōbrunius ab armis diſcedit.

Antequam prœlio rem cernerent, Cardinali Turnonio faciente Mombrunius ab armis
diſcedit, Gondrinius Vallipetram & Serram firmiſſima oppida haud procul à Mombrunio
caſtro præſidio munit, vt Mombrunio, ſi quid molitetur, imminetet, eúmque velut obſidio
clauderet, quod ei fraudi fuit. Mombrunius enim fœdus eludi exiſtimans, Vallipetram oc-

Sacerdotes à partiarijs excarnificantur.

cultus irrumpit, militi parcit, in ſacerdotes peſſimo exemplo ſæuit. Ex eo enim partiarijs ſa-
cerdotes omni cruciatu excarnificare ludus fuit. Alios ad equorum caudas pedibus illiga- E
tos præcipiti capite per agros raptarunt, alios veru fixos, & ad ignem applicitos, veruecinæ
carnis modo verſarunt, & æſtuanti ac liquido lardo guttatim perfuderunt, nonnullos è
mœnibus, quod puer Loduni factum memini, aut ex ædium faſtigio præcipitarunt, quoſ-
dam pedibus è tranſuerſo palo ſuſpenſos, prono capite, deſluente in fauces ſanguine, ſuffo-
carunt, aliis virum ferro exciderunt, vt immani ſæuitia milites reperti ſint, qui bulgam, aut
ſacculum ſacerdotum virilibus plenum, pietatis fama èx eo facinore quæſita, oſtentarent.
Plerique domi cremati, globulis plumbeis confoſſi, lacerati, exactuati, immanis ſectæ
oſtentui fuere.

Ea re offenſus Gondrinius coniunctis cum Antonio Baluna Suzæ comite, copiis, Mom-
brunium perſequitur, cum quo leui prælio expertus Mombrunianos in eas anguſtias cogit,
vt omnes Pontificia ditione excedere cogerentur. Mombrunius ſuis dilapſis, inter ſpem F
metumque dubius, cùm factionis res nutare, vetriq́ue, in Gallia ſciret, ipſe ſolum vertere
ſocia vxore ſtatuit. Conſilij participem ſumit Matthæum Antonianum ſectæ ſocium, à quo

Meum

A Merindolij proditus è feneſtra hoſpitij deſilit, & per auia famulari veſte ignoratus elabitur. Supellex eius varia & lauta Antoniano in proditionis pretium ceſſit, qui probata Gondrinio induſtria modica militum manu ab eo in Sabaudiam ad intercipiendum Monbrunium miſſus, in eum incidit, ſed inter ſcelus & metum trepidans, perfidia vti, & fugientem tenere non potuit. Monbrunius vxore comite, animi æger, omnium egens Bernam ſe recipit. Guilorinus in Heluetios fugiens propter Gratianopolim Antoniano indice captus eſt. Comprehenſi & Chaugij fratres ſeruatique, vt cùm in rem præſentem ventum eſſet, Condæum de coniuratione reuincerent.

Gulielmus capitur.

Prouincia motus quoque ſuos habuit Richiendis fratribus auctoribus, Mouentios appellant, qui Caſtellanæ modicis natalibus orti bellis Subalpinis exerciti, vbi ſectæ venenum hauſerant, in municipio ſuo domi cùm miniſtrum Geneua miſſum alerent, & nocturnos B plebeculæ cœtus haberent, Franciſcano qui per quadrageſimam ſacras conciones habebat inſtigante, à municipibus obſeſſi, traductique per ludibrium, riſui & odio fuere. Mox à ſenatu Aquis ſextiis cùm factionis & nouarum opinionum delati eſſent, decretum vt de iis quæſtio haberetur. Illi in aulam profecti literis regiis forũ mutant, & Gratianopoli iudicio experiuntur. Inter hæc alter è fratribus Draginianum profectus populari ſeditione laceratur, exta canibus in cibum, & lanienam data. Paulus alter è fratribus cùm in ſenatu Aquenſi de nefaria Antonij fratris cæde queſtus eſſet, in ſpeciem ſubleuatus eſt, reuera deridiculo fuit, & nouas municipum ſuorum iniurias expertus eſt.

Prouincia motus.

Henrico II. mortuo cùm Caſtelnous vnus è factionis Amboſiacæ ducibus in Prouincia milites ſcriberet, Paulo Mouentio militum magiſterium datum, qui vndecim perduellium millia coëgit, quibus fretus de Aquis Sextiis capiundis conſilia init. Sed ea vulgata fruſtra C fuerunt, cùm Claudius Sabaudus Prouinciæ rector Senatus literis accitus cum Polinio in vrbem veniſſet. Paulus tamen, ne oleum & operam perdidiſſe videretur, quacunque cum equitatu inceſſit per vicos & oppida imagines è ſacris ædibus deripuit, vaſa aurea & argentea conflauit, quæ in militum vſus verteret. Hoc ſacrilegij initium latiùs exemplo manauit, & tota deinde Gallia templa, cruces, altaria religionis nomine à perduellibus & ſacrilegis igne abolita.

Claudius Sabaudus Prouinciæ rector re cognita copias vndique cogit, & in Paulum Ciſtertioni incubantem ſex militum millia magnis itineribus ducit. Paulus ſibi metuens Cœnobium S. Andreæ loco & manu firmum commeatu munit, tolerandæ obſidioni, quam aleæ plenam Claudius ratus, qui rem ſine ſanguine procedere cuperet, Paulum ad Colloquium vocat. Is motuum cauſas rogatus, indignam Antonij cædem cauſatur, quæ ſi lege D ac iudicio publicè vindicetur, ac ſibi, ſuiſque nouo more Deum venerari vacuum ſit, ab armis diſceſſurum, & fidem quam Henrico præſtiterit, Franciſco filio integram ſe redditurum oſtendit. Sabaudus omnia prolixè pollicetur, & ei liberum facit, vt cæteris dimiſſis equites quot velit ad cuſtodiam corporis ſibi ſumat. Ille quinquaginta ex omni numero legit, quorum fidei ſe credat. Polinius inſtinctu Caſtellanenſium Sabaudo inſcio contra fidem Paulum inſequutus ab eo duriter acceptus eſt, qui ob ſacrilegia, & imagines deiectas popularibus inuiſus Geneuam ſe recipit, vnde honeſtis nominibus à Guiſio vocatus, moueri non potuit.

Claudius Sabaudus rector Prouinciæ.

Gliſcebat & in Armorica ſectæ contagio, & longiùs in dies propagabatur. Cadomi, Dieppæ, Caletibus, Rotomagi, peſtiferæ conciones è ſuggeſtu habitæ, vbi Anabaptiſta nouæ ſectæ vexillifer, pronis omnium auribus publicè auditus eſt, qui ſe à Deo ducem datum E ferebat, vt Antichriſtum de ſolio deiiceret, & omnia in melius reſtitueret: hortabatur itaque vt omnes ſe duce in arma ruerent, inter hæc fanaticorum more caput rotabat, oculos torquebat, ore ſpumas agebat, diducto rictu, prono capite, pectore anhelo humi volutabundus, quibus intemperiis aliis riſum mouit, duos fratres, cognatos ſuos in fraudem induxit.

Armorica ſecte contagione inquinata.

Ea res cũ ſeditioni proprior eſſet, magnoq; hominũ concurſu celebraretur, Ioannis Turtauillæ Villabonij Bullioni Ducis legati iuſſu à latrunculatore comprehenſus, cauſa cognita factionis & ſectæ compertus, poſt quatriduum palàm igne crematus eſt. Duobus fratribus qui in partes eius tranſierant, & eum immortalem credebant, fauces laqueo eliſæ.

Interea temporis Rex è S. Germani caſtello Lutetiam rediit, quò frequentes militum numeri ex Scotia & Subalpina Gallia mandato eius conuenerant. Redierant quoque in F aulam Cardinalis Borbonius, & Cruſſolius de Nauarri & Condæi fide, tuta omnia, ſecundaque nuntiantes, quos Regi copiam ſui facturos aſſerebant. Almericus Bucardus Regem per literas monuerat ſeorſim Condæum à Nauarro haberet, quo præſente noua conſilia

Rex Lutetiam redit.

iniri,

Digitized by Google

iniri,Miniſtros Geneua acciri in omne nefas auidos,aut venales, turbarum incentores. Rex A
Pariſiis firmo comitatu Artenæum venit ,vbi Viennenſis archiepiſcopus ad Louuianam
Monpenſerij vxorem nuntium fiduciarium mittit , per quem eam monet , Nauarrum &
Condæum à profectione ad aulam deterreat , quæ periculum illis Guiſiorum factione crea-
ta ſit,Sagam in Mommorantij caput interrogatum , tem de ſollicitata literis eius Angliæ
Regina vulgaſſe , Bullionium generum ſuum roget Sedanum & Iametium vrbes munitiſſi-
mas receptui & ſaluti Nauarri & Condæi liberorum aperiat : aliquot , ſi res dederit , è Gui-
ſiorum liberis intercipiat , pro ſalute Principum vades futuros , Germanos qui cauſæ benè
cupiant ſollicitet,eorúmque opem aduerſus Guiſios imploret ; Louuiana ingens animi mu-
lier , eundem nuntium ad Bullionium , & in Germaniam ocyùs mittit irrito euentu , cùm
quiſque incerta belli otio & quieti poſthaberet. Vnde Viennenſis archiepiſcopus animi tæ-
dio triduo ante Franciſci obitum mœſtus publicis malis diem obiit. B

Artenæo Rex Aurelias venit.

Artenæo Rex Aurelias venit X V. Kal. Nouembr. ingrato ſpectaculo , præter morem ar-
mis ſeptus , qua rerum facie de legatis ad comitia non leuis terror iniectus , quò arma &
milites pertinerent ignaris. Edictum eſt, vt ab omnibus ad formulam quam Theologi Sor-
bonici ſanctitate & doctrina celebres,ante X V I I I.annos ediderant profeſſio fidei exigere-
tur. Qui ſubterfugerent in eos vindicaretur. Rei inuidia in Guiſios confertur. Cardinalis
Lotharingus in vulgus aduerſo rumore fuit,quaſi omnia ex eius præſcripto agerentůr. Miſ-
ſi per omnes prouincias,qui fluxæ fidei ſuſpectis manum iniicerent,& in eorum capita graſ-
ſarentur. Moniti Pariſienſes,vt in cuſtodia vrbis excubarent,hoſtes in ſinu eorum eſſe.Fran-
ciſco Mommotanrio , qui vrbi & peninſulæ Franciæ præerat mandatum à Rege videret ne
quid in vrbe turbarum eſſet. Itum per domos , priuatorum ædes diligenter inſpectæ, vanus
pauor fuit, nemine armato deprehenſo. Andelotus peditum magiſter ſectæ addictus eiura- C
to magiſterio aula excedit,militem minùs parentem cauſatus. Is habitus animorum fuit,vt
peſſimum facinus auderent pauci, plures vellent,omnes paterentur:tes in manifeſtam defe-
ctionem exibat.

Georgius Armeniacus Nauarro obuiam.

Nauarro ad iter accincto , vt in aulam cum Condæo fratre veniret , Vertolium vſque in
Angoliſmenſi agro Georgius Armeniacus obuiam factus per ſpeciem honoris perſuaſit , vt
ſua fide ad aulam pergeret , omnia in tranquillo eſſe , nihil dubium aut anceps. Quod eis
fraudi fuit. Pictauienſes enim auctore Monpeſaco Pictonum præfecto aditum eis in vrbem
negarunt Qua iniuria principes offenſi eo animo fuere,vt retro pedem referrent , ſatius ta-
men viſum inſtitutum iter exſequi , ne vel ſibi malè conſcij , vel Regi minùs parentes habe-
rentur. Itaque Pictauium regreſſi à Paulo Thermo honorificè accepti ſunt, qui neſcia & fa-
ctum improbante Catharina portas vrbis eis occluſas aſſeuerant. Inde Aurelias iter capeſ- D
ſunt,vbi peſſimè habiti,vno aut altero cum exiguo comitatu obuiam progreſſis, mox in cu-
ſtodiam dati ſunt. Captus & Almericus Bochardus cum literis quas penès ſe habuit,& è S.
Ioannis fano curriculo in aulam perductus.

Magdalena Mallia capitur.

Capta Magdalena Mallia Roienſis Condæi ſocrus Aniſij in Laodunenſi agro , & tan-
quam perduellis S. Germani caſtello incluſa. Cancellarius Hoſpitalius cum delectis è Sena-
tu Condæum legibus interrogare iubetur,quorum ille cognitione repudiata Regem appel-
lat,à quo re ad ſecretius conſilium delata,prouocatio irrita & vana pronuntiatur. In partem
criminis ac terroris trahitur Nauarrus. In vtriuſque cauſa nihil grauius viſum , quàm quòd
accitum Geneuâ Bezam de vertendo Eccleſiæ ſtatu conſuluerant:omninò de quæſtione po-
tuit lenius conſuli,& ad famam Guiſiorum honeſtius,quos tamen iniuſta inuidia premi vul-
go creditum,nec omnia quæ inani rumore iactarentur audienda. E

Catharina cũ Nauarro in gratiã redit.

Interim affecta Regis valetudine Catharina cum Nauarro in gratiam redit,& noua con-
ſilia ſequitur , vt Rege mortuo coniunctis animis in commune conſulant. Rex abſceſſu in
cerebro per aurem ſuppurante Nonis Decembribus hominem exuit , X V I I. ætatis anno,
decimo menſe vno plus die , exeunte anno 1559. Succeſſit fratri Carolus puer , animi ni-
mius,& magnæ ſupra ætatem indolis , apud quem Guiſij regni auſpiciis aduerſa fama fue-
runt , de quorum ambitu & conſiliis multa iactata , quæ quia ad inuidiam compoſita puta-
bantur,omitto.

Carolus Rex ſalutatur.

Protinus Annas Mommorantius à Catharina ſalutando nouo Regi arceſſitur,qui nuntio
Stampis accepto lætus libens Aurelias properat , & in aditu vrbis , cuſtodias quibus portæ
ſeptæ erant faceſſere iubet , Regem domi inter ſuos ſine præſidio caritate ciuium ſatis mu-
nitum eſſe dictitans. Condæus carcere ſolutus inſalutato Rege in Morinos (Picardiam di- F
cunt)ſe recipit.

Frãciſci Regis funus.

Franciſci corpus modico apparatu,S.Dionyſij caſtellum ſine pompa elatum,
& parum ſplendido funere conditum eſt. Tenera eius ætas morbis afflicta,edendis virtutum
aut

A aut vitiorum exemplis impar erat. Nauarrus vt turbæ in aula conquieſcerent, regni regi-
men Catharinæ detulit, ipſe Præſidis per vniuerſum regnum titulo contentus.

Decreuit Rex 12. Kal. Ianuar. 1560. de Conſilij ſententia, vt prouinciarum & arcium *Conſilij ſententia à Rege decernitur.*
præfecti, ceteriq; belli duces qui negotiis vocantibus in aulam venirent, cum Nauarto pri-
mum tanquam vniuerſi regni curatore agerent, is ad Catharinam referret, ex cuius ſenten-
tia poſt cognitionem conſiſtorij, quod in rem eſſet decerneretur. Literæ omnes à præfectis
& ducibus ad Catharinam primum, deinde miſſu eius ad Nauarrum deferrentur, vt dein-
ceps negotia in conſiſtorio agitarentur, Triduo poſt de obitu vicedomini Carnutum alla-
tum eſt, quem profundæ libidines acceleraſſe ferebantur.

Eodem anno Ioannes Cardinalis Bellaius, genere illuſtris, principibus dignatione par,
legationibus plurimis ſumma prudentiæ ac fidei laude ſunctus belli paciſq; artibus clariſ-
B ſimus, qui ſuorum temporum hiſtoriam oculata fide prudenter æquè, ac politè ſcripſit, Ro-
mæ collegij Cardinalium princeps diem extremum clauſit. Is Parienſis epiſcopus cùm ir-
rumpentis numeroſo exercitu Caroli V. nuntius omnium animos conſternaſſet, producto
vallo Luteriam firmis propugnaculis muniuit.

Franciſco mortuo motibus reſtinguendis qui tota Gallia ardebant regnis ordines idib. *Ordines motibus reſtingendis conueniunt.*
Decemb. Aurelias ad comitia conueniunt, quibus Rex puer, Catharina mater, Principes re-
gij ſanguinis, Præfecti, duces & alij ex more affluxere. Cancellarius Hoſpitalius de cauſa &
ratione conuentuum compoſita oratione diſſeruit, quos haberi ſolitos oſtẽdit, vt Rex cum
ſubditis de Rep. in commune conſuleret, & ſingulorum querelis, aut poſtulatis æquitet au-
ditis publicæ tranquillitati proſpiceret. Is, vt erat diſertus, in re graui dicendo diem extra-
xit, ſequenti die cùm plerique ex nobilitate & plebe cauſarentur mortuo Rege à quo indi-
C cta comitia erant, ius ſuæ legationis euanuiſſe, in Conſiſtorio decretum eſt vim eandem
mandatorum, & ius legationis quod prius fuerat mortuo Rege vigere, quia lege regni viuus
mortuum excipiat, & Rex in Gallia tranſmiſſo in ſucceſſorem ſine interruptione imperio
mori nõ videatur. Cardinalis Lotharingus meditatã orationem, quam nomine trium ordi- *Cardinalis Lotharingus orare prohibetur.*
num in comitiis haberet, attulerat, ſed reſtagante plebeio ordine, qui ex maiorum inſtituto
has eius partes eſſe negauit, conticeſcere coactus eſt.

Ioanni Angelo in Senatu Burdegalenſi aduocato cauſa plebis commiſſa, qui cleri vitia *Ioãnes Angelus cleri vitiorũ inſectator.*
grauiter, & aſperè inſectatus eſt. Deinde pro nobilitate Iacobus Silius loquutus in nobilium
ordinem multos plebeios gratia & pecuniis irrepſiſſe conqueſtus eſt, qui onere vectigalium
ſoluti, regios reditus imminuant, & ærario damnoſi ſint, tum in clerum petulanter inuectus
eorum eſſe dixit eſurire, & precibus vacare, nobilium lauta & pinguia beneficia à quorum *Iacobus Silius orat.*
D maioribus fundata ſint. Illud optimè, beneficia & magiſtratus non pecunia, aut gratia, ſed
doctrinæ & virtutis merito danda, numerum magiſtratuum minuendum. Poſtremum hoc
peſſimè, quòd ſectariis templa, & conſcientiæ licentiam popoſcit. Pro Clero Ioannes Quin- *Ioannes Quintinus pro Clero loquitur.*
tinus loquutus eſt, qui in eccleſia errorem hærere non poſſe, eamq́ue à ruga & macula li-
beram oſtendit. In moribus ſi quid peccetur veterem diſciplinam reuocandam, in eccleſiæ
fide & doctrina næuum non eſſe ad quam nuperi emanſores, ſi leni remedio reuocari non
poſſint, morbum qui quaſi tabes eorum animos inſederit exurendum. Hæc poſtrema eius
orationis pars à ſectatis durius accepta eſt.

Quibus dimiſſis epiſcopi à Rege moniti ſunt, vt ad Concilium, quod Tridentum à Pon- *Concilium Tridentinũ.*
tifice ſit indictum ſe compararent, Decretum item vt ſectæ nomine vincti ſoluerentur, & in
liberam bonorum ſuorum poſſeſſionem mitterentur. Emerſere tum variæ inter nobiles ſi-
E multates, vani rumores inceſſere, qui quia ſponte euanuerunt ſilentio prætereundi ſunt.
Cardinalis Lotharingus gratia in dies diffluente aula exceſſit, & Durocortorum Rhemo-
rum vt inuidiæ ſe ſubduceret, conceſſit. Exeunte anno Conuallenſes veteris erroris dam-
nati, cui ſectarij deinde ſacramento dixerunt, mandato Regis bello tentati ſunt, quod ſe-
quenti anno perpetratum. Id genus homines cum Albigenſibus, VValdenſibus, & aliis qui *Albigenſes & VValdẽſes, &c.*
à Sperono & Arnoldo ante CCCC. annos deprauati à fide & pietate defecerant, paria fa-
ciebant, eoſdem errores mordicus tenebant, & pertinaciter defendebant. Albigenſes qui-
dem à Ludouico VII. & VIII. Galliæ Regibus attriti, & deleti erant, VValdenſes & Spe-
roni, Arnoldiq; ſequaces dignis ſuppliciis exerciti in varias Europæ partes vagi ac profugi
conceſſerunt, pars in Germaniam, Sarmatiam, Liuoniam, pars in Apuliam, & Calabriam pe-
netrauit, nonnulli in Narbonenſem Prouinciam, & Allobroges peruaſerunt, & in Subalpi-
F nis conuallibus inter horrida & inhoſpita locorum delituerunt, à quibus Conuallenſes di-
cti. Quatuor Conualles in Cottiis Alpibus ad Veſulum montẽ numerant, in quibus latibu-
la ſua, & cubilia, ferarum more habuere. Luſernenſis à Luſerno oppido in ceruicibus eius

ſito appellata, Angrunia, cui à fluuio cognomentum, qui mediam ſecat, Peroſiana & Sam- A
martiniana pari iugo cum aliis nexę, in quibus accolæ ad XV. millia fuere. Eos Galliæ Rex,
cuius ea regio ditionis erat, priuſquam indulgentia eius in Sabaudi manus veniret, variis
ſuppliciis ab errore flectere, & ad meliorem mentem trahere conatus eſt.

Angrunienſes, &c.

Anno 1555. Angrunienſes, Luſernēſes, Sammartinei, è ſuggeſtu publicè ſomnia ſua de-
clamare auſi, & religionis ergo conuētus indicere, à Senatu Taurinenſi pœnis coërciti ſunt.
Sed vicit hominum pertinacia, ne vllo cruciatu à friuolis opinionibus deterreri poſſent,
imò ex omnium conſenſu confeſſio fidei exiit, qua ſe Apoſtolorum ſymbolum nouum in-
ſtrumentum, quattuor prima œcumenica Concilia tenere, complecti, tueri, profeſſi ſunt.
Res in ſpeciem honeſta quæ ſtudia hominum alliceret, verùm vbi eorum fides ad noui in-
ſtrumenti, & quattuor Conciliorum regulam, velut ad Lydium lapidem exacta eſt, omnia
inania, falſa, freneticorum deliramenta eſſe apparuit. Illi enim fide tantùm Christi corpus B
in Euchariſtia manducari aſſerebant, cùm in Euchariſtia reuera non eſſet, verùm ad dexte-
ram patris aſſideret, & verba Chriſti ad ſua ſomnia noua interpretatione detorquebant, di-
centis, *Hoc eſt corpus meum quod pro vobis traditur.* Paulo fidem negabant, aut offucias faciebant
ſcribenti, qui manducat, aut bibit indignè, iudicium ſibi manducat, non diiudicans corpus
Domini, & cætera talia, quæ huic narrationi commodè inſeri non poſſunt. Addebant ſe ea
æquitate animi eſſe, vt ſi ex ſacris literis erroris reuincerentur, manus dare, & veritati quæ
innotuiſſet, acquieſcere vellent.

Sorbonici Theologi ſectariorũ errores in aperto ponere iuſſi.

Iuſſu Regis Sorbonicis Theologis datum id negotij, vt eorum errores in aperto pone-
rent, & auctoritate verbi Dei fanaticas opiniones reuincerent, quod luculenter & egregiè
factum fruſtra fuit, cùm illi non Dei verbo & veteris Eccleſiæ decretis, ſed doctrinæ à Val-
do traditæ ſtarent, & vbi ratio deficeret, animi obſtinationem & peruicaciam pro ratione C
obtenderent. In cęteris gemina cum Caluino, & noſtri ſæculi erroribus ſentiebant. Confeſ-
ſionem quæ deponitur in ſinum & aures ſacerdotis, traditiones, cerimonias, preces, & ſacri-
ficia pro mortuis, imagines, cultum ſanctorum, indulgentias, cenſuras Pontificias vno om-
nes ore damnabant, homines ſimplices, & minimè mali, quorum mores non improbares, ſi
rectes de Deo & pietate ſenſus eſſet. Multa per ignorantiam, & prauam inſtitutionem pec-
cabant literis ſacris addicti, quas ex ſuo quiſque ſenſu, non ex Eccleſiæ fide, aut veterum
patrum mente interpretabantur. Saniulianus in Taurinenſi, Senatu Præſes edictum à Rege
oſtendit, vt quia eorum errores à Theologis ſummæ eruditionis damnati ſunt in Eccleſiæ
ſinum ſe recipiant, & nouas opiniones eiurantes ni velint legum ſeueritatem experiri. Illi pro-
poſiti tenaces edicta ludificantur. Senatus decreto prohibentur alios paſtores agnoſcere,
quàm qui ab Archiepiſcopo Taurinenſi probati eſſent. Heluetiorum tamen, & principum D
Germaniæ rogatu factum eſt, ne in eorum capita, aut bona Galliæ Rex ſæuiret.

Miniſter Conuallium lento igne crematur.

Vbi verò ſpecie pacis quattuor illæ Conualles in ius ac ditionem Sabaudi conceſſere,
Pontifice vrgente captus miniſter, & cùm vt reſipiſceret moneretur, vicit ſectæ obſtinatio,
& credēdi temeritas lento igne mulcata eſt. Alij plerique, in quorum capita quæſitum, flam-
mis addicti, cùm à ſuo ſenſu demoueri non ſe paterentur. Supplicia eodem nomine in Mea-
nenſes, Arquenſes Metonenſes, Suſionenſes exercita, cum Carinianenſibus vt mitius age-
retur Caroli Luſernenſis Comitis commendatione factum. Nobiles Conuallenſibus fini-
timi in pagis ſui dominij vim fecere accolis, vt ab errore diſcederent, in præfractos ac cer-
uicoſos omni cruciatu graſſari, in miniſtros mali diſſeminatores viui comburia vſur-
parunt.

Vicani Prategelati.

Vicani Pratigelati regiæ ditionis, villaticis Reuclaretinis nob ilitati Sabaudæ obnoxiis E
opem tulere, ventum ad manus nocte adulta, nobiles aliquot fugati. Ebrudono maritima-
rum Alpium Metropoli Taurinum tendentibus multæ conualles occurrunt, ad dextram
Queraſenſis, ad læuam Fraxinea ſeptem pagis diſtincta, quorum accolæ pecuarij pelliti
omnes; vnde ſuperato montis iugo Hannibalis via anguſta obiicitur, in ſaxo manu & opere
exciſa quam ſulphure & aceto lignis ardentibus monte perrupto Hannibal ad iter Italiæ
aperuit. Inde Brigantionem itur, cui ad læuam meretricia vallis ſubeſt, cognomentum ab
adulterata fide ſortita, (Loiſiam hodie indigetant) à Ludouico XII. à quo Valdenſes peſ-
ſime habiti.

Ocellarum arx muniſſima.

Longiùs progredientē Ocellarum arx munitiſſima regiæ ditionis excipit, deinde Cluſo-
nia trans alpes à Cluſone fluuio, in quo Pratum gelatum pagus accolis non infrequens. In
ima Cluſonia Peroſia eſt Sabaudicæ ditionis initium, cuius dorſo imminet S. Martini, & F
deinde S. Ioannis fanum, quibus Angrunia conuallis vberi ſolo omnium maximè populoſa
ſubiicitur. Conuallium accolæ omnes Valdi erroribus impediti, cùm à Philippo Sabaudiæ
Duce,

Digitized by Google

A Duce, à Marguarita [illegible] ad fidem & frugem mollibus imperiis adduci non poſſent,
grauiora experti ſunt. [illegible] S. Germani pagum cohors miniſtrum peſtis incentorem igne
exuſſit, vicanibonis [illegible] in vicinos montes ſe recipiunt & frigore ac fame, quæ eſt genti
contumacia, exanimari ſe ſinunt: omnes corpore validi, cum Angroniis ſe coniungunt,
quorum ope cohortem militum laceſſere auſi, centum & viginti præda onuſtos ſundunt
fugantque, qui pontis Cluſonij aditu intercluſi fluuio merſi, aut ferro cæſi ſunt, deinde Phi-
lippi iuſſu, Duce Trinitenſi rebus bellicis ſpectato exercitus in Angronios ducitur, à quo
cæſi, ſpoliati, rebus omnibus exhauſti à peſtiſero veterum errorum ſenſu ad legitimum reli-
gionis cultum traduci non potuere. Tantum in rudibus animis receptæ ſemel, & coalitæ
opinionis pertinacia valet. Tandem Marguarita deprecante aliquid paruicacibus indul-
tum, & dato cuique libero ſui cultus exercitio publicæ quieti conſultum eſt.

B Nonis Ianuarij anno 1560. ad ſupplendum ærarium quod bellorum iniuria exhauſtum
erat, tum vt de vectigalium onere aliquid ſubduceretur, relatum in conſiſtorio de ſalariis
aulicorum & penſionibus minuendis, detracta aulicis dimidia ſalariorum pars, tertia pen-
ſionum. Actum & de penſioonibus quæ Scotis, Heluetiis, Germaois, Italis extra regnum pen-
ſitabantur, quòd Galliæ graues & importunæ eſſent, abrogandis. Nec enim verendum eſſe
ne vel Scotis cum Anglo, vel Heluetiis cum gente Auſtriaca vnquam conueniat, qui in-
teſtinis odiis diſſideant Germanos ac Italos Galliæ multis officiis obſtrictos penſiooes pen-
dere, non accipere debere, quorum ſalus ſine Franciæ ope in tuto non ſit, Venetos à penſio-
nibus abhorrere, quorum amicitia regi expetenda ſit. Pontificibus Romanis in Galliam
perfugium ex omni memoria fuiſſe, quam ſi turbis ac ſeditionibus incendant, aut de ea
malè mereantur, coërceri poſſe. Nihil tamen aliud decretum, quàm vt turmæ equitum
C Scotorum nouis opinionibus imbutæ dimitterentur.

Inde Rex Aurelis Non. Februarij fontem Bellaquęum petit, quò Condæus vocatu Re-
gis Franciſco Rupifulcaûdio, & Senarpontio Picardiæ vicario comitibus venit, vbi ſaluta-
to Rege, à Regina matre obuiis vlnis ſuſceptus de Conſiſtorij ſententia crimine ſolutus, &
abundè purgatus in priſtinum reſtituitur. Acta de innocentia eius perſcripta, & in conceſſu
Parium Franciæ, vbi de capite Principum Regij ſanguinis propriè quæritur, deinde in cen-
tumuirali curia probata. Subortæ tunc in aula turbæ Nauarro quęrente regij Palatij claues
Guiſio tradi, quarum ipſe arbiter eſſe debeat. Regina mater id muneris eſſe Magiſtri Palatij
oſtendit, quod munus Guiſius ſuſtineat, vt publicæ quieti conſolatur, non abnuere quin à
corporis cuſtodibus ad eum Palatij claues deferantur. E verbis per iurgia incaleſcentibus
animis, res facta. Nauarrus comitibus Regij ſanguinis Principibus, Mommorantio, & Coli-
D niis fratribus adminiſtris abitum ex aula inſtruit, vt Lutetiæ de regni adminiſtratione ſta-
tuatur. Quare anceps animi Catharina, verita ne authoritate quam acceperat excederet,
cum Nauarro in gratiam redit, conuentum vt Nauarrus per vniuerſas regni Prouincias
Proregis autoritate polleret, Regina eo inconſulto, vel nolente nihil maioris negotij age-
ret. Habiti Pariſienſis præfecturæ conuentus, quibus moderator datus Franciſcus Mom-
morantius Peninſulæ Franciæ Corrector, qui & in aliis prouinciis vbique in Francia cele-
brati. Durius acceptum eſt, quòd Nauarrus Regis Daniæ oratori, qui gratulatum Carolo
Regi felicia regni auſpicia venerat, domi inter prandium ſpem fecerit fore, vt ante exitum
anni liberum ſectæ exercitium per omnes Galliæ prouincias daretur. Rogauit ille ſi Da-
niæ, Sueciæ, ac denique totius Germaniæ Regum ac Principum gratiam inire vellet, Augu-
ſtanam Lutheri confeſſionem, Caluiniana repudiata introduceret, tanto iam odio eæ ſectæ
E inter ſe diſſidebant. Nauarrus reſpondit eas ſectas inter ſe conciliandas, vt Romanus Pon-
tifex communis omnium hoſtis facilius opprimeretur.

Interim Mommorantius Catholicæ Fidei tenax, vulgatis Nauarri conſiliis, rem non ob-
ſcurè habuit, ſed queſtus veteri Religioni fucum fieri, ſacros ritus labefactari, Eccleſiæ ſplen-
dorem nouis opinionibus inquinari, homines terræ filios è ſuggeſtu ad populum loqui, no-
ua ſacra obtrudere, vulgò per quadrageſimam contra fas Eccleſiæ ab helluonibus carnes
vorari? Id temporis intra Palatij ſepta, in iis cœnaculis quæ Condæo & Colinio maris Præ-
fecto in Regia erant, attributa, miniſtri ſectæ publicas conciones habebant.

Ioannes Monlucius Valentiæ antiſtes in primaria Palatij aula non Epiſcopum Catholi-
cæ Fidei propugnatorem egit, ſed ex Caluini & Lutheri diſciplina in Eccleſiaſticum ordi-
nem, & ipſum Romanum Pontificem inuectus eſt, cuius concionibus Rex, Regina, & Prin-
F cipes intererant. Id cauſæ fuit cur Mommorantius à ſectariis abhorrens, cum Guiſio & San-
tandreano adnitente Magdalena Sabauda vxore, nouæ ſectæ & Coliniis infenſa in gratiam
rediret. Ad eos ſe Melchior Pratenſis Monpeſacus, & Honuratus Sabaudus Villarij comes,

Rex fontem Bellaquęum petit.

Catharina cũ Nauarro in gratiam redit.

Nauarri reſponſum de Romano Põtifice opprimendo.

Ioãnes Mõlucius Valentiæ antiſtes.

Mommorantij per Septimaniam legatus ſe aggregarunt, plerique diductis in ſtudia proceribus in partes deſcendebant. A

Franciſcus Mommorantius patrem à partibus abducere conatur.

Franciſcus Mommorantius patrem à partibus abducere, aut certè cum Coliniis coniungere ſtudebat, quem ſenex monuit ne inter initia coëuntis gratiæ recentem cicatricem reſcinderet, addiditque ſe velut è ſpecula proſpicere impendentem è ſecta tempeſtatem, verſa Religione Rempublicam verſum iri, qua integra decus ſuum apud Regem integrum fore, collapſa ſtare non poſſe. Quare cùm Dei cauſâ in hoc cardine verti crederet, in gradu conſtitit, nec ſe ab hac mente demoueri paſſus eſt. In aula regum rarò aliquid ſyncerum inuenias, omnia honeſtis nominibus prætexuntur, pro ſe quiſque nititur, & priuatæ rei ſeruit. Suos quiſque ambitus habet, ſua ſtudia tuetur. Interim noua inter Lotharingos & Mommorantium amicitia magis in dies conualeſcebat, cùm ex improuiſo Nauarrus aula excedit, Catharina inaugurando regi Remos Guiſio comite properat, vbi de parium numero & dignatione controuerſia mota eſt, cùm alij aliis in publicis conceſſibus, & incedendi ordine potiores eſſe vellent. B

Pares à quo primùm instituti, & quot.

Pares è quo primum inſtituti ſint obſcurum eſt. XII. per initia fuère, ſacri ordinis ſex, Archiepiſcopus Remenſis, Epiſcopi Lingonenſis, Laodunenſis, Bellouacenſis, Catalaunenſis, Nouiodunenſis, qui hodieque perſeuerant, Laïci ſex, Burgundiæ, Aquitaniæ Normaniæ Duces, Flandriæ, Campaniæ, ac Toloſæ Comites, qui omnes tractu temporis euanuère, ſubrogatis aliis arbitratu Regis, numero parum certo, & definito, quorum prærogatiua ordine creationis procedit. Prior enim tempore, vt in aliis pleriſque rebus, prior eſt iure, quod tamen in Regij ſanguinis Principibus non obtinet, qui omnes Patricij nati, quo propiore gradu regiam Maieſtatem attinent, eo digniore loco ſunt, & cæteris alterius loci Patriciis antecellunt. Quanquam autem Patricij ſacris ſoluti, quos Laïcos vocant, decem aut plures ſæpe à Rege creantur, ſolemne tamen eſt vt in pompa, & ſolemnibus Regiæ inaugurationis ſex tantùm priſco inſtituto adhibeantur. Guiſius ſecundum à Nauarro in conſeſſu locum, creationis iure & ordine depoſcebat, & Monpenſerio regij ſanguinis Principi locum præreptum cupiebat. Non tulit Regina, & Alexandro filio, qui poſtea Henricus III. dictus ſeſſionem ante Nauarrum dedit, quem Regij ſanguinis Principes ordine pro ſucceſſionis gradu ſequuti ſunt. Actum & à Iacoba Roana Rotelini Marchionis vidua, vt Helionoro Aureliano Longauillæ Duci filio cubiculi præpoſiti (magnum Camerarium vocant,) honos in Regis inauguratione reſtitueretur, quo maiores eius centum viginti vt minimùm annos honorificè functi erant, quæ tunc dignitas à Guiſio præter ius & morem obtinebatur. Nihil ſuper ea re definitum. C

Variæ per prouincias ſuper Religione rixæ.

Secundùm hæc vt in aula, ita & per prouincias variæ ſuper religione rixæ, crebræ contentiones erant. Theologis pro concione quiritantibus omnia diuina, humanaque iura calcari, ſectæ venenum longiùs in dies ſpargi, Colinæorum auctoritate, qui ſacra Eccleſiæ Catholicæ conuellebant, nouas & damnatas opiniones publicabant. Et Ambiani quidem, & ad Efiæ pontem vtrinque æſtu animorum ad manus penè ventum eſt. Bellouaci Cardinalis Caſtellionæus, Eccleſia principe præter inſtituta maiorum Paſchatis ſolemnibus derelicta; cùm in domeſtico ſacello ritu Lutheri, Buticulario Theologo ſacrum Miſſæ peragente ſub vtraque ſpecie Euchariſtiam ſumpſiſſet, vulgata rei fama, populus adeò exarſit, vt in ſectariorum capita, fortunaſque inuolaret, & ipſi Cardinali extrema minaretur. Poſtridie ſeditio ſopita eſt. Non ita multò pòſt per Franciſcum Mommorantium, equitum Tribunum quæſitum in ſeditionis auctores, & in duos capite animaduerſum eſt. Reſcriptum à Rege ad Prouinciarum Rectores, vt turbis obuiam irent, & inuidioſa Papiſtæ, & Hugonoti vocabula premerent, libera eſſet cuique credendi licentia, ſi qui ſectæ aſpectu exularent, iis integrum poſtliminij ius eſſet, ſi qui vincti, ſoluerentur. Quod reſcriptum Senatus malo more factum pronuntiauit. D E

Edictum menſis Iulij.

Ex ea occaſione ſecta in Francia coaluit, & vires eius auctæ. Deinde ex Senatus ſententia edictum Iulio menſe conditum eſt, vt omnes pacem colerent, concionatores verbis ſeditioſis abſtinerent, plebs rixis & conuitiis temperaret, qui ſeciùs faceret, capite lueret. Prouinciarum Rectores cognoſcerent, ſacramenta ne alieno à Catholica Eccleſia ritu celebrarentur. Penes forum Eccleſiaſticum cognitio de hæreſi eſſet, donec controuerſiæ Synodo definirentur. Reuocata lex Athenienſium de abolendis obliuione ſuperioris temporis iniuriis, modò in poſterum Catholico ritu viuatur. Colloquium de fide Poſſiaci oppidi haud longè à S. Germani caſtello ad IIII. Idus Auguſti indicitur, quò cuncti publica fide qui de Religione quærere vellent conuenire iuſſi. V. Kal. Octobr. Rex magno Principum, Præfectorum, Ducumque conceſſu Condæum cum Guiſio conciliat, vterque in mutuos amplexus ruunt, F

A runt, & in pectore cùm ingens vulnus fuerit, cicatricem non eſſe teſtantur. Guiſius iuratus
crimen carceris Condæi, & vinculorum à ſe amolitur, omnem ſcabritiem vt animo deleret
orat, odia feras mentes obſidere, eruditas prælabi oſtendit. Inter hæc Comitia priore anno
Aureliis cœpta in Sextilem dilata, & ad Eſiæ Pontem indicta ſunt, quibus ad S. Germani
caſtellum in procetum conſeſſu principium factum. Ibi Rex ſupra alios illuſtri loco, ſolio
eminente aſſedit, ad læuam Regina mater, infrà ſoror, humiliori ſede Nauarrus, è regione
dextram Mommoiantius militiæ magiſter, læuam Cancellarius obſidebat. Guiſius cum
Scipione liliis aureis humi porrecto, quod Magiſtri palatij inſigne eſt, Regis pedibus in-
cubabat.

Cardinales de conſidendi prærogatiua controuerſiam aduerſus Regij ſanguinis Princi-
pes mouêre, contra quos pronuntiatum eſt: Turnonius, Lotharingus, Guiſius Cardioales
B indignabundi aula exceſsêre, cæteri æquiores fuerunt. Hoſpitalius cui ex officio vox Regis
commiſſa, omnes monet, vt in commune conſulant, & liberè ſententias expromant. Pro
plebe Marcus Britannus Auguſtodunenſis prætor duo capita vehementi oratione agitauit,
quorum altero cleri luxum, ignorantiam, potentiam inſectatus, licentiam de Deo cuique
ſuo arbitratu credendi orabat, altero vt iuridici magiſtratus doctrina & merito, non pecu-
nia promouerentur, & ea forma quæ nuper comitiis Aurelianenſibus præſtituta eſſet reli-
gioſè obſeruaretur. Eadem fermè ab eo qui pro nobilitate dixit, ad inuidiam vſque exag-
gerata ſunt. Qui Eccleſiaſtici ordinis partes egit, primam Religionis curã Regi incumbere,
ea vigente omnia in regno vigere, ea collapſa cætera collabi oſtendit. Dei cultum, Eccleſiæ
Catholicæ fidem primo loco ſemper habitam, corpora cum brutis homini communia in
terram ſolui, animos immortale æuum agere. Id præcipuum Galliæ Regum decus, quod
C Eccleſiam ſupra cæteros coluerint, ornarint, auxerint, ita ſpem eſſe, ita felicem Regis indo-
lem ſpondere, non degenerem à maiorum pietate futurum. Quod fidei hoſtes opes, & lu-
xum ſacri ordinis in inuidiam vocent parum piè facere, cùm ab omni æuo præcipuus ho-
nor Sacerdotibus fuerit.

Cardinales de conſidendi prærogatiua controuerſiam mouent.

Reges olim ipſos Sacerdotes, Romanos imperatores, Pontifices, in Ægypto ſacrorum
miniſtros ab omni onere immunes fuiſſe. Hodie in Turcis, Perſis, Arabibus Caliphas &
Mupthi quos vocant ſanctos, & inuiolabiles appellari, ac præcipuo numero eſſe. In Iudæis
Pontifices Principes, aut Principibus pares, Leuitis & Sacerdotibus pars fructuum ex-
cepta, ipſi iudiciis grauioris rei præfecti, eos qui Dei in terra vices agant, qui animorum
ſaluti conſulant, vt diuina auctoritate polleant, ita & humana ope ſubleuandos, ſicubi diſ-
ciplina in clero lapſa ſit, eam Epiſcoporum diligentia reſtitui poſſe, nihil prius Regi, ni-
D hil antiquius Catholica Fide eſſe debere. Ibidem actum de ære alieno diſſoluendo, æra-
rio ſupplendo, conſilium ab omnibus datum, rem pauci adiuuêre. In ſacrum ordinem
omnes infeſtis animis ferebantur, & iuriſdictionem ac opes eius perditum ibant, tantus
nouæ ſectæ ambitus fuit, ni Regi vltrò Clerus IIII. quotannis decimas in ſexennium ob-
tuliſſet.

Sacerdotes olim in Ægypto ab omni onere immunes.

Regina cùm ſecta in dies gliſceret verba præeunte Valentino Epiſcopo ſectæ fautore
Pontificem Romanum de Franciç turbis per literas monet, ac vt periclitanti Religioni tem-
peſtiuè remedium adhiberet rogat, cuius vnica ratio oſtendatur, ſi capita Catholicæ fidei ex
veterum Patrum ſcriptis in integrum habeantur. Ea res nimium quantum Romano Ponti-
fici offenſionis attulerit, qui noua iſtas opiniones ab orthodoxa Fide alienas, & à Patribus
hæreſeos damnatas ſciret. Dies Synodi Poſſiacenæ venerat, inde Epiſcopi, & Doctores Theo-
E logi, inde Miniſtri ſectarij confluebant, à quibus libello petitum à Rege, vt Epiſcopi non
quaſi iudices, ſed vt partes ſederent, vt Rex colloquio cum ſacri conſiſtorij comitibus præeſ-
ſet, controuerſiæ ex ſolo Dei verbo diſceptarentur, ea de quibus conuentum eſſet ab actua-
riis probatæ Fidei in acta referrentur. A Rege reſponſum, vnum ex regiis Epiſtolaribus re-
ligioſè hoc munere functurum.

Regina Põtificem Romanum de Frãcia turbis per literas monet.

Quinto Non. Nouembris colloquio initium factum. Rex in illuſtri, & ſublimi ſolio con-
ſedit. Aderant Præſules plus minùs xl. cum Doctoribus Theologis. Rex breui oratione
Synodi Patres admonuit, vt Eccleſiæ paci religioſè ſine ambitu, & partium ſtudio conſule-
rent. Hoſpitalius item vbêri oratione vrgebat, Conſtantinum Magnum Nicæno Concilio
præfuiſſe, controuerſias omnes ex ſolo Dei verbo decidi poſſe, omnem ex animis acerbita-
tem eiiciendam, cum nouæ ſectæ hominibus, vt cum Chriſti cultoribus, & iiſdem myſteriis
F initiatis leniter agendum. Arium Alexandri Ægypti Patriarchæ impotentia in furorem
actum, Neſtorium Cyrilli violentia in exitium Fidei ruere auſum. Verba Hoſpitalij aduer-
ſo rumore accepta, quòd in Eccleſiæ controuerſiis, veterum Patrum Decreta Principe loco

Colloquium initũ quinto Non. Nouembris.

Digitized by Google

ſemper fuerint, & ex eorum doctrina controuerſiæ compoſitæ. Annotabant alij Conſtan- A
tinum Auguſtum Nicæna Synodo infra epiſcopos humili ſede, non vt præſidem, ſed vt di-
ſcipulum conſediſſe, Alexandri in Arium ſeueritatem à Deo Arij interitu probatam, Cy-
rilli iudicium de Neſtorio vniuerſum orbem ſequutum. Cardinales Turnonius & Lorha-
ringus ea quæ ab Hoſpitalio dicta eſſent, vt ſcripto mandarentur, poſtularunt, eo recu-
ſante.

Beza in Synodo dicere iuſſus.

Iuſſus dicere Beza, multus fuit ad nauſeam in Catholicæ Fidei myſteriis proſcindendis,
& parum æquis auribus auditus eſt; indignante Turnonio, & apud Regem expoſtulante,
quòd Chriſti corpus tantum à pane & vino Euchariſtiæ abeſſe dixiſſet, quãrum à terra cœ-
lum abeſt. Fatebatur Beza Deum in cœna præſentem eſſe, corpus abeſſe, cui tamen re ipſa
Spiritu & Fide participent. Videbantur iſtá contradicentia, corpus quod re ab Euchariſtia
abſit, Fide & Spiritu ſumi, & nihilominus verè ac reipſa ſecundùm ſubſtantiam idem cor- B
pus quod verè abſit, & tam longè abſit in cœlo poſitum, & loco definitum, ore credentium
in Euchariſtia ſumi.

Colloquium iterum inſtauratur, ad XVI. Kal. Octobr.

Iterum ad XVI. Kal. Octobr. colloquium inſtauratur, iiſdem præſidibus, minore concur-
ſu. Ibi Cardinalis Lotharingus piè & verè De Eccleſiæ integritate, De Patrum in rebus Fi-
dei, & recta Scripturæ intelligentia, auctoritate, De ſacræ Euchariſtiç myſterio, De propliano
Sectariorum ſuper ea re ſenſu, qui Chriſti corpus non plus in cœna, quàm in ſcena, aut cœno
eſſe impiè aſſerant, multa ſingulari eloquẽtia dixit, quæ prouis bonorum omnium auribus
accepta ſunt, & ea die res in eo ſterit.

VIII. Cal. Octob. iterũ conuenitur.

Octauo Kalend. Octobr. iterum conuenitur, priuato comitio, Rege abſente, XII. ex omni
numero delecti. Ibi Beza de Eccleſiæ notis, De conciliis in quæ errorem cadere poſſe falsò
contendebat, De ſcripturæ dignitate multis velitatus eſt. Cum quo commiſſus Claudius C
Eſpenſæus vir eruditus æquè, ac pius, de Beza quæſiuit, qua auctoritate miniſtri, & à quo vo-
cati miniſterium ſumant, quod nemo ſumere debeat, niſi vocetur à Deo ſicut Aaron. Cùm
neminem laudent qui ſibi, ſuiſq; manum ex inſtituto Apoſtolorum impoſuerit, quis furor
eſt, miniſterium inuadere? Vel enim ordinaria vocatione inſtituti ſunt, quod ipſi negare co-
guntur, vel extraordinaria quæ miraculis teſtata eſſe debet, à quibus derelicti ſunt. Neutra
igitur vocatione legitimi ſunt Paſtores. De Scripturæ intelligentia ſi inter aduerſos non cõ-
uenit, Patres appellandos, Patrum interpretationi ſtandum. Multa de traditionibus, De
Conciliis, De Chriſti in Euchariſtia præſentia corporea eruditè ſubiecit.

Libellus ſectariis oblatus ſuper cõtrouerſiis huius temporis.

Oblatus eſt ſectariis libellus à Georgio Caſſandro Germano ſuper controuerſiis huius
temporis editus, quem illi repudiarunt, & Franciſcum Balduinum I.C. Atrebatem à quo li-
ber allatus erat, deſertorem, & ecebolum, licèt ſuæ ſectæ hominem, ſumma petulantia voci- D
tarunt. Libello huic Ioannes Caluinus virulento admodum ſcripto illuſit, cui poſtea Bal-
duinus aculeato reſponſo paria fecit. Biduo pòſt denuò inter ſe verbis velificati ſunt, nullo
fructu, cùm ſuæ quiſque ſententiæ pertinaciter blandiretur. Quia ea Colloquij ratio fruſtra
erat, mutari placuit. Delegati hinc Valentinus, & Sagienſis Epiſcopi, Io. Salignacus, Ludo-
uicus Butillerius, Eſpenſæus, inde quinque ſectarij duce Beza, inter quos conuenire non
potuit, cùm noui homines ſe verè ſubſtantiam corporis Chriſti ſpiritualiter per Fidem ede-
re conteſtarentur, quæ tamen ab Euchariſtia aberat, in qua ſola panis ſubſtantia reapſe re-
periebatur.

Petr. Martyr à Beza deficit.

Hæc abſurda, & contradicentia eò vſque viſa, vt Petrus Martyr à Beza deficeret, & ſpiri-
tualiter per fidem, non re ipſa per ſubſtantiam corpus Chriſti ſumi contenderet. Luthera-
ni corporis ſubſtantiam cum corporis Chriſti ſubſtantia, vi verborum coniunctam eſſe de- E
fendebant, tranſſubſtantiationem (& vt loquuntur Patres) tranſelementationem, trãsfigura-
tionem, conuerſionem, mutationem ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti, quam
Græci μεταστοιχείωσιν, μεταποίησιν, μετάθεσιν, μεταῤῥύθμισιν, μεταβολὴν vocant, non admitte-
bant, quia vel Patres non legerant, vel ab eorum fide & ſenſu volentes deſciſcebant. Hoc
exitu colloquium clauſum eſt, ſine fructu, ſectariis deteriora ſequutis. Improbatum collo-
quij exemplum, nec enim errores pridem damnari retractari debuerant. Actum inter Epi-
ſcopos, vt ſuo quiſq; gregi ſanctè & religioſè conſuleret, nemo vagus & emanſor à ſtatione
diſcederet, ſuæ quiſque diœceſeos clericos & Sacerdotes in officio contineret, plebeculam
ſanctis moribus, & fidei Decretis imbueret, qui ſecùs faceret, vt Edicto comprehenſum erat,
eius immobilia ſub haſta venirent. Durius hoc viſum, & à Curia Pariſienſi mollitum, cuius
Senatus conſulto cautum eſt, vt ipſa tantùm ſuppellex, & quæ mobilia dicuntur, haſtæ ſub-
iicerentur. F

Miniſtri à

Miniſtri, per Tricaſſes expeditum iter ſequuti à Ioanne Antonio Caraciola, Ioannis
Sergij

Digitized by Google

Ioãne Antonio Caraciola amicè excepti.

A Sergij Melphiæ Principis filio Tricaſſium Epiſcopo in nouas opiniones prono amicè excepti ſunt, à quibus iniecto de vocatione ſua ſcrupulo, quod per gratiam, & generis ſplendorem Epiſcopus creatus eſſet, eiurata Fide Catholica, iterum quaſi à legitimis Eccleſiæ Paſtoribus inauguratus eſt, tanta in eo vecordia, tam infirmus animi, & fidei ſenſus fuit, quòd vbi fama vulgatum, de ſententia Regis, & Epiſcoporum, ſacro ordine motus, & Sacerdotio multatus eſt. Dimiſſo conuentu Miniſtris valere iuſſis, Epiſcopi per aliquot dies Poſſiaci de pecuniis Regi expediendis, & explicando rei nummariæ negotio inter ſe agitarunt. Mox vt ſe ad generale Concilium quod Pontificis mandatu Tridentum in finibus Germaniæ cogebatur accingerent, domum honorificè VI. Kal. Decembris dimiſſi ſunt. Rumor aduerſus de Colloquio Poſſiaci habito per Italiam, & Hiſpaniam ferebatur, nimium ſectariis indultum, in quos igne animaduerti oportuerit, regni proceres ignauia, aut ſectæ conſcientia
B corruptos Fidei Catholicæ illuſiſſe, pleríque fremebant, in primis Philippus Hiſpaniæ Rex, cui mitigando, & inuidiæ exonerandæ, Iacobus Momberonius Auſentius vir generis claritudine, & rerum vſu præſtabilis, à Catharina in Hiſpaniam legatus ægrè ad Regem Eliſabetha Regina faciente admiſſus eſt, & mandatis expoſitis cum frigido reſponſo ad Ducem Albanum, penes quem ſumma rerum id temporis erat, remiſſus, à quo proditam in Gallia fidei cauſſam, Sectarios in quos lege agi oportuit Procerum, & Reginæ indulgentia in maius auctos, ipſos Epiſcopos pietatis incuria peſſum iiſſe exprobratum, Regi Hiſpaniæ Galliæ regnum, & Regis pueri infantiam curæ eſſe, cuius auſpiciis exercitum in Galliam ſarciendæ fideí miſſurus ſit, niſi ex Henrici & Franciſci Regum inſtituto in ſectæ authores ferro ac flamma, vt par eſt, vindicetur.

Rex Hiſpaniæ ius legitimũ nõ habet de Nauarræ regno.

Actum apud Philippum Eliſabethæ fiducia de reſtituendo Nauarræ regno, in quo Hi-
C ſpaniæ Regi ius legitimum eſſe non potuit. Philippus Nauarrum cum hæreticis conſilia ſua coniunxiſſe cauſatus, varia ludificatione poſtulatis illuſit. Auſentius in Hiſpania competerat Philippum à Galliæ Catholicis ad bellum ſectariis inferendum, & Regis pueritiam protegendam ſollicitari. Quæſtio habita de Arturo Deſiderio Sacerdote, qui ad eam rem cum libellis in Hiſpaniam miſſus, propter Aurelianum comprehenſus eſt, & Senatus Decreto Lutetiæ capite, ac pedibus nudis facem accenſam præferens per vicos traductus in cœnobio Chartuſianorum conſeneſcere tanquam in cuſtodia iuſſus.

Exemplum graue Senatus editum Regiæ Maieſtatis conſeruandæ.

Editum & à Senatu graue maieſtatis regiæ conſeruandæ exemplum. Cùm enim Ioannes quidam Tranquerellus Sorbonicæ Theologiæ candidatus in propoſitis illis, quæ agitanda publicis diſputationibus de more publicantur, poſuiſſet, Romanum Pontificem Chriſti Vicarium, Eccleſiæ Monarcham, iuriſdictione ſpiritali & ciuili ſupra omnes Eccleſiæ grega-
D rios eminere, & Reges ipſos, ſi mandatis eius minùs audientes fuerint, vt refractarios & rebelles regno exuere poſſe, Pariſienſis Senatus eum multam honorariam commiſiſſe pronuntiauit, & per abſentiam eius vnum aliquem è Sorbonicis ſodalibus intra ſepta Sorbonici collegij Thuano Præſide, & aliquot Senatoribus ſpectantibus, coram pleriſque Theologis errorem agnoſcere, multamque Primario Curiæ apparitore præeunte implere coëgit. Cùm in eo res eſſent Romanus Pontifex affectæ Europæ diſcordiis mederi cupiens, Concilium Oecumenicum ſub Paulo III. cœptum, ſub Iulio III. continuatum, deinde per cauſam tumultuum Germaniæ & Galliæ intermiſſum, Inſtaurare ſtatuerat, & literis in omnes prouincias miſſis ei locum Tridentum, diem ſacratiſſimæ Chriſti reſurrectionis anno CIↃ. IↃ. LXI. dixerat, & Epiſcopos omnes, alioſque quibus in Conciliis Oecumenicis dicendæ ſententiæ ius eſt, vt ad eam diem adeſſent in Domino rogarat. Romanum item Imperato-
E rem, cæteroſque Reges monuerat, vt ſi negotiorum mole vrgente ipſi intereſſe non poſſent, Legatos ſuam vicem eò mitterent, præfatus in animo ſibi nihil aliud eſſe, quàm vt eo Concilio Dei honori, Chriſti gregis ſaluti, publicæ paci & quieti conſulatur.

Paulus Vergerius Iuſtinopolitanus Põtificis literas lacerat.

Has Pontificis literas Paulus Vergerius Iuſtinopolitanus, abdicato Epiſcopi gradu, in quo diu ſteterat, nouis opinionibus occupatus, virulentis & procacibus ſcriptis lacerauit, cauſatus indictum à Pontifice Concilium, non vt morbis Eccleſiæ mederetur, ſed vt errorum colluuiem aleret, & propagaret, cùm Epiſcopis ignaris, & luxu perditis ſeſſio in Concilio detur, viris probis & eruditis abrogetur. Quod ab eo ſcriptum, vt Germaniæ Principes à Pontifice per ſe alienos offenſiores redderet. Huic malo vt obuiam iret Pontifex legatos ad Ferdinandum Cæſarem, & cæteros Germaniç Principes cum mandatis mittit, quibus eos ſibi conciliaret, & animum ſuum ſuper Concilio aperiret.

Partioſi in Gallia Synodũ nationalẽ flagitant.

Inter hęc in Gallia partioſi Synodum nationalem incredibili ſtudio flagitabant, quo-
F rum impetum Guiſiani fregêre, non quòd nouas opiniones veritati à Patribus acceptę præponderaturas, aut ſectarios erroris manifeſtos orthodoxæ Fidei offuſo ſepiæ atramento fu-

cum facturos crederent, ſed ne generali Concilio quod Tridentum erat indictum deroga- A
rent. Philippus Hiſpaniæ Rex impediendæ ſynodo in Gallia auctoritatem ſuam interpoſue-
rat,& per Legatum ſuum Io. Mantices, quantum habebat virium coërcendis ſectariis Ca-
rolo Regi offerebat. Sed Ioannis Mantices conſilia continuis Nauarri regnum ſuum iniuria
ereptum repoſcentis, iurgiis & flagitationibus interpellabatur, donec rationem iniit, qua
per Lenuncurium Altiſſiodorenſem Epiſcopum,& Franciſcum Scarſium qui validi in ami-
citia Nauarri erant, placatiorem eum redderet. Sardiniæ regnum, quod vberi ſolo, amœno
cœlo eſſe afferebat, Nauarro à Rege Philippo deferri oſtendit, quo iactura regni Nauarræ
commutetur. Ille à ſuis gratia & pecunia corruptis perſuaſus,& regni ſpecie illectus acquie-
uit, homo minimè malus, qui ſe iocum & ludum Hiſpano eſſe non agnoſceret. Hac ſpecie à
Condæi fratris, & Coliniorum ſocietate diuulſus eſt, qui ſectæ numero in dies valeſcenti
freti, Sacras ædes Catholicis ereptas prophanis ſuorum canticis accommodant, donec Edi- B
cti quod III. Nouembris promulgatum eſt auctoritate ſummoti, ſupplicij metu ſectarij in-
iuſta poſſeſſione Catholicis ceſſerunt.

Guiſiorũ cũ Mõmorantiis & Nauarro amicitia.

Interim vtrinque noua conſilia inibantur, Guiſij ſarta cum Mommorantiis & Nauarro
amicitia in Lorhatingiam ibant, vt auxilia contra vim pararent, Condæus & Colinij malis
artibus vilem plebeculam ſpecie religionis ad arma ciebant, Diuione turbæ erant, & à po-
pulo in eos qui auribus inſidias facicbant erroribus diſſeminandis impetus factus, domus
aliquot prædæ fuêre. Lutetiæ grauiores motus in Sancti Marcelli ſuburbio arſerunt, vbi ſe-
ctarij cùm ad 10. millia concionis & precum ſpecie conueniſſent, ſeque tintinabulis quæ in
Sancti Medardi æde perſonabant interpellari cauſarentur, portis ſacræ ædis effractis in ob-
uios quoſque ſæuierunt, altaria & ſacras imagines euerterunt, omnia ſanguine fœdarunt.

Rugerolius & Gabaſtonus arma iungũt cum ſectariis.

Rugerolius latrunculator,& Gabaſtonus vigilum præfectus ſocia arma cum ſectariis iun- C
xêre, & quinquaginta Catholicis, qui in æde Sancti Medardi erant occiſis, XIV. captos
quaſi per triumphum vi armata in ore omnium in vincula traxerunt. Poſtridie tumultuario
populi concurſu locus in quem ſectarij conueniebant incendio conflagrauit, Ægidius Bur-
dinus Cognitor regius S. Germani fanum profectus, rem ad Regem detulit, à quo negotium
datum Ludouico Giganti,& Antonio Fumæo Senatoribus, vt in ſeditionis auctores inqui-
rerent. In ſectarios inuidia & pœna recidit, quorum plerique diuturno carceris ſitu ſacrilegij
culpam expiarunt.

Gabaſtonus naribus trũcis in patibulũ actus.

Gabaſtonus ipſe qui ſeditionem incenderat,& vnus ex eius apparitoribus naribus truncis
in patibulum acti, plaudente plebecula, mox vnco tracti in profluentem Sequanam merſi
ſunt. Cùm tota Gallia hominum animis in ſtudia diductis tumultus increbreſcerent, anno
CIϽ. IϽ. LXII. Idibus Ianuariis Rex ad S. Germani fanum delegatos, qui ex omnibus Cu- D
riis mandato eius conuenerant adeſſe iubet, eoſque XVI. Kal. Februar. breui oratione
hortatur, vt ſuper motibus componendis ex animi ſui ſententia quiſque in commune con-
ſultarent,& rationem omnes inter ſe inirent, qua Dei gloria, Eccleſiæ pax, ſubditorum fides
& obedientia ſanciretur. Secundùm Regem Cancellarius dicere iuſſus luculenta,& medi-
tata oratione eos qui Concilio intererant monuit, vt ab affectu liberi ſyncerè & integrè ſen-
tentiam ſuam expromerent. Edicto Amboſiano veterum iniuriarum memoriam deletam,
Romantino cognitionem violatarum Religionum Epiſcopis attributam, turbarum & fa-
ctionum præfectis, Edicto ad Fontem bellaqueum, coïtiones illicitas, conuiuia inter par-
tes & iurgia prohibita eſſe, eadem edicto Ianuarij, cauta,& repetita, Colloquium eodem fi-
ni habitum, omnia in irritum ceſſiſſe, viderent igitur ſi qua ratio tuta & legitima ſopiendis
motibus, Eccleſiæ Dei firmandæ, Regis obedientiæ conſtituendæ expediri poſſet. An coï- E
tiones nouæ opinionis coërceri, an omnino inhiberi debeant. In hoc enim cardine publi-
cum otium verti: an ſi permiſſæ fuerint, pax obtineri, turbæ compeſci poſſint.

Variæ ſuper Religione ſententiæ.

Variæ tum ſuper ea re ſententiæ dictæ, ſed ea obtinuit, qua poteſtas cuique de Deo arbi-
tratu ſuo credendi, docendi, concionandi, facta; conſcientiis libertas aperta, vt ſuo quiſque
genio viueret, crederet, ſentiret, modò ne publicum otium ſollicitaretur, aut ſectarij cœtus
ſuos & conciones,& cætera ſectæ miniſteria intra vrbium ſepta haberent, ne imagines, cru-
ces, altaria euerterent, ne ſacras ædes, agros, decimas, donaria Eccleſiaſticis eriperent, ſi quæ
per vim erepta eſſent, quamprimum reſtituerent. Extra vrbes ſectæ miniſteria permiſſa,
datum Magiſtratibus negotium, vt omnes vtriuſque partis ab iniuria defenderent, in ſedi-
tioſos capite animaduerterent, Miniſtros iureiurando obſtringerent, ſe verbum Dei purè
& integrè populum edocturos, nihilque quod Nicenæ Synodo, Symbolo & libris veteris & F
noui Teſtamenti aduerſaretur dicturos, multa alia Edicto comprehenſa, quibus neque Ca-
tholici, neque Sectarij ſterêre.

Edictum

Conſultatio de imaginũ cultu.

A Edictum expreſſo per vim à curia conſenſu, quod publicis tabulis conſignatum eſt, pridie Non. Martias promulgatum. Ibidem vtrinque de imaginum cultu conſultatio habita. Perſuaſum, vt ex templis aliiſque locis tam publicis, quàm priuatis S. Trinitatis effigies tolleretur, tanquam ſacris Literis, Conciliis, & Patrum teſtimoniis prohibita, ne Sanctorum imaginibus coronæ, ſerta, veſtes imponerentur, & multa alia quæ ab iis qui in Conciliorum & Patrum lectione verſati non erant, aut cum hæreticis ſentiebant; obtrudebantur. Quos tum falſi reuicit Nicolaus Maillardus collegij Sorbonici Decanus, & contrario ſcripto imaginum cultum eruditè aſſeruit, ita re infecta diſceſſum eſt.

Nauarrus, Guiſiani, Mommorantius Edicto Ianuarij intercedunt.

Ianuarij Edicto intercesſere Nauarrus, Guiſiani, Mommorantius, quod vitio factum, & Galliæ exitiale dictitabant. Dux Vitembergius, Ioanne Brentio, & Iacobo Andrea auctori-
B bus, à Zuinglio & Caluino abhorrebat, quorum inſaniam, quaſi rabiem contactu ad integros procedere, & in Germania & Gallia longè fundi querebantur. Quare de induſtria Guiſiani cum eo capita contulêre vt peſtem auerterent, aut ſi armis res cernenda eſſet, hominem ſibi conciliarent. Inde Guiſij Nauarri vocatu ad aulam properant, in itinere propter Ionuillam oppidum ditionis ſuæ; & Vaſſiacum Regiæ præfecturæ, audito intempeſtiuo tintinabuli pulſu, quærunt, quid ſibi nouus hic ſonitus vellet, audiunt ſignum dari à ſectariis, vt homines opinionis ſuæ ad preces, & concionem cogant. Inſolentia rei Guiſiorum animum percuſſit, in quorum comitatu equites plerique, Lixæ plures erant, quæ natio vt eſt petulans, & pugnæ auida, homunciones ad conuentum euntes conuitiis inſequuta eſt, nec intra verba res ſtetit, ſed lapidum grandine, & fuſtium ictibus graſſata eſt eò vſque vt fores conciliabuli peruellerent, & in obuios fuſtibus ac ferro ſæuirent. Serui dominum odio facti
C onerarunt, nec Guiſius accepto vulnere ferentium impetum ſiſtere potuit, donec omnes effractis tegulis, & imbricibus per compluuium euaſiſſent.

Leonardus Morellus abductus ad S. Deſiderij oppidum.

Captus Leonardus Morellus ſectæ miniſter, vinctuſque ad S. Deſiderij oppidum abductus eſt. Ea res immane quantum ſectarios ad arma incenderit, & ad iniuriam propulſandam tota Gallia inflammarit. Indè Guiſij Nantolium veniunt inſtructo ad Regem itinere, qui tunc Moncelli agebat, quæ voluptuaria villa eſt in agro Meldenſi, venatui opportuna, amœnitate cæli, fontium perennitate, arborum viriditate læta, & copiis omnibus inſtructa. Aderat Condæus, qui patratam Vaſſiaci cædem verbis incendebat, onerabatque, odia in longum iaciens, quæ reconderet, auctaque promeret. Is cædis auctores Lutetiæ aditu prohibendos, ne omnia cædibus miſcerent, oſtendebat. Cuius auctoritate mota Regina, Guiſianos ad aulam paruo comitatu vocat, Lutetiæ aditu interdicit, Beza, & Geruaſius Miniſtri
D Moncellum eunt, de Vaſſiacena cæde apud Regem expoſtulant, qui à Regina benignè habiti ſunt, & Nauarrum aduerſum habuerunt; Is enim rixæ initium à ſectariis ortum, non à Lixis Guiſij aiebat. Guiſium eo animo eſſe, vt publicæ quieti ſtudeat, Regia Edicta colat. Reginæ tum ea ſpecies fuit quaſi ſpes omnes ſuas in Condæo ſitas haberet, vnum conſulere, vni Regem ac regnum credere, ac occulto literarum commercio vltrò citroq; colloqui. Guiſij in vrbem reditus volenti populo fuit, à quo aſſertor fidei ſalutatus eſt. Ibi communicatis cùm Nauarro, & Mommorantio conſiliis, de reuocando in vrbem Rege agitatum, ne Condæus in eius animo prior eſſet: à Regina extortum eſt, vt arma quæ in publicas ædes Mommorantij iuſſu comportata erant, ciuibus redderentur, Mommorantij filius inſulæ Franciæ Præfectus, quia Condæo quàm patri addictior, præfectura vrbis volente patre deiicitur, quæ Cardinali Borbonio permiſſa. Rex animi anceps, Fontem bellaqueum petit, Condæus, &
E Guiſius ex compacto Lutetia excedunt, ille Meldos, hic Fontem bellaqueum ad Regem contendit, ingenti armatorum hominum comitatu.

Eccleſiæ nouæ ſectæ 1200. in Gallia.

Erant tum in Gallia nouæ ſectæ mille bis centum conciliabula, eccleſias vocant, viris & opibus firma, quæ quantis animis in Guiſios irent, quantis ſtudiis pro Rege facere viderentur, incredibile memoratu eſt. Regina nec iis ſe credere, nec penitùs abhorrere auſa, partium vires vtrinque explorabat, cùm interim rumor de Condæi reditu, plebeculam Lutetiæ ad arma conciuit, aulicos in ſtudia diduxit. Nauarrus eas partes meliori nomine fore ratus, in quibus Rex eſſet, alios perduelles audituros, de ſententia Guiſij & Mommorantij Regi perſuadet, vt Lutetiam regni caput ſe recipiat, in inſidiis ſectarios eſſe, qui vim in eum moliantur. Rex perſuaſus itineri ſe dat, Regina filium Vicennarum caſtrum ſequuta eſt, Gulielmi Marlæi Verſinij mercatorum Præfecti literis expugnata, qui abſente Rege Pariſiis res in ex-
F tremo ſitas eſſe monuerat. Omnino id conſilium ſectæ fuit, vt Regem, & Guiſios è medio tollerentur, quibus extinctis nouo Rege, ſtatum religionis, vt in Scotia, & Anglia, facilè verti poſſe ſibi perſuaſerant. Annas Mommorantius viam Regi Lutetiam præit, vbi in an-

teceſſum

receſſum, ſectæ odio, ingenti comitatu ſeptus in ſuburbio S. Iacobi extra vrbem prophanum A
conciliabulum, & quantum in eo ſedilium fuit, ipſam miniſtri ſellam, ac reliqua inſtrumenta
magno bonorum omnium plauſu ſuccendit, inde præclari facinoris ſibi conſcius, extra
S. Antonij portam alterum ſectæ conciliabulum igne vaſtat, plebecula per vicos acclamante,
& vt conſentaneum fuit, in inuidioſi loci ruina exſultante. Ibi ſectarij malè habiti ſunt,
à ſanguine tamen, & cæde temperatum.

Andelotus Aurelianũ occupat.

Poſtridie Rex cum Regina matre vrbem init, & Luparæ prætorio exceptus de Condæi & ſectariorum inſidiis monetur. Andelotum Gaſparis Colinij matris præfecti fratrem Aurelianum occupaſſe, Condæum, Rupiſurionum, Colinium, & pleroſque alios primatiæ nobilitatis, valido equitatu, Monterudium vrbi Præfectum exegiſſe, rem in
apertam rebellionem erupiſſe. Rex puer, negotiis impar, Nauarri ac Guiſij fidei ſe, regnúm-
que permittit, quos Condæus vulgato publicè ſcripto maieſtatis crimine, quaſi vim Re- B
gi facerent, onerat, & à ſectariis tota Gallia ſparſis auxilium implorat. Honeſta nomina, quæ Rempublic. agitantibus nunquam deſunt, vtrinque obtendebantur. Regem captum in cuſtodia eſſe, violari edicta, pacta ex conuentione non ſeruari, Dei cultum inhiberi, & cætera talia quæ ambitus fieri amat, ij quibus ingenita regij nominis ſanctitas, ad Regis opem proni erant, cuius caput peti credebant. Alij bona in deterius componere ære preſſi bellum cupere, & eo quaſi ſacro & inſpoliato ſano vti, ex alienis malis ventri atque profundæ libidini ſumptus quærere, nuſquam niſi in malis artibus fides, quam plerique appellabant, nemo præſtabat. Multi in fauorem aut odium contractu valentiorum acti, omnes pro ſua potentia religionis ſpecie certabant. Nobilitas longo regum ſacramento imbuta, fidem ſequebatur.

Condæus cũ Germanis ſocia arma iungit.

Condæus ſocia arma cum Germaniæ ſectariis iungit, pacta inter eos pro conſcientiæ li- C
bertate conuenta III. Idus April. publicantur. Conuentioni honeſta ſpecies prætexitur, Dei cultus, Regis obſequium, Reginæ auctoritas, edictorum vis & maieſtas, quæ omnia ſectarij violati à factioſis hominibus queſti, ſe vitæ ac fortunarum periculo in integrum aſſerturos vtrinque iurarunt. Condæum in Gallia ducem crearunt, cui ſacramento dixere: vt vero facti inuidiam exonerarent, quod Rege inſcio, malo more, malo iure, cum cæteris in regni exitium fœdus iniiſſent, Nauarri, Guiſij, Mommorantij conuenta inter ſe de fide Catholica tuenda, hæreſi conuellenda, ſectariis opprimendis Synodo Tridentina firmata, vulgant, quibus Philippus Hiſpaniæ Rex fœderis caput aſcribitur, Romanus Pontifex, Sabaudiæ Dux, & Ferrarienſis ad Geneuæ excidium in partes veniunt. Sed fœderis illius formulam compoſitam à ſectariis, & ad inuidiam fictam, vulgatamque eſſe, pro ve-
ro obtinuit: neque enim ad fœderis commercia conciliatores, vel à Pontifice, vel à Re- D
ge Hiſpaniæ, vel ab aliis Principibus vltro citroque commeaſſe compertum eſt. Lutetiæ ad rumores de capto Rege premendos edictum poſitum, quo Rex vltrò ſe Lutetiam veniſſe vt otio publico conſuleret, Condæum ſpeciem turbulentis conſilus quærere teſtabatur.

Ianuarij edictum.

Secundùm hæc de conſilij ſententia Rex literas ad prætores & iudices qui Curiis ſuberant emittit, quibus Ianuarij edictum, & conſcientiæ licentia ſancitur, vt conciones, & cœtus extra vrbes haberi liceat, Lutetiæ ſuburbiis abſtineatur, quæ à ſectæ miniſteriis libera pronuntiata.

Sectariorũ cædes.

Id temporis Agendici Senonum cùm ſectarios de ſacris ædibus diripiendis conſilium iniiſſe iactatum eſſet, plebecula exarſit, & ſupra centũ aut ferro cæcidit, aut in fluuium Igonnam, quo vrbs alluitur merſit multorũ bona prædæ fuère, conciliabulum extra vrbem, vbi
cœtus habiti funditus euerſum. Sed plura ſæuitiæ exempla tota Gallia in Catholicos à ſe- E

Rotomagũ captum.

ctariis edita, multas vrbes pulſis Catholicis per vim inſeſſas cottidie afferebantur. Rotomagum ab iis captum, & plus iuſta parte oppreſſum, XVII. Kal. Maij anno M. D. LXII. Eò à Rege miſſus Henricus Robertus Marcianus Bullionij Dux, Prouinciæ præfectus, cui à perduellibus reſponſum, arma ſibi ſumpta, vt Regi capto libertatem expedirent, edictis fidem, & firmitatem quærerent, à vi & iniuria ſectæ ſocios defenderẽt. Re infecta Bullionius veteris palatij aditu excluſus vrbe exceſſit, quem Bacauilla legatus malo carens poſtridie ſequutus eſt. Oppidani Monaſterium S. Catharinæ, quod loco & opere munitiſſimũ in colle vrbi imminet lymphati diſtrictis gladiis occupant, Catholicos tota vrbe cædunt, ſpoliant in carcerem trudunt, velut in vrbe victa facies, gemitúſque, & glíſcente laſciuia templa, imagines altaria euertunt, ritus eccleſiæ Catholicæ exterminant. Erant in armis oppidani
ſupra quatuor millia, ſcelere exercitі, cædibus infames, quod malum ne longiùs ſerperet, F
Turauilla Villabonius Pontem Arcuenſem ſupra Rotomagum Sequanæ impoſitum occupat, commeatus intercludit. Oppidani Caletenſium confluentem, (Caudebecum vocant)

commea

A commeatibus expediendis occupant:quod à Clerio Villabonij iuſſu vi ac virtute receptum
commeatibus aditum occlu$it. Rotomagenſes in has anguſtias coniecti ſenatu abſente, ne
vrbs ſine rectore ac legibus, domeſtica ſeditione rueret, duodecim viros ſibi præficiunt,
quibus ad conſilium centum viros addunt. Darnetalium oppidulum primo ab vrbe millia-
rio, mœnibus diſcingunt, templa, vaſa ſacta, veſtiarium diripiunt; effigies Sanctorum & al-
taria diruunt, Carthuſianorum cœnobium incendunt, pleriſque paſſim ædibus ignes ad-
mouent.

Licentioſæ conſcientiæ fructus.

Hi licentioſæ conſcientiæ fructus, hæc nouæ ſectæ noua parturitio. Inde quæ bello opus
ſunt prima habent, S. Catharinæ fanum opere muniunt. Tentati à Regina vt ad obſequium
redeant, abnuunt, ludificantur, & cuncta in deterius trahunt. Illos ſuper inſitam violentiam
conſcientia vecordes agebat. Villabonius c c c. equitibus, & mille I Ↄ. peditibus S. Cathari-
B næ cœnobium obſidione cingit, Aumalius interuerſo Robeci amne vrbis piſtrina infeſta
habet, ad manus leui prælio ventum, & æquis manibus abſceſſum eſt, è duabus triremibus
egregiè iuſtructis quas è Scotia reuerſas nuper ceperant, maioris remiges, quos ferro vinciri
moris eſt, vinculis ſolutis fuga euaſerant, pauidos & conſcientia vecordes intrat metus, re-
bus in dies collabentibus, optimo quoque deditionem ſuadente. Quo rerum ſtatu Ludoui-
cus Lanoius Bononiæ præſes à Condæo miſſus repentino aduentu animos ciuium infra-
ctos erigit, & ad obſidionem firmat. Dum in eo ſunt, ſectarij Dieppam irrumpunt, templa,
ſacras effigies, altaria demoliuntur, nihil vſquam priſci, & integri moris. Tum verò ducen-
tos auxiliares Rotomagenſibus ſummittunt, qui per hæc conciti, tractiq; in partes, collecto
animo conciones publicè ad S. Iacobi habent. Aumalius ſpe potiundæ vrbis deiectus, quam
nouo præſidio firmatam videbat, per ſpeciem Dieppæ oppugnandæ obſidium ſoluere coa-
C ctus eſt. Arcuenſes, Caletes, Dieppenſes, & alia oppida in ſuperiore Neuſtria cum Rotoma-
genſibus opes & arma iunxere. In inferiore Iacobo Gobioni Matignono negotium datur,
vt factionis conſiliis obuiam eat, & eius impetum frangat. Is Granuillam locum ad mare
præſidio firmat. Cadomi ſectarij Hugueuillæ præfecti arcis odio exarſere animis, & defe-
ctione facta vno impetu cùm ad arma conuolaſſent, vrbe potiti vaſa aurea templorum, &
ſuppellectilem ſacram ad belli onera deſtinant, & altaria, ſacras effigies, omniaq; diuini cul-
tus inſtrumenta euertunt, aut in prophanos vſus conferunt, pulſis Sacerdotibus, euerſis alta-
ribus ipſum cauſæ iugulum ſe petere dictitantes. Idem in Baiocaſſium vrbe exemplo vici-
niæ peccatum eſt. Cœnomani Carolo Augenæo Epiſcopo pulſo rebellarunt, & in ſectæ par-
tes deſcenderunt. Blæſis, & Cæſaroduni Turonum ſacræ imagines euerſæ.

Guiſius hæreticos ſua ditionis ſine ſanguine & præda eiicit.

Quibus rebus incenſus Guiſius, vt paria cum iis faceret, firmitate S. Bernardi, Meduana
D S. Ioannis & Sablaro ſuæ ditionis oppidis hæreticos omnes ſine ſanguine & præda eiecerat.
Andegaui, Samorobrigæ Ambianorum, ad Abbatis villam, ad Arrij caſtrum in factionis ca-
pita ſæuitum. Condæus per literas ad Pariſienſem, & Rotomagenſem curias crimen cla-
dium à ſe amouet, in Guiſios reiicit. Curiæ reſcribunt, ab armis diſcedat, redeatq; in aulam,
ſi quis pudor, & regij nominis ſanctitas ſupereſt. Inter hæc regni dilectus citantur, vtrin-
que copiæ coguntur, Germani ad partes veniunt, Anglia ſollicitatur, Franciſcus Rupiful-
caudius cum delecta nobilitate ex Pictonibus, Santonibus, Angoliſmenſibus, ad Condæum
aduolat, literarum commercia inter Reginam & Condæum vtrinque commeant nullo fru-
ctu. Guiſij honorificè Condæum vbique appellant, Condæus & literis ad Regem, & publi-
cis ſcriptis in eos virulentè inuehitur, ambitum, auaritiam, & impotentem dominatum ex-
probrat, nullo pietatis ſenſu duci oſtendit, qui nuper Chriſtophoro duci Vitembergico ad
E Tabernas, in Argentinenſi ditione oppidum, fidem Catholicam eiuratos, & Auguſtanæ
confeſſioni ſubſcripturos ſe iurari receperint. Idem Philiberti Emanuelis Sabaudię Ducis,
Friderici Palatini V I I. viri, per literas auribus inſidiatus, Guiſios inuidia inundauit.

Aurelijs ſectariorū Synodus cogitur.

Interea temporis ſectariorum Synodus Aureliis cogitur, cui pręfuit Antonius Chandęus
adoleſcens claris natalibus, bonæ mentis, ſi prauis ſectæ opinionibus imbutus non eſſet. Ea
peſtis bonas artes quæ in eo erant corrupit. Ibi ſectæ opiniones ferro propugnandas eſ-
ſe decernitur, iamque faces volabant, ſuiſq; Gallia viribus ad exitium ruebat, cùm duobus
edictis ſectarij Lutetia excedere, ne hoſtis in ſinu lateret, de Curię ſententia iubentur, ſed ea
cautione, vt bonis integris, iniuria & vis abſtineatur: pœna capitis in eos qui vim fecerint
ſancita. Nauarrus Lutetia egreſſus cum 4. peditum, & 3. Cataphractorum equitum millibus
Caſtellodunum iter vertit. Condæus ad quartum ab Aureliis lapidem 5. peditum millia,
F duo equitum ferrea omni ſpecie promouet, & itineri ſimul ac prœlio incedit. Inter hæc Re-
gina colloquium Condęi expetere ſe ſignificat, locus capitur, dies dicitur, Catharina & Na-
uarrus 28. equitibus ſepti, Condæus & Colinius pari comitatu Thurium in Belſiæ pago cō-
ueniunt.

ueniunt.Regina,& Condæus remotis arbitris inter ſe collocuti non conuenêre. Condæus Nauarrum,& Guiſium aula excedere, Ianuarij edictum ſeruari poſtulabat.Regina alterum ſe nolle,alterum non poſſe oſtendebat.Itaque irrito exitu colloquium dimiſſum: vtrinque dilectus militum habiti: affluebat vndiq; nobilitas, & vt impetus tulerat, ad hos, vel illos tranſibat, multorum mens,qui ſectæ cupiebant, à metu ad fortunam tranſierat. Andelotus penes quem ſummum peditum magiſterium fuit, ſuſceptis Condæi partibus acerrimam bello facem prætulit, & ad partes plurimos quorum fides fluitabat traduxit. Grammontatanus Vaſconum copias trahens ſiniſtrum lenti itineris rumorem numero militum vetterat.Ioannes Roanus vt ingraueſcenti bello tota mole occurreret, lectiſſimos ex Allobrogibus, & Septimania equites contraxerat, omnes coniunctis viribus in exitium Guiſij ruebant,& regni caput Lutetiam ſtudio,votoq; petebant,vbi militi parata rei faciendæ ampla ſeges. Exercitus vtrinque in mutuo conſpectu erant, cùm Regina iterum ad colloquium B
Condæum vocat,& vt Gallia excedat componendis tumultibus ab eo extorquet. Vbi totis Caſtris in fama conſilium fuit, duces ſocij colloquium abrumpunt, & dies rerum verbis terendos eſſe negant, milites libido eundi in hoſtem capit. Condæus,cognita ſuorum alacritate, & reliqui duces capita inter ſe conferunt:occaſione quæ commodùm ſe obtulerat vti placet. Aberant ab exercitu Guiſius, Mommorantius,& Santandreanus, in quibus præcipuum militiæ robur, & Reginæ iuſſu Caſtellodunum, vt liberè colloquium procederet, conceſſerant. Nauarrus ſolus in armis erat, turmæ equitum vagæ per hoſpitia,& diſtractæ iacebant.Per ducum abſentiam placuit è re nata hoſtes imparatos, nec opinâres intempeſta nocte aggredi,qui nullo negotio fundi poterant,ſi tecto itinere peterentur.Sed Deo cladem auertente ſectarij vago diſcurſu,errore viæ,plerunque noctis palantes in itinere poſuerunt,& illuceſcente die ſe,quaſi in eodem veſtigio conſtiterint,parum ex eo loco vnde mo- C
uerant promouiſſe animaduerterunt. Mommorantius Danuilla,qui pro caſtris excubabat ſtrepitum pedum hauſit, & diſploſi tormenti fragore duces alios excitauit, qui ſuæ ſalutis in poſterum diligentes in vnum coaluerunt, vigiliâſque ſtudioſiùs egerunt. Ita Condæi conſilium de intercipiendis hoſtibus irritum fuit.

Nauarrus aciem instruit.

· Nauarrus ſummo diluculo aciem inſtruit,milites pranſos eſſe iubet, paratus congredi, ſi prœlium hoſtes auderent, & in armis ad veſperum diei ſtetit. Poſtridie Guiſius & Mommorantius Caſtellodunо cum firmo equitum globo aduolant, quorum aduentu firmati milites prœlium depoſcunt.Nauarrus acie inſtructa rurſus in hoſtem ire iubet. Sectarij retro pedem tulere, & Bògentiacum verſo itinere, quod Guiſius præſidio firmarat,ſubita irruptione ſuffoſis mœnibus cœpere, quod in prædam magna ciuium ſtrage militi datum. Diuerſa parte Regius miles Blœſas hoſtium præſidio iuſſas, & fama Guiſij aduentantis D
ſubita fuga deſertas properè ducitur,vbi ædes ciuium direptæ,& partiarij durius habiti,nihil antiqui & probi moris,omni licentia ſæuitum,nec fœminis pudicitia ſarta fuit.

Merum iter capeſſitur. Cæſaroduni ſacræ effigies deiecta.

Inde Merum,qui pagus eſt quinto ab vrbe lapide, frequenti ſectæ conciliabulo infamis iter capeſſitur, vbi ſectæ miniſter fluuio merſus, de paganis prædæ actæ. Cæſaroduni ſacræ effigies deiectę,calcatæ,vnco tractę Catholicorum animos ira efferarūt, vt per agros & oppida vbique cædes ederentur, armatorum manus rapere,trahere,in omniū capita & fortunas graſſari,nemine vim prohibente,apud auctores ſcelera inulta manebant. Pariſiis Senatus conſulto ſectariis aqua & igni interdictum, in quorum capita quaſi diis manibus ſacræ eſſent,omnium iniuriæ obnoxia,publica vis permiſſa, quod ſacras effigies, & altaria ſacrilegio temeraſſent. Senatuſconſultum iuſſu Monpenſerij diebus Dominicis per parochos pro concione recitatum, villaticis indignitate rei commotis tantum animi ardorem inie- E
cit,vt ferro & flamma per fora & pagos in ſceleris auctores ſæuirent. Exempla ſæuitię paſſim in agro Vindocino,& Turonibus edita,Deo in ſacrilegos vindicante. Nec moderatiùs ſectarij furebant, quibus altaria profligare, fana ſpoliare, ipſa etiam Comitum ac Ducum ſepulchra ſuffodere,ac impiè violare ludus erat.

Ronſardus nobilitatis dux. Sectariorū ſtrages.

Qua immanitate commota nobilitas duce Ronſardo elegantibus literis inter paucos exculto,generoſi ſpiritus poeta, cuius ſcripta veterum imitatione vulgi ſaporem exuperant equitū,peditúmque manu ſtipata,peragrauit agros,& ictus viuentibus reddidit, quos mortuorum imaginibus impoſuerant,ſectarij ſtrage ſuorum accepta,Cænomano egreſſi,S. Carileſi fanum occupant,vbi dum licentiùs agunt, vino, ſomnóque ſepulti à monachis indignantibus, cum quibus exciti ad veſperas tintinabulis ruſtici ſe coniunxerant iugulati ſunt. F

Non ita multo poſt Vaſſorius Cugnerius genere & opibus pollens,cuius villa in propinquo erat, manu facta dilapſis ruſticis in monachos & ſacerdotes qui S.Carileſi pagum inſederant,

A derant,extrema exempla edidit, & duobus in ipſo templo fauces laqueo fregit. Andegaui
ſectarij vrbe potiti XI. Kal. Maij ſacras imagines affligunt,altaria conuellunt Renatus Fau-
cilius arcis præſidio impoſitus rem indignè ferens Ioanni Leomontio Pigallario primariæ
nobilitatis viro, Catholicæ fidei retinentiſſimo, aditum in vrbem aperit, vbi ſectarij malè
mulctati,ſectæ miniſter capite pœnas luit, ædes direptæ, multa ſæuitiæ exempla,quod bello
ciuili ſolemne eſt, paſſim edita, aliquot fœminarum imminuta pudicitia inuidiã conflauit.
Erat haud longè ab vrbe inter cæteram planitiem mons ſaxeus mediocri caſtello, in im- *Rupefortiũ*
menſum editus, omnis natura velut opere atque conſulto præceps,iter vtrinque præciſum, *caſtellum.*
Rupefortium vocant, Tremolliorum arcem, quæ nuper ſub Henrico IV. quia prædonum
receptaculum erat, ſolo æquata eſt. In ea arce Mareſius quidam modica manu ad prædam
& latrocinia ſubſederat, vir animi immodicus,audacia præceps. Is à ſuis proditus in manus
B Pigallarij venit,à quo Andegauum ductus,rotęq; impoſitus,cruribus & brachiis fractis per
artus expirauit. Proditori militi fauces laqueo eliſæ. In Andibus itidem Cratumnum Tre-
molliorum oppidum Quercetanus Lallerius vir animi impotens,ſectę nomine præſidio fir-
marat, quo ad Condæum profecto Renatus Deſpæus Hundebertus loci præfectus coacta
manu oppido potitus, deiecto præſidio per omnia ſæuitiæ exempla iuit, & Annæ Lauallæ
Tremolliorum auiæ, quæ in Sancti Nicolai fano condita erat cineres effodit, oſſa per vicos
impiè ſparſit, quæ mox à magiſtratu collecta in eodem fano locata ſunt. Querceranus de
via recens à Ioanne Surchio Malicornio ad Catholicos traductus,alæ equitum eius vexillo
præfectus eſt. Cratumno ſectarij omnes eiecti, ne quid turbarum de more cierent.
Inter hæc Kalend. Quintil. Regius exercitus Cæſarodunum occupat, facta ſectariis ex- *Cæſarodunũ*
eundi poteſtate, qui Eraldi Caſtrum ad ſuos in armis profecti à Villario comite intercepti, *à regio e-*
C cæſiq; ſunt. Cladis illius ſuperſtites Cæſarodunum repetere iuſſi, ruſticos parum æquos ha- *xercitu oc-*
buerunt,à quibus in itinere oppreſſi, ſectę miniſter ſenecta iam ætate Clanio Fluuio merſus *cupatum.*
eſt. Nec cędibus Cęſaroduni temperatum incendente militum iras Antonio Richelio equi-
tum alæ præfecto,viro manu ſtrenuo,in agro Lodunenſi præcipuæ nobilitatis, ſed in ſecta-
rios paulo aſperiori,qui militiæ melior adoleſcens monachum exuerat.Multa paſſim vtrin-
que ſæuitię exempla prodita, nimio partium odio, Monpenſerio & Chauignio fruſtra mo-
deſtiam iubentibus,& patibula,crucesq; niſi vis abſtinerertur interminantibus.Ioannes Bur-
geolius Turonum præſes ſectæ ſuſpectus vrgens annis indignè habitus eſt. Burgolij quod *Burgolium.*
Cœnobium eſt in Turonum & Andium confinio,ad fanum item S.Chriſtophori, proximè
Sancerram in Biturigibus,refractarij atrocia paſſi.
Quid attinet ire per ſingula? Noſtra ætas vidit,quod in ſcelere & libidine vltimum fuit,
D tanta rabies quaſi peſtis furiatos animos inceſſerat. Cænomani ſectariorum ſæuitia inteſta- *Cænomani*
bilis omnium queſtus anteit, à quibus ſepulchrorum ſanctitas violata, cineres refoſſi,Petri *ſectariorum*
Lucemburgici conditorium apertum, ſi quid fortè gemmarum in eo lateret,in vrbe & per *ſæuitia inte-*
agros paſſim ſacrę ædes,& effigies deiectæ,aut incenſę,mox conſcientia ſcelerum ſtimulan- *ſtabilis.*
te octingenti ciues vrbe profugi in Angliam tranſmiſere, quorum abſceſſu ſumma rerum
penès epiſcopum fuit, quæſitum in ſcelerum auctores, & de manifeſtis rerum capitalium
ſupplicium ſumptum. Damnata eſt Renati Campani viri genere,& opibus nobilis imma-
nitas, qui piſcinam in quam ſectæ reos mergebat per ioci laſciuiam maius ſuum poculum
indigitarat. Is à Rege adoleſcente quem Piſcarij magnificis ædibus per aulæa, & inſignia
exornatis exceperat, vbi piſcina illa inexpiabilis, rogatus quot maiori poculo ſuo inundaſ-
ſet reſpondit ſe rerum nihili rationes non confeciſſe.
E Huic geminus fuit Bojordanus vir claris natalibus,ſectæ iniquior, cuius piſcinis ſectarij *Bojorda-*
plures hauſti ſunt. Samarobrigæ Ambianorum ſectæ coitiones prohibitæ, biblia vernaculo *nus.*
idiomate carnificis manu publicè cremata,ad Abbatis villam in Morinis oppidum grauius
turbatum eſt, vbi Robertus Sandeliſius arcis præfectus ſectæ fautor ab oppidanis intra pri-
uatos parietes oppreſſus, & à pueris per vicos vnco tractus,arx vi capta, milites præſidiarij
cæſi,filius eius adoleſcens confoſſus, plerique nobiles quibus propior cum eo vſus,aut co-
gnatio erat in tumultu necati, Ioanne Maceto vrbis prætore funeſtas faces inferente.
Syluanecti in cædes itum, vnde nobiles aliquot Lutetiam traducti, quia Condæo eunti *Syluanectis*
Aurelias promptiores viſi erant, Curiæ Decreto capite truncati ſunt, capita eorum Sylua- *cædes.*
nectum relata in portis vrbis proſtituta,& ſuffixa ſpectaculo fuere. Magiſtratuum ſeueritas,
& plebis indignatio templis euerſis dolorem ſuum commodabat. Gliſcente odio ſectæ con-
F ſcij vt in tuto eſſent Montargirium Renatæ Ferrarienſis Ludouici Duodecimi filię oppidum
ſe recipiunt, quos Malicornius quatuor equitum turmis inſecurus,& vrbe potitus quęſitiſ-
ſimis pœnis ſubdidiſſet,ni Renatę generoſi ac planè regij ſpiritus fœminę auctoritatê deter-

Digitized by Google

ritus eſſet. Non procul Montargirio ſectarij S. Ioannis Nemoroſij oppido pulſi, & grandi A
ære per belli moras multati ſunt, in corpora ſæuitum non eſt.

Cùm in eo res eſſent, & Lanoius Moruillerijs à Condæo in Neuſtriam cum trecentis equitibus miſſus furtiuo itinere vitabundus prœlium, quod ab Aumalio promtum erat, nauigijs tertio Idus Iunij Rotomagum irrepſiſſet, vrbis cuſtodia Languetotio permiſſa eſt, ipſe Lanoius S. Catharinæ arci impoſitus, Catholici armis nudati ſunt. Nec minùs in inferiori Neuſtria, quàm in alijs Galliæ Prouinciis turbatum fuit. Valoniæ in Conſtantienſi præfectura in ſectarios, qui ad precum & ſermonum officia in Stephani OEſnæi ædes cõuenerant repente impetus factus.

Huſuilla & Cocauilla nobiles cæſi.

Huſuilla & Cocauilla ex vicina nobilitate cum aliquot oppidanis cæſi ſunt. Id municipium è Matignono obtinebatur, à quo cum Buillionius priuatis offenſionibus alienior eſſet, Sammatianum, Montanum, Agnellum, Franciſcum Clericum, viros militiæ bonos, duobus peditum millibus firmat, à quibus Matignonus municipij arce B
Buillionio cedere coactus eſt. Sectariis coitionum poteſtas facta, Mutius arci à Buillionio impoſitus. Ipſe Buillionius, quantum Faleſię, Baiocaſſibus in S. Laudi oppido, Viriç, tormentorum fuit, Cadomum comportari iubet, quantum ſacræ ſuppellectilis, quantum auri & argenti inſigni ſacrilegio è ſacris ædibus ſecum aſportat.

Lanoius annonam vndique corradit.

Inter hæc Lanoius interceptis omnibus nauigiis ab Audœni portu, quo maris & fluuij opportunitatem hoſtibus præriperet, annonam vndique corradebat, dum Aumalius Caletenſem agrum frequẽti milite infeſtum haberet. Ea nauigia poſtea in S. Catharinę arce conciſa ſunt, vt glãdes ferreas tormentis miſſas irrito ictu eluderent. Aumalius cognitis Lanoij conſiliis, qui ſeptem machinas Lutetia ſummiſſas cum puluere tormentario, ac ferreis globis intercipere moliebatur, Rotomagum propere aduolat è Caletenſi agro, & S. Catharinæ arcem obſidio cingit, diſpoſitis 13. maioribus tormentis, & duabus colubrinis, quatum telis, Sãtanianus, & Linguatorius belli ſcientes duces obtriti, Croſa & Meſnilius Lanoij legatus graui vulnere debilitati ſunt, Triduo poſt inſtaurata oppugnatio irrito euẽtu, ac deinde C
V. Idus Quintiles Lanoïus obſidionem flagitij ratus eruptione ex arce facta Aumalium caſtris exuit. Rotomagenſes ſoluta obſidione ab hoſte liberi munitionum opus explicant, mœnia lorica valloque firmant, cædendis materiis operantur, tormenta conflatis machinis expediunt, fictiles fontium tubos ab Aumalio inciſos inſtaurant, aquarum formas repurgant, ac reſtituunt, rem frumentariam curãt, & è finitimis pagis commeatus in vrbem comportant.

Aumalius Rotomago pulſus.

Aumalius Rotomago pulſus Caudebecum Villabonio curante irrito conatu tentat, cùm à Lanoio conſilia eius ventilata eſſent. Candebeci ſpe deiectus Brionam lanificio, & telarum opificio nobile municipium diripit. Audomari pontem per ſpeciem colloquij interceptum militum prædam facit, vbi ſectæ miniſtro eruti oculi, truncatæ aures, corpus è D
patibulo pependit. Honflorium vrbs õpulens capta, pœnæ aut prædæ fuit, oppidani Franciſcopolim perfugere, Senatus prouinciæ Luparium tranſlatus, ſeuerius in ſectarios decernit, niſi intra viceſimum primum diem ad pœnitentiam redirent. Illis decretum deridiculo fuit, à quibus Auguſtiniani eremitæ, cæteriq́; religioſi ordines Rotomago pulſi, quod ſectæ conſcios Lupario exactos iuſſu Senatus comperiſſent.

Sectariorũ ſacrilegia non ceſſant.

Neque intra hæc ſectarij ſtetere, quantũ auri, argentive ſacri in templis fuit, monetæ cudendæ conflant, & militari ſtipendio deſtinant, Catholicos omnes bonis exutos vrbe pellunt, turres, propugnacula, moles aggerum ſubſtructioneſq́; inſanas inter Sequanam & murum, qui ponti imminet excitant, vnde tormentis hoſtes infenſari poſſent, foſſa & vallo arcem ambiunt in extremo Martinoillano aggere. Vetus palatium, & Dominicanorum templa terra opplent, Fumentanis omnibus portis obſtructis præter duas, quæ firmo pomœrio E
munitæ erant, mœnia quadratis lapidibus è templorum, & altarium excidio per ludum & iocum inſtaurant. Id graue omnibus viſum, qui futuri prudentes erant. Interim Aumalius vicina loca obſeſſorum excurſionibus obnoxia præſidio firmabat, qui ſuis rebus tam prouidenter curare non potuit, vt S. Seueri ſuburbium abactis gregibus, & armentis hoſti prædæ non eſſet. Eius vaſarium opimum cæſis aliquot equitibus in manus hoſtium venit.

Lanoius cùm videret Anglorum auxilia arceſſi, eique negotio proximum diem conſtitutum, cauſatus patriæ charitatem, & Gallici nominis decus, ne in hoc flagitium conſentiret, vrbe exceſſit, & Dieppam XV. Kal. Septembres venit, vt oppidanos ab eo conſilio abduceret, quod cùm non impetraſſet, armis abſtinuit, & Foſſauillæ, quam arcem in Ambianis habuit, ſe turbulento tempore continuit. Interea Gabriel Comes Mongomerius Cadomi F
arcem, quę Buillionio ſuberat, irrito conatu tentauit, corrupto pecunia pręſidio, cùm ad rei famam Buillionius firmo equite ſeptus ſtatim aduolaſſet.

Erant

Google

A Erant id temporis tres in Neuſtria partes inter ſe aduerſę,Mongomerij,Buillionij,quem
inde fides in Regem,inde ſectæ fauor inter decus & flagitium diſtrahebant;Matignoni,qui
Regi fidus,ſectæ iniquior, cum quo ſe Haiæ regulus, Pureanus,Gundouilla, Larcantius, &
alij coniunxere.Mongomerium ſequuti Tibergeus,Auanius,& Campenſis Cenomani,Co-
lumbarius,Rommereus,Breſſeus,& alij pleriqueadS.Laudi oppidum conuenêre.Inde Co-
lumbarius cum ducentis equitibus profectus Conſtantia caſtra in Neuſtria ad deditionem
cogit,Coſſæum Briſſaci nothum filium epiſcopum S.Laudi fanum abducit.

Tres in Neuſtria partes.

Quo nuntio territus Marignonius Ioannem Broſſium Srampenſem Armoricæ præfe-
ctum in Neuſtriam arceſſit, à quo Aurincæ occupatæ, fruſtra indignante Mongomerio,
qui direptionibus Neuſtriam vaſtam habuit, regias pecunias interuertit, vaſa templorum
aurea,& argentea, vbereſq; ſacerdotiorum reditus alendo militi dicauit, ſocietatem præ-
B datarum cum latronibus compoſuit, & ſpecie parandarum copiarum ciuili præda milites
tanta licentia imbuit, vt Neuſtriam ſceleris ſui prædam effeciſſe videretur,ipſe Viriam ve-
nit, vbi diuina humanaque omnia calcata, templa direpta, ſacræ imagines afflictæ. altaria
euerſa. Inde Duceum oppidum in Neuſtriæ,atque Armoricæ limite cùm ſe recepiſſet,Vi-
rienſes iniuriæ memores in ſectatios è concione redeuntes impetu facto pleroſque cæcide-
runt, aliis gratia fortunis integris excedendi facta. Nuſquam tantis animis in cædes itum,
vt in hac concertatione,Fortúnam publicis cladibus lætam ludere putares. Viriam à Mon-
gomerio miſſi Tibergeus, Auanius, & Campenſis cum ſeptem equitum turmis in ciuium
bona & capita nimium quantum graſſati ſint,vt ne ipſi quidem nobilitati,quorum villæ &
arces in propinquo erant, pepercerint. Hoc nuntio percuſſus Srampenſis Armoricæ præfe-
ctus XI. equitum turmas in hoſtes ducit, quos imparatos,conuulſis oppidi portis oppreſ-
C ſit,ex quibus Popelerius, & Campenſis fortiter prælium ſumpſêre,alij in turba cæſi,vel ca-
pti ſunt. Militum ira facilè conſedit, oppidani vehementius in præſidiarios exarſêre,quo-
rum furor vix inhiberi potuit,fœminis ipſis in obuios ſæuientibus.

Mõgomerij graſſatio.

Quatriduum Viria prædæ ſuffecit, quo exactu Sebaſtianus Lucemburgius Martigius
Srampenſis auunculi legatus, Viriæ arcem firmo præſidio muniuit. Inde Sancti Laudi fa-
num Srampenſis mouit,quod quinque dies obſeſſum tormentis mœnia quatientibus à prę-
ſidiariis derelictum eſt,quorum plerique in fuga fluuio merſi,milites vrbe citra ſanguinem
potiti libidine ac licentia pro legibus vſi. Inde Baiocaſſes duxit,vbi Iulij Rauilij Rufi rapa-
citas ante alios emicuit, cui cùm Alphonſi Ferrariæ Ducis nomine vectigalia Cadomi, Fa-
leſiæ, & Boiocaſſium pignori ceſſiſſent, pro grandi ære quod Italica expeditione ante ſe-
xennium Henrico II.fœnori dederat, per ſpeciem diplomatis regij, tam impotenter in ſe-
D ctæ conſcios bacchatus eſt, vt eos fortunis euerterit. Hos ille ſeruili imperio exercebat,de
vita atque tergo regio more conſulens vaſtas vrbes fuga aut cædibus vænum aut dono
dabat.

Viria quatriduũ prædæ ſufficit.

Valoniæ ſectarij deſerta arce peſſimè habiti ſunt. Alençonij à Rabodangio coïtiones eo-
rum interdictę.Cùm Neuſtria tot motibus quateretur,captis Blœſis, & Cæſaroduno Caro-
lus Franciæ Rex regina Comite Autrium Carnutum ad exercitum venit, cui magna inde
dignatio, quòd Regis cauſſam agi quiſque crederet. Quare multi ſiue tædio rerum, ſiue
ſanctitate nominis regij commoti è Condęi exercitu dilapſi metum fecere, ne opes factio-
nis peſſum irent. Cui malo ipſe vt obuiam iret, Andelotium in Germaniam, Bricomotum
in Angliam ad arceſſenda auxilia,Subiſium Lugdunum,quod in ſectę manus venerat,Ru-
piſulcaudum in Santones,& Pictones amandat.

Valoniæ ſectarij malè habiti.

E Gabriel Mongomerius vir conſiliis properus, ſubita irruptione Auaricum Bituricum
occupanit, ſacras effigies, & altaria euertit, dona templorum auro grauia,ne ſibi quiſque
traheret corraſit,ligneam effigiem religione & cultu ſacram,Sallenſi fano erutam per ludi-
brium vnco traxit,& in publico cremauit, milites in turre ad matricem S. Stephani ædem
prę ſidium agitantes pactione vitæ ad deditionem coëgit. Vbique conclamationes, & for-
tuna captę vrbis. Mongomerius omni licentia & ſactilegio graſſatus, vrbi Miraletum im-
ponit,ipſe fiſcos de Rege raptos,& quicquid ſacrę ſuppellectilis fuit ad Condęum aſportat.
A quo Iucrus cum prędatoria manu, cuius in crudeli Bogëriaci direptione pręcipuũ decus,
Auaricum,vt ad omnes caſus prę ſto eſſet, miſſus eſt. Is tres equitum turmas, & mille qua-
dringentos pedites duxit, quibus fretus Magdunum Biturigum vi cœpit,vbi omni carnifi-
cina in ſacrum ordinem ſæuiit, & oculos immani ſpectaculo pauit. Iſſodunum tentauit ir-
F rito conatu, cùm firmus Broſſij equitatus aduentare nuntiatus eſſet, milites rebellionem
cœptauere,qui ſibi prędam è manibus ereptam dolebant, & Iucri iugulum petebant,fores
ædium moliti, niſi per Haumontium virum ſtrenuum exſoluto ſtipendio ſeditionis æſtus

Mongomerius Auaricũ occupat.

Iſſodunenſis obſidio ſoluitur.

detumuiſſet. Iſſodunenſes obſidione ſoluta Carolum Barbanzium Surſæum præſidio vo- A
cant, qui noxio ſectariorum ſanguine ciuium iniuriæ parentauit, & eorum conciliabulum
igne perdidit.

Id temporis vndecimo Kal. Sextiles reſcriptum regium Senatu conſciſcente vulgatum,
quo factioſi, qui Aureliis ad ſaga ierant maieſtatis rei, & publici hoſtes,quaſi vitalia regni
confoderent,pronuntiantur,omnibus honorum ac generis titulis exauctorantur,bona fiſco
addicuntur,quæ ſeueritas in eorum poſteros prorogata. Hoc reſcripto Condæus exceptus,
vt in melius flecti poſſet, tum verò vt ſanguinis regij ratio haberetur. Multa tum ſcripta
vulgata aduerſus ſeueritatem Senatus, Guiſij diffamati, & in inuidiam tracti, Germani,&
Heluetij vtrinque tentati.

Iam Philippus Rheni comes, & Rochendolphus auxilia in Franciam ad Guiſios tradu-
xerant,iam Heluetij in partes deſcenderant,quibus Margarita Parmenſis,quæ Belgio præ- B
erat,per Sequanos iter aperuerat.quo metu Condæus per Gaſparem Schombergium apud
Philippum Heſſum, & alios imperij principes vicit,vt delectus per Germaniam agerentur,
centum aureorum millia alendo militi erogarentur.

Inter hæc Rupifulcaudius, Bellauillius, Vigeanus Auguſtoritum Pictonum ad partes
trahunt. Stephanus Ceualerius Pruneus vectigalibus regiis in Pictonibus præfectus,arcem
occupat, in qua regij fiſci, quorum cuſtodiæ Franciſcus Pinellus imponitur, Franciſcano-
rum cœnobium copiis & commeatibus refertum diripitur,& ad profanos coitionum ſectæ
vſus traducitur, altaria euertuntur, ſacræ effigies paſſim diſiectæ, nonnullæ per vicos vnco
raptæ,& incenſæ. Quantum auri,argenti, & ſacræ ſupellectilis in templis fuit,ſibi quiſque
traxere. Pinellus arcem in qua regiæ pecuniæ à factione fruſtra petitam, certus fidei con-
ſtantiſſimè tuetur. Interim a Villario Comite Nauarri proregis nomine oppidani ad obſe- C
quium vocātur. Iacobus Herbertus decurionum primus,maiorem vocant,ius & imperium
vrbis penes oppidanos eſſe negat. Vim in armis poſitam oſtendit. Interim præſidiarij tole-
randæ obſidioni ſe comparant, machinæ expediuntur, auxilia arceſſuntur, S. Cypriani fa-
num,quod vrbi imminebat incenditur.

S. Lazari ſuburbiū tormentis aggreſſum & expugnatū.

Villarius ad S.Lazari ſuburbium caſtra ponit,per Melchiorem Depræum Monpeſatum,
& Antonium Richelium tormentis muralibus vrbem verberare feſtinat, ruina facta San-
tandreani aduentu recreatus,mœnia militem prenſare,vallum ſubire,aditum in vrbem ca-
peſſere iubet. Duces ferreis ornamentis graues procedere,clypeos obtendere, quibus in te-
ſtudinem conglobatis,milites quaſi vineis, & pluteis tecti,plumbeos globos baliſtis explau-
dentes, in diſiectam muri partem incumbebant. Præſidiarij hoſtibus oppoſiti confertam,
vndantemq́; teſtudinem lanceis ſcrutari, ingruentes grandine lapidum obterere, ſariſſis, D
contiſque obuios deturbare,alij latera ferreis tormentis aperire,faces incutere,haſtis detru-
dere, cùm milites deturbati ruinæ modo præcipitarentur, Santandreani monitu directa ex
arce,quam Pinellus regio militi permiſerat in ruinam tormenta,præſidiarios depulere,quo-
rum abſceſſu,nudato muro,irrumpit miles,& ſtragem in vrbe facit. Præſidiarij ad quadrin-
gintos, duce Mangone, refractis ad S. Cypriani portarum obicibus exitu reperto ſalutem
expediuere. Multa in vrbe capta per libidinem aſpera, fœdáque euenere. Populatio intra
duos dies ſtetit,flagitio & libidini, ducum indulgentia, octauus dies ceſſit. Matronis ple-
riſque intra Epiſcopi prætorium quò confugerant pudor extortus,virgines attrectatæ,qua-
rum cladium gratia ſectæ debetur, cuius rabie veluti peſtilenti ſidere contacti Francorum

Herbertus in furcam actus.

animi in mutuum exitium exarſere. Herbertus vrbis maior,quia Villarioclauium poteſta-
tem rogatus non fecerat,in furcam actus. E

Caluiniacū ſectariis eripitur.

Inde Caluiniacū epiſcopi Caſtellum decimo ab Auguſtorito lapide ſectariis per vim ere-
ptum,Præſidiariis laqueo fauces eliſæ. Tremollium,S. Sabini fanum,Mommorillonium vi-
ctoriæ & prædæ acceſſere. Mox ducitur in Biturigas,Auaricum obſidio cingitur,duce Gui-
ſio,in cuius exercitu X V.millia peditum, I I I I.equitum fuere. Ea pars vrbis quæ ad S. Vr-
ſini fanum pertinet catapultis vibrantibus,ferreis globis quaſſata.

Interea Colinius aliquot tormenta Lutetia ſubmiſſa ex improuiſo ad Caſtellodunum
adortus intercipit,quattuor equitum turmas,& ſex peditum vexilla cuſtodiæ addita cædit,
machinas quia Aurelias deportare non poterat, concidit. Deditionis pactio cum Iuræo
Auarici præfecto tentata, ne cædes gliſcerent. Leges honeſtæ dictæ, ſaluti ciuium conſul-
tum, præſidiarij iuſto transfugio in partes trangreſſi, ad Guiſium ſe aggregarunt. Regius
miles in vrbem duce Monterudio Rupiſurionij legato admiſſus latrocinia agitans, & præ- F
da per luxum vſus in inuidia fuit. Non ita multo poſt ſectæ conſcij ne quid turbatum eſſet
vrbe pulſi,Iuræus ex deditionis lege aduerſa fama domi otium coluit,& à partibus in poſte-
rum

Google

A rum ferias egit.
Secundùm hæc Engoliſmæ per abſentiam Rupifulcaudij nonnihil turbatum Martio
Rupifulcaudij patruus, ſectæ iniquior, literis à Rege acceptis Engoliſmæ arcem irrito ſuc- *Engoliſma*
ceſſu tentauit, cùm in vrbe Catholici turrim S. Petri occupaſſent, quibus exactis Marro *arx tẽtatur.*
legendi militis curam egit, & manu facta nobilium arces, qui ſectæ, aut factionis conſcij
erant, infeſtas habuit, cauſatus Ioannis Engoliſmæ Comitis, qui Franciſci primi auus fue-
rat, manes immani Vaſconum ſacrilegio reuulſos, corpus aridum conditorio plumbeo eru-
tum, ac diſiectum. Qua re offenſus iniuriam mortui viuis rependit. Inde Cognacum iter
vertit, ſpe potiundi oppidi, quod ſectæ obnoxium erat, ſed à ſuis proditus, Caſtrum no-
uum ſe recepit, vbi à Monteguidonio Rupifulcaudio gentili ſuo obſeſſus, parum ab exitio
abfuit; ſed exorto inter milites, & oppidanos diſſidio obſidio ſoluta eſt.
B Engoliſmenſes Auguſtoriti capti nuntio territi, cùm penuria rerum bellum trahere non
poſſent, Ludouico Preuotio Sanſaco excidium minanti vita & rebus integris vrbem de-
dunt. Miles victoria recens, & ſuper inſitam peruicaciam ſecundis ferox, omnia vaſta ra-
pinis habebat, è Cognaco, & finitimis pagis prædas trahebat, conuectabatque. Pro vero
comperio arma ciuilia per bonas artes haberi non poſſe, militi prædæ aut vindictæ auido
nulla pietas, quodcunque religionis nomen obtendat. Philippus Volutius Ruſeci regulus
ſectariis offenſus, non tantùm de hoſtibus, verùm & de pacatis prædas egit, & in ſuæ ditio-
nis homines iniurioſus, hamis blandientibus ab iis prædam malè repugnantem traxit.
In Santonibus ſectæ miniſtri cùm ad S. Ioannis fanum conueniſſent & iure omnes bello *Miniſtrorũ*
peti poſſe, qui ſua ſacra turbarent, de conſilij ſententia pronuntiaſſent, fax bello prælata, *conuentus.*
tantuſq; animis ardor iniectus, vt præcipua nobilitas orij odio, & turbarum amore ad arma
C conuolaret. Brioſenſes, Olcronenſes, Marennenſes, Aluettani inſulani mirum quanto ſtu-
dio nouæ ſectæ venenum hauſerint, quantis animis in Catholicos ierint, quorum ſtrages
ingens edita, quia S. Petri fanum in Olerona inſula opere & natura firmum occuparant.
Vnde cum exitio ſacerdotum, & ſuo, miniſtris infenſantibus deiecti ſunt.
Pontius Mirabellus eques in Santonibus partium caput, ad opprimendam Blauiam ma- *Põtius Mi-*
ritimum oppidum animum intendit, quia iniuriæ opportuna Burdigalæ imminebat. Sed re *rabellus par-*
vulgata conſilium non proceſſit. Fortellus Subiſius, vir in factione magni nominis Tal- *tium caput.*
montium ad Garumnę æſtuarium validã vrbẽ multos dies reſtantem pugnando vicit, mox-
que Burgum ad Duranium fluuium proditione ciuium, qui in ea vrbe in ſectam proni erãt
occupat, cuius rei fama ruſtica plebs incenſa, cùm ad Auronis pontem nullo duce, nullo
ordine tumultuaria manu concurreret, à Mirabello fuſa, deletaque eſt.
D Ibat ea peſtis per omnes Galliæ partes, nulla vrbs, nullus pagus, vicuſq; à contactu liber,
Nobiles, oppidani, pagani, omnes pariter in exitium ruebant, vſque adeò ſectæ contagio
omnium animos, quaſi rabies, afflauerat. Bernuelius à Mirabello fratre Burgo impoſitus,
cùm frequenti in finitimos pagos excurſione prædas ageret, à Regio milite captus, & Bur-
degalam perductus eſt. Quæ res factionis opes mirum quantum infregerit, dedentibus ſe
paſſim oppidis, & ſectam eiurantibus, fama de Auguſtorito capto dedita, vbi grauia in per-
duelles exempla fuere. Talmontium, Burgum, Cogniacum, Pontium, & alia oppida in ea
inclinatione ad meliora tranſiere.
Rupella Viri Chabotij Iarnaci vrbis præfecti ſuaſu partibus abſtinebat, quanquam in ea *Rupella par-*
vrbe plerique nouis opinionibus imbuti ſectæ ſtuderent. Santafidius à factione cæſus Iar- *tibus abſti-*
nacum fratrem à partibus remouerat, cui pacem in tumultu agere pretium fuit. Multis *net.*
E cottidie dilabentibus, & iniuſta aduerſus Regem arma cauſantibus, Rupifulcaudius, vt
ſcrupulum eximeret, Mediolani Santonum ſectæ Synodum cogit, vbi miniſtri belli faces,
arma pro fide propugnanda etiam aduerſus Regem iure ſumi pronuntiarunt. Sed ea de-
nuntiatio fruſtra fuit, plebs enim bello attrita, finitimarum vrbium excidio otium affecta-
bat. Sectæ conſcij animos adeò fregerant, vt cum Caſtrotuſius S. Ioannis fanum modica
manu tentaſſet, oppidani omnia tuta pacti ſe ei permiſerint. Dum in eo quod conuenerat
non manetur, Rupifulcaudius Pontiũ oppidum, & arcem vi capit, S. Ioannis oppido quod
obſederat, ſummouetur. Ratiaſto Lemouicũ ſectæ cõſcij, vt vrbs in tuto eſſet pulſi, concilia-
bulum eorum in ſuburbio dirutum, Cathedra miniſtelli, & ſubſellia vſtulata, Monbtunium
à Caluſianis, & ruſtica plebe obſeſſum, præſidiarij contra deditionis fidem cæſi. Auarico
Biturigum dedito, dubitatum belli moles Aurelianum Condæi receptaculum, an Roto-
F magum transferretur. De Rotomago ſententia vicit, Meldis in Briæ comitatu matrice vr-
be ſectarij altaria euerterant, ſacras effigies afflixerant, laſciuia valeſcente ſacerdotes exege-
rant, ſacrorum vſum interuerterant, qui reſtitutus à Ioachimo Monlucio Liuſſio, ſacerdoti-

bus poſtliminio redeuntibus, oppidani exarmati ſunt facta poteſtate exeundi, ſi qui arma exuere detrectarent: quadringēti in armis egreſſi cùm Aurelias renderent à ruſticis oppreſſi ſunt, quadraginta ſuperſtitibus, qui ſoſpites Aurelias attigere. A

Ineunte Octobri duæ cohortes Lutetia Meldos miſſæ fractas imagines vltæ, vaſtam vrbem rapinis habuere. Iniuriæ ſectariis redditæ, & malè facta peioribus repenſa. Catalauni duobus nebulonibus qui ſeditionem tentarant ceruices laqueo fractæ. In Tricaſſibus otium cultum, ad id vſque tempus, quo Franciſcus Cliuius Niuernij Dux ac Campaniæ rector in vrbem venit, à quo ſectariis prophanæ coitiones interdictæ, libri ſectæ publicè cremati, infantes ad templa rapti, non vt altero baptiſmi fonte tingerentur, quod ſectæ fautores in crimen ducunt, ſed vt cerimoniis, & Eccleſiæ ritibus ab antiquo traditis initiarentur, quos vt ſuperſtitioſos, & ſuperuacaneos, ſectarij inſuper habent.

Tricaſſes auitæ fidei tenaciſſimi.

Tricaſſes auitæ fidei tenaciſſimi ſectæ odio in tantum exarſerant, vt quidam ſententia iudicum capite luerint, aut ſæuiente plebe fluuio merſi ſint. Barrij ad Sequanam ſacræ effigies proſtratæ, altaria profligata, quæ ſacrilegia vrbe capta multo ſanguine diluta ſunt, præſidiariis qui in arcem confugerant in furcam actis. Pleraque malo more, malo iure facta, quę ira & animorum æſtus ob res fidei fieri amat. Sanſtephanus nobili loco domū in agro Rhemenſi reuerſus à Suſannæo Cermo cognato derepente obſidetur, non ſine obſidentium malo captus cum duobus fratribus, & quindecim comitibus, à furente milite pugionibus confoſſus eſt. Tædet pudetq; ſcelerum. Dux Luneburgicus XIII. Kal. Decembres iter ad Condæum XVIII. comitibus affectās a Iacobo Claromontano Ambolio Buſſio in diuerſorio Rametulli, proximū Tricaſſes interceptus, & oppreſſus eſt. Ceriſerij, Colurij, Villanouæ, quæ Raguierij Eſternęi arx eſt, Ceani quod in Otha ſylua oppidum eſt Cermoſij qui vicus loco munitus, multa cùm à ruſtica plebe, tum à milite contra fas, & ius vtrinque patrata ſunt. Antiſiodori nauicularij in ſectarios nō ſine ſtrage & ſanguine exarſēre, quos temere per agros palantes, & rapinis operantes Aurignalus è nobilitate vicina peſſimè multatos coërcuit. Niuerni licentia coitionum ſectariis erepta, multi duriter habiti, cerimoniæ ſacri fontis pleriſque infantibus additæ, quas ſectæ miniſtri per ludibrium omiſerant, repetita matrimoniorum apud ſacerdotes in ſacris ędibus ſolennia, quæ refractarij neglectui habuerant, multorum bona publicata ſpecie ſenatuſconſulti Pariſienſis, vnde Faieta primariæ in Aruernis nobilitatis cùm eò veniſſet, & publica priuati quæſtus feciſſet, ingentem auri, argentiq; vim corraſit. S. Leonardi fanum populationibus infeſtum fuit. S. Petri oppidum eadem licentia vaſtum, paulo poſt à ſectariis interceptum eſt, ſacra ſuppellex egeſto auro in prædam ceſſit, altaria verſa, ſacræ imagines afflictæ, templa prophanata, Catholici malè accepti. Autranium in Douzienſi agro à ſectariis ex inſidiis captum, ſacerdotes in patibulum acti alij plerique glandibus plumbeis confoſſi. B C D

Charitæum inſeſſum.

Charitæum in agro Niuernenſi ab iiſdem inſeſſum, à Faïeta obſeſſum & captum, qui plus prædæ, quam ſanguinis hauſit, finitima oppida Bonium, Conæum, Caſtellio ad Ligerim, Genabum, licētioſo militi prædæ fuêre. Molinio, quæ Boiorum matrix ciuitas, Montareus vrbi præfectus ſectarios omnes exegit, abſentium bona publicauit. Auriliaci in Aruernis ſectarij pro more in ſacras ædes ac effigies ſæuierunt, quos vrbe potiti Breſſonius, & Mantelius malè habitos exegêre, vicina oppida direpta, pagi prædatoribus obnoxij, Argentatum expilatum, matronis pudicitia imminuta, ad S. Ioannis fontem, quod eſt cœnobium haud longè à Caſtellione ad Luuiam à Damperta monachi obſeſſi, capti, occidione cæſi ſunt, aut fumo in turre ſpiritu intercluſo necati.

Diuione licētia coitionū interdicta.

Diuione licentia coitionum ſectariis interdicta, qui poſtea ſupra duo millia inermes vrbe pulſi, aut carcere attriti ſunt. Saülio Tauanio Aumalij legato rem vrgēte. Senatus Diuionenſis imaginum effractoribus aqua & igni interdixit. Iſſutilium oppidum, vbi ſectæ conciliabulum fuit, prædæ datum, Mirabelli factionis incentores, in furcam acti, pueliq; ſectę pertinaci capite ſtetit. Belna ſupra octingentos vrbe pulſi bona publicata, Cabilo ad Ararim à Carolo Podienſi Monbrunio inſeſſus mox aduolante Tauanio cum dedecore derelictus, oppidani vtrinque in prędam expoſiti. Auguſtoduno ſectarij metu Tauanij exceſſere, infantes ſacri fontis cerimoniis quibus caruerant initiati. Matiſcone ſolennia furentes ſectarij, ſacra humanáque omnia calcarunt, templa, altaria, ſacras effigies profligarunt in ſacerdotes immani barbarie graſſati ſunt, eam vrbem Tauanus V. Non. Quint. obſedit, vbi Mutius quidam, cui eum Tauanio proprior vſus, proditionis reus è furca pependit, re infecta obſidio ſoluta. E F

Matiſconē-ſes ſacra fu-

Matiſconenſes ſacram ſupellectilē ſecundo Arari commiſere, quę Lugduni alendo militi diſtraheretur. Ea cùm in Saupontij, & aliquot nobilium Allobrogum manus incidiſſet,

in alios

A in alios vſus verſa eſt. Ei prædæ XII. millium aureorum pretium fuit. Matiſcone à milite
duos ordinum ductores proditionis reos ad cædem expoſcente, turbatum, & Entragio pre-
ſidij præfecto periculum creatum, qui eductis extra vrbem velut ad ſtipendium copiis ſedi-
tioſos excluſit. Entragius Petroclauium locum munitum per deditionem cepit. Puncena-
cus Lugduno cum Heluetiis Matiſconem ſummiſſus eſt, qui vrbi præſidio eſſet. Is Triuor-
chium locum ſitu firmum pugnando vicit, Cluniacum cœnobium toto orbe celeberri-
mum incendit, quo incendio librorum ſcriptorum inſtructiſſima ſupellex magno rei litera-
riæ damno periit. Inter hæc Tauanius vbi plerunque noctis proceſſerat inopinato Matiſco-
nem ducit, & ſole verſoriam ad nos capiente, relictis altero ab vrbe lapide copiis, tria plau-
ſtra tritico & ſtramine plena ad portam Barteriam præmittit. Moniti cuſtodes annonæ ac-
cipiendæ portas aperiunt, primus bubulcus tranſmiſſis aliis ad vltimam portam plauſtrum
B percullit, ne obſerari, aut raſtro ferreo demiſſo occludi poſſet, aduolant è propinquo vigin-
ti cataphracti, qui poſt macerias delituerant, & cæſis cuſtodibus tubæ cantu ſubſeſſores
euocant, à quibus ſtatione præſidij deiecta, in cædes itur, & vrbe capta licentia & libido
valet. Accepto cladis nuntio Poncenacus, & Entragius in commune conſulunt, inſtru-
ctum exercitum in hoſtes prædæ intentos ducunt, tormenta cum omni bellico apparatu
Heluetiis commiſſa ſunt, quibus à Tauanio exuti, & coorta tempeſtate percuſſi, Bellauil-
lam ſe recipiunt, vbi nec opinãtes à Laurentio Maugirono penè oppreſſi ſunt. Obſtitit vir-
tus Pluuialij turmę præfecti viri ſtrenui, qui Hercule Maugironij legato cæſo aduerſos ter-
ga vertere coegit.

pellectilem Arari committunt.

Matiſconi impoſitus Sanpontius, cuius in ſectarios ita non niſi multo ſanguine detu-
muit. Inter vina per iocum & ludum è carcere productos in fluuium deſilire cogebat, de
C agilitate deſilientium iudicans. Is paucis poſt diebus ab Achomio in itinere ad villam plum-
bea glande confoſſus eſt.

Sanpontius Matiſconi impoſitus.

Dum in eo ſunt, Gondrinius Guiſij in Allobrogibus legatus vir claris natalibus, ingens
virium atque animi, Viennæ creandis conſulibus intentus, factione Franciſci Bellomontij
Adretij poſt leue certamen opprimitur, & à Monilio viro nobili priuatis offenſionibus
pugione tranſigitur, cadauer è ſpecularibus laqueo ſuſpenſum plebi ſpectaculo fuit. Præ-
tor vrbis quia Gondrinij nutum religioſius obſeruabat, iugulatus, ſparſo rumore de Guiſij li-
teris, quibus ſectarij ad IIII. Non. Maij ad cædem deſignati.

Id temporis Lugdunum in manus ſectæ venit. Ei ciuitati ad confluentem Araris & Rho-
dani Agutius Saülij Comes Nemoroſij legatus impoſitus erat, vir molli ingenio, ſectariis
æquior quàm ratio temporis, aut fortuna loci ferret, cui Maugironus Guiſio intimus, atque
D continuus, & per hoc in gratia Regis validus, ſocius in adminiſtratione adiunctus, vir ani-
mi præſtans, & ingentis auſi capax. Quo metu ſectarij commoti fama Gondrinij cæſi cre-
breſcente, pridie Kal. Maij de nocte ſuaſu Iacobi Rufi ſectæ Miniſtri ad arma conuolant,
primamq; ſtationem ad S. Nicerij fanum opprimunt, vrbis prætorium ſine certamine inua-
dunt, Duperacum quem in vrbe Maugironi iuſſu militem legere fama erat, ſomno ſepul-
tum comprehendunt. In S. Franciſci cœnobium inuadunt, idq; præſidio muniunt, portam
Rhodani reuulſis ſeris potiuntur, menſariorum tabularium, & plateam occupant, ſtationes
militum per angiportus, & fora collocant. Maugironus ſcripto in Saubaudia milite, auxi-
liis firmus, occulto Senatus vocatu, acceptis à Rege Allobrogum præfecturæ codicillis,
Gratianopolim tranſuerſis itineribus ducit, Coſtam fani Sancti Andreæ, quod agri Vien-
nenſis oppidum eſt, per Maeſtralem ſtrenuum ducem capit, Morenam pagum, quâ Valen-
E tiam itur occupat, Iſaræ anguſtias infra vrbem obſidet. omnes aditus ad vrbem præſidio fir-
mat. XVIII. Kal. Quintiles Rupis portum profectus literas ad Conſules dat, quibus ſe in
Gondrinij locum à Rege ſuffectum oſtendit, codicilli quibus Prouinciæ præfectura man-
data erat recitantur, de conſilij ſententia Maugironus in vrbem admittitur, Adretij miles
rebus integris vrbe emiſſus, poſtridie ſupplicationes indictæ, Deo grates gratiæ actæ, libri
omnes improbatæ lectionis exulti, codicilli regij in Senatu promulgati.

Lugdunum à ſectariis capitur.

Duperacus in ſomno cõprehẽſus.

Mox Buſſiera, munita ſitu arx, quam Adretij milites præſidio tenebant, fruſtra tentata.
Interim Adretius re comperta, vt erat animi percitus, & inquies, Valentiam aduolat, Ro-
manium occupat inde recto itinere S. Marcellini fanum ducit, in quo 30. præſidiarios incre-
dibili celeritate oppreſſos ad internecionem cæcidit. Maugironus terrore victus, rem in ca-
ſum dare, & equitatu cum hoſte concurrere detrectans, ad Tauanium in Burgundiam ſe re-
F cepit, vrbe in prædam & lacerationem per ſummum militiæ flagitium hoſti efferato relicta.
Oppidani quò cuiuſque animus tulit per derupta, per deuia diffugere. Adretius à ſectariis ad
humanitatem præter ſolitum flectitur, ſine cuiuſquam iniuria vrbem init, Mouentio ſe-

Buſſiera tentata.

rum animum molliente. A

Inde rebus compoſitis Senatu in vrbem reuerſo, Capetolianum limitem, Charræ pontem Alleuardum præſidio muoit, Ponarum ſenatorem qui cum quinque ſignis per deuia ad eum venérat, vrbi imponit, mox Lugdunum profectus vir animi atrox Monbriſonium ruina catapultis ferreis facta vi cepit, vbi cruore omnia fluxere, milite ſolemnia furēte. E clade ſuperſtites in propugnaculum refugêre, vnde per ſpeciem deditionis eruti, è faſtigio turris contra fas gentium, contra fidem pactionis, omnes in præceps deſilire iuſſi prandenti ludum fecerunt. Vnus ex iis repertus qui cùm ſemel atque iterum impetu ad deſiliendum capto in præcipiti reſtitiſſet, ignauiæ ab Adretio increpitus animi fidens, vultu certo reſpoodit, quod me tam citò facere iubes, id decies procurſu capto ſi feceris, virum te putabo, qua reſponſi audacia vitam redemit.

Adretij ſæuitia.

Interim Condæus Adretij ſæuitia onerari ſe ſentiens, & omnia in odium factionis trahi, B Subizium claro genere virum, in quo multæ bonæque animi & corporis artes erant, ad leuandam inuidiam Lugdunum mittit. Ita res habet, in quocunque partium ſtudio, animus vbi ad gloriam virtutis via graſſatur abundè pollens potenſq; eſt, vbi ad ſæuitiam & flagitia peſſundatus eſt, bonæ animi artes per libidinem diffluxêre, & à regio milite, & à perduelle multa grauia per laſciuiam patrata, quæ in efferatis odio animis rabiem ſine pernicie non ſidere oſtendunt.

Adretius ad Mōbrunium properat.

Adretius Lugduni ſumma rerum deiectus in Allobrogas animi anceps ad Monbrunium properat, & cum eo conſilia miſcet. Subizius ab Heluetiis auxilia arceſſit, à Bernatibus octo ſigna, à Nouocaſtreoſibus tria, à Valeſianis quatuor, quæ ad Mariſconis ſubſidia deſtinat irrito ſucceſſu, iam enim ea vrbs in regij militis manus venerat. Lugduoi miles inopia frumenti tentabatur. C

Blaconus.

Blaconus, vt penuriæ mederetur in Aruernos Caſam vſque Dei quod munitum cœnobium eſt, progreſſus, cladem partibus attulit annonæ ſubſidio non fuit. Extortum Moniulio Blaconi fratri cœnobium, ipſe Mondrinij cædis reus Rigomum miſſus, vt parricidam decuit peſſime habitus eſt. Lugduni grauitate annonæ iuxta ſeditionem ventum, plebecula malis fructibus vix agitante. Hi motus in Allobrogibus erant, in Prouincia haud multo leuiores, cui præerat Claudius Sabaudus Teodę comes, ſectę conſcius. Ei duo filij, Sommariuius animi præceps, Renatus Cipetra ingenio miti, patri propior. Filiam Iacobo Cardero ex illuſtri Salutiorum familia locarat, ſectæ ſtudio. Sommariuius à Carſio Pontemſiorum nobiliſſimæ familiæ principe inductus à factione in Regis partes indignante patre transgreditur. Flaceanus Carſij frater Aquenſis ciuitatis præfectus, & tunc conſul, quæ dignatio præcipuæ nobilitatis eſt, conſulatu, quia Sabaudi Tendæ comitis, & Cruſſolij ſectariorum ducis imperium detrectarat, abire iuſſus. Aquæ Sextiæ Cruſſolio paruêre, ſectariis miniſteria D ſectæ permiſſa, locus attributus, arma ciuibus ne quid turbarū eſſet erepta. Flaceanus vi bepulſus ſigois explicatis in quibus Petri clauiū inſigne fuit, Brinolium modica manu ſe recepit. Præibat abeuntibus Franciſcanus cum lignea Chriſti in cruce fixi imagine. Inde Barjolium perrexit, & Mouentium, ac Senam à Cruſſolio cum aliquot cohortibus miſſos apud Varagam Barjolio finitimum pagum obſedit, & malè mulctatos in arcto habuit. Suppetias venere Sabaudus, Cruſſolius, Saorabalnus, Adretius, & Barjolium obſedêre.

Barjolij deſcriptio.

Id oppidum ad radices ardui montis, qui vaſtus ab natura & humano cultu, veſtitus arbuſtis, quæ humi arido atque arenoſo gignuntur loco præcipiti, ſitum eſt, à tergo prærupris acpendentibus ſaxis, à fronte cliuis aſperis in theatri ſpeciem cinctum, mœnia firma quæ riuo tenui è collis iugo præterlabente alluuntur. Arx oppido incumbit, manu & opere munita, cuius facies ſpem loci potiundi ſpectantibus aufert, obſidentibus quattuor tantùm E minores catapultę fuêre, quibus præſidiarij ſuburbio quod lunata forma fuit ſummoti ſunt, inde mœnia globis ferreis verſa, aut ſuffoſſa ruinam aperuêre, qua milite irruente ſtrages ciuium in vrbe facta. Cecidere ad trecentos, in quibus pius ille Franciſcanus Chriſti crucem manu tenens: reliqui fuga capeſſunt arcem, quam ignaua deditione prodiderunt. Ex dediticiis aliqui laqueo gulam pręebuere, nonnulli Aquas Sextias ducti iudicum ſententia capite truncati. Sabaudus re confecta militem dimiſit, cuſtodiæ ſuæ centum equites Mouentio duce excepit.

Prouinciæ præfectura Summario mandatur.

Inter hæc literis regiis pręfectura Prouinciæ Sommariuio ſub patre Sabaudo mandatur, cui nihil prius fuit, quàm vi exauctoratos à patre milites ad belli munia cogeret. Cruſſolio Regioa per literas diſceſſum in Septimaniam (Langnedoceum vocaot) ad res conſtituendas F imperat, vbi menſe Maio quæſitum in Sectarios, & ſæuitum. Qua re exacerbatus Sabaudus militem ſcribit, omnia trās Druentiam oppida iuris ſui facit, Pertuſo excepto in quo Sommariuius

A marinius filius patri aduerſus ad ripam fluuij ſubſederat. Abſceſſu patris animi filio augeſcunt, qui Serbelloni ope ad Orgonium pontem fluuio tranſmiſſo aduerſus ſectam hoſtilia cœprat. Sabaudus Ciſtereionem vrbem munitiſſimam properat vt per Cipetram alterum filium, & Mouentium copias cogeret. Sommariuius cum Serbellono Arauſionem capit,& deripit. Inde Manoſcum venit, cui oppido Colluxius cum valido præſidio,& copioſo commeatu impoſitus, vbi iniecto metu obſidionis, deditio citra ſanguinem, & contumeliam extotquetur. Mox Lucium pagum in rupe ſitum, loco munitum, ſine cæde obtinet, inde ad Sancti Arnoldi caſtrum de obſidendo Ciſtertione conſultat.

Ea vrbs ab ortu Druentia cingitur, à Septentrione Buedia amne, collem ſinu complexa *Ciſtertionis*
caſtello validum, inter Mollatium & Balmæum montes arduos, quos Druentia interfluit. *deſcriptio.*
Oppidi mœnia vetuſtate corrupta lababant,duobus modò turribus munita,nullis aliis mu-
B nimentis.Præcipuum propugnaculum in virtute Rembaldi Furmiieri ordinum ductoris ſitum, qui cum trecentis militibus audacia, & robore exercitatis in vrbem irruperat. Sexto idus Quintiles Sommariuius ad rudera templi Franciſcanorum quod à ſectariis incenſum ac dirutum erat in conſpectu oppidi caſtra ponit. Mœnia machinis ad portam Saluam,qua Druentia influit, verberata concidere, ruina centum paſſus, & amplius patebat, irruptio facta fruſtra fuit,repulſus cum dedecore miles vulnera tergo,fronte ruborem tulit,fœminis ad ruinam miniſtrantibus,& voce,manuq; militi audaciam aſtruentibus. Quare Sommariuius obſidione ſoluta obuiam Sorezio & Mouenrio factus,leuibus prœliis cum iis velitatus eſt, tam pertinaci odio,vt nemini capto ſalus integra eſſet. Dein tranſmiſſo iuxta Volonam vicum Druentia,Scalam præſidio firmat.

Sub id Monbrunius Adrerij copiis auctus Suſium Serbelloni ope fultum, qui ad Sorgæ *Sorga pons.*
C pontem cum exercitu reſtiterat,inſequitur, & in itinere Mornacum in Venaſcinenſi limite locum munitum,cui Combus impoſitus erat, vi capit, inde in arcem in iugo ſaxi poſitam irruptione facta præſidiarios omnes vel ferro necat,vel de ſaxo deturbat,cadauera in Rhodanum miſſa, vt prono aluco Auenionem deueherentur, cum hoc titulo, Date tranſitum vectoribus,vectigal Mornaci pependere, ex iis qui de ſaxo deiecti,vnus ad caprificum rupi adnatans dum labitur hæſit,vbi prenſatis virgultis cùm diu plumbeis globis ſæuiente milite
fruſtra appetitus eſſet, Monbrunij iuſſu ſeruatus in militiam adſcriptus eſt. Ex eo loco Bo- *Bolena.*
lenam mouet, cui obuius factus Suſius non ſine aliquot ſuorum iactura Vaureacum vertit, *Vaureacũ.*
& deditione capit, diripitq;.Monbronius veſtigiis Suſium ſequitur, cum quo Adretius copias iungit.

Erant in conſpectu oppidi duo colles,alter lata in ſummo planitie imminebat vrbi, cum
D qua pene vicinia loci continens erat, in cuius vertice Suſius aciem exornat, ex eo ſi vſus eſſet in oppidum regreſſum habens, in radicibus tormenta locat, quibus collis ab vrbe ad Septemtrionem ſummotior infeſtaretur.In eo colle Monbrunius & Adretius conſederant. Inter vtrumque collem tranſuerſæ complures foſſæ interiectæ, quæ vtrinque in aduerſum nitentibus eluctandæ, per quos Monbruniani cùm fruſtra euadere in aduerſos tentaſſent Adretius tranſuerſis itineribus per obliquum collem milites in hoſtem ducit,qui eius aſpectu territus, ſine certamine terga vertit, Suſius fugam ſiſtere conatus manum cum hoſte fortiter conſerit, ſed à ſuis derelictus, fortiſſimo quoque dilapſo pernici equo fugam cape-
ſcit,& inter hoſtium tela vitabundus erumpit. Tormenta Suſij in manus Monbrunij ve- *Suſius fugã*
nêre. Is genius Adretij fuit, vt quoties ſuo marte rem gereret,quocunque pergeret,omnia *capeſcit.*
victori cederent, tantum in eo audaciæ, tantum militaris ſcientiæ,vel fortunæ erat. Is con-
E ſilio,voce, manu, hoſti inſignis, conſpicuus ſuis, aſperitates omnes ſuperuadere, magno ſuis hortamento, aduerſis terrori eſſe, vt nemo omnium in aperto aduerſus eum periculum auderet. Victoria parta, poſtridie Tulotam quarto à Vaurcaco lapide pergit,& nominis ſui terrore Italicis præſidiis Caditaſio, Bedarrida, Curtaſione, Arauſione, Serria,Piolena, Caſtronouo pulſis, Sorgæ pontem,& arcem quæ pro munimento ponti erat,vi capit.

In Carpentoractum vertit, ſpe potiundi oppidi,qua deiectus Valentiam redit. Fracti fa- *Carpento-*
me & itinere milites à ruſticis plerique obtriti,alij laboribus exhauſti defecere. Ipſe adem- *ractum Ad-*
præ ſibi ſummæ rei,& prælati Subiſij iniuria offenſus, æſtum animi coquere,libidine atque *retio reſiſtit.*
ira peſſimis conſultoribus graſſari, de bello criminosè loqui, ſua beneficia quæ in cauſam plurima erant, pro nihilo duci iniquo animo ferebat, vt à partibus alienior transfugium velle videretur. Rogatus vt Ciſtertione à Sommariuio circumſeſſis, & laborantibus ſuc-
F curreret, conſulto diſtulit. Interim Monbrunius X V I I I. Kal. Septemb. Valentiâ profectus Auriperram vicum in Vapincenſi agro venit. Adretius Mouentij ſuaſu Monbrunium ſecutus Sancti Laurentij oppidum,& rupem Mauram loca munita in aduerſa Rhodani ripa

pugnando

pugnando vicit. Arcem ponti Sorgæ impoſitam quæ nuper in Serbelloni manus venerat, & A
vnà Italos præſidium agitantes igne vaſtat. Serbellonum recentibus ex Italia copiis auctum
fundit, fugatque, & Druentiam verſus obuia quæque fulminis modo diſturbat, eque-
ſtres, & pedeſtres copias Arelate ſummiſſas ad Orgonem pontem vadato fluuio inopinan-
tes obterit, de Ciſtertione parum ſollicitus, quem Sommariuius patri aduerſus nume-
roſo exercitu circumſederat. Eam vrbem inter Mollarium & Balmæum editos montes
ſitam fuiſſe oſtendimus, opere & ſitu inualidam. Sommariuius ſummoto patre, qui annonæ
penuria bellum in iiſdem caſtris diutius trahi poſſe negabat, profundam foſſam primis ca-
ſtris ad colles geminos, qui ad Molarij montis pedem aſſurgunt à SS. Ioanne & Brancone
appellatos, ducit, qua tectus ex caſtris vltro citróque tuto commeare poſſet. Oppidani col-
les eos deſeruerant, pontem Buediæ impoſitum inſederant, vt Monbrunium aduentantem
exciperent. quem in itinere Suſius & Labretius Sommariuij miſſu ad Lagranum quarto ab B
Autipetra lapide interceptum cædunt, & tormentis ad Vaureacum captis exuunt: quo
cõperto Senas & Mouentius à Sabaudo Ciſtertionẽ ſubſidio ſummiſſi, multum negotij ha-
buêre. Sommariuius enim è duobus illis tumulis mœnia tã vaſto hiatu aſſidua verberatio-
ne diſiecit, vt ruina ſupra centum quadraginta pedes pateret, aditumq́ue in vrbem præbe-
ret. Ea terræ & lignorum aggeſtu, culcitris, molli pluma inductis, & fimo integrè farciri non
potuit, per quam irrupêre milites, cataphractis præeuntibus, & clypeos obtendentibus, ſub
quorum munimento diu plumbeis glandibus certatum, inde res cominus acta. Sariſſis, haſ-
tilibus, verutis, ſaxorum grandine ingruentes obruti, donec enſe res gereretur, cataphractis
obuios trudentibus, colluctantibus, impellentibus, fœminæ ad partes venêre tantis animis,
vt periculi immemores inferrent ictus, & exciperent, donec ingruentium impetu fracti pe-
dem referre milites coacti ſunt: quare è tumulis repetita verberatione, tormentis ſtragem C
edentibus, conſilium deſerendæ vrbis oppidani cepere. De nocte per derupta per deuia
viri, fœminę, pueri fugam capeſſunt, & in arduos montes, quà iter à milite vacuum fuit, eni-
tuntur, illuceſcente die comperta fuga milites vrbem irrumpunt, ac diripiunt, ducenti iner-
mes, imbelleſq; cæſi, vrbi cum ſeptem ſignis Montacutus impoſitus, fugitiui ad quattuor
millia inter infenſos hoſtes impedito itinere in abruptum tracti, per mille pericula ſalui &
incolumes Sauſæum vicum veniunt, vbi commeatu leuati IIII. dies ſubſtitere, inde à Prato-
gelati accolis amico ſinu excepti ſunt, quibus imbellem vtriuſque ſexus turbã commenda-
re animus fuit, niſi oneri impares accolæ detrectaſſent. Quare laboribus confecti, Mouen-
tio duce in conſpecta Brigantinis veniunt, & S. Boneti fanum tenent, vigeſimis caſtris
X X X. tantùm milliaribus à Ciſtertione diſſiti.

Buſſeria arx à Vinæo occupatur. Gratianopolis.

Inter hæc Vinæus Buſſeriam arcem occupat, Italorum & Hiſpanorum ſubſidio validus D
Gratianopolim pergit, X V I I. Kal. Octob. Suburbia irrumpit, vnde falſo nuntio Brigantio-
nis à Mouentio circumueniri reuocatus, eò vertit, & Cornij propter S. Boneti fanum ſiſtit,
in Mouentium ducturus, qui vltra Dracum imbellem turbam ponte tranſmiſit, & ſine of-
fenſione Gratianopolim poſt diuturnos errores, & crebra pericula ſoſpitem traduxit.

Ita Prouincia Dei benignitate, & Sommariuij virtute ſectariorum opibus infeſta eſſe de-
ſiit. Ad Aquas Sextias ex arbore ad quam coibant, X I I I I. ex eo numero reſte pependêre.
Omnino pluſquam barbara immanitate vtrinque certatum eſt, violentis Gallorum inge-
niis ad vltima tuentibus. Cùm in eo eſſent Tauanius obſidendi Lugduni certus Auſam ad
ſextum ab vrbe lapidem mouet, vbi cognito Nemoroſij aduentu, cui cedere amotum im-
perio iubebatur, in Burgundiam redit, Itali Anguiſciolæ comite ductore ſtipendia ſibi
non procedere cauſſati, caſtris excedunt. Eorum ſex ſigna Braneato duce in ſtipendij angu- E
ſtia fidem tennere, non manum qua vſi ad prædam, & libidinem.

Nemoroſius conſilij inops.

Nemoroſius conſilij inops abeunte Tauanio rebus ſuis deſperans omiſſis Lugduni con-
ſiliis Viennam ducit, vbi Berninum præſidij ducem erumpere auſum cum clade in arcem
redegit, mox ad deditionem compulit. Inde Lugduno annona grauior facta obſeptis rei

Adretius à Nemoroſio fuſus.

frumentariæ ſubſidiis. Adretius cognita Viennæ obſidione relicto peditatu cum quadrin-
gẽtis equitibus ad opem aduolans, prope Belloreparium à Nemoroſio fuſus eſt. Ibi primùm
ab Adretio fortuna vultum auertit, quem fugientem Lugduni Subiſius accepit, Monbru-
nius Adretij peditibus velut optio ſucceſſit, quorum receſſitis X I I I. vexillis Belloreparium
pergit, vbi periculum auſus, cum Nemoroſio ſigna contulit, & pugnando diem extraxit,
inumbrante veſpera cùm pedites Nemoroſij prope abeſſe ſenſiſſet, fuga ſe proripuit, & ex-
peditis itineribus Romanium cum copiis reuerſus eſt. Adretius impotens animi, dolore cla- F
dis I I I I. peditum millia, & ducentos equites farciendæ ignominiæ Belloreparium ducit,
vbi geminata clade obtritus Burgonium ſe recepit mox Senatis, Mouentij, Poncenaci, &

A Heluetiorum auxiliis ad quatuor peditum millia & trecentos equites auctus, animi inui-
ctus exercitum Viennam rapit, & Nemoroſio intra mœnia clauſo, commeatus vndique
Lugdunum comportandos curat, vnde annonæ ex inopia graui ſatias facta eſt. Inter hæc
Burdigalæ cùm Buria Nauarri Aquitaniæ rectoris legatus, ob ſocordiam toti Prouinciæ
grauis eſſet, Thoma Rano, & Ioanne Angelo incentoribus id actum, vt is Regis mandatu
loco moueretur.

Ad eam coniurationem oppidani ſupra tria millia certatim datis nominibus vinida odia
intulere. In Senatu ea res agitata, quæ cùm facilè conſtitui non poſſet, Buria Regem ap-
pellat, à quo res ſacro conſiſtorio permiſſa, cuius decreto ei ſua auctoritas ſeditione coerci-
ta ſtetit. Id conſilium factioni fuit, vt amoto Buria, ſubſtituto Monlucio, aut Scatſio, ſecta
in Aquitania faciliùs opprimeretur.

B Aginni quippe Nitiobrigum ſectarij liberè conuentus ſuos habebant, ad quos S. Phœ- *Nitiobrigū ſectarij.*
badij, cuius Beatus Hieronymus meminit, vrbis quondam epiſcopi fano nefariè abuteban-
tur. Ab iis per ſummum ſcelus ſollicitati ſancti viri manes, reuulſum ſepulcrum eſt, in quo
cranium & maxilla inferior cum dentibus integra poſt tot ſæcula reperta, mox adulta fa-
ctione cœnobium Dominicanis ereptum, altaria deiecta, ſacræ effigies afflictæ, ſed Buria fa-
ciente cœnobium non ita multo poſt religioſis fratribus reſtitutum. Aginnenſi agro S. Fran-
ciſci ſodales ſacris concionibus operari ſueti à ſectariis exacti, ſæuitum in altaria, imagines,
ſepulcrorum religio violata, S. Geruaſij cineres diſiecti, feretrum auro & gemmis graue ex-
pilatum. Tam fœda rabies ſectæ animos inceſſerat, quæ contactu ad integros ſerpebat.

Neraco excedens Ioanna Nauarri vxor S. Franciſci ſodalium cœnobium ſectæ miniſtris
ad prophanos vſus attribuerat. Itidem Condomo Franciſcani per ignominiam pulſi, tota
C Gallia ſecta impunè graſſabatur, & niſi Deus obſtitiſſet, fidei lumen vbique extinctum
ibat, vt impunè error & impietas regnarent. Marmanda Franciſci ſodales exacti, Veſunæ
in Petrocoriis ſectæ conciones licenter habitæ, quæ tamen Plumæ, Liboſio, Turnonio, in A-
ginenſi agro, vetitæ, ſectarij pulſi, ita Gallia inter bona, malaq; fluctuabat hominum animis
in contraria diſtractis.

Ad Regulam oppidum Garumnæ impoſitum, & Moiſſacum cœnobium venerādæ anti- *Sectarij du-*
quitatis, ad Tarnium oppidum, item Granaræ ſectarij durius accepti: Albiæ Cadurcorum *riùs accepti.*
habitæ ſectæ conciones, qui conueniebant nomina ſua libello profeſſi, adcripſere Ioannis
Maſencalli Senatus Toloſani principis, & Ioannis à Paulo eiuſdem Curiæ præſidis liberos,
qui licentia ſæculi corrupti, è ſchola Cadurcenſi à patribus domum reuocantur, per quo-
rum abſentiam Petro Bertrando vrbis epiſcopo, & Manfredo Cardilliaco Biullo Scholę
D cancellario incentoribus plebs odio ſectæ in conciliabulū ad tintinabuli pulſum inuolat, &
foribus refractis in cædes itur, raptata per vicos ſectariorum cadauera igni ceſſere. Diuerſa
parte villarici cùm è ſectę conciliabulo redeuntes à Fumelio primariæ nobilitatis viro ſectę
iniquiori inclementiùs appellati eſſent, ita exarſêre, vt dominum ſuum Aſturcone pernici
domum fugientem inſecuti obſederint, expugnata arce omni cruciatu necarint, ab vxore
& liberis eius manus ægrè abſtinuerint. In reos facinoris auctore B. Monlucio vindicatum,
ex quibus quadraginta vel laqueo ſpiritum dedêre, vel rotæ impoſiti fractis cruribus per
certus exſpirarunt.

Sub id Rulliaco nobilitate præcipuo viro ad S. Medardi fanū à templis & altaribus vim *Rulliacus.*
prohibenti periculum à plebe creatum, cui Santauiano fratre in tempore opem ferente
exemptus eſt. Idem facinus Staphortiani in capita Cuci, & Monioij nobilium tentarunt:
E quod ne in exemplum iret Monlucius aliquot ex iis in furcam egit prohibuítque ne quæ-
ſtio in eos qui Cadurci ſectam afflixerant, lōgiùs procederet, cùm eo nomine iam quatuor-
decim ſtragis auctores ſententia iudicum capite luiſſent. Inde itum Villam francam in Ru-
thenis, vbi Sectarij ſolentes more ſuo altaria & ſacras effigies ſacrilegiis violarant, quorum
pleroſque Monlucius è feneſtris prætorij vrbis intercluſo teſte ſpiritu pendere iuſſit, qua
ſeueritate accenſi ſectarij apud Montalbanum, Aginnum S. Mariæ oppidum, Lactoratum,
Neracum, Bergeracum, Marmandam ad partes tranſiere.

Secundùm hæc Monlucius mādatu Regis quinque peditum ſigna ſcribit, reginámque *Monlucius*
monet Aquitaniam in extremo ſitam, ſi deſeratur, hoſtes ſupra caput eſſe, alios in ſinu, *Reginā de*
quoſdam in faucibus cum exercitu vrgere, tot, ac tanta negotia ſine armis, & valido milite *Aquitania*
ſuſtineri non poſſe. Interea Leracum rebellauerat, Vaſatenſis ditio, & omnis ille Garumnæ *ſtatu monet.*
F ab vtraque ripa tractus, qui Toloſam vſque porrigitur, in res nouas pronus erat: materiam
datam mouendis populi offenſionibus clamitabant, qui in turbido lucrum captabant. Re-
gula, Condomum, Candecoſta, Dunum, Saluctatum, Gauri, in fide manebant, plebs ab oc-
caſione

Digitized by Google

caſione infida mutabat. Inde Foduam in Armeniaco principatu itum, vbi nobilitas vndiq; A
in armis aduolans in nomen Regis, & verba Monlucij iurauit.

Ibi Monlucius de Toloſano tumultu prope adulto per Rupij cognati literas cognoſcit,
qui ex hac occaſione ortus. Decurionum primi, capitolinos vocant, octo numero, ſectæ mi-
niſteria libera eſſe ex edicto Ianuarij tendebant non occulta plebis offenſione, quæ in S.
Michaelis ſuburbio cum rixa inter ſacerdotes, & ſectarios ſuper funere quod efferebatur,
vtriſque cadauer ſibi vidicantibus vehementius exarſiſſet, auida ciuilem ſanguinem hau-
ſit. Pro vno funere plura ſacerdotibus data, Capitolini qui ſectæ fauebant aliquot è plebe
turbarum auctores, in cuſtodiam dederunt, & à Senatu expreſſerunt, vt in ſuburbiis ſectæ
miniſteria iuxta edictum, obirentur, ipſi Capitolini centum armatis, de quorum fide ſecta-
rij vrbi idoneè cauerent, ſtipati vim arcerent. Catholici ducenos milites ad cuſtodiam vr-
bis ſumptibus ſuis exhiberent, de quorum fide iurati ſponderent. Seneſcallus & Decurio- B
nes de ſeditioſis ſummo iure cognoſcerent. Quæſitum in turbidos, quorum alij flagris cęſi,
alij vrbe pulſi, quidam in furcam ſaliêre.

Petrus Hunaldus Lāta ſecta addictus.

Nec dum tamen odia partium reſederant. Petrus Hunaldus Lanta primarius decurio,
ſectæ addictus in reditu ex aula Aureliani Condæo de vrbe tradenda fidem interpoſuerat,
quod ſcitum Monlucio, Senatui ſignificatum, à quo introducto milite vrbi vtcunque con-
ſultum eſt. Erat in ſecta Cormerius excucullatus è Franciſcano miniſter, vir auſi capax, in
dicendo vehemens, qui facem vrbi opprimendæ prætulit, plures ex ſtudioſa iuuentute in-
fecti quaſi valetudine & contactu, ad eum ſe aggregant, & conſilia miſcent. Dies vrbi ca-
piendæ X V. Kal. Iunij ſtatus. Iam diei veſper erat, Vaſcones in armis ad prætorium vrbis
ſilentio ducti moliũtur fores, conſcij ſigno dato accurrunt, manus in decuriones iniiciunt,
collegia prætorio vicina occupant, munitiones & tormenta per vicos, & quadriuia diſ- C
ponunt.

Monlucius coniurationis index.

Senatus albeſcente die nobilitatem ad partes vocat, Monlucius coniurationis index
propter vrbem in ſpecula erat, & omnia prompta, pararaque ad infringendas factionis opes
habebat. Il Bellogardium, Maſſeum, Clermontium, Aornium, Bazordanem in vrbem cum
copiis ſummittit, quos ſequuti Furcouallius. Odetus Fœſius Caramanij comes, & Angelus,
à quibus per aliquot dies in vrbe ancipiti Marte pugnatũ, eo periculoſius quòd ſectarij prę-
torio vrbis potiti catapultas ferreas ceperant, quibus per vicos & compita in obuios graſ-
ſabantur. Iam Cœnobia Dominicanorum, Franciſcanorum, Bechinorum, SS. Torrentij,
Georgij, Antonij Auguſtini, in poteſtatem redegerant, tanta vis in factione erat. X V I. Kal.
Iunij cruenta pugna fuit, in qua multi deſiderati, ſparſi ad prætorium vrbis ignes, pleræque
priuatorum domus incenſæ. Dein cognito Monlucium qui ad omnes caſus cum firmo D
equitatu ad vrbem præſto erat per portam Bazaclenſem, quam nauicularij à vi ſectariorum
ſtrenue defenderant, aduentare, per ſpeciem colloquij poteſtas hoſtibus exeundi facta, qui
irriti ſpei continuo dilapſi ſunt, in eos capite animaduerſum, qui in manus ciuium venere.
Duæ res in vrbe factionis animos maximè fregere, Molatrinæ Baſacli, opus admirabile, in
quo hærent ac ſtupent oculi, ad portam Baſaclenſem firmiſſimo vndique muro inſtar ar-
cis munitæ, vnde tormentis ferreos globos explaudentibus ſectarij cum clade ſummouo-
bantur. Et S. Saturnini ædes quadrato lapide ſtructa, valido opere, vnde è pinnis, turribus,
& cochlea metæ inſtar turbinata, cocto latere in immenſum edita, catapultis ferreis tota
vrbe, maximè via directa quæ ad palatium rerum forenſium pertinet, hoſtes infeſtabantur,
cum qua vt paria facerent ſectarij in turre quadrata Petrocorienſis collegij maximè elata
aliquot tormenta locarant, quorum planſu offenſa turris à ſummo ruinam fecit, vt tota E
conuelli videretur. Hoſtes vrbe egreſſi dum palantes & vagi per agros errant, ab equite pri-
mum obuios carpente, deinde paſſim à paganis cæſi, è clade ſuperſtites Montalbanum, Po-
dium Laurentij, Vaurium, & Caſtrum conceſſere.

Tumultus triũ capitũ millium.

Is tumultus tribus capitum millibus vtrinque ſtetit. Poſtridie Monlucius vrbem inijt, qui
extra vrbem, vt auxiliis aduentantibus aditus præſtrueret, cum equitatu ſteterat quæſitum
in ſeditionis cõſcios, 22. Senatores Senatu moti, ducenti plus minus perduelles capite lue-
runt, & in iis Adæmarus Mandiuellus decurio, Ioannes Portaldus vrbis prætor, Salſius fa-
ctionis dux equis in diuerſa nitentibus diuulſus, quadringenti per abſentiam tribus edictis
citati, vt contumaces capitis damnati, grauia Senatus conſulta in ſectæ reos prodita, quibus

Villafranca capitur.

remedia à Rege quæſita. Capta Villafranca ſectariis pulſis tantus terror omnium animos
inceſſit vt Montalbanenſes de vrbe deſerenda cogitarint, quattuor ſectæ miniſtri exceſſere, F
Conſules vrbis Buriæ & Monlucio X I I. Kal. Maij obuiam profecti claues obtulerant, cùm
cognito de Aginni rebellione, Monlucius eò perrexit, Buria Burdigalam Toloſæ iterum

optiatum

A certatum, Arpaonius Burniqueti Vicecomes, & Sanleofarius ſectarij turbarum auctores vr-
be digreſſi à Tertida intercepti die Pentecoſtes,ac cæſi ſunt; quo eodem die Galliaci quod
oppidum eſt ad Tarnim amnem,in ſectarios qui ad preces conuenerant, Laurentio Stroſſio
Cardinali Albienſium epiſcopo incentore, per v. dies plebeculæ laſciuia ſæuitum, CL. cæſi
vnco tracti,è ſaxo deiecti,fluuio merſi,coruis per agros in prædam dati, Ioannes Capreolus
decurio confoſſus, miniſter poſt ludibria in puteum defoſſus eſt, quorum manibus ſectarij
Catholicorum cæde Rabaſtenij ad Tarnim parentarunt.

Ab iiſdem S.S.Sulpitij, & Radegundis oppida capta, & direpta ſunt, Sacerdotum lanie- *S. S. Sulpitij & Radegundis oppida capta.*
na facta, quatuor millia prædonum in Aginenſi agro conuenerant quæ ne Montalbanum
introducerentur vrbem Monlucius IX. Kal. Iunij octingentis equitibus, quatuor peditum
millibus circumuenit. In vrbis præſidio erant Turrius, Vernada, Richardus, Sanmichae-
B lius, Belfortius duces, à quibus templis & cœnobiis pleriſque ignis immiſſus, Monlucius
re aliò vocante obſidionem ſoluere coactus eſt, quo abeunte Marcaſtellus Nonis Iunij vr-
bem init, vbi cùm omnia ferri, trahi, per libidinem videret, Sanmichaelium prædarum
auctorem imperij indocilem plumbea glande tranſigit,ille Marcaſtellum ſtricto ferro inuo-
lat. Mox à milite cum fratre ac Pontio centurione confoſſus, è furca, velut transfuga ſu-
ſpenditur. Iam ante Limuſij V Kal.Martij Sectarij Catholicos cædibus fœdarant,quo nun-
tio Pomaſſus Carcaſſonæ præfectus manu facta vrbem petit, & vaſtato per XVIII. dies
circum agro, cum Mirapenſi copias coniungit,qui muro cuniculis ſuffoſo vrbe potitus ob-
uios quoſque trucidat, ſexaginta præſidiarij in furcam acti, virgines malo more imminu-
tæ, matronarum pudicitia contrectata, præda duci & militi ad centum aureorum millia
ceſſit. Carcaſſona, Albio, Caſtro Arrij pulſi ſectarij, Monpelij IIII. Kal. Aprilis tres pare-
C lij viſi, quos in malam ſcæuam quidam traxere.

Sectarij Nemauſenſes Belloquadro citra ſanguinem potiti altaria & ſacras effigies con- *Nemauſenſes ſectarij.*
fregêre, Catholicos exegêre qui Taraſcone contracta manu induti lineis, tranſmiſſo Rho-
dano in vrbem irrumpunt,& obuio quoque cæſo prædæ intenti à Seruaſio & Bulliargio,
qui re cognita cum valido milite ad opem occurrerant,oppreſſi,& in fuga Rhodano merſi
ſunt. In oppido mille ducenti & amplius periere, eodem die Ventabrenus Catholicus ad-
uolat,ſed ſpei caſſus in reditu Furcas à Goarto deſertas occupat,vnde variis excurſionibus
regionem infeſtam habuit.

Sub id Cruſſolius Bandinæus ſectariorum in Septimania dux Condæi vicarius, Agathã *Cruſſolius Bandinæus.*
præſidio firmat, Magalam vi capit, præſidium latrociniis infame loco deiicit, Leſpignani
præſidiatios è Pireneis montibus à Furcouallio impoſitos occidione occidit. Cuius furori
D ſiſtendo Gulielmus Ioüſa Septimianæ legatus Lignanum arcem epiſcopi voluptuariam ſe-
cundo à Biterris lapide ducit, vnde præſidiarij perfoſſo muro, amne tranſmiſſo euadunt.
Mox Leſignanum, & Montagnanum ad deditionem compellit, præſidiariis quatuor gula
reſte fracta. Interim Cruſſolius Agathæ copiis auctus Pezenacum vertit,& inter eundũ ve-
næ Lodeuenſis cohortem delet,inde adpetente iam nocte cum Ioüſa manu conſerta parum
ab exitio abfuit, mox per ſuos in Ioüſæ tormenta impetu facto duobus primis ordinibus
perruptis, quinque ſigna de hoſte cepit, paucis vtrinque deſideratis,quo nuntio inclinatis
hominum animis, Claromontium, Gignanum S. Andiani fanum, Frontignanum ad partes
tranſiêre. Inde ad colloquium cum Ioüſa ventum, vbi edictum Ianuarij firmatum,Ioüſæ vt
Regis legato habitus honor, eiq; Pezenacum & Biterræ pactæ,ſed non ex pacto traditæ,ſe-
ctariis inania cauſſantibus, Bedarienſes vltro in Ioüſæ fidem conuenere. Cruſſolius pacti
E negligens Frontignanum quod recens defecerat ducit,vbi duriter acceptus eſt. Gonna Pe-
zenaci præfectus cum ſeptingentis peditibus, & centum equitibus ad ſubſidium miſſus in
itinere à Grillo & Bulliargio cladẽ accepit. Interim per incuſtoditam maris oram Prouin-
cialium auxilia in vrbem introducta, quæ hoſtium tergis vulneta, Cruſſolio dedecus obſi-
dione ſoluta impoſuere. Cruſſolius Monpelium ſe recepit, quem ſecuti Connas, & Furco-
uallius cum ſex peditum millibus, ſeptingentis equitibus altero ab vrbe milliari caſtra po-
nunt, ad quos Perotus Lupianus è Pyreneis iugis milites trahens ſe aggregat. Erupêre ob-
ſeſſi,& leue prœlium cum hoſte auſi potiores fuere,mox ſuburbia magnifici operis,ne hoſti
vſui ſint, euertunt, XXV. fana ſolo æquata, inter quæ cœnobia ſodalium SS. Franciſci,&
Dominici tam latè domum tenebant,vt regium comitatum capere poſſent,templorum la-
quearia ſolido auro tecta, ſacella gemmis diſtincta, vnionumq́ue conchis,omnia auro lita.
F Cruſſolius ad Saliecatium crucigerorum equitum villam pabulatores inopinantes oppri-
mit,hoſtibus penuriam clauſis annonæ ſubſidiis facit,& eos qui obſeſſuri venerant obſidet,
omnia pro rerum copia prudenter exornat.

Terralium deſertum.

Interim Terraliū epiſcopi prędium à Combaſio deſertum eſt. Magalona arx ruina facta A
in Frecouallij manus dedita. Cognito de obſidione Adretius Monpelium magnis itineri-
bus properat, vnde egreſſus molarinam Lataræ ſubiectam non citra ſanguinem occupat,
quadringentis ouibus in vrbem adductis. Poſtridie hoſtium caſtra oppugnatum eunt, pons
ſternitur in canali qui à Liſſa fluuio comportādis à mari Lataram commeatibus deriuatur,
Buliargius è ponte alterum Liſſæ ſinum cum minore tormento traiicit. Adretius alterum
cum altera campeſtri machina, & tribus falconibus, Cruſſolius in fronte procedit, omnes
tripartito agmine ſimul in caſtra hoſtium impetu facto obuios equites habuerunt, cum qui-
quibus ſtrenue res manu geſta, & pedem referentibus ad aggerem ibatur, niſi nuntio Vien-
næ à Nemoroſio captæ perculſus Adretius, receptui cecinilſet, cuius abſceſſu re infecta in
vrbem reditur. Sommariuius Vienna, & Ciſtertione captis infra Arelatum iuxta furcas,
Rhodanum ponte ſternit & copias tranſmitrit, Monpelium ductutus: quo comperto Gril B
lus, Barius, Bulliargius, Nemauſum properant, Cruſſolio vrbis cuſtodia relicta eſt, qui
cum hoſte ad aggerem furtiuo prœlio velitatus eſt. Sommariuius tranſmiſſo Rhodano S.
Ægidij oppidum in citeriori ripa ducebat, quod à Bulliargio 50. præſidiariis firmatum.
Erant in exercitu 5. millia peditum, quadringinti equites, tres catapultæ ferreæ, quibus op-
pugnatio facta non proceſſit. Bulliargius nuntij certus nocte adulta cito itinere Stagelium,
quarto à S. Ægidij oppido lapide, venit.

S. Ægidij oppidi deſcriptio.

S. Ægidij oppidum depreſſo loco: ſed æquabili, & plano ſitum, clementi iugo Nemauſum
verſus aſſurgit, & ex altera parte in ſpatium porrigitur ad Rhodanum, ex altera ex aduerſum
Arelato furcas vſque ſecundum Rhodani aggeres incedit, propter Marij campum, qui ad
alteram ripam, inſulam efficit, vberi ſolo, in qua Marius Hiberna egit. Bulliargius numero
impar paucitati ſuorum tegendæ in collem euadit. Summariuius in ſubiecta valle copias C
ſubſediſſe ratus impetum abſtinet, ecce tibi de repente Grillus in oculis, cum quadringen-
tis equitibus, & totidem peditibus aciem exornat Summariuio ad Rhodanum flectente
quaſi pedem referret, quod gnatum Grillo cuius iuſſu Bulliargius in hoſtem irrumpit. Som-
mariuius Adretium adeſſe ratus fuga per aggerem furcas euadit, duo tormenta in Bulliargij
manus veniunt, pedites à Grillo ad internecionem cæſi, duo millia deſiderata, ponte abru-
pto iter ſequentibus præſciſſum. Cruſſolij clades pridie ad Monpelium accepta, quanquam
paria facta non ſunt, victoriam tamen imminuit. Eo nuntio lætitia Monpelij agitata, ignes
ſummis ædibus illuxere.

Floracū fruſtra tētatur.

Floracum in Gabalis à regio milite fruſtra tentatum. Ioüſa coniunctis cum Philippo Le-
uio Mirapenſi copiis Grillo Monpelium eunti inſidias in Grammontana ſylua tendit, fu-
gientis terga ictibus onerat, peditatum præda grauem delet. Inde Florenſacum, & Cruſſo- D
letium oppidum militi vicem ſtipendij prædæ addicit, mox Pezenacum petit. Croſa Puſa-
num, cui à Ioüſa impoſitus erat, impar defenſioni ratus deſerit, in quod admiſſus Cruſſolius
Burgum ad Rhodanum deditione capit, capta à Grillo Carbonaria turris inter paludes, Bul-
liargius Aquis mortuis nauigia per vim inuolat, quibus ſalem ex Aquis Pequenſibus ad
belli ſumptus idoneos anexit. Ludus erat fortunæ, per furta belli arbitria de vita homi-

Biterra.

num ſtatuentis. Cædebant, cædebantur; ſpoliabant, ſpoliabantur. Biterræ irrito ictu ten-
tatæ. Fortuna periculum exemit, cùm enim ſcalis admotis miles iam in murum euaderet,
tympaniſtes vino madens ad ſtrepitum euigilauit, & naſcentis auroræ tympano ſignum de-
dit, quo deprenſas inſidias hoſtes rati ſcalis exſiluere. Inde Ioüſa cum exercitu Aga-
tham vertit, catapultis ruina facta militis irruptio irrita fuit, viris & fœminis pariter pe-

Mulier gladium rotas.

riculum obeuntibus, vbi mulier gladium rotans virorum audaciam onerauit. Biterris au- E
xilia furtim Agathæ ſummiſſa, & nauigiis in vrbem cum copiis introducta, quæ Ioüſam
malè habitum obſidionem ſoluere coegerunt, Abeuntium terga Bulliargius carpſit, & Sam-
felicij turmas in extremo agmine diſſectas ad S. Paragonij oppidum cecidit, ducenti ſexa-
gintaquatuor deſiderati. Idem trecētos præſidiarios Aramuntio incubantes Auenione miſ-
ſos qui late regionem Bagnolium vſque vaſtabant inſidiis interceptos malè multauit, na-
uigium infeſtando fluuio eripuit.

Dum in eo ſunt, Henricus Foxius Candala vir illuſtri genere, qui animi artibus ſummam
claritudinem parauerat, Allingonam ad Garumnam oppidum ſuæ ditionis, quod deſciue-
rat, armis ſub imperium cepit, & inde ſectarios exegit, quæ res inſtitutum Buriæ cum A-
gennenſium delegatis colloquium de præſidio accipiendo, templis ac ſuppellectile ſacra ſa-
cerdotibus reſtituendis infregit. F

Nauarræ Regina ſe-

Interea cùm Regina Nauarræ ſectæ ſtudio aula excederet, Symphorianus Durfortius,
Duratius familiæ ſuæ princeps, Leuius Bearni rector, Memius Caumontio pręfectus, omnes
cum

A cum delectis equitibus officij cauſa obuiam iêre. Abſtinuit Buria per occupationes graoio- *Ea ſtudio*
tis rei, miſitq́; qui factum excuſarent, eamq́; per occaſionem monuit, promouendæ ſectæ *aula exce-*
parceret,non in graria id Regi,prouinciæ pernitiale dictitans. Si quid noui auderet,habere *dit.*
ſe in mandâtis, vt Hiſpanos Bearnum immitteret. Sectarij conſilium occupandæ Burde-
galæ cœperant, quod vulgatum fruſtra fuit. Genulliacus Valliacus ex primaria nobilitate
maiori arci, cui rubæ nomen, præerat, quo abſente legatus eius ſectæ fautor oppidanis, &
præſidiariis conſciis ad VII. Kal. Quintiles machina ferrea diſploſa Duracium firmo mili-
te ſeptum vbi plerunque noctis proceſſiſſet, in vrbem admiſſurum ſe pactus erat,conſcij in
armis, omnia in manibus erant, Salinacus Decurio Carmelitatum viam obſederat,Pardil-
lanus Pulchius viæ galeri rubri imminebat, cùm Valliaci legatus, animi fractus,aut ad me-
liora flexus aduentantem Duracium excludit, Pulchius animi nimius non exſpectato ex
B arce ſigno periculum capit, tuttim portui imminentem cum ſua manu admittendo Dura-
cio adgreditur. Factioni animi cadunt.Buria,vt erat molli ingenio,armis victoriam in con-
ſcios exercere abnuit. Illi ſubitò dilapſi ad ſuos ſe recepere. Duracius ſpei irritus Candalæ
comitem intercipit, Buriamq́ue monet, ſi quid grauius in conſcios ſtatueret, habere ſe in
quem iniuriam refunderet, inde S.Macarij oppidum multorum exitio capit,ac diripit.

Burdigalæ placandæ plebi duobus ſectæ miniſtris eliſæ fauces. Dauaſſanus Neraco cui *Duobus mi-*
præerat cum quadringentis delectis pabulatum egreſſus ad Galleriam à Monlucio cum *niſtris fau-*
ſtrage fuſus eſt. Neracum victori ceſſit,Caſtrogelotium deditum,portus S.Mariæ Salæ per- *ces eliſa.*
miſſus. Monlucius intermatina regione Duracium deiiciendum ratus Targonem vſque
in Benaugenſi comitatu progreditur, equitatum in duas acies partitur, alteram Monlucio
filio,& Fontenilio,alteram ſibi credit, inde impetus in Duracij copias factus,quæ inopinata
C re percuſſæ fuga, quà cuique animus eſt, euadunt. Ioannes Menius arma turpiter abiicit,
Duracius fugam ſiſtit,manu rem ſtrenuè gerit. Sed ſuis dilabentibus,exitu prœlij territus,
Bergeracum perit, vnde Caumontium Reginam Nauarræ adit, voluntatem eius ſequutu-
rus. Habebat in comitatu tres Sauinianos fratres, quorum natu maior fruſtra tentata in
Rutenis Villafranca, cùm Granum oppido vicinum caſtellum centum præſidiatiis firmum
inſediſſet,abruptis fontium tubis, per aquæ penuriam ad deditionem compulſus eſt, cuius
pactioni quia non ſteterat, armis inter ſarcinas occultis, in eum & ſocios lege belli actum,
omnes ad vnum cęſi,arma prædę fuere,aduerſo tamen tumore ea ſeueritas accepta eſt.Du-
racij abſceſſu Marmanda S. Macarij oppidum, Vaſarum, Villanoua, in Aginnenſi agro in
Monlucij manus venêre, Girondæ ſexaginta milites è murorum pinnis reſte pependere,
dicente Monlucio, plus terroris ex vnius ſupplicio, quàm è multorum in acie ſtrage per-
D duellibus fieri.

Inde Monſegurium in Vaſatenſi agro loco arduo ſitum impetu captum, quingenti am- *Mõſeguriũ*
plius inciuiliter cæſi,viginti in furca fractæ ceruices,Mox Duracium deditum,in arce quin- *impetu ca-*
quaginta loricæ repertæ militi ceſſêre. Ex eo loco Monlucius Aginnum flectit, quò à Du- *ptum.*
racio ſubmiſſa ſubſidia,ſuburbium inuolant, & in eo præſidiarios locant,qui vino graues,à
Monlucianis,qui pedem conſulto retulerant, mox inopinato redierãt,Burgo duce oppreſſi
ſunt. Septuaginta plus minus cæſi, aut fluuio merſi,poſtridie quaſi paria faciente fortuna,
ex Monlucianis,qui Leracum occupaturi venerant,totidem numero intercepti,& cęſi ſunt.
Sectarij exitio Monſegurij perculſi quadringenti Aginno excedunt, & nocturno itinere
cum vxoribus, ac liberis Turnonem venêre,quod à Duracio præſidio firmarum. XIX. Kal.
Septemb. Aginni Monlucius res componit.

E Diuerſa parte Duracius per Cadurcos viæ,& prœlio incedens Lauſertam capit oppidum *Lauſerta*
loco arduo & prærupto ſitum,mœnibus validum, vbi quadringenti,& eo amplius trucida- *capta.*
ti,in quibus CLXXX. è ſacro ordine,quibus eò perfugium fuerat, ſectariis per agros paſſim
graſſantibus. Blanacus,Bludo, & Sanuitus quos Duracius præſidio Turnoni impoſuerat,ad
Mirabellum quarto à Montalbano lapide cum Pariſolio congreſſi,æquis manibus abſceſſe-
re, Sanuitus, & Pariſolius vtrinque deſiderati. Interea Buria copiis Hiſpanorum auctus
Pennam vrbem ducit, quæ obſidioni viſa eſt impar, oppidani cum præſidiariis in arcem
conceſſêre ſaxo vndique abrupto impoſitam, pomœrio firmo, mœnibus ac vallo validam,
ad quam vnicus aditus recta fronte patuit. Mœnia tormentis diſiecta, ſcalæ hinc inde ad-
motæ, impetus à Vaſcone,& Hiſpano ſimul factus. Monlucius foramen ſibi notat obliqua
verberatione factum,quo per gradus enixi milites terga hoſtium,& latera cædunt.Illi in in-
F terius munimentum refugi,nihil apud ſe remiſſum,neque apud hoſtes tutum paſſi, ab au-
dacia præſidium ſumunt,& pro latebra periculum amant,feriunt,feriuntur,cędunt,cædun-
tur, donec vi via facta & perrupto munimento omnes ferro iugulum dedêre. Superabat ad

dextram turris ingens opere firma, quæ quia annonæ inops, à milite vitam pacto dedita eſt. A

Hiſpanus pacta in cōuētione non præſtat.

Hiſpanus pacta in conuentione non præſtitit, omnes nequiter iugulari quam ſæuitiam deteriore Duracius mutauit, Cailo in Rutenis oppido capto, centum viginti ſacerdotibus immani barbarie trucidatis. Secundùm hæc Bordetus à Rupiſuleaudio comite cum 60. cataphractis & ducentis equitibus ſcloperariis, & duobus peditum ſignis ad Duracium miſſus, Pontio in fidem accepto S. Satyri oppidum per vim irrumpit, vbi XII. Sacerdotum laniena ſæuitiæ ſuæ ludum dedit. Id temporis ea ſectæ opinio fuit Sacerdotum ſanguine ſcelera omnia expiari, nulla victima Deo gratius quàm ſacri ordinis nece litari. Linda in Petrocoriis quia imperata non fecerat ab eodem direpta. Templa S. Mariæ Rupimadaurenſis, & S. Antonij Marcollenſis antiqua religione ſacra neſariè expilata. Inde Gordonij in Cadurcis, coniunctis cum Duracio & Marcaſtello copiis Montalbanum vertunt, quorum impetum vt ſiſterent Buria & Monlucius ad Mirabellum capita inter ſe conferunt. B Monlucium libido eundi in hoſtem inuaſerat, Buria rem in caſum dare, & prælio experiri abnuebat. Ille ad Palumbanum lucum abeuntes cum ducentis equitibus aſſecutus, in extremo agmine leuiter carpſit.

Nigrapelliciū oppidum direptum.

Sub id Columbarius epiſcopi Montalbanenſis ductu centum viginti equitibus ferox Nigrapellicium oppidum diripit, & ſummiſſa Mōtalbano auxilia peſſimè habet. Duracius octo armatorum millibus ſeptus Monbetonum à Bazordano inceſſum ſuorum exitio teutauit. Poſtridie Buria nouem cataphractorum equitum turmas, XXIX. peditum ſigna, tria Hiſpanorum Montalbanum raptim trahit, cum Duracio acriter, ſed æqua manu pugnatum. Sequenti die CXX. Hiſpani molatrinis incenſis eruptione ex vrbe facta occidione cæſi. Inde Duracius Marcuam in Cadurcis venit Epiſcopi arcem, in qua epiſcopus captus, duo millia aureorum ſaluti impendit, Monlucius Lactorato inhiabat, cuius præſidiarij Saluatum Gauræ, Larromienum, Tataubam multo ſacerdotum ſanguine imbuerant. C Eò Petrum filium cum lectiſſimis copiis mittit, qui Bugolium Lactorati præſidium agitantem cum trecentis equitibus Ioanni Menio obuiam egreſſum intercipit, & Tataubam metu cladis compulſum obſidet, ac penuria viatici victum ad deditionem, pacta ſua, ſuorumq; ſalute cogit. Menius à ruſticis malè acceptus Benearnum vnde venerat cum clade redire coactus eſt. Monlucius omnibus ſupra votum fluentibus Lactoratum tormentis verberat, & ruina facta per filiū in mœnia impetum fieri iubet. Obſeſſi ſecundùm ruinam foſſam duxerant, in eáque pulueris igniarij muſcipulam ſubſtrauerant, quæ igne concepto irrumpentes flammis, inuolueret. Nec ea res fruſtra fuit, milite cui pugna in fronte ceciderat, flammis hauſto, cæteri pedem retulere. Poſtridie per ſpeciem colloquij contra fas gentium multi è Monlucianis glandibus plumbeis tranſacti ſunt. D

Petebatur his artibus Monlucij caput, qui vt perfidię redderet vicem, Verduſſano turmę ſuæ vexillario, qui mortis periculum ſpecie colloquij obiecat, id dat negotij, vt Tataubæ dedititios omnes neci dederet, quod nimis quàm ſedulo curatum. Bugoliis fratribus ex omni numero ſolis gratia facta, quòd à ſectæ opinionibus abhorrerent. Iterum ad colloquium bona fide ventum, Brimontius præſidij dux ſalua omnia pactus, deditionem facit. Monlucius fidem religioſè abſoluit.

Caumontiū captum.

Captum item à Petro Monlucio Caumontium caſtellum ad Garumnam, quod perfugio viri ac fœminæ nobiles ob loci munimenta delegerant. Eorum bona prædæ fuere, Caumontij domini arcis ratio habita, ſupellectili eius parcitum eſt.

Dum in eo ſunt, Regius exercitus V. Non. Septemb. Auarico, vt pro conſilio imperatum erat, in Neuſtriam flectit, vbi Villabonius Tancaruillam obſidione cinxerat, quam ſummiſſis Rotomago auxiliis ſoluere coactus eſt. E Triremis qua auxilia vecta periculum ad Caudebecum obiit, regio milite tota mole ingruente, vnde tandem eluctata in tempore adfuit.

Quillebonium aggreditur.

In reditu vicem reddidit cum fœnore, ad Quillebonij æſtuarium cubiti modo ſinuatum, quo Sequana in mare ſe exonerat. Ibi magna ſtrages regiorum edita, XLV. ferreæ catapultæ captæ, abducta duo armata nauigia. Biremis vna capta, altera incenſa. Rotomagenſes villatiam arcem propter Barentinum occupant, centum & 20. auxiliares Dieppa, XII. tormenta cum puluere & ferreis globis Franciſcopoli arceſſunt. Bricomontius vrbanas copias recenſuit, qui Mongomerio armorum imperio cedere iuſſus, in Angliam ad maturanda auxilia properat. Mongomerius trecentis equitibus præſidium auget, S. Catharinæ arcem nouis munitionibus firmat. Inde excurſionibus vicina loca direpta, & in iis odio domini F Clerium, & Limezij Cœnobium, corruptæ Darnetalij molatrinæ, Blanuilla, & Menilium S. Leonardi deflagrarunt.

Inter

A Inter hæc Fœdus XII. Kal. Octob. cum Anglia ictum, tria Anglorum millia per ſummum flagitium Franciſcopolim introducta, tria Rotomagum & Dieppam. Regina Angliæ Franciſcopolim centum quadraginta millibus aureorum à Condæo redemit. Fœderi adſcriptũ, vt ius Angliæ integrum eſſet, quod in Caletum ſibi vindicat. Paulus Foxius illuſtri loco, vir artibus egregius, & pari fama, orator apud Eliſabetham, ab ea Regis nomine petit, vt Carnutum Vicedominus, Robertus Haus, & alij qui fœderi ſubſcripſerant quaſi perduelles ex conuentione inter Reges ſuperiori fœdere facta ſibi dederentur, abnuit illa, & literis ad Regem, (vt honeſta nomina fraudes molientibus nunquam deſunt,) officij & amicitiæ ſpecie factum prætexuit, plus in ea oratione dignitatis eſſe, quàm fidei res ipſa docuit.

Fœdus cum Anglia ictũ.

Interim regius exercitus Rotomagum ducitur. In eo XVI. millia peditum, duo equitum fuere, poſitis ad vrbem caſtris deditio Regis nomine qui in exercitu erat, per tubicinem imperatur. Perduelles imperium detrectant. Magna vtrinque vi ad S. Catharinæ fanum, & S. Hilarij ſuburbium pugnatum, inualidi, & quibus victus defuit vrbe exacti, quinquaginta equites Dieppa ſummiſſi aditum reperere, ad Caudebecum depreſſis nauigiis & arena ſubuectis tranſitus irrito euentu obſeptus: reciprocante enim æſtu adiuta triremis qua commeatus, & XII. machinæ maiores vehebantur citra noxam portum appulit.

Nuntiato Anglorum aduentu Guiſius cuncta vrbium excidiis reperta ſimul admouet, S. Catharinæ munimenta machinis conuellit, quæ impetu facto capta, trecenti oppidani ad opem accurrentes intercepti, cæſiq́. S. Hilarij ſuburbium in poteſtatem venit, vnde obſeſſi in arce catapultis proruti, Martinuillana porta crebro verbere quaſſata eſt. Angli depreſſo nauigio commeatibus onuſto vrbem intromiſſi: alia nauigia retro ceſſere. Inde columbaria turris frequenti tormento pulſata patuit ad ictus.

C Tertio Idus Octobris impetus per horas octo increbuit, multa cum ſtrage vtrinque inceſſit tentatio. Poſtridie productæ legiones inſtruuntur, obſeſſi tormentis verberantibus neque pro opere conſiſtere, neque ad ruinam ſine periculo adminiſtrare poterant, miles repetito impetu ſumma mœnium prenſat, pro muri pinnis tria ſigna figit, ferratos portarum obices molitur, ſuperiorem Hilarianæ portæ partem mœnibus deiectus occupat, vtrinque magna ſtrages.

Inter quæ in miraculi parte quod de Ludouico Ciuili nobili adoleſcente narratur, habendum eſt. Is glande plumbea per maxillam tranſactus, in foſſam quæ infra ducebatur corruit, à foſſoribus ſpoliatus, ſemianimis terra velut ad ſepulturam cum aliis obruitur: quærente ſeruulo, qui herum in equo præſtolabatur, quid Ciuili actum eſſet, reſponſum à Mongomerio cum tertæ mandatum, ſeruus loco indicato de nocte terram eruit, cadauera

Ludouici Ciuilis adoleſcentis miraculum.

D ſanguine fluentia inſpicit, explorat, nullum priſtinæ formæ veſtigium inter facies tabo madentes extabat, cùm terra in iacentes reiiceretur ad ſepulturam, exſtitit manus, in cuius digito adamas annuli palæ inſertus ad lunam effulſit, accurrit puer, annulum agnoſcit, humum refodit, os ori admouet, tenuem ſpiritum exhalare, caloris aliquid ſubeſſe comperit, corpus equo impoſitum in hoſpitium defert, vbi ſeriò procuratur. Seruilis animus ingens exemplum cœpit, & dedit. Cùm ei melius factum eſſet, vrbe capta è cubiculi feneſtris per lixas in aream deiicitur, vbi fimo exceptus triduum pro mortuo iacuit, mox ab amico clam in prædium ſuburbanum elatus, medicamentis adhibitis ita demum conualuit, vt quadraginta poſt id annos vitam produxerit.

Nauarrus dum vigilias obit, dum in operibus, in aggere frequens adeſt, vt exæquatus militi cum duce labor volenti eſſet, aquam in proximo petens, plumbea glande in humero

Nauarrus plũbea glãde in humero tranſigitur.

E tranſigitur, obſeſſi ad deditionem fruſtra vocati obdurant. Interim quadringenti ſclopetarij Dieppa Rotomagum ſummiſſi, à Danuilla circumuenti, ac cæſi, tubi aquarum ad molitrinas inciſi ſunt, paludes exaruere, deditionis tamen pacta repudiata.

Cùm vario marte vtrinque per aliquot dies pugnatum eſſet, ſeptimo Kal. Octobr. tota belli mole ſimul impetus factus, obſeſſis animi fracti, mero meridie Sancolumbanus ex Bearnenſi pago ſtrenuus ordinum ductor, primus in vrbem irrumpit, alij ſequuti citra certamen vrbe potiti ſunt, in qua quod in libidine & ſæuitia poſtremum eſt, victi experti, direptæ domus, obuij cæſi, accenſo milite tot periculis, & Nauarri vulnere infenſo, matronæ attrectatæ, virgines ſtupratæ, ſenes, infantes, fœminæ ludibrio victoriæ fuere, Mongomerius triremi cum ſuis elapſus Franciſcopolim tenuit: miniſtri turbarum auctores omni cruciatu necati, Carolus Randanus Rupifulcaudij frater, peditum magiſter, ex vulnere apud Auaricum accepto exceſſit. Id magiſterium in Sebaſtianum

F Lucemburgium Martigium ceſſit. Direptio XXIIII. horis ſtetit, vlterius licentia & libido coërcita.

Nauarri obitus.

Nauarri vulnus medicatu facile, chirurgorū inſcitia corruptum, qui dum pilam admota A
ſpatula ſcrutantur, nec eruunt, vulneri fucum faciunt, & carne ſuccreſcente obducunt, vn-
de humido intus æſtuante, & labefacto, febre incenſus per ſummos dolores, Catholico
more, viatico ſumpto, inter manus ſuorum obiit. Triduo poſt captum Rotomagum Sena-
tus in vrbē rediit, in perduelles de conſilij ſententia animaduerſum, Mantreuilla Curiæ ſe-
nator ſecuri percuſſus, Vincentio Grucheto, Soquencæ, Natali Cotonco Berronuillæ, vrbis
conſiliariis, Marlorato monacho excucullato ſectæ miniſtro, laqueo fauces eliſæ, omnes
per vicos cratibus ad ſupplicium tracti. Plures alij maieſtatis rei communicatis cum Anglo
conſiliis capite luerunt. Incendit ea ſeueritas ſectariorum iras, vt in Sapini Senatoris Pari-
ſienſis, & Ioannis Troij Gaſtinæ Abbatis, quos in agro Vindocino intercep erant capita
graſſarentur.

Dieppenſes per ſupplicē libellum à Rege gratiā impetrant.

Dieppenſes nūtio Rotomagi capti territi per ſupplicem libellum à Rege obnixè petunt B
vt ſibi delicti gratia fiat, præterita obliuione deleantur, Anglis in patriam redituris caueа-
tur, licentia ſectæ & coitionum poteſtas detur: quod poſtremum caput negatum, cæteris
indultum. Mommorantius Annæ filius mandato Regis Dieppam profectus arci trecentos
pedites, qui duce Ricauilla ſtipendiis regiis mererent, præſidio impoſuit. Eadem lex Cado-
menſibus dicta, ſectæ miniſtri faceſſere iuſſi, libertas vnicuique intra priuatos parietes in
integro relicta publici conuentus interdicti. Ea de re literæ à Rege tertio Nonas Nouembr.
impetratæ, Cadomi promulgantur.

Mōgomerius homo inquies.

Mongomerius homo inquies, conſcientia quaſi verecordia percitus, Franciſcopoli me-
tu, & libidine diuerſus agebatur. Vrebat eum fortunæ in regios indulgentia, quibus cuncta
ſuper vota fluebant: vt omnis auſi capax erat, cum Vaſcone quodam ordinum ductore, &
Carauilla è vicina nobilitate, viris audaciæ immodicis, de intercipienda Dieppa ſeriò agit. C
Illi vltrò ſceleris ſummam depoſcunt. Dieppæ occulti præſidiarios promiſſis onerant, &
exuendam ad fidem pecunia emercantur: obſeruato Ricauillam raro comite manè ad in-
teruiſendos equos arce exiere, tres deligunt à quibus Ricauilla cæſo, ex arce à conſciis tor-
mento explauſo ſignum datur. Subſeſſores qui in diuerſoriis latebant, in armis erumpūt. &
oppidum ex facili capiunt. Inter hæc fama de Drocenſi clade, & Condæo capto vulgata
oppidanos vtcunque ſectæ addictos animi diuerſos agebat, & dubia ſuorum re in anceps
trahebat: quidam exemplo Rotomagi territi in Belgium iere, alij Regiuæ clementiam ten-
tare, facti in inuidiam à ſe deprecari. Rotomagi clades, alia ſectæ clade cumulata eſt. Dura-
cius capta Marcua Cadurcenſis epiſcopi arce Sarlatum duxerat, & ruinam tormentis fece-
rat. Cùm impetum in vrbem pararet, aduentare Buriam cum exercitu audit. Is ad Monpen-
ſerium qui Bergeraci erat expedito itinere pergebat. Monlucius Lactorati excidio ferox D
cum eo vires iungit, & ad Duracium opprimendum hortatur, Buria morator, & conſilij di-
uerſus rem abnuere, ipſe animos Argentio, Curreo, Clermontio, cæteriſque ducibus facit, &
victoriam in manibus eſſe oſtendit.

Cognito per emiſſarios hoſtes in eo eſſe, vt ſoluta obſidione, ſarcinis collectis viæ ſe da-
rent, Monlucius vicit, vt prœlio experirentur, & periculum in ſe recepit, Buria, vt erat ſtri-
gator, ambigente. Militis alacritas de victoria ſpondebat. Monlucius per exploratores mo-
nitus hoſtes caſtra, & tormenta ad Veram vicum frequentem poſuiſſe, Duracium ad ſancti
Andreæ fanum, quod vix altero milliari ab eo loco aberat conſediſſe, turmarum duces ve-
lut in tuto, & pacato ludere, venari, dilecto agmine, incurioſis vigiliis eſſe, Monferrandum
hoſtilia cœptare iubet. Ille Salignacum ac Moncaudum cœnæ officium curantes opprimit,
ſugientium terga cædit. Monlucius incautius furentem reuocat, & Buriam monitum ad E
partes trahit, vt tota belli mole in hoſtes ingruerent. Albeſcente die Buriā in hoſtem ducit,
Duracius Bordetum loco inuidioſo cum L X. equitibus, & centum velitibus ſubſidere
iuſſerat, vt equites Petrocorio pabulatum egreſſos circumuenirent, ipſe cum ſuis per agros
palabatur.

Buriani cū Bordeto manum conſerunt.

Interim Buriani ad Monlucium itantes in Bordetum incidunt, & pede preſſo manum
conſerunt, perruptis inſidiis ad Monlucium euadunt, qui expeditum exercitum in hoſtes
ducit. Senſit Duracius quò res loci eſſet: aciem inopinato pro loco & tempore ſatis proui-
denter inſtruit, ſuos monet qui manus armarint, ne in pedibus præſidium habeant, aut ter-
ga nuda & cæca ad hoſtes vertant: viæ & certamini incedebat, Monrauleum properans, &
tormētis in medio locatis extremum agmen frequenti equite claudebat, cùm ecce tibi de-
repente Buria è tumulo quattuor catapultis incedentes verberat. Tum verò Monlucius ad F
ſuos: Agite commilitones, gradum inferte, laxatos ordines abrumpite, denſo agmine ob-
turbate, victoria in manu eſt, nutant hoſtes, inclinantur, fugæ quàm prælio propiores, &

cum

A cum dicto in hoſtes inuolat. Equites primo impetu fuſi,diuerſa,vti ſolet rebus perditis,capeſſunt,pedites ad cædem expoſiti diffugiunt, capta tormenta decem,totidem peditum ſigna, quinque equitum vexilla,cæſa hoſtium duo millia.

Duracij negligentia. Duracij negligentia in crimen verſa, cui nulli emiſſarij per quos de hoſte cognoſceret. Incurioſæ vigiliæ,nulla militiæ diſciplina,miles ad prædam,quàm ad prælium paratior:tum verò in eo peccatum, quòd ab hoſte circumuentus, itineri potiùs quàm prælio aciem inſtruxit,cùm loco potior eſſet. Iter fugæ propius,quàm prælio, militum animos fregit. Duracius,Marcaſtellus, Bordetus clade elapſi Barbezeriam in Santonibus venere,victi in fuga à ruſticis cæſi,aut Aginnum ad patibulum,vt perduelles,abducti.

Menius à Gondrinio intercipitur. Sub idem tempus Menius re malè Aginni geſta à Gondrinio interceptus Burdigalæ ſecuri percuſſus eſt. Rupiſulcaudius comes ſoluta S.Ioannis Angelici obſidione acceptis ad B Montem Morillonium Duracij reliquis Aurelias ad Condæum propetat, ſectariorum factione paſſim profligata,& exagitata.

Inter hæc Monpenſerius pacata ſuperiore Aquitania Mediolanum Santonum,vnde ſectatij diffugerant præſidio firmat, Catholica religione inſtaurata, noua obliterata,Rupellæ altaria,& ſactas effigies integrat, ſectæ miniſteria interdicit, Marennenſes Olerona à Guibaudcrio intercepta imperata fecere,cùm ante id tempus præfractiores fuiſſent.

Inde Monpenſerius rebus in Aquitania compoſitis Sauſacum,Hiſpanos,& Vaſcones ad regia caſtra tranſmittit.Eodem die quo ad Veram Duracius fuſus eſt,à Terrida & Bazordane Montalbanum ex inſidiis tentatum irrito ictu. Sectæ miniſtri cum ſuum caput agi ſcirēt oppidanis animos faciebant,obſidio velitando in Aprilem inſequentem extracta & conſtitura per Galliæ pace ſoluta eſt. Ea obſidio Bazordanem virum artibus egregiis glande plū- *Bazordanes glande plūbea confoſſus.* C bea confoſſum abſtulit.

Id temporis Antonium Cruſſolium ex aula reducem Septimaniæ ordines per ſpeciem regij nominis Prouinciæ præficiunt, ea lege ne quis in eius Comitatu Catholicæ fidei cultor eſſet. Factio regium nomen perduellioni egregia fruſtratione obtendebat. Inde Cruſſolius ſolenni pompa quaſi Septimaniæ præſes paſſim in vrbes admittitur.

Gratianopolis arctè habita. Inter hæc Grationopolis arctè habita Ponati præfecti ſocordia, quam ſectæ miniſtri ſuggilabant. Monbrunius eos per literas monebat, vrbem defenſioni imparem dcſererent. Contra Cochius inſtandum vrbis munimentis aiebat, aditus obſtruebat,vigilias obibat,nihil apud ſe remiſſum,neque apud hoſtes tutum patiebatur. Per abſentiam Maugironi Caſſenaticus bellandi neſcius obſidioni impoſitus.

In vrbe Annona increbuerat, in qua ducenti tantùm armati fame preſſi, in eo erant, vt D deditionis conditiones acciperent,cùm ad opem Furmeierus adeſt,qui Draco fluuio vadato cæſis hoſtibus ad tranſitum oppoſitis,tantum terrorem obſidentibus iniecit,vt fuga latè creſceret. Per eam occaſionem obſidio ſoluta. Itali Buſſeriam arcem munitam ſe recepere, vnde Gratianopoli grauiter incommodarunt. Adretius interim frigore tactus,quòd Subiſij maior ratio,quàm ſui habita eſſet, à partibus abhorrere, apud Nemoroſium quæ bello patrata eſſent,excuſare,crimen à ſe amouere,arma ciuilia damnare,Delphinatus præfecturam, quam à Condæo acceperat,deprecari.

Sectarij ſuſpicaces. Ea res ſectarios,vt ex ſuo animo alios metiuntur, ſuſpicaces non fefellit. Inter quos literæ vltro citroq; miſſæ in manus Briſſaci veniunt, à quo Adretius ad defectionem per ſpeciem colloquij tentatus. Dum capita inter ſe conferunt, & propius Viennam colloquium inſtruitur,ecce derepente Ioannes Mereus Poltrotus Subiſij domeſticus, complorata Na-E uarri morte,manibus eius alio funere parentandam ait. Huic dextræ,inquit ſublata manu, Guiſius victima debetur.

Adretius inducias cū Nemoroſio paciſcitur. Nihilo ſecius,inducias cum Nemoroſio ad VIII. Idus Octobris Adretius pactus,Montelium Adæmarij quo prouinciæ ordines conuenerant, exeuntibus induciis redit. Ibi de colloquio cum Nemoroſio,& conſtituenda pace actum. Ab induciis,& pace,ſectæ miniſtri, vt præpoſtero ardore ducuntur, & contumacia valent, abhorrebant, omnia in diſcrimen danda, Nemoroſium fluxa fide eſſe. Adretius Nemoroſio conſilium ordinum indicat,tanta ſui inuidia, vt vita eius per Cardinalem Caſtellionæum,& Cruſſolium apperita ſit. Demum à factione oppreſſus Nemauſi ſub cuſtodia habitus eſt.

Cùm in eo eſſent, Andelotus in Germania poſt longas & difficiles moras auxilia coëgit,recenſita Bacaræ VI. Idus Octob.equitum tria millia, quatuor peditum,quibus ſe Por-F cianus princeps cum centum equitibus è nobilitate Gallica adiunxit, & Argentinam ſalutatum ad Andelotum venit. Iter vnà per Lotharingiam, & Burgundiam fecere. In eo direptum S.Cyti fanum,& Iſſiū,quòd annonæ copiam petentibus non feciſſent. Caſtaulanum

item captum, vbi tradito more in ſacrum ordinem ſæuitum. Inde Aurelias ventum VIII. A
Idus Nouembris, quo Rupifulcaudius & Duracius cum trecentis equitibus, & mille pe-
ditibus recens venerant. Biduo poſt captum Rotomagum regiæ literæ paſſim vulgatæ,
quibus gratia delicti fiebat omnibus qui ab armis diſcederent, inducta præteritorum me-
moria, ea lege, vt in Catholica fide ſtarent, noua & aliena reſpuerent: quæ gratia vſi Ca-
rolus Piènna Belgij, & Bellauilla Santonum reguli otium coluere.

Condæus Aurelijs egreditur.

Condæus veritus ne ſuis dilabentibus factio infringeretur, Aureliis egreditur, abeuntem
quinquaginta ſectæ miniſtri deducunt, & Deo inani prece commendant. Inde Pithiuerio
in Aurelianenſi ſylua deditione capto, crudeli lanienа in ſacrum ordinem ſæuit. duobus
ordinum ductoribus in furca ceruices frangi iubet. Mox Stampas tot cladium dolore, quaſi
vecordia exagitatus, deprædatur. Corbolium oppidum ad Sequanam fruſtra tormentis
verberat, obſidione ſoluta Luteriam vertit, & ad S. Victuris ſuburbium vim facit, quo metu B

Ægidij Magiſtri obitus.

Ægidius Magiſter Senatus princeps, cuius animi vis ad ſummum gloriæ lumen excellerat,
ætate feſſa, piam animam Deo reddidit, à quo ad regni fructum, & exemplum eam acce-
perat, in cuius locum ſuffectus Chriſtophorus Thuanus vir, quod inter omnes conſtitit, in-
tegritatis, ac fidei commendatione honorem adeptus.

In exercitu octo peditum millia, equitum quinque fuere, duo muralia tormenta, colu-
brina vna, quatuor machinæ campeſtres. Regij intra foſſam & aggerem, quo ſuburbia mu-
nierant ſe continuere. Poſtridie inſtructa acie exploſis machinis ad manus ventum non eſt.
Deinde colloquio die dicta, loco capto inter partes conuenire non potuit. Quare Condæus
noctu ſuburbia tentare certus, à Genrio qui conſilij particeps Luteriam transfugerat, pro-
ditur. Mox augeſcente Regis exercitu vaſa conclamat, Montemrubrum, Arcolium, Caſſa-
num, S. Antonij Pontem incendio vaſtat. S. Arnoldi caſtrum populatur ſacerdotes in lanie- C
nam dat. Inde ex conſilij ſententia in Neuſtriam flectit, vt Anglico peditatu, qui Franciſco-
poli ſubſederat, ſe firmet, & Germanis per Reginam Angliæ ſtipendia repræſentet. Droci
potiundi quod oppidum commeatu valebat, ſpes obiecta erat, quæ cùm fruſtra fuiſſet Ga-
lardonu direpto, Mintenonum Caſtellum progreſſus, triſti ſomnij imagine terretur, quo
quarto cum hoſte prœlio mors ei denuntiata; Neruuij cùm ſubſtitueret, ad reſtituendum
agminis ordinem, qui perturbatus erat, duobus locis regius miles, furto belli, ſine ſtrepitu
Duram fluuium, Mommorantij mandatu vado properè tranſmittit. Incuſata Colinij incu-
ria, qui nullos emiſſarios, vt de rebus hoſtium cognoſceret, habuerit, nec pagos Duræ flu-
uio impoſitos occuparit, quos regij tranſmiſſo flumio inſedere.

Condæus castra mouet.

Ipſo diluculo Condæus caſtra mouet, tubæ canunt, tympana boant, quo ſonitu Armanus
Guntaldus Bironus caſtrorum præfectus, vir belli ſciens. Mommorantium monet hoſtium D
agmen procedere, & niſi in veſtigio caſtra ponat, in manibus prœlium eſſe.

Regia acies.

In regio exercitu XVI. millia peditum duo millia equitum erant. Vbi in conſpectu ho-
ſtes fuere, Mommorantius tres acies pro tempore commodè exornat. In prima acie XIX.
cataphractorum equitum turmæ fuere, XIIII. peditum Hiſpanorum ſigna, XXII. vete-
ranorum Gallorum XI. Germanorum, & XIIII. catapultæ æreæ maiores, vbi Broſſius,
Guiſius, Santandreanus, Aumalius, Danuilla curabant. In ſecunda ſtabant pro muro Hel-
uerij, vt ſi prima acies perrupta eſſet ſuccederent, ac loco motos reciperent, quos Mommo-
rantius & Brichanteus Bellonaſius ſequebantur. In poſtrema Sanſaeo ductore XVII. ca-
taphractorum equitum vexilla, leuis armatura omnis, XXII. Heluetiorum, XVII. Gallo-
rum peditum ſigna, VIII. maiura tormenta.

Cõdæi acies.

Apud Condæum acies ita inſtructæ erant. In prima Colinius CCCL. crupellarios ferrea E
ſpecie trahebat, IIII. Germanorum equitum vexilla, VI. ſigna Germanorum peditum,
duo Gallorum. In ſecunda CCCCL. equites clibanarij fuere, VI. equitum Germano-
rum vexilla, VI. peditum Germanorum ſigna, XII. Gallorum, VI. vexilla equitum ſclope-
tariorum, quibus Cureus præerat. Vltimum agmen cum exercitus robore Condæus clau-
debat, qui equitatu ſuperior peditatu impar erat.

Cùm ſub ictu iam eſſent, regia tormenta ſclopetarios diſiiciunt, quorum fuga latè pa-
tuit, Germani equites citato gradu, qui fugæ ſimilis eſſet, in ſyluæ opera ſe abdidere. Con-
dæus pugnæ ardore, vt fit, ſui neſcius cùm equite quo valebat regium equitem proterere
poſſet, in peditem incubuit, cuius nullum robur profligato equite, & impetum temere
perdidit longiùs in mediam hoſtium aciem prouectus. Heluetij tamen illo impetu ſolutis
ordinibus mori quorum Germani equites ſtragem edidere. F

Adfuit laborantibus Danuilla cum tribus equitum turmis, & leui armatura, quem duo
Germanorum equitum vexilla circumfuſum impulerunt, vbi Gabriel Mommorantius,
Monbru

A Monbrunius,frater eius,manu & ſpecie inſignis occubuit.Rupifulcaudius in Heluetios Sa-
riſſatos centum cataphractos traxit , à quibus malè mulctatus eſt. Colinius cum ſuo
agmine , & duobus Germanorum equitum vexillis Mommorantium petit , cuius equus
ſuffoſſus mox in alium euectus maxilla inferiori glande plumbea tranſacta in hoſtium po-
teſtatem venit.

Mommorantius cum fratre Mõbrunio cadit.

Captus & Bellouaſius qui ex vulnere paulo poſt exceſſit. Aumalius equo deturbatus,
cæſi Armoricani,reliqua acies peſſum ibat,ſoli Heluetij reſtituto certamine Germanos pe-
dites fudere , & irrumpentes Gallos equites Satiſſis integro robore excepere , quos Moius
cum ſuo equitatu in latus inſilit, ſed à tribus Bironi equitum turmis diſiectus,& captus eſt.
Guiſius in primo cornu cum ſua equitum ala conſtiterat , qui vbi hoſtes repetitis prœliis
ſolutos , & palantes vidit , Germanos pedites & Vaſcones , Sandreano duce in peditatum
B hoſtium impreſſionem facere iubet , ſequuti Hiſpani , à quibus ingens ſtrages edita : inde
Guiſius,Danuilla, Santandreanus in equitatum hoſtium, equis viriſq; tantis animis iere,vt
eorum robur perruperint. A Condæo & Colinio cum ducentis equitibus integrata pugna,
ſed Germanis fuga dilapſis , Condæus ſuffoſo equo à Danuilla captus eſt. Colinius cum
Porciano,& Rupifulcandio collecta equitum manu in Santandreanum, & Guiſium incur-
rit, Santandreanus captus, à Bobinio quodam interemptus eſt. Guiſius inclinatam regiam
aciem, & nutantem , aduentante Stephano Lucemburgio, qui veteranos pedites in id à ſe
repoſitos ducebat,erexit.Illi enim in latus grandine plumbea Colinium impulere,qui viri-
bus impar,integris ordinibus , cùm Guiſius premeret , veſpera iam inumbrante è prœlio ſe
recepit.Regio militi locus certaminis cum victoria,ſignis hoſtium, tormentis,& ſpoliis ceſ-
ſit.Certamen in quattuor horas ſummis viribus extractum nulla proluſoria pugna,ſed iuſto
C ſtatim prœlio.

Bellonaſius captus.

Cõdæus captus.

Diu victoria ambigua , & nutâns in vtramque partem flexit, fortuna paria faciente : de-
mùm ad regios inclinauit,Guiſio eam hoſtibus eripiente,in quem eo die victoriæ decus,&
ſalus partium vertit. In Santandreani locum Imbertus Platerius Bordillonius , belli armo-
rumque ſciens,equitum tribunus ſuffectus eſt. Oraſonus,Rupifortius,Sclauolius, Santeta-
nus Piena, qui in manus hoſtium venerant, cuſtodibus territis, & fugam capeſſentibus ad
ſuos euaſêre.

Deſiderati in prœlio ex Regis Ducib.Mommor.Monbrunius,Niuernius,Santãdreanus,
Broſſius, Anglurius Giurius, Ioannes Turnaminius, è Condæanis Arpaionus, Liencurius,
Chandæus,Lignerius,Regnacus, Fredonerius,Maſella, Cutlerius,Sangermerius : vtrinque
octo millia cecidere. Mille quadringenti Germani armis exuti à Guiſio , cui ſummum in
D exercitu regiis literis imperium ceſſerat , in Germaniam remiſſi. Ab eo Condæus omni of-
ficio cultus,cœnæ & lecti,qui vnus ibi tum fuit,ſocietate exceptus eſt.

Quinam in ſuperiori prœlio ceciderint.

Diuerſa parte Colinius penès quem per Condæi abſentiam ſummum belli, armorumq;
ius fuit,itineri & prœlio incedens Baugentiacum exeunte anno venit.

Kalendis Ianuarij anno M. D. LXIII. Franciſcus Iuſtus Turnonius S.R.E. Cardi-
nalis ſenecta eum ad octuageſimum annum trahente, Lutetiæ mortalitatem expleuit , vir
inter paucos pietate & prudentia clarus,cuius vitæ ſplendor ad inuidiam vſque conſpicuus
exceſſerat. Pridie Nonas Maij Paulus Thermus equitum tribunus Lutetiæ in re tenui ho-
minem exuit. Is ſpectatus militia dux:cum paucis prudentia clarus, felicitate impar, clade
ad Grauelinguam accepta, aduerſa fama fuit, cùm improles eſſe hæredem Rogerium San-
larium Bellaguardium inſtituit , ad quem equitum Tribunatus delatus. Paulò ante vo-
E luntaria inedia Petrus Oſſumius vir animi & virium ingens mortem ſumpſerat, pudore &
ægritudine impotens ſui , quod ſubito terrore Drociaco prœlio perculſus, exitum vitæ de-
decore fugæ fœdarat.

Franciſci Iuſti Turnonij Cardinalis obitus.

Procenſi victoria parta, qui in conſilio Regis erant,patriæ caritate , & pacis ſtudio litte-
ras regias vulgant , quibus gratia rebellibus delicti facta , præterita omnia obliuione indu-
cta,redirent modò ad obſequium, & fidem, & otium colerent, Pontificis Romani aures eo
nuntio circumſonuere,Tridentini Conſilij Patres gaudio ſoluti ſunt,ſatisfactum bello rati,
& cætera ex facili, ſed ea ſpes fruſtra fuit. Armanus Claromontius Pilius nobilis Petraco-
rius,in tenui re, ſupra fortunam animos gerens, præſidium ab audacia ſumpſit, & in Aqui-
tania partibus quæ iacebant erectis noua moliri auſus , Bergeraci inopinato cum triginta
equitibus de die per vrbem diſcurrens, tantum terrorem præſidiariis intulit,vt ſectæ nomi-
F ne vinctos carcere exemerit. Mox S. Fidij fanũ nocturno aſtu Riuerij cuiuſdam audacia in-
tercipit,cæſis octoginta prȩſidiariis.Idem Riuetius triginta pedites Sala Duce Caſtanium
inſidentes ex inſidiis tentare auſus exigua manu CXX.occidit Pilius nocturno prælio XV.
equitibus

equitibus fretus C X X. Moncuſſini equites exercuit.& pleroſque equis exuit, Mucidanum A
in Petrocoriis proditione ciuium in vrbem admiſſus ſcalis admotis in arcem enititur, &
cuſtodes vino madidos obtruncat.

Petracoriorum præfectus cæditur.

Mox Pertacotiotum præfectum C X X. equites ſuorum auxilio trahentem cædit, Bergeracum à C C C. præſidiariis inſeſſum vi capit, arcem expugnat, præſidij ducem trucidat, ſacerdotes in furcam agit, Mucidanum opere & manu munit, locum receptui opportunum. Monlucius nouitate rei percuſſus temeritatem Pilij caſtigatum ibat, cùm de pace rumor inceſſit.

Inter hæc per Tertidæ ignauiam qui Montalbanum obſedetat, obſeſſi ſucceſſu feroces,
ſectæ miniſtris ad peruicaciam incendentibus, omnes à Monlucio conditiones reſpuebant,
donec X V I I. kal. Maij anno M. D. L X I I I. firmata pace Antonio Rupiſulcaudio Caldo-
montio à Regina miſſo ab armis vtrinque diſceſſum. Paulò ante ineunte anno Nonnæum B
in Viuarienſi agro oppidum hac occaſione vaſtatum. Oppidani templa, imagines, altaria
euerterant. Sarra ab Adretio ſummiſſus fanum S. Stephani in Seguſianis armorum fabrica
nobile interceperat, vnde ad ſuos rediens à Iarniello Nemorenſij legato, qui nuper Viennam
ceperat oppreſſus eſt, & cum eo centum Nonnæuſes capti, aut cæſi, clade cognita Sancau-
montius Nonnæum pugnando vicit, & omni auaritiæ ac libidinis genere in oppidanos ſæ-
uiit, qui cùm Cruſſolij ope ruinas vrbis ſarciſſent, iterum à Sancaumontio capti fœda &
aſpera paſſi ſunt: ignis ædibus iniectus vix reſtingui potuit. Tertiò à ciuibus poſtliminio re-
uerſis vrbs inſtaurata eſt, exercitia ſectæ rogatu Ioan. Monlucij Valentiæ epiſcopi, quod in-
gens à ſacerdote flagitium fuit, permiſſa. Eum cum Luthero ſenſiſſe fama vulgatum eſt.

Ea ſæculi labes fuit, vt qui doctrinæ famam captarent, Luthero ſtuderent, & confeſſio-
ni Auguſtanę ſacramento dicerent, Cardinales, Epiſcopi Senatores qui Patrum ſcripta non C
conſuluerant, ſibi ab impoſtoribus, pietatis ſpecie illudi ſinebant, vt ſupra vulgus ſapere vi-
derentur. In Foxenſi comitatu Palearius vicecomes prouinciæ Rector, qui Apameæ, Foxij,
Taraſcone diſiectas imagines, ex altaria paucorum pœna reſtituerat, turbas inhibuerat, à
perduellibus in anguſtiis Vaſconicę Pyrenes ab Honorato quodã homine perditiſsimo tru-
cidatus, cum quo Lombati fratres Taraſcone nati hominum poſtremi communicatis con-
ſiliis quatuor mendicantium cœnobia, maius vrbis templum expilatunt, direptis ſacri Col-
legij ſodalium ædibus, monachis, & ſacerdoribus per ſummum ſcelus excarnificatis. Lom-
bati paulò poſt terræ ruina hauſti dicuntur: omnis in agris cæli tabe viriditas emarcuit, fru-
ges, & arbores ter repetita grandine, vindicante Deo, verberatæ.

Lugdunum obſeſſum.

Interim à Nemoroſio Lugdunum obſeſſum, cùm Subiſius tria peditum millia, & qua-
dringentos equites corradendæ vndique annonæ in Dumbares miſiſſet. Vtrinque ancipiti D
Marte diu pugnatum. Demùm obſidio fruſtra fuit, pace vulgata Franciſcus Vetuſuilla
equitum tribunus moderato ingenio vir Lugdunum tradente Subiſio Regis nomine rece-
pit, permiſſa ſectæ miniſteria, quibus locus aſſignatus. Nondum in Delphinatu turbæ detu-
muerant. Cruſſolius armis Arauſionem, & Serignanum receperat, & exules in integrum
reſtiruerat: diuerſa parte Laborellus Vapinci, & Caſera Brigantioni præfecti Muram in Oſ-
cenis à ſectariis infeſſam aſtu ceperant. Maugironus ſpe potiundæ Gratianopoleos, quam
Cochius tenebat, proditione Caillati ordinum ductoris penè in fraudem inductus eſt. Sed
vt erat conſultus, ac ſuæ rei diligens, fraude comperta pontem Draco impoſitum occupat.
Monguntiacum à ſectariis deſertum, Perſa, Villarium, S. Pancratij fanum, Serra, Ripæ, Bero-
nium, & Moguntiaci ipſius ſuburbia militum Maugironi laſcinia deflagrarunt, cùm vndi-
que obſeſſus, Cochius in vrbe munienda multus eſſet, Maugironus ex improuiſo vrbem E
tormentis ad Traianam portam Kal. Martiis verberat irrito ſucceſſu, mox Lugdunum cum
exercitu ad Nemoroſium vertit.

Maugironis Lugdunum cum exercitu ad Nemoroſiu venit.

Dum in eo ſunt Furmeierus Rometam exiguum tertio à Vapinco lapide oppidum per
Buſſerium, fratrem præcipiti audacia capit. Is ſe Caudano Vapinci præfecto miſſum ſimu-
lans, vt hoſtem prope eſſe nuntiaret, dum in porta cuſtodes colloquio diſtinet, per ſuos
arma ſtationis rapit, qua cæſa, Monginus præſidij dux in templi turrem fuga euadit, vnde
pulſatis magna vi rintinabulis Vapiſcenſes excitos ad auxilium vocat, quorum aduentan-
tium multitudine circumuentus Buſſerius cum quo ſe Furmeierus coniunxerat, ab audacia
præſidium ſumit, ferit obuios, ſternit, cædit, & Vapincum refugere cogit, ita hoſte fuſo Ro-
meta potitur, ad id vſque tempus quo Vetuſuilla edictum de pace in Allobrogibus promul-
gatum ſanxit. F

Prouinciæ impoſitus eſt Rupiſutionius Maugirono legato. Ante hoc edictum Colinius
è Drocenſi clade ſoſpes in Biturigas flexerat, Rupiſulcaudius S. Aniani oppidum, Porcia-
nus Mon

A nus Montem-Richardi inuaſerant, vbi oppidani à Germano equite direpti. Cellæ Colinio
deditæ, ſacra ſuppellex Germanorum ſtipendio conflata, ſacerdotibus fauces laqueo ruptæ.
Sullium Tremolliorum oppidum ad Ligerim à Colinio per Bucardum captum, dire- *Sullium captum.*
ptum, ſtrage, & ſanguine fœdatum, XXXVI. ſacerdotibus capite ſtetit. Inde Germanos in
Neuſtriã ſtipendiis quæ ex Anglia ſummittebantur accipiendis deduci placuit, quibus du-
cem Colinius ſe præbuit. In exercitu IIII. equitum millia fuere. Vbi S. Petri Diuani oppi-
dum venit, templa votiuis nautarum tabulis ac donariis opulenta diripit, ſacras effigies paſ-
ſim deturbat, quaſi ſacrilegium à Deo pro ſacrificio acciperetur.
Inde Cadomum pergit; vbi auxilia, VIII. muralia tormenta, & pecunias ex Anglia
Franciſcopolim appuliſſe nuntiatum, quibus fretus, arcem Cadomi verberat, Ellebouium
Guiſij fratrem, ſed fratri diſſimilem, arci præfectum ad deditionem cogit. Mox Aurelianum
B vertit, cuius obſidionem omni ope Guiſius adornabat. Conſilium eius erat Olineti & San-
maximini Pontibus, & aggere S. Simonis munitis, flumentanum ſuburbium irrumpere,
quod à Germanis quà Clerium iter eſt, à Gallis quà Gergolium ſpectat inceſſum erat.
Poſtridie impetu facto Galli qui in præſidio erant loco moueri non potuere, ſed Germa-
nis abſiſtentibus à tergo circumuenti, dum ad turriculas in põtis exitu oppoſitas refugiunt,
igne aut ferro periere, quidam flumine hauſti. Andelotus turriculas à vi hoſtium aſſeruit.
Ex obſeſſis octingenti amplius deſiderati. Biduo poſt Sullium à Richelio deditione rece-
ptum, vt omnia ſupra, infraq; vrbem in poteſtate eſſent. Turriculæ vigilibus incurioſis, aut
vino, ſomnoque ſepultis ereptæ, cùm duo milites admota ſcala irrupiſſent, quos alij ſequuti
pontem, & inſulas tanta celeritate inuolarunt, vt ipſa vrbs in diſcrimen venerit. Pulſi tamen
pedem retulere, cum Andelotus in turre S. Auiani IIII. machinas locaſſet, quæ frequenti
C iaculatione hoſtem à ponte, & inſulis ſummouerent.
Duodecimo Kal. Martias Guiſius impetum in inſulas inſtruebat, & ſub ſerum diei lon- *Guiſius à*
gius à ſuis, qui præibãt, cum Triſtano Roſtinio ea de re ſermocinabatur, cùm à Ioanne Pol- *Poltroto in-*
troto Mereo comminus plumbea glande ſub axillam traiicitur. Is in agro Engoliſmẽſi na- *terfectus.*
tus, ore fuſco, breui corpore, iam dudum hoc parricidium agitabat, cui maturãdo, equo per-
nici, vt fama tulit, ad effugium à Colinio donatus in caſtra regia ex eius ſinu venit, & vſum
cum Guiſij domeſticis propiorem contraxit. Guiſius vulnere accepto in vicinum hoſpi-
tium delatus, Poltrotus in ſyluas equo euaſit, & cùm per derupta, per auia vagus deerraſ-
ſet, manè ad Oliueti Pontem equo defecto reſtitit, vbi ſomno conninens captus, & agni-
tus, apud Reginam ad S. Hilarij fanum ſiſtitur. De parricidij conſilio rogatus à Theodoro
Beza ſibi perſuaſum eſſe ait.
D Lutetiæ quatuor equis in diuerſa nitentibus publico ſpectaculo diſtractus eſt. Guiſius ex *Poltroti*
eo vulnere ſexto poſt die Chriſtiano viatico ſumpto, ſummo veræ pietatis ſenſu exceſſit: vir *ſupplicium.*
animi ingens, belli cum paucis ſciens, rebus conſultandis maturus, gerendis properus, & fœ-
lix, in exemplum & miraculum noſtri æui genitus, libidinum abſtinẽs, firmus aduerſus pe-
cuniam, fidei Catholicæ inter paucos tenax, quam ſectarij ſciſſo factionibus regno exſtin-
ctum ibant, niſi Deus eum Galliæ pro munimento dediſſet. Priuatus adhuc omnia in ſe
traxerat, vt cùm ſine imperio eſſet, ſolus in imperio agere videretur.
Guiſio mortuo Regina eo animo fuit, vt Chriſtophorum Vuitembergicũ adminiſtratio- *Chriſtopho-*
ni regni præficeret, qua de re per literas cum eo egit. Ille malo cauit, & negotium depreca- *rus VVutẽ-*
tus, domi ſe continuit. *bergicus re-*
Sub id Charitæum oppidum tribus peditum ſignis à Guiſio inceſſum, à Bloſſero præſi- *gni admini-*
E dium Auſtranij agitante, ciuium proditione, quibus promptus libertati, aut ad mortem ani- *ſtrationem*
mus, V. Nonas Martias, ſcalis admotis inopinato captum, quod pace vulgata ea lege in po- *abnuit.*
teſtatem Regis rediit, ne quid de libertate ſectæ delibaretur, ſed miniſteriis integra coitio
eſſet. Bajocaſſes in Neuſtria deiectis verberatione mœnibus Colinio ceſſere, in ſacrum or-
dinem in ea vrbe frequentem tradito more ſæuitum, oppidum prædæ datum. Rauiſius Ita-
lus cui Ducis Ferrarienſis nomine, eius vrbis vectigalia addicta erant in mutum amplo ſpa-
tio per tubos lumine influente cum ſpecioſa puella ſe clauſerat, cum qua delitias interea
faceret, dum victoris impetus detumeſceret, ſed è latebra extractus deridiculo fuit, & flagi-
tiorum quæ grauia erant compertus, in furca ſpectaculum præbuit. S. Landi oppidum, &
Autaneæ citra ſanguinem ſub Colinij manum cecidere.
Ad Viriam plus negotij fuit, quæ vi capta militum libidinem & ſcelera expleuit. Moius *Viria ca-*
F Honflorium recepit, Orſonis pons irrito ictu à Mongomerio tentatus. Colinius Cadomo *pta.*
Aurelianum tendens per ſuos Bernęum, Aquilam, quę aliis Leſga dicta Mortanium in Per-
ticenſi agro frequentia oppida, vi capta, omni ſæuitia cruentauit, altaria, ſacras imagines,
templa

templa dejecit. Sacro ordini deuotos conſcidit. Vaſſorius Cognerius S. Carileſi Monachos, A
& ſacerdotes immaniter trucidauit. Pretium erat ſacris illudere, & ea patrare quæ Turci damnarent. Secundùm hæc Regina poſt Guiſij mortem, quam inter proſpera numerabat, ſerio de pace egit, ad inſulam Boiam proximè Aurelianum Condæus & Mommorantius ſub cuſtodia venere, concordiæ rationes initæ, Mommorantius conſtantis animi ſenex, ſe nunquam in Ianuarij edictum conſenſurum, quod contra auitum Dei cultum eſſet, affirmatè dixit, Condæo iurato facta poteſtas Aurelianum itandi, conſulti L X X I I. ſectæ miniſtri, ad Ianuarij edictum quaſi ad ſcopulum hærent, nec ab eo diuelli poſſunt. Condæus nobilitatis ſe non miniſtrorum conſilio egere profeſſus eſt.

Edictum Amboſiæ. Inita vtrinque pacis ratione conditum edictum, & Amboſiæ X I I I I. Kal. Aprilis à Rege ſubſcriptum, præteritorum inducta memoria, licentia conſcientiæ paululum aſtricta, nobilitati ſectæ exercitia permiſſa. In ſingulis præfecturis à quibus ſuprema curia ſine circuitu ap- B
pellatur, vna aliqua vrbs ad ſectæ miniſteria aſſignata, & pleraq; talia quæ malè ſancita, malè ſeruata ſunt. Colinius cùm Aurelias veniſſet edictum conuellere conatus eſt, in bello luctum eſſe dictitans. Sed conſilium non proceſſit. Edictum quarto poſt die in Senatu Lutetiæ, & rationum regiarum ac vectigalium curiis, inde toto regno promulgatum eſt.

Iudicium Aureliis in adulteria exercitum, damnatus Landa Molinius, qui Godardam Ioannis Godini vxorem viro in caſtris agente flagitio corruperat, vterque in furcam acti, vincti ſectæ nomine per Prouincias ſoluti, & in integrum reſtituti, Vetere villa & Birono per Septimaniam, Prouinciam, & Delphinatum curantibus, Toloſæ Senatus conſulta contra Mandinellum, Perrum Aſezatum, Cedrium, & alios vrbis Decuriones reſciſſa ſunt. Danuilla Septimaniæ per Mommorantij patris abſentiam rector paulò iniquior in ſectarios fuit, per oppida in Prætoria vrbis arma omnia comportanda curauit, & Nemauſi in eum qui ſe- C
tiùs paruerat flagris animaduertit, flagrante adhuc in exulceratis hominum animis conſcientiæ libertate. Aderat iuueni vis, & libido adeò indomita, vt virginum pudicitia, quà incederet, in tuto non eſſet. Monachos excucullatos qui ſectæ nomen dederant ad priorem vitæ ſtatum abdicatis vxoribus retrahebat. Is cùm Mutouium Vticenſis conciliabuli in Septimania miniſtrum, quòd petulantiæ inter concionandum licenter indulſerat, laqueo necaſſet, miſſus eſt in aulam Clauſonius curiæ Nemauſenſis aſſeſſor, qui apud Regem factum in crimen duceret; ſed querelæ ei fraudi fuere, cæteris terrori, cùm Annæ Mommorantij factione in carcerem truſus eſſet. Edicti verba in ſectæ inuidiam aſtricta & interpretatione in deterius tracta. Condæus qui aliis artibus capi non poterat, blanditiis aulicis tentabatur. Cùm enim in virginem Reginæ cognatione nobilem pronior eſſet, quæ Reginæ monitu à blanditiis non ſe remouebat, occultáſque amoris faces accendebat, Helionora Roia Con- D
dæi vxor rem ſubodorata, fœmina priſci moris, doloris impatiens, paulatim contabuit, cuius exceſſu Condæus puellæ annis ad patiendum geſtientibus malè repugnanti gaudium extorſit, vnde prægnans regio comitatu ejecta eſt.

Apameenſes Conſules eyciunt. Inter hęc Apameenſes in Fuxenſi comitatu pręſidiarios milites deprecati, cùm nihil precibus vincerent, Conſulibus ejectis quos in Danuillam promptos agnouerant, vrbem muniunt, aditum ei occludunt. Miſſus à Regina Iacobus Angeuęus Rambulietus Apameenſes ad officium vocat, illi Danuillam ſine conditione admittunt, qui vrbem in armis ingreſſus priuilegia demit, mœnia diruit, Tachardum ſectæ miniſtrum in furcam agit, vrbs militi prædæ data, virgines contrectatæ, octingenti ciues exacti, pręſidium impoſitum. Ea ſeueritas bello propior, quam paci coalitæ viſa, ſectæ animos nondũ ſatis compoſitos immane quantũ exulcerarit. Sacer ordo noui edicti iniquitate offenſus eſt, quo ſine Põtificis auctoritate E
res ſoli Eccleſiaſticæ, leuandis regni oneribus in perpetuum alienari iubebantur. Diuerſa parte Lotharingi in eo erant, vt Colinium Maris præfectum Guiſij necis arceſſerent, quod crimen Condæus in conſiſtorio regio à Colinio deprecatus, eius iureiurando ſuper ea re ſtandum eſſe dixit, Franciſcus Mommorantius in partes venit, & Colinium crimini affinem negauit, eique ſuum, ac ſuorum omnium obſequium promptum eſſe oſtendit. Ea res in vulgus aduerſo rumore fuit, quòd in Guiſij cauſa religio Catholica, in Colinij ſectæ nouitas agi videretur, vnde nata factionum ſemina, quæ adulta in apertam ſeditionem eruperunt.

Regina praua certamina communi vtilitate abolenda cenſebat, & depoſita omni
offenſione in gratiam redeundum, cùm vulnera, quæ nondum coierint
ſine periculo refricari non poſſent. Rex quæſtionem hanc
in triennium ſuſpendit, quo exacto ſe F
cognitore agitaretur.

***

IVLII CÆSARIS BVLENGERI HISTORIARVM

LIBER SECVNDVS.

A REBVS vtcunque compoſitis tubicen à Rege Franciſcopolim miſ-
ſus eſt qui oppidum Franciæ ditionis ab Anglis repeteret, quibus Cale-
tum obiicientibus & deditionem recuſantibus bellum Reginæ Angliæ
pridie Non. Quintiles publica denuntiatione indictum eſt. Mommo-
rantius inſtructis omnibus quibus obſidio procedit ad Granuillam cœ-
nobium in caſtra venit, & foſſæ ſecundùm maris littus incedenti Mom-
morantium filium, & Bordillonum equitum tribunos præfecit, qui per
vices curarent. Iterum per tubicinem deditio imperata, quam iniuſſu Reginæ fieri poſſe
negatum eſt. Cùm ex Anglia, Beruicenſis auxilia arceſſeret, Mommorantius munimenta
turris, quæ Caias reſpicit, machinis verberat, & diruit. Angli veriti ne aggere perrupto vrbe
excluderentur, munimenta deſerunt, in quæ noſtri inoffenſi inuolant, Poietus alteram tur-
B rim quę proximè vrbem erat non citra periculum inſedit. Ea tentatio Richelio iuueni for-
tiſſimo legionis duci vita ſtetit. Cùm noſtri iniuriæ opportuni eſſent, nullo aggerę tecti,
Mommorantius Eq. Tribunus aggerem extruxit, quo miles tutus ab ictu, in opere admini-
ſtrare poſſet & aditus aduentantibus ex Anglia nauibus obſtrueret. Capta nauis oppido
egreſſa, vt Reginam cito remigio de rerum ſtatu moneret. Productus agger intra duo millia
paſſuum ad porrecta turris, quæ ad Caias obuerſa, ſaxo incũbebat, vt inoffenſus miles pro-
pius ſuccederet.

Cùm in eo eſſent, literæ ad Beruicenſem à Regina venere, quibus quocunque modo
componendi belli diligentia ei permiſſa. Is commeante per internuntios colloquio in eas
conuentiones deſcendit, vt oppidum, inſtrumentum bellicum, naues, merces, & cætera quæ
Franciæ iuris eſſent Mommorantio traderet, captiui vtrinque ſine pretio dimitterentur.

C Hæc acta V. Kal. Quintiles, octauo poſt Mommorantij aduentum die. Admirationi An-
glis fuit, quòd homines ſectæ addicti, qui nuper tantis animis in Regem ſecum ierant, tam
ſubitò ad eum ſectæ aduerſum tranſgreſſi, Anglos cum quibus in eadem cauſa ſteterant
oppugnatum veniſſent. Reſponſum iam non cauſam religionis, ſed iura Regni agi. Egreſſis
Anglis, & ad reditum accinctis, Cardillacus Sarlaboſſius cum VI. Signorum præſidio loco
imponitur.

Inde Rex cùm Regina Rotomagum venit, anno ætatis decimoquarto, & vrbem armatus
ſolemni pompa ingreſſus eſt, vbi ex Caroli V. conſtitutione maior, & adminiſtrationis ca-
pax faciente Regina pronuntiatus eſt. Ea conſtitutio anno 1374. Kal. Iuniis in ſenatu pro-
mulgata vim & fas Regiæ legis obtinet. Rex in ſenatu orationem habuit, qua pauca de ſtu-
dio in ſubditos præfatus, maieſtatem ſuam in poſterum ſanctam, ſartámque apud ſuos eſſe
D velle ſignificauit, ne qui vel occulta conſilia, vel militum delectus iniuſſu ſuo haberent, vel
publicas pecunias attrectarent.

Hoſpitalius eadem accuratè inculcauit, bona pacis propoſuit, inter quæ Anglis nuper
Franciſcopoli eiectis de Caleti negotio tranſactum oſtendit, de quo poſt octennium reſti-
tuendo Henricus II. fidem obſtrinxerat, ea lege vt ſi alteruter intra id tempus alterum bel-

Bellum Reginæ Angliæ denuntiatum.

Rex adminiſtrationis capax à Carolo V. pronuntiatur.

lo peteret,iure ſuo excideret;quam legem Angli cùm infregerint,ius ſi quod habuerant,in- A
fregiſſe. Addidit duo à maioribus in regni fructum prudenter inſtituta, alterum vt nullum
apud nos interregnum eſſet,ne ſumma rerum in incerto fluctuaret, alterum vt anno ætatis
decimo quarto Rex maior, & adminiſtrationis capax pronuntiaretur, ne rectorum ambi-
tio in perniciem regni gliſceret, & quanquam Rex decimumquartum annum nondum
expleuiſſet, ex Romano iure reperiit, vbi honor & dignitas agitur, annos inchoatos pro
plenis haberi. Ita Caium & Lucium Auguſti nepotes anno ætatis 14. libera toga ſumpta
conſules deſignatos: multa de litium ambagibus reſcindendis, de iudiciorum integritate
ſubiunxit. Cuius verba excepit Santantorius Curiæ Rotomagenſis princeps, vir bonis arti-
bus, & in idem argumentum multa commodè perorauit: quibus dictis Regina aſſurgens
regni adminiſtrationem eiurat,eamq; Regi ad quem per ætatem pertineat, reſtituit:tum in
obſequij fidem ad genua eius prouoluta oſculo filij excipitur, qui ſuſcepta hoc ritu regni B
adminiſtratione in matris eam poteſtate ſemper fore oſtendit:deinde cùm Rex in ſolio cõ-
ſediſſet, principes, ac proceres omnes ordine quem dignitas cuiuſque poſcebat, flexo genu
in obſequij fidem manum ei exoſculati ſunt.

Hæc intra velum acta,quo reducto populo confluente,Edictum de Regis ætate à prima-
rio Curiæ actuario recitatum,& cognitore Regio poſtulante promulgatum eſt. Ingratè ac-
ceptum Pariſiis, quod edictum illud priùs in Rotomagenſi Curia, quàm in Pariſienſi pro-
mulgatum eſſet,quæ regni, & ordinum authoritatem retineret, atque adeò Parium Curia
cenſeretur,ex qua tanquàm ex matrice cæteræ ductæ eſſent. A Senatu ad Regem delegati
Chriſtophorus Thuanus Senatus princeps, Nicolaus Preuotius, ac Guilielmus Viola, qui
cum Rege ea de re agerent. Benignè à Rege reſponſum eſt, ſed ita vt Senatui parendi ne-
ceſſitas eſſet, cui non de ſumma Regni,ſed de priuatorum litibus cognitio, ac iudicatio ſit. C

Ioannes Monlucius Epiſcopus Valentinus in Reginæ gratiam Senatum procacibus di-
ctis onerauit, & in eum fœdiſſimis criminationibus exarſit. Malignitati falſa ſpecies liber-
tatis inerat. Rurſus in Senatu res in conſultationem miſſa, & Rex iterum ſuper ea re appel-
latus, cuius mandatu edictum IIII. Kal. Octobris in Senatu promulgatum. Is deinde Lu-
tetiam venit,apud quem Anna Borbonia Guiſij parens, mulier ſanctè pudica,tot annis vi-
duitatis ſine culpa, ſine fabula, quod rarum fœminis principibus, & Anna Ateſtina Guiſij
vxor, pulla veſte verrentes humum,cum reliquo Lotharingicæ familiæ choragio, de Guiſij
parricidio queſtæ,vt in auctores anquireretur ſupplices poſtularunt. Rex blandè reſpondit,
& cognitionem in tempus diſtulit. Tum animum ad pullulantem litium luxuriam reſecan-
dam adiecit, varia edicta ſuper ea re bene condita,male ſeruata.

Mercatorũ Lutetiæ inſtituta iuriſdictio.

Inſtituta tum mercatorum Lutetiæ iuriſdictio, & edicto ſancitã, quo iudex vnus, & 4. D
conſules ex eorum corpore delecti, qui lites omnes ex negotiationis capite ortas ſententia
ſua diſceptent, à quibus lite infra quingentas libras ſtãte appellatio ad Senatum interdicta,
ſupra eam ſummam permiſſa: quæ iuriſdictio deinde in omnibus regni ciuitatibus ob-
tinuit.

Edictum de conſignationibus proditum.

Edictum item de conſignationibus proditum, quod poſtea vt pudendum, cùm ex eo
quod Rex ſubditis gratuito debet, vectigal reficeretur, euanuit. Lutetiæ Charrius militiæ
bonus, protectorum cohortis ad Regij corporis cuſtodiam ſub Philippo Strozio inſtitutæ
tribunus à Caſtellerio Portalio cæſus turbas in vrbe fecit, quæ ſtatim reſedere. Percuſſo-
rum ſtramineæ imagines plauſtro traductæ ad S. Michaelis pontem è furca pependere.

Extremus annus Caroli Coſſæi Briſſaci fine inſignitus eſt,qui articulari morbo ſpiritum
dedit. Is ſpectato bello dux, deceſſorum omnium,qui ſigna in Italiam intulerant curam,ſa- E
mamq; obruit, ſed ſuſtinuit molem: nullus eo cum hoſte felicius manum contulit, nemo
maiori fide ac prudentia bello parta tenuit. In eius locum Mommorantius Danuilla equi-
tum tribunus creatus eſt.

Edictũ anni 1564.

Ineunte anno 1564 edictum eſt à Rege, vt ſacro ordini liberum eſſet bona ſoli, quæ ſu-
periori anno ad regni onera leuanda diſtracta erant, redimere, VII. item Kal. Februarij
edicto cautum, vt in poſterum anni initium à Kal. Ianuarijs duceretur, cùm ſemper antea
in omnibus actis publicis à Paſchatis die,qui varius & incertus eſt, parum commodè puta-
retur, quod hodiéque in Anglia, Florentiæ & Romæ in Cardinalium conſiſtorio ſeruatur.

Id edictum poſt Molinenſem conuentum etiam in Senatu Pariſienſi obtinuit, V. Kal.
Febr. edictum conditum, quo loca vacua regij patrimonij in vrbe per delegatos vendi, &
inędificari poſſent,nominatim turriculæ comprehenſæ,vbi Henricus II.ex vulnere in haſtę F
ludicro perierat,quæ ſtatim dirutæ, ſepti voluptuarij ad turriculas muri deiecti,arbores cæ-
ſæ,foſſæ congeſtu terræ oppletæ, area interior publica facta, vbi equorum venalium forum

per

A per omnes ſabbati dies haberetur, exterior area priuatis publica auctoritate addicta,& ædi-
ficiis infeſſa eſt, quam loci iniuriam Regiua vt nouis ædificiis obliteraret, ad figulinas infrà
Luparam in ripa Sequanæ viretum amœniſſimum, & prætorium ingentis operæ occepit,
quod media porticu ab Henrico quarto cum Lupara coniunctum eſt.

Id temporis prodita coniuratio,qua in exitum Ioannæ Nauarræ, & filiorum eius ibatur. *Cõiuratio in Ioãnã Nauarram & filios eius.*
Ea Podij in Bearni pago cum Henrico & Catharina filiis agebat, Philippus Hiſpaniæ Rex
Barcinonæ per ſpeciem belli Africani delectum militum habebat.Concilium vnde cœperit
ignorum,ſed tamen initum de tribus illis capitibus,io quibus quæſtio regni Nauarræ verte-
batur,Hiſpaniæ Regi prodendis, vt ad inquiſitionis tribunal ſiſterentur. Dominicus quidã
ex pago Bearni ordinum ductor ſummam ſceleris in ſe recepit. In Hiſpaniam cũ fiduciariis
literis ad Ferdinandum Aluarum Toletanum Albæ ducem, penès quem ſummũ armorum
B imperium erat,pergit,cum eo facinus cooſociat.Is cum Rege Hiſpaniæ agendum oſtendit,
qui tunc Muſonij comitiis regni habendis intentus erat, vt voluntatem eius ſequerentur.
Dominicus viæ ſe dat,in itinere febre correptus Madriti decũbit,vbi ab Anna Heſperio Ne-
racenſi,qui in Eliſabethæ Regine miniſterio erat,ſtudioſè procurator,cum quo propiori vſu
contracto conſilium communicat. Is patriæ amans rem Sanſtephano magno Regine elee-
moſynario indicat,hic ad Eliſabetam refert, quæ Ioannem Sanſulpitium oratorem regium,
qui tunc Muſonij erat, de tota re monet, & Dominicum coloribus ſuis, vt agnoſci facilis
eſſet, depingit. Dominicus vt Muſonium venit,ter ad Philippum de nocte intromiſſus eſt:
quod Sanſulpitio gnarum, qui per Rullum Amanuenſem, hominem ſecum multis neceſſi-
tudinibus circumuentum, Ioannæ Nauarræ primùm, deinde Regi, atque Reginæ conſi-
lium aperit.Indicium ſi abſque Sanſulpitij literis eſſet,quaſſæ fidei videri potuit, tantum in
C ea re ſceleris fuit:ſed magni viri teſtimonio res obſignata in dubium vocata non eſt.Domi-
nicus monitus à ſuis legum laqueis elapſus eſt.

Interim legati à Pontifice, Hiſpaniæ Rege, ac Sabaudiæ duce Kal.Febr.in aulam venere,
qui Regem orarent, vt decreta Sancti Concilij Tridentini per Gallias rata eſſe vellet. A Re-
ge Reginâque legatis benignè reſponſum,tandem re imperfecta dimiſſi.Carolus Molinæus
ſcripto nefario Concilium oppugnauit, qua re offenſo Senatu carceri mancipatus eſt,vnde
literis regiis VII. Kal.Quintil.bonis omnibus frementibus emiſſus.

III. Idus Aprilis Auguſtobonæ Tricaſſium pax inter Regem & Eliſabetham Angliæ Re- *Pax inter Regẽ & Eliſabetham Anglia Reginam.*
ginam promolgata, quæ dies feſta fuit, & pubica lætitia igoibus accenſis accepta. Regina
Vindeſoræ pacta iureiurando apud regios oratores firmauit, renouatum cum Heluetiis
antiquum fœdus, & poſtulatis eorum præſenti pecunia ſatisfactum. Miſſi Franciſcus De-
D ſpæus Vetuſulla, vir claritudine inter paucos conſpicuus, & Sebaſtianus Albaſpinæus Le-
mouicum Epiſcopus, qui ab Heluetiorum ciuitate dextras fidei manſuræ pignus accipe-
rent,& darent.

Tricaſſibus Rex in Ambarros diuertit,vbi à Carolo duce Lotharingiæ,& Claudia ſorore
celebri pompa,& regio luxu exceptus,eorum filium è ſacro fonte ſuſcepit,cui de aui nomi-
ne Henrico nomen conditum.

Inde Rex Lugdunum venit, vbi arci muniendæ locum cepit, Franciſco Sanlio ob
ſectæ conſcientiam præfectura vrbis abire iuſſo. Mox Ruſſilonium menſe Quintili te-
nuit,vbi ſectariis conſultum,qui ſibi edicti priuilegia interuerti, maximè in Burgundia que-
ſti erant.

Ibi ſodalitates S.Spiritus nomine inſtitutæ,quibus qui nomina dederant ad odium inex- *Sodalitates S. Spiritus.*
E piabile in ſectarios capita ſua ſacra deteſtatione obſtringebant,plebs odio ſectæ ardebat,qui
ſactas è ſuggeſtu conciones habebant, ſemina turbarum in plebem ſpargebant, quæ tan-
dem in tumultum erupere.

Creuantij in agro Auguſtodunenſi ſectarij ad miniſteria ſua itantes concurſu populi pe-
nè obtriti ſunt. De Carolo Angennæo Cænomanorum epiſcopo,qui ſummam armorum in
ea prouincia inuaſerat,crebræ querelæ. In Turonibus ſectæ miniſter in ſuggeſtu confoſſus,
cum aliis durius actum, quàm pro edicto. Miſſi Lutetia Senatores qui in ſeditioſos inqui-
rerent.

Sub id Philibertus Curæus nobili loco Vindocino à Ioanna Nauarra præfectus,quia pro-
nior in ſectarios erat, inter venandum ab aduerſa nobilitate cæſus eſt, quæſtio in auctores
mandatu Regis habita, conſcij capti, mox adnitente Regina crimine ſoluti. Ioachimus
F Vaſſorius Cognerius cui quæſtio mandata,eam violentius exercuerat,quare ad rationes vo-
catus,cùm vix ſe explicaret, in cuſtodiam datus eſt, vnde cùm accuſatio partes ſuas plenè
exhiberet,& defenſionis præſidia inualida fide niterentur,ægrè emiſſus.

E 2

Google

Edictum de munimentis euertendis. Inter hæc edicto cautum, vt munimenta omnia quæ per bellorum iniuriam extra ordinem facta erant abolendæ cladium memoriæ euerterentur: nec enim pace coalita Rege concordiæ ſtudioſo, & ſubditorum diligenti, acceſſitis munitionibus opus eſſe. Aureliani, Montalbani, Valentiæ Cauarum, Ciſteriioue, & aliis locis noua propugnacula diruta, arces idoneis locis conditæ, quæ vrbibus imminerent. Rex Alexandro fratri Andium principatum hereditariæ ſorti attribuit, Aurelianum matri dono dedit. Multum in dies ſectæ priuilegiis noua interpretatione derogabatur, vetiti ſectarij ſynodi ſpecie conuentus habere, ludos literarios aperire, pecunias virium fouendæ ſectæ exigere, conferre, erogare, qui monachos exuerant, & eierato caſtitatis voto vxores duxerant, iuſſi vxoribus abdicatis ad priſtinum vitæ genus cogi, ni ſolum vertere malint, quæ omnia duriora videbantur, quam vt à ceruicoſis hominibus ferri poſſent: non tulit Condæus, ſed vt animi validus erat, apud Reginam queſtus eſt, cui ſpes meliorum facta. B

Auenionem Rex venit. Inde Rex peragratis regni prouinciis Auenionem venit, vbi à Pontificis præfectis, qua Regem decuit magnificentia exceptus eſt. Mox aquas Sextias, Maſſiliam, Merindolium, quæ vrbs ſectæ conciliabulis aſſignata, iam inde à Valdenſium temporibus Catholicam fidem eiurarat. Tum Nemauſum venit frequens ſectæ receptaculum, confluentibus in eam vrbem partiatis, qui ſecum in Septimania, vel in Prouincia iniquius agi putarent, vbi apud Regem de Mommorantio Danuilla querelæ graues habitæ, & præteriti doloris vlcera ſollicitata: quibus cùm non ex voto ſatisfieret, Mommorantio patre querelas infringente, qui filium incuſari tanquam ſuum crimen accipiebat, nihil viris reliqui aliud eſſe videbatur, quàm ſoluere iniuriam, aut nori. In animis reuoluentibus iras memoria valebat, etiam ſi impetus offenſionis langueret. Truſus in carcerem Cluſunus quòd ferinæ linguæ ſuæ virus alieno dolori commodaſſet, & Danuillam verbis procacioribus conſcidiſſet. C

Dum in eo ſunt, in Aquitania iuxta ſeditionē ventum. Nam Fridericus Foxius Candalæ Comes, cauſſatus Catholicos aliquot à ſectariis ex inſidiis interceptos, cæſosq́ue, inito cum Bl. Monlucio, Gabriele Caumontio, Lauſunio, Scarſio & Meruilla conſilio manum facit, omnes in ſectæ exitium coniurant. Iacobus Benedictus Largobaſtonus Regi rem enuntiat, à quo Burdillonius equitum tribunus in Aquitaniam ſedandis motibus miſſus, qui licèt iniquior ſectariis haberetur, initiam tamen turbis compoſitis anno exeunte diſcuſſit. Hòc rerum ſtatu annus in Gallia clauſus.

Anno M. D. LXV. ineunte Rex Narbonam venit, vrbem vetuſtate blanda conciliatricula nobilem, cuius veſtigia frequentia hodieque ſuperſunt. Inde Carcaſſonam petit, ad quam ei iter X. totus dies cœlo niuibus ſtante, agris vbique nimium mole obſeſſis interclusum eſt. Carcaſſonæ cùm inuitus inter frigora ageret, aures eius nuntio de Pariſienſi tumultu verberatæ. D

Edictum ne quis armatos cogat. Pace firmata, edictis cautum erat, ne quis armatos cogeret, aut ipſe in armis procederet. Cardinalis Lotharingus ex Italia rediens, ſuum caput ab inimicis peti cauſatus, literas à Rege expreſſerat, quibus ad corporis cuſtodiam armato milite ſtipari vacuum ei eſſet. In Sueſſionibus Condæum per officij ſpeciem inuiſit, cúmque melioribus pronum oſtentatis Annæ Ateſtinæ fratris viduæ ſpectata forma & pudicitia fœminæ nuptiis, in partes trahere conatur. Inde proximè Lutetiam obuiis amicorum vlnis magna frequentia exceptus, armata manu, quod in literis regiis integrum erat, S. Dionyſij oppidum venit.

Re comperta Franciſcus Mommorantius, vrbis ac peninſulæ Franciæ rector, animi validus, morum non ſpernendus, ſed odio Guiſiorum præceps, patientiam ſuam tentari ratus in Senatu diſſeruit, edictis regiis cautum, ne quis armata manu per agros volitet, aut vrbes ineat. Audire ſe aliquos eſſe, qui vt in tumultu armis ſepti perambulent, & in vrbem regni principem ea ſpecie, quaſi per pompam aut triumphum intrare cogitent: quòd ſi vltra tentauerint, ſe fidei in Regem, & otij publici diligentem curaturum, vt edictis regiis authoritas ſua conſtet. Gnarum id Cardinali, qui infra dignitatem ſuam eſſe ratus precario cum Mommorantio agere, aut literas regias exhibere, quibus ſibi armorum poteſtas facta erat, in ea maximè vrbe vbi tot clientes, & beneficiarios haberet, armata manu vrbem init. Obuius Mommorantius ad Sanctorum Innocentium vicum Lutetiæ cum delecta nobilitate primos reſiſtere iuſſit, quibus recuſantibus vim facit, peruicaces obtrūcat, paucis capitibus res ſtetit, Cardinalis cum Guiſio puero tabernæ, quæ prima occurrerat, latebras petit. E

Hac contumelia contentus Mommorantius vim inhibuit, Cardinalis ſero diei raro comite ad ædes Cluniacenſes ſe recepit, quò diuerſa via, & porta iam Aumalius conceſſerat. F

Commodùm accidit, vt diuerſo agmine Aumalius procederet, qui ſi coniunctis copiis cum fratre fuiſſet, ea dies ingenti clade inſignita foret. Cardinalis poſtridie cum Guiſio vrbe exit

A be exit & Mediomatrices flectit Aomalius cum armato equite aliquot dies circa vrbem
vagatus eſt. Mommorantius Colinium Lutetiam magno comitatu vocat,& in Senatu con-
ſilium ſuum aperit,à quo turbæ in parte compoſitæ,mox literis regiis vtrinque ab armis diſ-
ceſſum. Condæus factum improbauit, ſubinde dictitans, Mommorantium ſi ioco ageret,
pluſquam debuit, ſi ſeriò, minùs quàm oportuit feciſſe. Sparſi vtrinque libelli famoſi, qui
decreto Curiæ damnati & preſſi ſunt.

Colloquium Baione cum Hiſpano.

Sub idem tempus cum Rex Baionæ colloquium cum Hiſpano cogitaret Ieſuitarum
cauſſa in Senatu magna contentione agitata eſt, de quorum origine & inſtitutis, quia ipſi
libris editis accuratè ſcripſere, pluribus agere pretium non eſt. Cùm Senatus, Euſtochius
Bellaius, Pariſienſis Epiſcopus, & Academiæ rector ab eo ordine alieniores eſſent,regiis li-
teris adnitente Cardinali Lotharingo 7.Kal.Maij anno 1560.Curiæ mandatur,vt tam Pon-
B tificia, quàm regia diplomata in Societatis gratiam facta promulget.Senatus cùm rem ar-
bitrij Patrum,qui ad colloquium Poſſiacum conuenerant eſſe cenſuiſſet, VII.Kal.Octob.
Patres cauſa cognita nouam ſocietatem probant ſub ſocietatis & ſcholę nomine,non etiam
ordinis recens inſtituti, ea lege vt alio nomine quam Ieſuitarum ſignentur, & in ipſos epi-
ſcopi iuriſdictio, ſicut in alios ſacerdotes procedat, vt nihil agere illis liceat quod iura epi-
ſcoporum, collegionum, curionum, academiarum, aut aliorum ordinum delibet.

Secundùm hæc Sodales in Claromontano collegio ludum aperiunt, cui magnam cele-
britatem plerique viri docti qui ſocietati nomen dederant pepererunt. Cùm Academia tu-
multuaretur, & eorum priuilegia extinctum iret, iterum res in Senatu magnis animis agi-
tata eſt. Pro Sodalibus Petrus Verſorius ſummis oratoribus æmulus, validus ſenſibus, ver-
borum copia profluens, per omnes eloquentiæ numeros iuit.& cum materiæ amplitudine
C facundia eius ſicut flamma aleretur, motuq; excitaretur, aduerſus Paſchaſium Academiæ
patronum dicendo vicit, vt cùm ea ſocietas fidei hoſtibus debellandis nata videretur,& So-
dalibus publicè ludum aperiendi, & iuuentutis inſtituendæ poteſtas eſſet. Inde Societatis
collegia per varias Galliæ vrbes propagata ſunt, eo fructo quem hodie omnes experimur.
Hæreſis in parte oppreſſa, ſectæ conſcij ad meliora traducti, iuuentus pietatis ſtudio imbu-
ta,ſacerdotes quorum vita & doctrina prolapſa erat,in melius reformati,cultus Dei vbique
propagatus.

Carcaſſonâ Rex Toloſā venit.

Inter hæc Rex Carcaſſona per Arrij caſtrum Toloſam venit, vbi ex Reginæ voluntate
Regis frater qui prius Alexander erat, poſtea Henricus dictus eſt, inde Burdigalam iniit,
vbi ad Medullianam portam virgo per machinam demiſſa in concha Regi claues obtulit.
Multa ibi ſectariis indulta, quæ ante Regis aduentum Senatus abnuerat. Querelæ contra
D Henricum Foxium Candalam obliuione ſepultæ, noui motus aduerſus Colinios,& Mom-
morantios nuntiati,quos Rex vt premeret frequenti conſiſtorio proceres, qui in aula erant
in ſua verba ſacramento adigit, qua de re acta confecta, & procerum manu ſubſcripta,mox
ad abſentes miſſa, vt & ipſi ſubſcriberent edicto, maieſtatis reos fore, ſiqui ſubſcribere de-
trectarent.

Tum obuiam itum Eliſabethæ Hiſpaniæ Regis vxori, quam Rex ad Marquetium am-
nem, cuius diuortio Francia ab Hiſpania diuiditur,regia pompa exceptam Baïonam vſque
deduxit, vbi dies, tradita nobilitati laſciuia, ſpectaculis, haſtiludiis, conuiuiis, noctes tri-
pudiis, comeſſationibus, poeticis canticis, ac mimis traductæ. Regina ignorata crebro no-
ctu ad filiam commeabat, & cum Duce Albæ, qui aurei velleris torquem Philippi nomine
ad Regem attulerat,ſecreta conſilia de ſecta profliganda miſcebat.

Conſilium Philippi Hiſp. Regi datū de Siculis veſperis reddendis.

E Famæ datum,ſacrum ibi fœdus ad eam rem inter vtrumque Regem ictum. Philippus au-
ctor erat,vt conuentu Molinij indicto capita ſectæ decuterentur, & veſperæ Siculæ redde-
rentur. Dein ſtrages tota Gallia fieret, quod poſtea Lutetiæ tentatum eſt. Ex Albæ ducis
ore vox excepta, in Salmonum & maiorum piſcium,non in piſciculorum captura pretium
eſſe. Actum cum Rege ne in vrbibus in limite poſitis ſectæ miniſteria obirentur contagij
metu,ſed id conſilium à ſecta diſcuſſum, auctore tamen Pontifice Vipuſcoa, & Biſcaïa,Cā-
tabriæ prouinciæ Baionæ diœceſi per iniuriam Gallici nominis auulſæ ſunt.

Fœdus cum Turco.

Id temporis fœdus cum Turco non ſine dedecore à Franciſco I.ictum à Carolo IX.cum
Solimano,qui Melitam magno nauali paratu obſederat,non minori labe renouatum eſt.Ita
res habet,fidem cum infideli tutam non eſſe, ſocietatem cum impio in noxam abire. Me-
lita capta Italiæ, & ipſius Galliæ exitium præſto erat. Ingratè acceptum, quod Cardinalis
F Lotharingus præſcriptione Metenſis epiſcopatus Cæſaris beneficiarius, & S.Imperij prin-
ceps,fidem & patrocinium Maximiliani Cæſaris appellauit, eiq; Metenſem agrum,quaſi in
Rege Franciæ parum præſidij eſſet,commendauit. Conſiliis eius Petrus Salſeda homo Hi-

ſpanus, præfectum regium ſe ferens, obuiam iit, & rem in perduellionis crimen traxit, quod A
poſtquam ex fœdere ante annos 13. cum ſacri Imperij optimatibus icto tres Lotharingiæ
ciuitates in fidem Franciæ Regis conceſſerint, ſine perduellione aliud patrocinium appellari non poſſet.

Diuiodurũ Mediomatricum præſidio tenetur.

Secundùm hæc Diuiodurum Mediomatricum milites Salſeda ſummittit, qui & Vici arcem, & Albeſtorſium pulſis cardinalitiis præſidio tenerent. Cardinalis per Aumalium fratrem coactis copiis Vicum obſidet, Lotharingiæ Dux per internuntios Reginæ rem enuntiat, vt quid ſuper ea re animi haberet indicaret. Vici oppido capto machinas à Lotharingo Duce mutuatus arcem verberat, per Chriſtophorum Baſſumpetram ruinam facit, & deditione arcem capit, ac diripit. Quod Rex cùm ingratè ferret, Cardinaliſve obſequium exueret, vim ſuſtinuit, & dimiſſis copiis Vicum, & Alberſtorphium in poteſtate Regis eſſe paſſus eſt. Fides eius in crimen ducta, quòd occulta conſilia in regni perniciem cum Treuirorum Archiepiſcopo, & Nicolao Poluillerio Hagonoæ præfecto, homine, ſi quis alius, nomini Gallico infeſtiſſimo, poſt acceptam ad S. Quintini oppidum cladem miſcuiſſet. B

Rex Galliã luſtrat.

Interea Rex Gallia luſtrata Neracum, Aginnum Nitiobrigũ, Veſunam Petrocoriorum, Angoliſmam vrbem maiorum ſuorum imaginibus, & monumentis inſignem venit, vbi Ioannes Bucardus apud eum ſectæ querelas prolixa oratione expoſuit: cui liberalibus verbis ſatisfactum. Inde Niortium, Thoartium in Pictonibus, Lodunum, Andegauum, Salmuriam, ac denique Blœſas venit, vbi conuentus in ſequentem annum Molinium Boiorum indixit.

Monpenſerij fratris obitus.

Hic annus Caroli Borbonij Rupiſutionij, qui iunior Monpenſerij frater fuit, morte inſignitus eſt. Mortuus & Ioannes Turtauilla Villebonius claris natalibus, ætate affecta, cùm ei Franciſcus Deſpeus Vetuſuilla equitum tribunus Rotomagi quòd ſibi honorem pro loco non habuiſſet, rixa verborum ad rem deducta, brachium vno concaſu abſcidiſſet, quod honorificè per vrbem traductum expiandæ noxiæ, ac ſolemni pompa ſepultum eſt. C

Turnebi mors.

Mortuus & Lutetiæ Turnebus politioris literaturæ decus, Andelij ad Sequanam nobili loco, ſed in tenui re natus, vir ſi ſectæ offucias à ſe ſpreuiſſet, incomparabilis. Sepultus eſt, vti teſtamento mandauerat, nocte intempeſta, vilibus exequiis, ſine funebri ſacerdotum, ac cereorum pompa. Sed ita tempora erant, vt nemo paulò politior eſſet, qui nouitate ſectæ, blanda conciliatrice, capi ſe non fineret. Plerique omnes in Auguſtana confeſſione proram ac puppim ſalutis ſuæ reponebant, quæ Bezæ, & aliis pleriſque ſectariis ludibrio erat.

Anno M.D.LXVI. ineunte Rex Moliniũ in Boiis ad regni conuentus profectus eſt. Eò D
vocati Colinij fratres, Franciſcus Mõmorantius equitũ Tribunus, Cuiſiani, vt praua certamina cõmuni vtilitate aboleret, & inter ſe ſolida pace coaleſcerent. Sic enim regni rationibus conſultum, & turbarum cauſſas extinctum iri opinio erat, acciti & ex omnibus regni curiis viri primarij, vt de conſilij ſententia ſemina tumultuum quæ pullulabant opprimerentur, & graſſanti peſti opportuna remedia adhiberentur.

Apud eos rex in Conſiſtorio regnum ſe hoc biennio luſtraſſe oſtendit, vt ſubditorum querimoniis vndique affluentibus, & aures præberet, & medicinam faceret. Id eſſe cauſæ cur eos tam celebri conſeſſu congregarit, vt quod vnum vrgentium malorum ſuffugium erat, de conſilij ſententia regni vulneribus mederetur. Nec enim ea ita deplorata eſſe, vt medendo ægreſcant, ſi conſilio & arte procurentur, ſanari poſſe, conſuleret modò quiſque in commune, & ſine fuco ſententiam ſuam expromeret. In hoc cardine ſalutem omnium E
verti.

Hoſpitalij in conſilio oratio.

Hoſpitalius Cancellarius, cuius ore loqui Rex ſolitus, longos de corruptis iudiciis, de legibus & edictis in curiis inferioribus quaſſis & irritis, ſermones cecidit. Litium multitudine rem ſubditis ad raſtrum redire, & magiſtratuum, aduocatorumq; numerum oneri regno, priuatis exitio eſſe, quomodo vim morborum medentibus, ſic fori tabem pecuniam aduocatis ferre, nihil tam publicæ mercis venale eſſe, quàm aduocatorum perfidiam. Principem bonarum artium ſordidis cauſſidicorum miniſteriis fœdari. Pro tempore leges nouas ferendas quæ religiosè ſeruentur, veteres abolendas. Ante omnia ſectæ querelis conſulendum, quibus niſi ſatisfiat, in manifeſtum exitium res exituras.

Edictum Molinenſe.

His auditis, & diligenter agitatis, poſtremo edictum conditum menſe Februario à loco Molinenſe dictum, præcipuæ in regno auctoritatis, quod 86. capitibus continetur. Inter F
alia decernitur, vt damnati niſi æs alienum intra quatuor menſes diſſoluerint, aut è menſa reſcripſerint aut dederint cum quo ſponſio fiat, quique fide ſua eſſe iubeat, vinciri poſſint,

& foro

A & foro cedere coguntur, vt probationes rei quæ ſupra centum libras Turonenſes eſſet, non niſi per ſyngraphas & contractus acciperentur. Vt rerum ad teſſeras à minoribus 24. annis perditarum repetitio eſſet, vt ſodalitates ſpecie religionis inter plebeios inſtitutæ abolerentur, & cætera talia. quæ hodieq; apud nos ex eo edicto in vſu ſunt. Edicti quibuſdam capitibus Senatus interceſſit, quare alio diplomate opus fuit, quo Curiæ per delegatos ſatisfactũ, & edicti æquitas oſtenſa, quod X. Kal. Ianuarij promulgatum hodie in Francia obtinet.

Antequam conuentus dimitterentur Colinij cum Guiſiis depoſita in ſpeciem offenſione in gratiam redière, ſed diſcidium illud malè ſartum eſſe, res poſtea docuit. Colinius magis præfectus ſolemni ſacramento crimen cæſi Guiſij diluit, dextras apud Regem inter ſe dedère. Coiit & inter Cardinalem, & Franciſcum Mommorantium Rege faciente, gratia, cùm vterque iuſiurandum dediſſet infectum, indictumq; eſſe velle, quod inclementius di-
B ctum, factumque eſſet.

Colinius cũ Guiſio in gratiam redit.

Cardinalis cum Franc. Mõmorãtio recõciliatur.

Henricus Guiſij filius ex Pannonia recens, cuius animi ad magna ſurgentes in illa ætate ſpem faciebant, iuuenem ad clariſſima quæque iturum, neque reconciliationi interfuerat, neque compoſito vultu ita dolorem premebat, vt indicia inteſtini odij non erumperent. Renouata & lis de matrimonio Franciſcæ Roanæ, & Iacobi Sabaudi Nemoroſij, & odio ſectę, cui Roana nomen dederat, per Pontificem decisa, ſchedulaq; Nemoroſij de matrimonio præſentibus verbis contracto irrita pronuntiata, moxque Nemoroſius Annam Ateſtinam Guiſij viduam vxorem duxit.

Inſtituta id temporis de religione diſputatio adnitente Monpenſerio inter Simonem Vigorem, & Claudium Sanctium magni nominis Theologos, & Ioannem Spinam, ac Hugonem Sorellum Roſerium ſectarios, eo fine, vt Franciſca Borbonia Monpenſerij filia, &
C Henricus Robertus Marcianus Bullionij Dux vir eius, ab errore ad pietatem Catholicam retraherentur, irrito vt fit euentu, acta colloquij Lutetiæ publicata.

Diſputatio de religione inſtituta.

Amicitia nuper Molinij inter Guiſios & Colinios coalita ex hac occaſione penè diſſuta eſt. Quidam Simon Maius homo perditus in ſuſpicionem inſidiarum venit, quas Gaſpari Colinio à Guiſiis ſubditus strueret. Is mandatu Colinij comprehenſus, apud iudices, maieſtatis crimine Colinium onerauit, ſed falſi compertus, rotæque impoſitus, vt ſicarium decuit, cruribus & brachiis ferreo ſtipite confractis periit. Lutetiæ noui motus à ſectariis qui Lugduni, in Fuxenſi comitatu, in Benearni pago erant, nuntiati: res Lugduni & in Benearni agro facilè compoſitæ.

In Fuxenſi comitatu plus negotij fuit. Robertus enim Pelleuæus Nicolai, qui poſtea Cardinalis fuit frater, Apameæ epiſcopus ſubreptitiis à Rege literis, ſectariis vſum in vrbe con-
D ciliabuli eripuerat, eoſq; aditu conſulatus præter morem excluſerat, vt ſoli Catholici conſules crearentur. Sectarij offenſi, cùm per feſtos Pentecoſtes dies, à meridie vt fit, choreæ per vicos à Catholicis agerentur, & per ſpeciem ſupplicationum perſonati homines argenteis ſigillis in foro propoſitis, cum laſciuia diſcurrerent, ad arma eunt, obuios quoſque trucidant, incendia per ædes Catholicorum ſpargunt, quorum plerique in arcem fuga enaſere. Conſul Bruſſius obtruncatus, eius ædes conflagrarunt. Carmelitarum, Franciſcanorum, Dominicanorum, & Auguſtinianorũ cœnobia expilata, imagines euerſæ, vrbis valetudinarium direptum Nonis Iunij anno M. D. LXVI. Catholici omnes cæſi, aut vrbe pulſi.

Motus magni in Fuxenſi comitatu.

Fama rei vulgata Fuxij, quod oppidum eſt arce munita inſigne, Catholici ex ſectariis XXXV. necant, cæteri portis vrbis effractis fuga elapſi. Apamcenſes Solanum è propinqua nobilitate ſummæ rei præficiunt.

E Re comperta Ioiũſa Ioãni Noguareto Valetæ negotium dat, vt turbas componat, in capita factionis vindicet. Valeta vt erat moderatione, & animi æquitate conſpicuus, conditiones proponit, vt vincti Fuxij & Apameæ vtrinque ſoluerentur, externus miles dimitteretur, diſcidia ſarcirentur, rẹs in integro fierent.

Valeta Fuxij præfectus.

Lutetiæ omnia ſiniſtra fama in maius accepta. Agri paſſim à Sarlaboſio Ioiũſæ miſſu vaſtati, donec Iacobus Angeuæus Rambulietus à Rege cum ampliſſimis mandatis in Septimaniam miſſus, adnitentibus Rabato & Caumontio ſectæ ſtudioſis res compoſuit. De iis qui ſacrilegio templa, & ſacras effigies fœdarant cognitio penès Senatum Toloſanum fuit, auctores ſceleris ad furcam damnati, fugam expediuere, bona fiſco addicta, detractis ad templorum ſarta tecta quadraginta librarum millibus. Fugitiuis aqua & igni interdictum eſt. Catholici damnatis iniuriam, aduocationemq; commodabant, & vapulantibus faue-
F bant. Illi in Pirenes latebras refugere, vnde egreſſi cùm latrocinia agitarent, manu vindicatum, ne apud illos ſcelera inulta manerent.

Tacharius prædo ex Angronia valle qui ad illos ſe aggregarat Toloſam ductus eſt, vbi

Tacharius prædo captus.

Senatus debitum ſupplicij modum ei reddidit,& hominem in furcam egit. Lutetiæ Carolus Molinæus Februario menſe libellum ſupplicem Senatui obtulit, quo petebat vt in ſectarios anquireretur, & legibus ageretur. Præcipua libelli capita fuere, quòd ſpeciè religionis ſeditioſos cœtus haberent, pecunias ſectæ conſciis propria auctoritate indicerent, conſiſtoria celebrarent, miniſtris priuatorum ſumptibus alerent, ſtipendia erogarent, quòd in conſiſtoriis miniſtri de omnibus cauſis ſpreta regij magiſtratus iuriſdictione cognoſcerent, plebeculam à fide Catholica ad nouas opiniones traductam licentia & libertate imbuerent, ipſi fere peregrini & hoſpites; nullaq; legitima vocatione miniſterium arriperent, & ſacramenta propria auctoritate adminiſtrarent, ſacerdotum munera interpellarent, denique omnia facerent, quibus ſubditorum fides in Regem infringeretur. Eo animo tum erat, vt ſi vita ſuppeteret, ſectæ opiniones ſcriptis ſuis euerteret, ſed in ea cogitatione antequam opus attingeret exceſſit. A B

Hic annus in Gallia magnis motibus iactatus non eſt, quod Reginæ prudentia, Hoſpitalij conſilio ſubnixa, omnes turbas in ortu premeret, maieſtatis reis gratia crebrò feceret, vt anſa ciuilibus diſcordiis reſecaretur.

Edictũ anni 1567.

Anno M.D.LXVII. edictum à Rege conditum, quo contra Senatuſconſultum Tertullianum cautum eſt, vt liberis mortuis mobilia, & res ſoli aliunde quàm à patre, aut paterna linea profectæ matri cedant, cum bonorum paternorum & auitorum pro dimidia parte vſufructu, quorum proprietas extincto per mortem matris vſufructu ad proximos agnatos reuertatur. Id edictum ex æquo & bono conditum, & à Senatu probatum promulgatumq; eſt, IV. Kal. Quintiles ne bona paterna & auita, imaginibus veluti reuulſis ad alienas familias tranſirent, & agnati ac gentiles iis exuti cum paupertate luctarentur.

Eliſabetha à Rege Caleſiũ repetit.

Eodem anno IIII. Kal. Maias Thomas Smithus cum Eduardo Norcio Angliæ apud Regem oratore Eliſabethæ Reginæ nomine in aulam venit, vt ex fœdere in Caſtello Cameracenſi inito, Caletum repoſceret, quo nominatim cautum erat vt qui prior intra octennium, quod tempus reſtitutioni præſtitutum, bello alterum laceſſeret, iure ſuo ſi quod habuit excideret, neque is cui damnum iniuria datum eſſet pactis ſtare teneretur. Re in Conſiſtorio diu agitata reſponſum Anglis, cùm intra octennium reſtitutioni ſtatum arma in Franciam intulerint, Franciſcopoli Gallos exegerint, eamque niſi vi, & armorum terrore, in manus regis tradere abnuerint, eos iure ſuo ex pacto excidiſſe. Angli honeſte dimiſſi dictis in ſpeciem acquieuerunt. C

Id temporis Albæ dux ex Italia in Belgium per Allobroges, & Seguſianos properans, Reginæ Auctor fuerat vt Heluetiorum auxilia mercaretur, & delectum per Gallias haberet, vt eodem tempore in Gallia, & Belgio ſectarij opprimerentur. D

Heluetiorum ſex millia conſcripta, per Campaniam turmæ aliquot equitum, & peditum cohortib. per ſpeciem limitis tuendi in armis eſſe iuſſæ, quod in ſuam perniciẽ fieri ſectarij interpretati, vt ſunt ſuſpicaces, & nouarũ rerũ auidi, cum Condæo & Colinio Caſtellione ad Loniam conſilia miſcent. Condæus anxios cum animo ſuo trahere magis ne ex vſu eſſet ad fidem & opem Regis confugere, & omnia lenibus conſiliis tentare, quam in bellum præcipites ferri. Andelotus iræ properus, & animi ferox, ſat diu iam ſectæ illuſum aiebat, non vltra hoſtium ludibria ferenda. Colinius non ſibi ſatis conſilij eſſe, metum an ſocordiam vocaret, quod tam diu in ambiguo ſederent, & terrore lenti iniurias diligerent, viris aut moriendum, aut libertatem per manus retinendam. Edictis regiis infirmam fidem eſſe, ſectæ conſcios in aula nullo numero haberi, foris opprimi, quorum contumeliam vita ſua commutari velit, & cùm vltimis iniuriis violentur, eo torpedinis deuentum, vt ſi Reginæ voculæ placati fuerint, ſuarum vltro iniuriarum gratiam ei debere putent. E

Bellũ à Senatu in ſectarios decernitur.

Hæc magnis contentionibus agitata paribus ſtudiis accepta ſunt, & ſummo aſſenſu belli conſilia celebrata omnes vno ore bellum conſciuere. Addidit Andelotus paucas vrbes, ſed munitiſſimas, & magni nominis occupandas. Superiori enim tumultu centum, vt minimum captas, & inſeſſas, quæ robur exercitus diſtraxerint, vt illis ab hoſte tuendis, & bello gerendo impares eſſent: quare vnius prœlij fortuna omnes in hoſtium manus deueniſſe. Tum verò quàm ociſſimè delectum habendum. Heluetios in quibus præcipuum Regiorum robur obterendos, ipſum Regem vt obnoxius ſit capiendum, Cardinalem Lotharingum mali labem, & belli facem extinguendum, omnes in Andeloti ſententiam pedibus ierunt. Vrbes factioni opportunæ viſæ Lugdunum, Toloſa, & Auguſta Tricaſſinm, quas primo quoque tempore tentari placuit. Prouiſis in eam rem opibus, ſtata dies qua conuenirent Kalendæ Octobris, locus Roſæum in Bria, quod primo impetu captum. F

Nobiles rei diſſimulandæ ex longinquis prouinciis non in turba, ſed ſinguli diuerſis itineribus

A netibus confluebant. Iam quadringenti amplius equites conuenerant, cùm res agitata ru-
moribus ad Reginæ aures accidit, quæ vt moras necteret, per Franciſcum Mommoran-
tium Equitum tribunum eos tandiu detinuit, dum Heluetij, in quorum exitio ſumma re-
rum erat, Meldis ad Regem incolumes ſe aggregarent. Annas Mommorantius re delibe-
rata cenſuit Regi Meldis manendum, ne ſi viæ ſe daret in itinere prœlij aleam ſubire co-
geretur.

Regina Lotharingi perſuaſu hoſtium vires mora increbreſcere cauſata, de nocte iter ca-
peſſendū, ne in oppido parum munito Rex circumueniatur, clamitat, fruſtra reclamante &
fidem Reginæ obteſtante Hoſpitalio, qui Regis & regni cauſſam prodi, pacis vias interclu-
di, & belli facem præferri aiebat. Res adhuc in integro eſſe, hoſtium animos expugnari poſ-
ſe, ſi vis ſemel tentata ſit, nullum medicinæ locum fore, aut Regi, aut perduellibus certam
B peſtem obeundam. Qua ex re tantum odium collegit, vt ei ſuſtinendo impar anno inſequu-
to magiſtratu abire, & aula excedere coactus ſit.

Rex itineris certus Heluetios cœnatos eſſe iubet, & tribus ad quietem horis datis nocte *Heluetij Re-*
concubia itineri ſe dat. Latus progredientis Heluetij cingebant, ſequebantur è nobilitate *gē in itinere*
pleraque Iuernij octingenti equites: octo de nocte milliaria progreſſi erant, cum ipſo dilucu- *comitatur.*
lo Condæani egregiè ornati aciem explicant, leuibus prœlijs res vtrinque tentata.

Heluetij quadrato agmine cōſtitere ſcutis ad terram oppreſſis, vt firmius hærerent, quod
ad ſummam pugnaturis in more eſt. Mommorantius veritus ne res ad iuſtum prœlium ſen-
ſim euaderet, Regi auctor fuit, vt diuerſo itinere, ducentis equitibus ſeptus rectà Lutetiam
tenderet, quò ſine offenſione ſub veſperam IV. Kal. Octobres venit. Mommorantius lento
gradu procedere, frontem hoſti obuertere, Heluetij quadrato agmine procedere, ne à late-
C re vel tergo circumuenirentur, donec Borgetum incolumes tenuere.

Cardinalis Lotharingus malo cauens, diuerſo itinere è conſpectu elapſus, Durocortorum *Cardinalis*
Rhemorum perrexit ad Theodorici caſtrum, à ſectariis qui ad Condæum ibant periculum *Lotharingi*
obiit, vixq; amiſſa ſuppellectile pernici equo ſalutem expediit. Sectarij ſpei irriti libellis ſup- *abſceſſus.*
plicibus Regem lactant, vt per eas motas ex omni Gallia copias cogant, quæ vulgato rumo-
re vltro exarſerant, & ad arma proſilierant.

Interim Lutetiam circumſident, commeatibus intercludēdis montem Rigoli, vbi Igon- *Lutetia ob-*
na Matronam ſubit occupant, Molatinas quæ vento aguntur ad ſancti Honorati, & tem- *ſidetur.*
plariorum portas igne vaſtant. Lutetia ſolo, cœlóque læta, ad vaſtum Beatæ virginis *Lutetiæ de-*
templum, & palatij inſulam medio Sequanæ alueo ſcinditur, vbi ad valetudinarium pons *ſcriptio.*
Mercatorum eſt, quem excipit pons Menſariorum, & aurificum, auro, argento, gem-
D mis incomparabilis. Tum alius pons Mercatorum ad palatium, ædificiis, & mercimoniis
hinc inde inſignis, ad nouum pontem manu & opere admirabilem, Sequana in duo bra- *Sequana*
chia ſecto, ducit. Is fluuius in Heduis ortus per Tricaſſes acceptis Alba iuxta pontem, & *deſcriptio.*
prope Moretum Lonia, Melodunum; & Corbolium alluit, & ad confluentem infra Ca-
rentonij pontem Matronam vrbis nutriculam excipit. Inde ſub nouo ponte variis arcu-
bus amplo, & fornicato ad Luparam euolutus infra vrbem ad quartum lapidem longo
tractu ſub Clodoaldi ponte lapſus, Sancti Germani oppidum ſubit vario anfractu, vbi
duæ arces Regum voluptuariæ, magnifico opere in colle ſitæ ſubrus labentem amnem deſpi-
ciunt. Mox Poſſiacum adeò ſinuoſo flexu pergit, vt cùm id oppidum Lutetia vix XII. millia-
ribus abſit, nauigantibus ſupra ſexaginta emetienda ſint, Inde octo dierum iter alueo ſtrin-
git, donec in mare ſe exoneret. Dicas flumen inuitum vrbe abſcedere, ita amfractuoſo &
E leni curſu cunctos finitimæ regionis angulos pererrat, vt annona vrbem populoſam iuuet.
Inde ad confluentem S. Honorinæ, Eſiam excipit alteram Lutetiæ nutricem, qui fluuius in
Tiracenſi agro ortus ſecundum Faram Veromanduorum, ac Nouiodunum decurrens, Ve-
la ex Remis, & Axona ex Sueſſionibus auctus Compendium vrbem affluit, vnde annonam
commodè Lutetiam vehit. Sequana verò adeò leni agmine fluit, vt aduerſo flumine naui-
gabilis nauigia ferat, quæ cum triremibus magnitudine certent, vnde Rotomago, & ex aliis
oppidis copiæ omne genus in principem vrbem importantur, quibus ſi aditum obſtruxeris
clauſis annonæ ſubſidiis inopiam vrbi feceris, vt validum illud corpus quaſi venis inciſis
breui deficiat.

Eo conſilio ſectarij aditus omnes in vrbem occluſere, S. Dionyſij oppidum regni inſigni- *S. Dionyſij*
bus nobile quarto ab vrbe lapide inſedêre, vbi libello ad Regem ſupplici honeſta nomina *oppidum à*
F bello prætexêre, manifeſti ſceleris contra verum niti, Guiſios criminibus onerare inſtitue- *ſectarijs in-*
runt. Sermonis commercia per Huſpitalium, Sanſulpicium, Sebaſtianum Albaſpinæum *ſeſſum.*
Lemouicum epiſcopum commeabant, quæ fruſtra fuere.

In-

In primis id à Rege contendebant, vt Itali regno excederent, quorum aſtu vectigalibus A
plebecula opprimeretur, & par in regno Catholicis, ac ſectariis libertas eſſet, vt regni
comitia more maiorum libero primo quoque die haberentur. Regina plurimum quantum
ad illa poſtulata exarſerit, fœmina ingens animi, regiæ magnificentiæ aſſueta, quæ
id agi videret, vt vel in ordinem cogeretur, vel Gallia excederet. Interim colloquium ten-
tatum irrito euentu.

Fœderati à Condæo aduocantur.

Condæus ne ſpes ſuas corrumperet, aut lenitas in perniciem caderet, fœderatos vndique
aduocat, quatuor equitum millia, tria peditum Kal. Octob. ad Thorium in Belſia conuene-
re. Iam illa mox deditionem imperanti Carnutum Vicedomino patuit, Stampæ vi captæ,
arx dedita cui præſidium impoſitum. Dordinga à Ioanne Hoſpitalio Choëſij Comite prodi-
ta, ipſe ad ſectam ſe aggregat.

Ad Sanclodoaldi pontem tumultuaria pugna cum regiis fuit, inde longiùs progreſſi om- B
nia propter vrbem munimenta, turres, arces, pontes occupant, vt aditus ad vrbem obſtrue-
rent. Claromontius turrim ad Charentonium ponti impoſitam deditione capit, qui dedi-
derat Lutetiæ ob ignauiam ſecuri percuſſus eſt. Andelotus cum CCCC. equitibus Poſſia-
cum profectus in rebus nihili diutius hæſit, quàm vt prœlio quod ad S. Dionyſij oppidum
mox geſtum eſt, ſuis adeſſe poſſet.

Aurelianũ captum.

Iamque ex tota Gallia numeroſæ ad regem copiæ confluxerant, iam turmæ cataphra-
ctorum equitum, in quibus præcipuum regni robur eſt, magno numero conuenerant: diuer-
ſa parte Lanoius militia clarus, Aurelianum aſtu intercepcrat, præſidiarios arci impoſitos
ad deditionem coegerat. Burrius Argentolium municipium ad Sequanam infra Dionyſij fa-
num diripuerat: vrbs populoſa inopia commeatuum tentabatur, plebs malis fructibus vix
agitabat, & ad ſeditionem propior erat, de conſilij ſententia caſtella quibus annonæ ſubſi- C
dia obſtruebantur, recipi placuit: quod antequàm fieret decretum inter duces, vt Pontones
ab hoſte ad S. Audœni fanum ſupra Lutetiam ad Sequanam ducti, quò intercluſo tranſitu
auxilia ſummitti non poſſent, corrumperentur.

Ad id ingens nauigium ornatur, tabulato firmo tectum, vt militi pro pluteo, & muni-
mento eſſet. Huic quinquaginta milites impoſiti, cum dolabris & terebris, qui nocte intem-
peſta prono alueo ſubiecti cùm ad locum veniſſent, & vigiles vino, ſomnóque obruti eſſent,
Pontones exſcenſione facta per fabros terebris corruptos, ac perforatos fluuio mergunt,
mox incolumes ad ſuos euadunt, adempto ſectariis Pontonum vſu.

Inde copiæ Lutetiam miſſæ quibus rei frumentariæ negotium expleatum, & caſtella an-
nonam obſtruentia capta, vel exciſa, non tamen ideò ſermones preſſi, quibus Mommoran-
tius carpebatur, eum Condæo addictum, Colinio affinem conſulto bellum trahere, nihil D
actum reſtitutis annonæ copiis, niſi belli moleſtia diſcuteretur. Mommorãtio per initia cer-
tum nihil in caſum dare, verùm vt gliſcentem in dies inuidiam frangeret, rupta patientia,
conſilia quibus impar eſſet, fato permiſit.

Milite ad Regem vndique affluente copiis auctus, medio inter vrbem & S. Dionyſij op-
pidum itinere, ad Capellam ſtationes promouet, per abſentiam Andeloti fortuna vtendum
ratus, aciem inſtruit, non vt de ſumma re decerneret, ſed quo hoſtem S. Dionyſij fano pelle-
ret, vt initia prouenisſent famam in cetera fore dictitans. Mox quadringentos equites ſum-
miſit, qui propius ſuggreſſi, cum hoſte leui pugna velitati ſunt, cumq; Dampetra Andeloti
turmæ ſignifero cæſo in armis noctem, diemq; agitare coegerunt. Ab iis de numero hoſtium
doctus, conſulto Regis poſtridie in hoſtem ducit. Condæus quanquam numero impar prœ-
lio experiendum putabat, vt famæ conſuleret. Ita rem eſſe, vbi contrariæ acies conſtiterint, E
vtra prior loco ceſſerit, alteri victoriam tradere. Alij S. Audœni fanum deferendum puta-
bant, & ad S. Dionyſij oppidum contrahendas copias, quæ in varia diſiectæ erant. Vicit
Condæi ſententia, & pugnæ conſilium captum. Mommorantius in bona ſpe agere, quòd
numero potior, virtute non impar eſſet.

Mõmorantij exercitus.

Erant in exercitu X V I. millia peditum, tria equitum cataphractorum ex regni ordini-
bus, quos Carolus V I I. bellis ciuilibus feſſus, ſtato ſtipendio, vt ad omnes caſus præ-
ſto eſſent inſtituerat, & tributum aliud pofuerat, quod in quinquaginta millia peditum
ſufficeret.

Cõdæi exercitus.

Condæo bis mille quingenti equites tria peditum millia præſto fuere. Cæteri in varia
ſpatſi per agros & oppida prædas agebant. Patens eſt camporum æquor inter vrbem, & S.
Dionyſij oppidum, quod media via ſilice ſtrata inter S. Audœni fanum, & Auberuilleriam F
diuidit. Mommorantius per eam planitiem longo ordine aciem, Villetam pagum non in-
ſrequentem verſus porrigit, ad dextram Heluetios locat, additis ſclopetariis qui 14. tormen-
ta contra

Google

A ta contra Auberuilleriam directa tuerentur. Ipſe ad læuum Heluetiorum latus cum firmo equite ſtabat, præmiſſo Franciſco Mommorantio filio equitum tribuno, qui patrem alis equitum regeret. Infra eos Capellam verſus, legio peditum Pariſienſium erat ad ſpeciem auro fulgens, ſed nullo belli vſu.

Condæus ex aduerſo tres acies inſtruit, primam Colinio maris præfecto, & Claromontio Amboſiano credit, in qua V I. vexilla, & 40. ſelopetarij equites duce Dominieo Valfenerio, ſecundam Lauardino, Ienlio Breſſaldo, Beſſeneuriano, Beco Varda, cum ſex equitum turmis, & quadringentis peditibus; vltimam ipſe ducebat, in qua Odetus Colinius Cardinalis, Barbanſonius, Carnutum & Ambianorum Vicedomini, & alij plerique.

Vardenſis & Ienlius cùm tormentis regiis infeſtarentur primi impetum fecere, qui cùm à regio milite circumuenti eſſent, procurrit Colinius, vt eos periculo eximeret, à quo legio *Pugna aggreſſio.*
B Pariſienſis fugata. Mox inſecutus Condæus in hoſtem irrupit tanta vi, vt Annam Mommorantium loco moueret, cuius filius Franciſcus fuga hoſtium facta, latè ſtragem edebat.

Mommorantius pater æuo feſſus, non tamen priſtinæ virtutis immemor, & ducis & militis munia fortiter obiit. Accepto in ore vulnere cùm à Roberto Stuarto vt ſe dederet rogaretur, ipſe valida manu capulum enſis in maxillam eius intorſit, & tres ei dentes Senex octogenarius excuſſit, qua iniuria commotus Scotus Annam plumbeo globo à tergo transfegit: Coſſæus, Aumalius, & Damuilla ſuis laborantibus affuêre, & reſtituto prœlio vertêre hoſtem. Chauignius Claromontium tranſuerberat, & turmam ejus fundit, Condæus equo confoſſo prolapſus à ſuis recipitur, & lento gradu ſeruatis ordinibus inumbrante nocte cùm prœlium tres horas extractum eſſet S. Dionyſij fanum ſe recipit, inſequente Fran- *Mommorantius pater cadit.*
C ciſco Mommorantio, qui magnam equitum ſtragem ediderat, & eo die palmam inter duces obtinuerat. *Franciſc. Mommorãtij virtus.*

Pauci ex regiis cecidêre, inter quos Annas Mommorantius 6. vulneribus confoſſus, ingens ſui deſiderium reliquit. E ſectariis primaria nobilitas cæſa, in quibus Franciſcus Saülius Comes, Santandreanus ipſius frater, Nicolaus Campanus Suſij Comes, Antonius Dallius Piquinius Ambianorum Vicedominus, & eius filius, Garenius, Franciſcus Barbanſonius. Nox plenam victoriam Catholicis inuidit. Filij prementes gemitum, & intorſus lacrymas agentes Mommorantium patrem ſemianimem in vrbem tetulere. Regij potiti prœlio, cadauera cæſorum in poteſtate habuêre. *Annæ Mõmor. funera.*

Poſtridie Mommorantius V. Idus Nouembris reliquias ſpiritus proſpero fine permutauit. Vir Catholicæ fidei inter paucos tenax, patriæ amans, Regi fidus. Apud plebem aduet-
D ſo rumore fuit, habitus ſupremis honor. Solennia funeris regali prope pompa proceſſere.

Andelotus eodem die ad Condæum redierat, qui manè in armis ad ſuburbia ſuggreſſus, molatrinas ſubuentaneas incendit: quarum vna è ſolido lapide cùm præſidio inſeſſa eſſet fruſtra tentata, Guerrerius dux qui ſectarios eum clade repulerat, proſpera fama fuit. Sectarij rebus in dies dilabentibus audito penes Henricum Andium Ducem Regis fratrem vix puberem ſummam armorum eſſe, veriti ne in oppido S. Dionyſij obſiderentur, quarto poſt die Montergolium pergunt, eo conſilio vt ſe cum Germanis coniungerent, qui duce Caſimiro Palatini ſeptemuiri filio in Lotharingiam vſque iter promouetant.

Interim in Pictonibus, Santonibus Engoliſmenſi agro delectus ſectæ nomine habebantur. Rupella exuto Regis ſacramento in Condæi fidem proditione Trucharis Decurionum primi, Maiorem vocant, conceſſerat, ſectęq; ſacramento dixerat. Diuerſa parte Aumalius in
E Germaniam miſſus, vt tria millia equirum à Ioanne Vilelmo Saxone, & Carolo Badenſi Marchione Regis nomine acciperet.

Miſſus & Lodou Sangelaſius Lanſacus ad Fridericum Palatinum ſeptemuirum, vt filium à patribus abduceret, neque enim hîc agi ſectæ cauſſam, cui libertas in Gallia conſtet, ſed ipſum Regis caput peti. Ea res eò vſque dubium Palatinum habuit, dum ei aliter pro vero conſtaret. Ex Aquitania X I I I I. equitum turmæ, X X V I I. peditum centuriæ ad Condæum venere Campagnæo duce, qui monachum eiurarat. *Campagnæus monacho eiurato militũ dux.*

Is Auratum in Lemouicibus vi cepit, & vt erat ad flagitia proiectus, diripuit. Lnſinianum munitiſſimum caſtellum prodente Vigeano præſidij duce citra ſanguinem recepit. Pictauium fruſtra tentauit.

Inde Aurelianum ventum, mox ſectarij pontem ad Igonnam ſitum oppidum pugnando *Aureliana ſtrages.*
F capiunt, obuios ad interneeionem cædunt, quorum aliqui fuga Senonas euaſere, ij quibus in arcem perfugium fuerat vitam pacti ſe dedidêre. Tot ſucceſſibus erectus Colinius Senonas ducit, mágis diſtinendo hoſti dum ſui Sequanam tranſmitterent, quàm ſpe potiundæ

vrbis,

vrbis, cùm eò ſe Henricus Guiſius cum ſpe bona iuuenis, obſidioni ſuſtinendæ parem lo- A
cum ratus, receepiſſet.

Inde Colinius genio iuuenis & indole territus, Braium ad Sequanam vertit, vnde ruina
facta, Corboſo Mongomerij frater cùm per foſſam fluuio reſtagnante plenam, militi madi-
do, & per lubrica lapſanti enitendum eſſet, vulnere accepto centum viginti ex ſuis amiſſis
repulſus eſt. Combaldus præſidio impoſitus rebus in arcto ſitis, auxilij ſpe præciſa, omnia
ſalua ſibi, ſuiſq; pactus vrbem dedidit. Noientum ſine certamine deditum. Ibi de pace ſer-
mones iacti moram hoſtibus iniecêre. Ferrerius Carnutum vicedominus bellandi vetus,
conſilia pacis, quæ fraudi eſſent, reſpuenda cenſuit. E cuius ſententia Germanis aduentan-
tibus obuiam itum, cùm alij in veſtigio manendum dicerent.

Delectus mãdatu Cõdæi habiti.

Interim in Allobrogibus Rutenis, Caducis, Prouincia, Septimania mandatu Condæi
per Curſolium Acierium, Monbrunium, Sipetram, & Mouentium delectus agebantur. Ar- B
ces Nemauſi & Mompelij deditæ, V I I. armatorum millibus S. Frontonis oppidum quod à
regiis inſeſſum infeſtam regionem habebat, cuniculis ſuffoſſum eſt, præſidiarij occidione
occiſi. S. Marcelli fanum eandem ſæuitiam expertum eſt. In Boiis, Aruernis, Forenſi, Matiſ-
conenſi, ac Belliiocenſi agro Poncenacus Condæi nomine tria millia peditum, quadringen-
tos equites coegerat, quos vt aleret Cluniacenſi cœnobio religione ſacro vis allata, monachi
malè habiti, S. Ioannis oppidum multa cæde direptum, omnia ſacra, profanaq; perinde
habita.

Ipſe cùm per Seguſianos incederet, à Montareo Nemoroſij in Boiorum præfectura lega-
to, qui Aquitanicas copias ad Regem ducebat interceptus, ad Champolium milite fuſo ſi-
gnis exutus fuga euaſit.

Interim Niuernius Italia recens, cum veterano ſubalpinę Prouinciæ milite, & Bellomon- C
tio Adretio qui ad partes tranſierat, XIIII. bellatorum millia trahens, Matiſconem à Loue-
ſio inſeſſum ducit.

Matiſconis deſcriptio.

Ea vrbs Arari impoſita iter in Seguſianos põte obſtruit, ab ortu & meridie amne cincta,
ad occaſum & Boream colles vitiferos obtendens, qua parte catapultis ruina facta Loueſius
ad deditionem coactus eſt. Inde Niuernius per Campaniam ad Andium ducem inoffenſo
itinere duxit. Vbi accepto nuntio de Henricæ Clinenſis vxoris valetudine, quæ per cauſ-
ſam puerperij in vltimis erat, dum officioſiùs, quàm cautiùs rapto delectorum ſexaginta ag-
mine ad eam tendit, proximè Donzium ſuæ ditionis oppidum, in Bellomontium Antranio
impoſitum incidit, cum quo conſerta manu vulnere accepto victor, hoſte fuſo, genu in reli-
quum ætatis debilitato iter perrexit.

Secundùm hæc Dux Andium inducias trium dierum pactus ſpe pacis ſectarios attine- D
bat, qui repentino Briſſaci aduentu paucis amiſſis per incuſtoditas vigilias periculum obie-
re, ſed damno moniti militiæ diligentiores in poſterum fuêre, & itineri ac prœlio proceſſe-
re. Briſſacus præcipitata pugna negotium corrupit. Si paulùm ſuſtinuiſſet, in eos Dux An-
dium tota mole inſiliebat, & vno prœlio de ſumma belli tranſigebat.

Pacis petitio.

Iterum de pace actum, ſed commeantibus inuicem nuntiis in ſumma, pacis nihil profe-
ctum, cùm eæ conditiones à ſecta proponerentur quibus Rex in ordinem cogeretur, & no-
ua opio ſupra Catholicam fidem ſe erigeret. Condæus vbi Lotharingiam venit, Caſimirus
nuſquam comparere, milites fremere, indignari, donec de aduentu eius nuntiatum. Cui
cùm ſtipendia repræſentari oporteret, nec pecunia ad manum eſſet, noua mœſtitia ani-
mum ſubit: quicquid argenteæ ſupellectilis, quicquid torquium, gemmarum, armil-
larum aurearum fuit, ſtipendiis impenſum eſt. Refecta X X X. aureorum millia, qui- E
bus Germanis in parte ſatisfactum, V I. millia quadringenti equites, tria millia, pedites
erant.

Condæus auxiliis auctus Lutetiam regni caput ducit, vt cum hoſte prœlio tranſigeret,
aut honeſtas pacis conditiones extorqueret. Cùm per Heduos ad Sequanæ fontes ventum
eſſet, occurrit Niuernius cum Italis, & per fluuij alueum murices, ac tribulos ſpargit, quibus
equi eorum qui vadum tentarent confixi lapſarent, & equitem ad ictum darent. Sed Coli-
nius rem ſubodoratus alueum raſtris purgat, & fluuio transmiſſo Italos fudit.

Inde Creuantium oppidum ad Igonnám annonæ copiis refertum itur, quod machinis
verberatum hoſtem repulit. Soluta obſidione Irancium vineris nobile ducitur, vbi vexil-
lifer turmæ Condæi ab oppidanis cæſus erat, catapultæ admotæ, ruina facta, oppidum fer-
ro flammaque vaſtatum, incolæ ad internecionem cæſi. Mox per Montargirium transmiſ- F
ſo amne in Belſiam ventum.

Id temporis in Pictonibus quadringenti equites Condæi auſpiciis ad Mareolium Loio
amni

Digitized by Google

A amni impoſitum conuenerant, quos Vidus Callonius Ludenſis Prouinciæ rector veſtigiis
ſequutus eſt, diſpoſito per pagos milite qui aditus obſtrueret, & cuncta ſectariis infeſta fa-
ceret. Tum ſuam equitum turmam per Albergementium ex Rufecenſi familia nothum, S.
Herminiæ pagum quarto à Mareolio lapide præmittit. Sequebatur ipſe cum quinque equi-
tum vexillis, & nouem peditum ſignis: quo nuntio territi hoſtes abiectis armis dilapſi ſunt.
Pars in fuga à Ruſticis cæſa, pars Rupellam tenuit, quæ in poteſtate ſectæ erat, Fabio San-
terminio præfecto. Is Retenſem inſulam, Maranenſem Peninſulam, & oppida finitima reli-
gionis ſpecie ad partes traxerat, tria equitum vexilla, ſclopetariorum cohortes aliquot con-
ſcripſerat, quibus fretus Luſſonum, & Malleacum ditiſſima cœnobia epiſcopali titulo à Ioã-
ne XXII. Rom. Pontifice inſignita, quæ Angli olim mœnibus nudauerant, aggredi inſti-
tuit. Plebecula in templum ſitu & opere firmum duce Cantoclaro ſtrenuo ſacerdote refu-
B git, quam perruptis templi porticibus ſectarij incredibili ſæuitia trucidarunt, Cantoclarus
qui amiſſa læua, tam certos dextra ictus dirigebat, vt quoſcunque ad ictum peteret, præſen-
ti peſte conficeret, nõ ſine certamine captus in furca ludibrio fuit. Direpto Luſſono ſectarij
à Ludenſi intercepti capite luerunt.

In Aquitania Blaſius Monlucius Prouinciæ rector Lactorarum præſidio inſederat, erepta *Lactoratū præſidio inſeſſum.*
Fontralio ſectæ conſcio arce, & in eius locum Caſſiano ſuffecto: erant ei ad manum qua-
tuor cataphractorum equitum turmæ, VIII. equitum ſclopetariorum vexilla, XL. pedi-
tum ſigna, quibus Lomanium Terridam impoſuit, virum compoſita ætate, bello impro ſpe-
rum, cui ſuffectus Pardaillanus Gondrinius militia bonus, eiq́; negotium datum, vt expedi-
tis itineribus ad Regem copias ſuas raperet, nec difficillimo tempori deeſſet. Rex Monlu-
cio belli in Santonibus gerendi, & Rupellæ obſidendæ prouinciam mandat. Is S. Macarij
C oppidum profectus, Madaillanum Lauſonij ſigniferum cum turma equitum, & ſclopeta-
riorum vexillo præmittit, mandatq́;, vt Maranenſes ad S. Seuerini fanum cæderet, quod ille
impigrè exſecutus tria hoſtium ſigna cepit. Monlucius ad S. Ioannis oppidum de ratione
belli cum Ludenſi egit. De conſilij ſententia Retenſis inſula per Leberonem, Monlucij co-
gnatum peditatui impoſitum vi capta, inſulani occidione occiſi, nemini vitæ gratia facta,
quo terrore reliquæ inſulæ in poteſtatem venêre, inſulani Rupellam euaſerunt.

Inter hæc Poncenacus cum cladis reliquis deuiis itineribus ad Acierum ſe aggregarat, *Poncenacus Acierium ſe aggregat.*
qui ex Allobrogibus digrediens S Andreæ oppido, propter Viennam, Pipetum cum trecen-
tis ſclopetariis impoſuit, vnde ab Adretio pulſus eſt. Mouentius, & Rapinus petita ab A-
cierio venia IIII. militum millia ad Condæum traxere, qui Vicanum Pontem Elaueri am-
ni impoſitum cum veniſſent, in planicie ſubiecta proximè Cognaeum in equites regios in-
D cidêre, quibus præerat Sauteranus Aruernorum præfectus, Sancaumontius, Gordius, Vr-
feus, Breſſius Altofolius, & alij plerique ex primaria nobilitate duces.

Mouentius pro loco, & copia commode aciem inſtruit, reſciſſo ponte Vicano, vt effugij
ſpe abiecta milites in victoria ſalutem & opes haberent. Monclarius pagum cum Mouen-
tio tenuit, ad læuam Fuxenſes ſtetêre, Poncenacus ad latus cum equitatu, Burniquetus ad
dextram cum reliquis equitum turmis. Regij cataphracti octingenti numero in duo agmi-
na diuiſi ſunt, quorum latus pedites quingenti, & ducenti ſclopetarij equites tegebant, qui
cùm in Mouentium inter carecta latentem incidiſſent, pedem referre coacti ſunt: deinde
vtrinque totis viribus concurrerunt. Altefolius & Breſſius deſiderati amiſſis aliquot è ſuis,
nox prœlium diremit, regiis inclinatis, & ad fugam pronioribus, è ſectariis Poncenacus, &
Saduretus forenſium præfectus iuridicus cæſi ſunt. Regiis pedem referentibus Rigomagi,
E Claromontij, Monferrandi, & aliarum vrbium portę occluſæ ſunt, plebe Fortunam ſequen-
te, ſectarij ſine offenſione Aurelianum venere, inde Bogentiacum, & Blœſas deditione ce-
perunt. Mox ad Condæum ſe aggregarunt, qui Autricum Carnurum obſeſſurus venerat.

Ea vrbs munita ſitu, & opere, Belſiæ princeps, Dura fluuiò media ſecatur, qui Curtauilla
labens infra vrbem ad Ceriſiacum Blaſiam excipit. Fluuio Molatrinæ ad vſus oppidanorum
impoſitæ ſunt. Rex vrbi cauens, in qua plurimum momenti ad bellum eſſe ſciret, eò Anto-
nium Lignerium cum duabus equitum alis, quinque peditum ſignis, Burdelium cum X.
Vaſconum centuriis miſerat, XVII. Kal. Martias.

Condæus tota belli mole ingruens vrbem obſedit. Pilius cum ſuis in ſuburbiis ad por-
tam S. Ioannis, & Drocenſem curabat, Mouentius ſuburbia quæ S. Parenſem portam aſpi-
ciunt, tenuit, Germani ad Ioſaphati cœnobium caſtra poſuere. Equitatus vicina vrbi loca
F inſedit. Lignerius qui ſummum vrbis imperium obtinebat molas verſatiles quinque, truſa-
tiles totidem, ſedulo curauit, vt ſi piſtrina fluuio impoſita alueo auerſo corrumperentur, vſui
plebis ſeruirent, tum loca vrbis parum munita foſſa intus & aggere munit.

F

Digitized by Google

Sua cuique duci regio attributa. Rantius ſummæ rei ſecundùm Lignetium præfuit, de A cuius ſententia præſidiarij eruptione facta vicina ædificia, vnde miles in vrbe infeſtabatur, incendio corrupetunt. Porta Drocenſis catapultis fulminata eſt.

Sublicij põs. Pontis Sublicij catenæ fractæ exiguo fructu, quare verberario directa infra turrem, & Guilelmiam portam, & muro deiecto ruina X V I. paſſuum facta, quæ cum erecto ad portam Drocenſem munimento protegeretur impetu facto munimentum obſeſſis ereptum eſt, in quorum manus poſtliminio redijt, Foliati ordinum ductoris virtute, qui eruptione facta hoſtes nec opinantes oppreſſit, & firmo præſidio munimentum firmauit.

Cùm verberario intenderetur, & ruina latiùs pateret, Lignerius aggerem inter Drocenſem portam, & Dominicanorum ædem exſtruxit, machinamq́; impoſuit quæ ruinam protegeret, quare hoſtes aliud tentandum rati, auerſo fluuio molartinas corrupere, Lignerius obſidionem flagitij tatus crebris eruptionibus hoſtem infeſtum habuit, & aliquot ei ſigna B eripuit.

Dum in eo ſunt miſſus eſt à Condęo Colinius cum quatuor equitum millibus, qui Ioannem Noguaretum Valetam leuis armaturæ ſub Nemoroſio legatum, obſeſſis ſubſidio miſſum interciperet; quod tam properè factum, vt ex improuiſo Itali aliquot oppreſſi ſint. Valeta ex tumultu collectis quadringentis equitibus nuſquam ſolutis ordinibus crebrò ad hoſtes frontem, manumq́; vertens periculo exemptus, ad Ducem Andium incolumis ſe recepit. Interim de pace actum, in quam Condęus, & Colinius ſuis cottidie dilabentibus conſentire coacti.

Pax promulgatur. Promulgata pace in caſtris X. Kal. Aprilis obſidio ſoluta, Germanorum auxilia dimiſſa, vrbes pleræque bello captæ in Regis poteſtatem venere. Miſſus Toloſam promulgandæ paci à Condæo Rapinus vir manu ſtrenuus ſenatus auctoritate ſubditis criminibus ſecuri C percuſſus eſt, quod Condæus ægerrimè tulit, & apud Regem queſtus offenſionis immodicus fuit: quare pax non in longum tenuit. Reliquum tamen anni tempus à tumultu vacuum fuit.

Nauigatio in Floridá. Suſcepta eſt id temporis in Floridam Americę occidentalis prouinciam à Gallis nauigatio, de qua pauca ſubiicienda ſunt. Floridam quis primus aperuerit incertum. Plerique Sebaſtiano Gabato nauclero Veneto hunc honorem habent, vt eum Henrici V I I. Anglorum Regis auſpiciis anno 1496. Primùm eò penetraſſe dicant deinde Ioannes Pontius Legionenſis eò appulit, ipſo Palmarum die, quod Paſcha Floridum vocant, vnde & Floridam indigerauit, vbi & cum ſuis haud ita multo poſt ab indigenis oppreſſus eſt.

Anno 1534. Ferdinandus Sotus vir inter decus & flagitium ambiguus, cùm eò appuliſſet, accoláſque fodiendis metallis immani ſæuitia totum quinquennium exercuiſſet, ſpei D caſſus inter maximos cruciatus contabuit.

Anno 1544. Iulianus Sumanus, & Petrus Alumada eodem à Carolo V. miſſi, cùm aureos montes quos ſibi per ſomnium promiſerant non reperirent, exitium de quo non cogitarant vigilantes repperetunt. Eius prouinciæ pars anterior manicæ ſimilis, quà mare dat. Gremium prona fronte porrigitur, & latitudine centum, longitudine ducenta milliaria ſuperat, vigintiquinque gradibus ab æquatore diſſita. Floridam à Gallis primus omnium Villagagnonus haud infeliciter tentauit, quem ſecutus Ioannes Ribaldus Dieppenſis anno 1562. Kal. Februarij auctoritate regia duabus nauibus egregiè inſtructis mari ſe committere auſus, duorum menſium itinere Promontorium importuoſum appulit, quod Francicum vocauit, 30. ab æquatore gradibus, deinde longiùs progreſſus, multis amnibus nomina Gallica dedit, quæ non manſére: demùm inter fretum S. Helenæ, quem portum Regalem indi- E gerauit, & æſtuarium Maij fluuij ad inſulam cedris conſitam arcem Carolinam aggere & foſſa forma triquetra muniuit, in qua tormenta, & annonam cum præſidio depoſuit, Alberto præfecto, inde Dieppam incólumis 13. Kal. Quintiles rediit. Qui in præſidio erant, cum regulis indigenis amicitiam coiere, à quibus humaniter accepti ſunt. Mox domeſtico tumultu, Alberto cæſo Nicolaum Barrenſem ſibi præfecère, à quo ſimiliter habiti ſunt, donec rerum omnium inopes arce derelicta, de reditu in Galliam conſilio capto, inſtructa naue itineri ſe dedere, vbi vento remittente defixi, poſt extrema omnia noxij hominis carne famem ſolari coacti ſunt. Tandem Anglicæ nauis ope humaniter ſubleuati ad Eliſabetham in Angliam venere.

Pax in Gallia firmata. Mox firmata in Gallia pace Colinius apud Regem inſtitit, vt Renatus Laudonerius, qui cum Ribaldo ſuperiori nauigatione iter conſecerat, huic expeditioni præeſſet Is Franciſco- F poli tribus nauibus egregiè inſtructis X. Kal. Maias anno X I I I I. ſoluit, & per Fortunatas inſulas, deinde per Antillas ad nouam Franciam appulit. Ibi cùm in littore Saturionam regulum

Digitized by Google

A [illegible]dum obuium habuiſſet, exſcenſione facta humaniter excipitur, & ad Metam in qua re-
gis Galliæ inſignia ante biennium poſita erant deducitur, quam laureis corollis, & florum
quaſillis incinctam ab indigenis beneuolentiæ ergo repperit. Regulus more genti tradito
filio Atoræo vxorem ceſſerat, ex qua ille liberos ſuſceperat, cùm pater eius conſuetudine
in gratiam filij abſtineret. In eo tractu vitam ad centum quinquaginta amplius annos pro-
ducunt.

Inde Franci longiùs ad Septentrionem progreſſi munitionem in æſtuario, quod à Maio
menſe Ioannes Ribaldus Maium appellarat, exſtruunt, & nomen ei Carolinæ condunt.
Mox Laudonerius per ſuos finitima loca luſtrat, ſi fortè auri fodinæ repperiantur, & naues
in Galliam remittit. Reſcitum in Apalaticis montibus crebras auri ſodinas eſſe, quas mor-
bo decumbente Laudonerio cùm ſeditioſi aliquot nauibus inſtructis peterent, in actuariam
B auro gemmiſq; plenam, qua inſulæ cui Hainanæ nomen præfectus Hiſpanus vehebatur, in-
cidunt, eumq; cùm tribus liberis capiunt, pro quibus ingentem auri vim pactus, vnum ex
iis Gallorum voluntate cum literis ad vxorem expediendæ pecuniæ mittit, quæ repente ar-
mata claſſe in prædones inuolat, virum & filios liberat, Galli capti ſub haſta venditi ſunt,
aut in Hiſpaniam deportati. Furnatius, & Stephanus Genuenſis ſeditionis auctores cita na-
ue cum ſuis euaſerunt, qui deinde à Laudonerio intercepti capite luerunt, militi gratia fa-
cta. Cùm autem annona in arcto eſſet, nec ab Indis commeatu iuuarentur redeundi conſi-
lium formant: quo tempore commodùm accidit, vt eò quatuor Anglicæ naues duce Ioan-
ne HancRinio appellerent, à quibus & naue donati, & commeatu recreati ſunt. Cùm in
eo eſſent, vt portu ſoluerent, Ioannis Ribaldi auxiliaria claſſis in æſtuario viſa, quæ conſi-
lium abeundi Laudonerio abrupit. Aliquot dies inter gratulationes abierant, cùm octo Hi-
C ſpanis nauibus animaduerſis Ribaldus fuga pedem refert, quem Hiſpani fruſtrà inſequuti
in oſtium fluuij Delphini (ſic noſtri appellarunt) ſe condunt, & per ſeruos Æthiopes caſtra
muniunt.

Ribaldus auctor erat, vt in Hiſpanos impreſſio fieret, ne arce munita noſtris exitio eſſent. *Ribaldi naufragiũ.*
Is cum ſe mari commiſiſſet XII. Kal. Octob. anno 1565. fœdiſſima tempeſtate deprehenſus
centum & viginti milliaria procul ab arce quæ in Maij æſtuario munita erat, vento abripi-
tur, nauibus ad ſcopulos illiſis milites ſalui expoſiti.

Nec minor maris inclementia in Hiſpanos fuit, quorum naues omnes naufragio hauſtæ *Hiſpanorũ naufragiũ.*
ſunt. Illi Petro Melandeſe duce impetum in arcem fecère, in qua 240. Galli reſtiterant, qui
nec opinantes oppreſſi & cæſæ ſunt. Pauci fuga in ſyluas euaſère. Ribaldus cladis ignarus
amiſſa claſſe, ſpei ac omnium rerum inops, tentandam Hiſpani miſericordiam ratus fide
D accepta in Vallemondi manus venit, à quo contra fas gentium, quingenti circiter imma-
niter cæſi, in cadauera ipſa ſæuitum. Laudonerius paucis comitibus cùm ex ea ora ſoluiſ-
ſet, IIII. Idus Nouembris in Angliam appulit. Vnde Caletum tranſmiſit. Ea clades aliâ
cumulata.

Petrus Monlucius Blaſij filius cum Fabiano fratre iuniori, & Pompadoreo, frequentique
nobilitate tribus maioribus nauibus egregiè inſtructis, in quibus 1200. milites erant. Burdi-
gala ſoluerat, vt Guineam, & Manicongi ac Mozambicæ regna luſtraret, arcémque receptui
Gallorum exſtrueret.

Cùm Maderam veniſſet exſcenſione facta ſumendis aquæ copiis ex oppido glandibus *Madera expugnata.*
ferreis petitus eſt, quare ira percitus vt iniuriam defenderet, obuiam à fronte hoſti factus
manum conſerit, frater à tergo intercluſos ingenti ſtrage cædit, mox oppido vi potitur. Ho-
E ſtes in templum maius ſe recepere, ad quod dum fit impetus vulnere in femore accepto, Pe-
trus irrita tantæ ſpei expeditione exceſſit. Cæteri in Galliam rediere....

Fama de Ribaldo iniurioſe ab Hiſpanis cæſo per Laudonerium vulgata erat Carolo Re-
ge rem negligentius habente, cùm Dominicus Gurgius Montemarſani in Nouempopulo-
nia natus, qui bello captus remum in Hiſpana trireme egerat, deinde à Mathurino Romega-
ſio Hieroſolymitano equite libertati redditus erat, tria minora nauigia ducentis militibus
inſtruit, & ſecunda velificatione Cubam appulit, inde ad Maij oſtium venit. Hiſpani ſuos eſ-
ſe rati diſploſis machinis noſtros ſalutãt, & pari ſalutatione accepti ſunt. Gurgius 30. millia-
ria longius progreſſus ad Sequanæ oſtium exſcendit. Vbi fœdere cum Saturonia regulo ini-
to, qui acceptas ab Hiſpanis iniurias vita ſua commutare cupiebat, à quibus ſeruilibus con-
tumeliis reſperſus eſſet, in exitium eorum coniurat.

F Hiſpani tres arces in ripis Maij exſtruxerant, & quadringentis militibus firmarant. Indi-
genæ ad Samonam cum Gurgio conueniunt, & potione ex herbarum ſucco confecta, lar-
giùs inundati animos ſibi fecere. Olotocara Saturionæ propinquus ſecurim manu tenens

Digitized by Google

indigenas, Gurgius Gallos ducebat. Ventum ad munitionem in Maij fluuij faucibus ab Hi- A
ſpanis inſeſſam, quæ vi capta eſt, Hiſpani cæſi, inde Gurgius in alteram munitionem inſilit, & ea potitus obuios ſternit.

Carolina capta

Poſtridie Carolina quatuor milliaribus ab eo loco diſſita vi capitur, omnibus copiis inſtructa, quinque maioribus colubrinis, quatuor mediocribus, & 18. doliis puluere tormentario plenis. Captiui ex arboribus laqueo pependere. Munitiones ab Indis euerſæ, tormenta in naues impoſita, quibus ad reditum Gurgius vſus, quem optatum & felicem habuit, 17. dierum ſpatio ter mille milliaria proſpera nauigatione emenſus, Rupellam VIII. Idus Iunias appulit. Inde Lutetiam profectus non pro ſpe, ac merito à Rege acceptus eſt.

Motus noui in Gallia.

Interea in Gallia res ad nouos motus propiores erant, Sectarij vrbes quas inſederant, regiæ poteſtatis nondum fecerant, Montalbanum, Sancerræ, Caſtrum Albium, Milliadum, B
Veſeliæ in Heduis, Rupella in Santonibus, præſidiis ſectæ obtinebantur. Rupellani propugnacula noua extruebant, nauigia inconſulto Rege texebant, Iarnaçum vrbis præfectum aditu prohibebant, pecunias à Rege imperatas pendere detrectabant: quæ omnia defectionis argumento erant. Eò accedebant ſecreta cum Arauſionenſi, & Germanis conſilia, milites à Cocauilla Condæi iuſſu coacti & ordinum auxilio in Belgium ſummiſſi.

Sectariorũ querelæ.

Contra ſectarij libertatem opprimi, Condæi & Colinij capita peti, arma in ſe expediri cauſſabantur. Nec res intra verba ſtetit. Samorobrigæ populoſa Picardiæ ciuitate pace publicata, repentino tumultu centum amplius à plebe necati ſunt. Autiſſiodori Catholici qui poſtliminio redierant coïtione facta in ſectæ ſuſpectos ad centum quinquaginta varia cæde graſſati ſunt. Rotomagi, Auatici Biturigum, Iſſelloduni ſectarij ad conuentus itantes malè multati, pleriſq; aliis in vrbibus cædes factæ, Renatus Sabaudus Cipierius Claudij Tē- C
dæ comitis filius Nicæa rediens ad forum Iulij à Gaſpare Villanouano Arcio interceptus, & contra fas à plebe furente pugionibus confoſſus eſt. Amanzæus in quo multæ, bonæque artes erant, haud multo poſt ad ædium ſuarum fores obtruncatus eſt.

Id temporis Condæus Nuceti agebat in Heduis Franciſcæ Aurelianæ vxoris arce, qui cognito Tauanium Aumalij Prouinciæ præſidis legatum, armatos in ſuum exitium cogere, amicos per literas monet, vt ſibi proſpiciant, & cùm opus erit præſto in armis ſint.

Comprehenſus miles dum foſſæ Nuceti altitudinem exploraret, conſilia in Condæi perniciem aperuit: qua de re ille queſtus per Telignium, & Hoſpitalium Regem ad mitiora conſilia flexerat, niſi Regina filium Regem in alia omnia traxiſſet, Hoſpitaliumq; in inuidiam vocaſſet, qui minùs amanter quàm pro more à Rege acceptus, vt ſenſit tædium ſui D
Reginæ hortatu magiſtratu abiit, qui ad tempus in Ioannem Morullerium incubuit. Tum verò Regina in obſequium Caroli Regis omnes prouinciarum ac vrbium præfectos factis deteſtationibus adegit. Copiæ in Heduos ſummiſſæ, quæ Condæum ac Colinium in arcto haberent.

Politici nomen.

Illi vbi vitam ſuam agi videre, ſcriptis ad Regem literis quibus iniuriam expoſtularent, fugam capeſſunt. Tunc primùm Politici nomen pro conuitio in eos tractum, quibus otio publico Catholica fides poſt eſſet.

Condæus, Colinius, Andelotus cum ſuis è Burgundia egreſſi Ligerim ad Sancerras vado tranſmittunt, qui ſtatim adeò intumuit, vt hoſtibus inſequentibus tranſitu abrupto, ipſi per Pictones agrum Engoliſmenſem ſine clade tenuerint. Tum vndique Subiſius, Anguillarius, Pigreferius, Sancinius, Pluuialius cum numeroſo equitatu ad Condæum confluxerant, E
cùm Blaſium Monlucium Aquitaniæ præſidem, Guitinetium & Scarſium Petrocoriorum, & Lemouicum præfectos in armis eſſe opprimendæ factioni nuntiatur.

Rupellam Condæus cũ exercitu venit.

Condæus firmo comitatu XIII. Kal. Octob. Rupellam venit, vbi honorificè exceptus ciuium fidei cariſſimos affectus commendat, & ſectæ populares in verba ſua religionis ſpecie ſacramentum adigit. Eò mox venit & Ioanna Labretana Nauarræ Regina, cum Henrico Bearni Principe, quam Pilius, Montamarius, Sammegrinius ſecuti, tribus legionibus exercitum auxêre. Leui armaturæ præerat Aſtaracus Fontralius Armeniaci principatus præfectus, quibus Condæus Cognacum vſque obuiam proceſſit. Erat tum in Bellouacis Cardinalis Caſtellionæus, qui ſibi iter ad Condæum obſeptum animaduertens, in Angliam, exuta in Deum, & Regem fide, non ſine periculo euaſit. Andelotus, Ferrerius Carnutum Vicedominus, Rupifulcaudius, Caldomontius Barbeſij frater, Lauardinus, Mongomerius, Lanouius, & alij plerique è primaria nobilitate validas copias ad Condæum aggregarũt & præiurationum verba ſequuti, eodem ſacramento quo cæteri ſe obſtrinxerunt. Cùm in iiſdem

caſtris

Digitized by Google

A caſtris agerent quæ à meridie Ligeri, ab occaſu Dagueneria amne, ab ortu S Martini oppi-
do tuta erant, Boſcouridis caſtrorum præfectus hoſtem aduentare nuntiat Martigio duce,
qui Daguenеriam occuparat, vt viam ſibi ad Monpenſerium aperiret, cum quo ad Capel-
lam leue prœlium tentaſſe, ſuos loco ceſſiſſe, Minquetcrium in Martigij manus veniſſe. An-
delotus nuntio territus in equum inſilit, & duodecim equitibus ſeptus cum Lurchio qui
X X V. cataphractos equites ad S. Maturini ſanum traxerat, manum conſerit. Lurchius de-
ditionem imperans à Boſcouride plumbea glande tranſigitur, Boſcouridis ſtatim à regio
milite conſciſſus eſt, Andeloto ad ſuos refugiente.

Martigius interim cum vndique circumſeſſum ſe cerneret, præſidium ab audacia petit, &
per aggerem quem Lanouius inſederat via ſacta obuios perrumpit, ſuoſque periculo exem-
ptos cum hoſtium clade in tuto locat, & iter Salmuriam adiunctis Richelij copiis tendit.

B Huius præclari facinoris fama late ſparſa regias aures acciderat, quam vt premeret An-
delotus duodecimo Cal. Octobr. Ligerim vado fruſtra regiis obſtantibus tranſmiſit.

Multa tum edicto condita, quibus ſectariis magiſtratus abrogati, additumq; à Senatu ne *Edicto ſectarij magiſtratus abrogati.*
quis in poſterum publica munera capeſſeret, niſi priùs in Catholicam fidem ex animi ſen-
tentia iuraſſet; quod per 30. annos ex eo tempore obtinuit.

Andelotus Ligeri tranſmiſſo Claudium Guferium Rodamnæ Ducem, & regni Hippar-
chum, (vulgo magnum regij ſtabuli præfectum vocant,) in Oirana voluptuaria ſua arce aſtu
captum Rupellam tranſmittit, Parthenæum, Niortium, Melæum, Fontenæum, Maxentij ſa-
num deditione recipit. Multa crudeliter à milite patrata, deditij contra pacta cæſi, templa
expilata, aut incenſa in ſacrum ordinem ſæuitum, omnia humana, diuinaq; peſſum iere. Lu-
ſinianum Ioannis Haij Pictauienſis prætoris viri doctrina, & militia clari diligentia ſer-
C uatum.

Interea Matignonius inferioris Neuſtriæ, Vaſſæus Cenomanorum, Caſteus Turonum,
& Biturigum præfecti, Timoleon Coſſæus Briſſaci comes, Henricus Lotharingus Guiſij
Dux, Pannonica expeditione clarus, ad Monpenſerium cum ſuis quiſque copiis ſe aggre-
gant. Diuerſa parte ſectarij Engoliſmenſem metropolim ad Carantouam in rupis ſuperci-
lio ſitam per Mongomerium corona cingunt, vt ſubſidia prohiberent. In ea quadringenti
præſidiarij fuére quibus Nicolaus Andegauenſis Meſeriæ Marchio præerat, cum quo Ca-
ſtanetus, Argentius, & Rufecus nothus, & alij plerique ex primaria nobilitate. Ad ſeptum
infra arcem tormentorum fulmine ruina edita, Mongomerius impetu facto cum clade re-
pulſus eſt. Deinde ad S. Claræ templum cùm machinæ fulminarent, deiecta mœnium parte
conditionibus æquis deditio facta, fides à Mongomerio integre præſtita. Ea vrbs ſemper an-
D tea obſidione ſuperior viſa erat. Rufecus nothus priuaris odiis animam reddidit, cui mox
multo ſanguine parentatum. Inde Pontium à Pilio pugnando captum, arx deditioni ceſſit.

Blauia in æſtuario Garumnæ arx munitiſſima aſtu intercepta, ſupra votum cedere om- *Blauia intercepta.*
nia ſectariis viſa, priuſquam Mouentij copiæ delerentur. Cùm enim in Allobrogibus Pro-
uincia, Septimania, Vaſconia, ſectarij Acierio Duce delectus haberent, & 23. bellatorum
millia conueniſſent, ad famam rei, Simiena Gordius Delphinatus præſes Montelium Adæ-
mari venit, vt Rhodani tranſitum abrumperet.

Sectarij de conſilij ſententia loca tranſmittendis copiis opportuna occupant, quibus
tranſitus explicatus, & iter in Petrocorios apertum. Iam Monpenſerius Veſunam Petroco-
riorum cum exercitu venerat. Primum agmen ducebat Martigius, cum Guiſio, & Briſſa-
cò Ipſe Monpenſerius cum acie ſequebatur oram Vigennæ legens.

E In itinere Briſſacus aliquot ſectæ turmas cecidit, Pluuialtum in fugam dedit. Vbi Veſu-
nam Monpenſerius venit, cognito Mouentium ſeorſim ab aliis ad Menſignacum vicum ca-
ſtra poſuiſſe Acierium perfunctorio certamine tandiu diſtineri placuit, dum eques regius
Mouentium incurreret.

Datum Briſſaco negotium, vt mille ducentos cataphractos equites, totidem pedites in
hoſtem duceret. Mouentius rem aleæ committere veritus intra caſtra ſe continuit, quæ fa-
cilè perrumpi non poterant. Briſſacus vt hoſtem aſtu caperet, quem vi capere non poterat,
ſub meridiem receptui cani iubet, & flexo ad dextram itinere ſuos poſt collem in inſidiis
locat. Mouentius hoſtem abiiſſe ratus, itineri ſe dat, & in fronte procedit, Petrogurdius ex-
tremum agmen claudere iuſſus.

Cùm ad ſyluam per plana tenderent, Briſſacus equites in obuios immittit, & hoſtem vn-
F dique clauſum ingenti ſtrage fundit, qui pedibus valuere in ſyluam, aut vicum dilapſi ſuffu-
gia quæſiuerunt: Mouentius & Petrogurdius ducum & militum munia functi fortiter occu- *Mouentij obitus.*
buere. ſupra mille Mouētiani ceciderūt, XVII. ſignis amiſſis. Acierius clade territus magnis

itineribus ad Condæum properanit. Coniuctis copiis animi creuere. Monpenſerius Etaldi A
caſtrum ſe recepit, Colinius Caluiniaco ad Vigennam capto arcem incendit, ne hoſti
vſui eſſet.

Inter hæc Dux Andium quatuor equitum millia, duodecim peditum trahens præter
Heluetios ad Monpenſerium ſe aggregatat, cum quo prœlium experiri Condæo certum, in
cuius exercitu tria equitum, X V I I. peditum millia erant. Ad Pamprotium decimo infra
Pictauium lapide dum vtrinque locus idem caſtris capitur leuibus prœliis certatum. Poſtri-
die penè ad manus tota mole belli ad Iazenolium ventum. Inde Andium Dux Pictauium
petiit. Condæus Campiniaco præcipua Monpenſerij arce vi capta Salmuriam flexit, Dux
Andium Lodunum vbi rum puer agebam, à ſectariis inſeſſum, deditione imperata obſedit,
Mirabellum vi cepit, vbi arcem dedentibus fides non præſtita. In conſpectu Loduni qua-
tuor dies vtrinque acies inſtructæ ſtetêre, tam crebra iaculatione, vt omnes oppidi partes B
contremiſcerent. In ea vrbe Prouincialium Buſtum fuit, quibus inſolens hyemis aſperitas
exitio erat.

Milites frigore periit.

Intra menſem octo millia amplius inedia, frigore, cæli ruina, & vario morborum genere
periere. Dux Andium Chinonem in hiberna ſe recepit, Condæus in Pictonas, Regina An-
gleç centum millia angelotorum (aurei nummi genus eſt ſolido Romano par) ſex tormenta
muralia ſectæ ſummiſit, à Regina Nauarræ exorata, Principes Germaniæ à Rege de auxiliis
appellati verba dederunt.

Exercitus pro Rege in Germania conſcriptus.

Conſcriptus tamen in Germania Regis auſpiciis exercitus exeunte anno, 1568. Rhenum
tranſmiſit. Erant in eo quinque millia quingenti equites, ducibus Philiberto Marchio-
ne Badenſi, duobus Dietziis Heſſis, Veſtemburgio Leiningio, Ringrauis Comitibus, &
Chriſtophoro Baſſompetra, qui ab Aumalio in Lothariugia comiter excepti, Co- C
chæum Delphinatem cum mille quingentis bellatoribus prædas ex amicis agentem op-
preſſerunt.

Claſſis Rupellæ pro Condæo inſtruitur.

Rupellæ inſtructa claſſis authore Condæo, quæ oceanum latrociniis infeſtum habuit,
exeunte anno Rupellani S. Michaelis fanum in Pictonibus ad mare ſitum, vnde crebris
equitum excurſionibus infenſabantur, tertium obſident. Cœnubium erat, peregrinationi-
bus & religione ſacrum, quadrata forma, turribus ad angulos extantibus, altiſſima foſſa
vallatum. Sectarij qui ſacra prophanaq́; iuxta habent, muros duobus tormentis latè dei-
ciunt, & per ruinam impetum faciunt. Caſtroperſius è cœnobij ſodalitio vir ſtrenuus ir-
ruentes cum clade reppulit tanto hoſtium terrore, vt cùm centum viginti cecidiſſent obſi-
dionem ſoluerint.

Pauci dies abierant, cùm iterum ad obſidionem aduolant Campagnaco duce Monacho D
excucullato, qui monachi manu confoſſus occubuit. Quare obſidio ſoluta, quæ tertium in-
tegrata eſt Gulenio duce, cui primus per ruinam impetus irritus fuit, cùm intus ducta foſ-
ſa, & ad latera tumuli extructi eſſent, quibus irrumpentes infeſtabantur. Sed cùm in
aliam partem transfugæ indicio verberario incubuiſſet, per ruinam tam ardens irru-
ptio facta eſt, vt cœnobio vi capto, nullo ætatis, aut ſexus diſcrimine per cædes
itum ſit.

Porticus, Cellæ, Ciſternæ ſanguine natabant, Forteus quidam vir vltra feratum inge-
nium immanis, vt ſibi ludum faceret, brachium cubiti fine in ſanguinem immergebat.
Ingens præda facta, cùm eò nobilitas velut in aſylum, quod pretioſæ ſuppellectilis fuit
comportaſſet. Ea laniena quadringentis capitibus ſtetit. Forteus euerſo, ac compla-
nato templo non ita multo poſt per ſummos cruciatus infelicem animam egit. E

Sãcerra obſidio ſoluta.

Id temporis Sancerræ à regio milite fruſtra tentatæ obſidione ſoluta oppidani victoria
feroces pagum S. Theobaldi ad ligerim muniunt, & commercia per fluuium impoſito ve-
ctigali onerant. Quam labem Niuernenſes vt auerterent, nauigia mercibus foris onerant,
intus milites abdunt, qui Sancerranos ad prædam accurrentes eruptione facta cædunt, &
pago potiuntur.

Inter hæc Pilus in Petrocoriis ferro & flamma graſſabatur, Borniquetus Monclarius,
Paullinus, Gordonius, cum ſex peditum millibus, & firmo equitatu finitima Tholoſæ loca
populabantur. Diuerſa parte ad Thoartium Breſſaldi equitum turma à regiis intercepta, &
cæſa eſt. Briſſacus Luſiniano egreſſus Mongomerium ad Sancti Eligij caſtellum impara-
tum opprimit, Mongomerij fratrem capit, cæteris fuga dilapſis municipium prædæ fuit.
Luſiniani arx à legato præſidij prodita in diſcrimen venit, ſed Guronis præfecti virtute F
proditori, & ſectariis, qui iam in arcem irruperant, proditio exitialis fuit.

Dieppa ir-

Tentata & Dieppa per coniuratos irrito ſucceſſu. Carcuilla & Lignabonius præſidij
duces

Google

A duces proditionis conſcij Rotomagi Senatus decreto capite luerunt, cùm à Ciconia vrbi *rito ſucceſſu*
præfecto res deprehenſa eſſet. Franciſcopolis item prope periculum fuit, cum per ſpeciem *tentatur.*
Africanarum pellium milites in naue occulti in vrbem irrupiſſent qui à Sarlabotio præſidij
præfecto cæſi ſunt. Oppidani factionis comperti laqueo iugulum dedêre.

Iu Pictonibus cùm Pilio è Petrocoriis copias trahenti obuiam Condæus iſſet, vt ad Co-
gnacum Charentoni fluuij tranſitus pateret, Dux Andium re cognita Melæum in Pictoni-
bus, & Rufecum vi capit, præſidiariis cæſis. Inde Caſtrum nouum Charentono impoſitam
arcem præſidiarijs Scotis eripit, pontem interruptum tranſmittendis copiis per Guntal-
dum Bironum inſtaurat, Colinio qui primam aciem ducebat fruſtra tranſitum prohi-
bente.

Poſtridie Colinius ad Baſſacum medio inter Iarnacum & Andium Ducem itinere co-
B pias per diuerſa hoſpitia ſparſas ſtudioſè colligit, iam regio exercitu tranſmiſſo, qui magnis
animis vltimum hoſtium agmen, quod Lanouius ducebat, perrumpit. Ad rei famam Con-
dæus, qui aciem ducebat, ſuos ſiſtit. Andelotus Lanouium equitatu ſuo firmat, in quem
Guiſio, Martigio, Malicornio, Briſſaco vehementius incumbentibus Lanouius capitur, An- *Lanouius*
delotus ingruentium impetum ſuſtinuit, ad eum Colinius, Subiſius, Anguillarius, Pluuial- *captus.*
tus, Clæuæus, & alij cùm ſe aggregaſſent, magna vi certatum, inclinata hoſtium acie ca-
ptus Subiſius, Anguillarius, Meſancherius & Brandouerius cæſi, reliqui Germanis incum- *Subiſius & alij capti.*
bentibus fuſi.

Condæus pauoris & fugæ neſcius trecentos cataphractos in medium hoſtium agmen *Condæi*
immittit, ipſe manu conſpicuus, dum ſtrennè rem gerit equo ſuffoſſo & ſuper incumbente *obitus.*
oppreſſus eſt, vbi agnitus Argenrij & Sanjamij fidei ſe tradit, quam illi cùm ſtudioſè præſta-
C rent, Monteſquius Andini Protectorum tribunus aduentans, plumbea glande poſticam
ceruicem tranſigit.

Vir fuit conſilij properus, & animi inuictus, qui non ſectæ ſtudio, quam inſuper habuit, *Cõdæus qualis vir fuerit.*
ſed Guiſiorum odio, vt ſectam præſidio haberet, fidem Catholicam exuit: eo prœlio ingens
nobilitas, pauci pedites cecidere.

Robertus Stuartus Scotus, qui Annam Mommorantium ad S. Dionyſij oppidum confe- *Robertus*
cerat, pugionibus confoſſus eſt. Deſiderati è ſectariis Rupichuartius, Chandenerius, Bel- *Stuartus*
lomontius, Riuſſius, Beſſomaior natu, Duglaſſios, & Cornelius Scoti, & pleriquc alij è pri- *pugionibus*
maria nobilitate. Capti Corboſo Mongomerij frater, & Guerchius Colinius & Andelotus *confoſſus.*
S. Ioannis vrbem fuga tenuêre. Peditatus à Colinio præmiſſus abruptis pontibus fuga eua-
ſit, tranſitu Regis adempto

D Certatum præter ſpem III. Idus Mart. anno 1569. Condæi corpus aſellæ impoſitum lu- *Condæi cor-*
dibrio fuit. Mox Bearni principi redditum, Vindocini maiorum monimento illatum eſt, *pus ludibrio*
qui è clade ſuperfuerant cum Acierio ſe coniunxêre. Is centum peditum ſigna prœlij ſecu- *habitum.*
rus Cognacum traduxerat. Eodem aduolarũt Mongomerius, Rupiſulcaudius, Caldomon-
tius, Mirabellus, Blaconus, & alij pleriquc quibus ſpei caſſis Nauarrea præſens animos fecit,
Bearni Principem, & Condæi filium iuuenes ſtudiis promptos duces obtulit.

Inde Mediolani Santonum cum Colinio & Andeloto capita conferunt, de conſilij ſen-
tentia Germanis aduentantibus obuiam itum. Miſſus Engoliſmam Mongomerius cum
XIIII equitum turmis, quæ à Briſſaco iuuene ſupra ætatem ſagaci, & induſtrio in vrbis
conſpectu maximam partem confeciſſæ ſunt. Capta duo vexilla, & ex ducibus Caldo-
montius.

E Notatum à peritis nullum prœlium ſectatiis Deo perfidiam damnante, proceſſiſſe. Co- *Cognacum*
gnacum à Martigio Andini iuſſu obſeſſum. Eò ſe fugacium VII. millia receperant Blaco- *obſeſſum.*
no duce, numerus obſidioni par. Quare obſidio ſoluta. Tifaugium arce ſaxo aſciſſo impo-
ſita firmum Roaldus Landereus deditione recepit, arx incendio vaſtata, Creſſonerius Fo-
reſtam ad Suram amnem munitiſſimum propugnaculum vi cepit.

Montacutum Tremolliorum oppidum ferreis globis fulminatum à Pigallario vi captũ, *Montacutũ*
& direptum: arcem Broſſius res ſaluas pactus victori dedidit. *captum & direptum.*

Dux Andium capta inter eundum Albaterra arce valida in Petrocorios conceſſit, miſſo
Briſſaco qui Mucidanum à Blaſio Monlucio diu obſeſſum obnoxium redderet. Præſidiarij
oppido incenſo in arcem refugêre, quam ruina facta Pompadoreo cæſo turati ſunt. Briſſa- *Briſſacus*
cus foſſæ explorandę extra vallum progreſſus, reducto paulum clypeo vulneri locum dedit, *cadit.*
F & capite confoſſo ex animis cecidit, cùm anno ætatis 26. belli ſupra ætatem ſciens, conſilio
maturus, manu ſtrenuus ad gloriam, virtutis via graſſaretur. Arce dedita victis fides præſti-
ta non eſt: gladio milites ius dixere.

Henricus Bearni princeps ſectæ nomen præbet

Henticus Beatnì princeps ſectæ nomen, & auſpicia ſua præbuit, procetibuſque in eius A
verba iutantibus ſummum armorum imperium accepit, Andelotus luſtrato exercitu qua-
tuor equitum millia tecenſuit, & 10 Pictonas progreſſus Landetcum in Montis acuti late-
btas abdere ſe coëgit, quæ atx irrita obſibione tentata. Cliſſonium ad Sutam fluuium ſectæ
clauſum per vim aperiri non potuit, Anangurio illuſtri Atmoticæ principum genere nato
vim refutante. Inde Mediolanum Santonum regteſſus peſtilenti febre contabuit. Eius ex-
ceſſu tota ſectæ moles in Colinium incubuit, cui ferendæ ſe parem præbuit: obiit & Bu-
catdus tei tormentariæ præfectus, in cuins locum Angeſtus Iucœus gener ſuffectns, cuius
fratet Ienlius Lanouio in præfectuta poſthabitus ſupra bonum & honeſtum nimis mollitet
ægritudinem tulit, & dolotis impatientiæ animam dedit. Acietus vicem Andeloti Gallico
peditatui à Nauatro impoſitus eſt, quam præfectutam Strozzius Briſſaco mortuo à Rege
accepit. Tunc allatum eſt de Oſcellatum atce ad radices Cottiatum Alpium munitiſſima B
paulò ſupra Suſionem à ſectatiis Aprili menſe intercepta, duce Columbetto Gratianopoli-
tano, vito ſcelerato, cuius auaritia in ſacris expilandis, impietas in imaginibus frangendis
damnata.

Ad tei famam Ruſſella, & Caſeta, qui Brigantinnem atcem haud lnngè præſidio inſede-
tant coacto milite locum circumuenuor, & fame fatigatos ad deditionem cogunt, Elu-
ſa pet cauillos & argutias deditiunis lege, omoes ad vnum iugulati, Columbetto gtatia
ſacta.

Pilius in Santonibus Medulenſem inſulam diripuit, Burgum ad Duranciam fruſtra ten-
tauit. Vulfaogus Baioatus Bipontini Dux à Friderico Septemuiro gentili ſuo ſummæ belli
impoſitus cùm ſectæ ſubſidio Germanos in Gallias traheret ab Aumalio ad Gillicum haud
longè à Ciſtettio vatiis proeliis exercitus, per literas apud Regem conſilium ſuum ex- C
poſuit, & armorum crimen deprecatus eſt. In eius exercitu octo circiter equitum millia, ſex
peditum cenſa.

Ad eos ex Gallis & Belgis VVilelmus Naſſauuius Arauſionenſis princeps, Moruillerius,
Hangeſtus Ienlius, Claromontius Reuelij Marchio, Clarouantius, Aſſoouillæus, Moius,
Bricomotius ſe cum quingentis equitibus aggregarunt, quibus pręerat Moruillerius, octin-
gentos ſclopetarios Bricomotius iunior ducebat, quos incedentes Aumalius Veſelias vſque
irrito ictu in Heduis inſequutus eſt, deinde per Autiſſiodorenſem agrum ad Ligerim tran-
ſitu prohibere fruſtra conatus eſt.

Charitæum obſeſſum.

Illi vàdato fluuio Charitæum obſedere, vbi pons lapideus ingentis operis, & trãs pontem
ſuburbium omni atborum genete conſitum: vtbs ferreis glandibus quaſſata Germanis in
prædam data eſt. Regina in Lemouicibus nuntio tetrita cum filio rem in conſilium mittit. D
Alij proelium experiendum, nonnulli tempus extrahendum, quidam pro loco & tempore
manu & robore vtendum dicebant.

Bipontis obitus.

Inter hęc Bipontinus ex itinere languens ſexto à Ratiaſto Lemouicum lapide ſua mor-
te obiit, ſummum armorum imperium in Voltadum Manspheltium ceſſit, quatriduo poſt
exercitus conuenêre magno ſectæ gaudio. Cuſa Moneta aurea, in cuius altera parte reginæ
Nauatræ & Henrici filij excuſſa effigies, in altera, pax certa, victoria integra, mors honeſta,
quibus irato Deo defuit euentus.

Inde ad Aeſſum Scatſiorum oppidum Vigennam tranſmiſere, vbi cum regiis vario mat-
te certatum in ſectæ exercitu 25. millia, in regio 30. cenſa, cum quibus quater mille pedi-
tes, octingenti equites à Pio V. Pontifice, Sfortia duce ſummiſſi ad S. Ioannis oppidum ſe
coniunxêre. Præterea mille pedites Fabiano Montano duce, & ducenti equites à Coſ- E
mo magno Hetruriæ Duce præſto fuere, qui crebris velitationibus cum ſectariis con-
flixere.

Pilius pugnæ initium facit.

Ad S. Aredij caſtellum vbi dux Andium caſtta poſuetat ex improuiſo Colinius duxit, &
tota belli mole nec opinantes tegios penè oppreſſit.

Pugnæ initium à Pilio factum cuius cohortes à Regiis loco pulſæ Colinij aduentu ani-
mos recepete, iamq; inclinatis regiis Strozzius, vt virtutem ſuis approbaret, deſideriumque
Briſſaci minueret, cum trecentis ex omni numero delectis certamen reſtituit, & impetu fa-
cto Pilianos ita obtriuit, vt Pilius ipſe à ſuis deſertus periculum obiret. Mox Colinio à ter-

Strozzius capitur.

go & à fronte auxilia ſummittente Strozziani loco moti, fortiſſimi quique cæſi, Stroz-
zius ipſe eum ducis ac militis munia ſtrenuè impleſſet in manus hoſtium venit. Miles
ſucceſſu ferox longius impetum ferebat ni repentino imbre ſclopeti corrupti operam ne- F
gaſſent.

XVII. Kal. Iulias, Sectarij libellum ſupplicem ad Regem deſtinant, quo etedendi li-
centiam

Digitized by Google

A centiani & coitionum libertatem poſtulabant. Reſponſum non niſi ab inermibus libellos
Regem accipere poſſe. Iniquum eſſe vt perduelles armati de pacis conditionibus cum ſuo
Rege agant. Tum recreando militi feriæ belli datæ, nobiles domum ad faciendam pecu-
niam miſſi, pedites in ſtatiuis locati. Condicta omnibus dies ad XVIII. Kalend. Se-
ptembris.

Sectarij ne otio languerent in Petrocoriis aliquot oppida, cœnobia, caſtella diripuêre. Ger-
mani populationibus ſueti plauſtra præda onerauêre. Dallonius Ludæ Comes, vt paria face-
ret, quinque millia peditum trahens Ceruceſio, & Maguco Sangelaſij arcibus captis Niot-
tium corona cinxit XII. Kal. Quintiles. Lanouius vrbis ſubſidio Pluuialtum cum 6. equi-
tum ſignis, & ſua loricatorum equitum turma ſummiſit, qui & leui pugna conſerta per ho-
ſtium globos iter ad vrbem ſibi aperuit, centum ex ſuis deſideratis.

B Eodem die porta ponti impoſita tormentis conuulſa eſt, poſtridie verberatio in aliam *Niortium aggreditur.*
partem incubuit, impetus in ruinam factus, ſcalæ paſſim admotæ, vtrinque multi cecidêre,
turris Spingalla in parte capta, Pluuialtus vir manu & conſilio pollens fragmine lapidis mo-
laris obtritus totos decem menſes ex vulnere decubuit. Verberatio in multos dies conti-
nuata, frequens ad ruinam impetus factus, irrito ſucceſſu. Quare Dallonius cognito Teli-
gnium Bricomontium, & Carolum Manſelrium cum numeroſis copiis vrbis ſubſidio ad-
uentare, ſarcinis collectis Luſinianum arcem muniti ſſimam tertiis caſtris venit, inde Picta-
uium ſe recepit.

Sub idem tempus Colonius proditione ciuium Eraldi caſtrum ponte lapideo inſigne
quarto Idus Quintiles recepit. Mox Luſinianum arcem obſidet, ſaxo prærupto impoſitam,
altiſſima foſſa, & duplici muro firmiſſimæ ſtructuræ munitam, qui tormentis non cederet.
C Idibus Quintilibus verberatio ex colle imminenti cædua ſylua conſito cœpta ruinam fecit,
quæ cùm ad impetum ardua eſſet, iterum tormentis fulminatum, & grandine plumbea præ-
ſidiarij ruina excedere coacti, quibus cùm res in arcto eſſent, deditio commodis conditioni-
bus facta. Pactorum fides vtrinque ſtetit.

Dum in eo ſunt Rupellæ Ioannes Sora claſſi præfectus Luſitana aliquot nauigia in Ar-
moricano ſinu cepit. Idem ex Anglia viros in agendis cuneis, & ſtruendis omne genus val-
lis exercitatos deportauit, qui ſuam poſtea operam magno fructu approbarunt.

Id temporis Caſtellionæum Colinij arx gentilis Ioannis Tilij Curiæ Protonotarij hor-
tatu à Sara Martinengo deditione capta, Colinij ſuppellex ampla, & opulenta Pariſiis ha-
ſtæ ſubiecta eſt. Renati caſtrum Colinij oppidum Roſtinius mandatu Regis in fidem
accepit.

D In Autiſſiodorenſi agro plebs in ſectarium quendam cognomento Cordigerium, à quo *Cordigerius*
latrociniis vexata erat adeò exarſit, vt cùm Regeani, quæ Autiſſiodorenſis epiſcopi arx eſt à *latro.*
Villanoua captus eſſet, eum artuatim diſcerpſerit, cor euulſum per vrbis compita in haſtæ
mucrone circumtulerit, deinde publicè ſub haſta vendiderit, tum verò carbonibus impoſi-
tum dentibus lacerarit.

Charitæum oppidum ad Ligerim à Sauſaco fruſtra verberatum in ſectariorum fide mā- *Charitæum*
ſit. Guerchius præſidij præfectus obſidione ſoluta, Douzium, Bouillium, S. Leonardi oppi- *verberatū.*
dum, Antranium recepit.

Eodem tempore Mongomerius cum ducentis equitibus in Aquitaniam miſſus re bene
geſta, Lomanio Terrida per ſummum militiæ flagitium ad iniquas deditionis conditiones
tranſeunte nominis ſui terrorem per Septimaniam, & Bearnum latè ſparſerat, cum Danuil-
E la, Monlucius, Terrida ambitione cæci inter ſe occultis odiis graſſari, quàm patriæ hoſtem
opprimere mallent, quod à concordibus ex facili fieri potuit. Monlucius tamen ne ſine ope-
ræ pretio abiret, Montem Marſani ad Atyrum, commeatu copioſum oppidum corona cin-
git, ſuburbia primo impetu capit, quæ medio Atyro ab vrbe diuiſa ſunt, portas igne immiſſo
fruſtra tentat, mox vado explorato equites mittit, qui fluuio tranſmiſſo priùs quàm aditus
aggere & vallo obſtrueretur oppidum recipiunt, & Fabatum præſidij ducem intra arcem
compellunt, quæ poſtica parte ſcalis admotis militi patuit, à quo præſidiarij occidione cæſi
Fabato gratia facta. Multa vtrinque in Septimania ſæuitiæ exempla, multa in aliis Galliæ
prouinciis prodita.

Aureliani XII. Kal. Septembr. ſectarij nullo ſexus diſcrimine in carcerem coniecti, ne *Aureliani*
quid noui molirentur, mox à furente plebe perrupto carcere iugulati, alius carcer quia per- *ſectarij in*
F rumpi non potuit ſubditis facibus arſit, in eo vincti omnes incenſi. Oiallacum in Aruernis *carcerē con-*
nocturno aſſ[illegible] à Rupio ſectario interceptum, Is cognito portam ab oppidanis muro obſtru- *iecti & iu-*
ctam eſſe p[illegible]ſtico tantùm relicto quod duobus oſtiolis claudebatur, de nocte primum oſtio- *gulati.*
lum

rum terebrat, & centum pulueris tormentarij libras inter vtrumque oſtium per foramen immittit, mox obſtructo foramine puluerem igniarium foris longo tractu ſpargit, qui concepto igne contactu in proxima ſerpens, oſtia, valuas, mœnia tanta ſtrage diſiecit, vt per ruinam aditus latè patuerit, & vrbem ſub poteſtatem non citra ſanguinem acceperit. A

Colinius Pictauium obſidet. Pictauij deſcriptio.

Colinius inter hæc in Pictonibus aliquot arcibus & oppidis in fidem receptis Pictauium corona cingit, & obſidionem exornat. Ea vrbs vaſto ambitu porrecta cliuoſo montis dorſo inſidet, ad ortum & meridiem à S.Lazari porta Clanius flunius lento agmine arcem alluit. Inde ad Abbatiſſę pratum mœnia præterlabitur & per clatros, & ferreos portarum obices in pratum admittitur, aut emittitur, vario anfractu euoluens, inter S. Petri primatium in vrbe templum, & S.Cypriani in ſuburbio fanum, ſub Ioberti ponte, & S.Gregorij campo, qui in vrbe ad S.Hilarij fanum eſt, ſinuoſu flexu meat, & ſenſim ab vrbe recedit, ad Septentrionem mœnia infra S. Hilarij templum ſtagno paludoſo, & profundo ad portam vſque S. Lazari cinguntur. Extra vrbem ſtagno præruptæ cautes imminent, vnde in mœnia deſpectus, quibus ſi tormenta intuleris, vrbs fulminari, & ferreis globis infeſtari poteſt. Ea non modò mœnibus, turribus, aggeribus, propugnaculis munita eſt, ſed vniuerſa vel ſtagno Santhilarianos, vel Clanio fluuio ferè ambitur, ſtagnum ponte cui Achardo nomen, diuiſum, ſurſum ad Valli portam enititur, infra ad S.Lazari cliuum tipis deſcendit. B

In vrbe mille ducenti equites erant, Ludenſis arcem nouo propugnaculo munierat. Ad Pontem Achardi præſidium poſitum, & in Hilarij fano munimentum extructum.

Andinus Henricum Guiſium cum Carolo Meduanæ marchione fratre iuuenes animis & corporibus pollentes, qui in illa ætate belli artibus ſummam claritudinem parauerant, in vrbem ſummiſerat, quos Monpezacus, Mottematius, Claroualllius, Rupibaritonius, & alij plerique è primaria nobilitate ſecuti. C

Ad ſuburbia crebro velitatum, ad oram ſtagni Santhilariani ſectarij malè multati, ad S. Lazari ſuburbium Regij à Pilio & Laſinio non molliter habiti.

Poſtridie Ceſſacus Guiſij legatus cum delecta equitum manu Marnam vſque vicum progreſſus hoſtes imparatos oppreſſit, in reditu Bricomontium fudit, Mandolphum Buchij legatum occidit. Colinius vt erumpentibus obicem poneret, foſſam ab ea parte duxit Blacono cuſtodiæ impoſito. In vrbe omnino ſex bellatorum millia erant, 6. maiora tormenta, duo mediocria, præterq; in arce aliquot alia obſoleti vſus, quæ nonnihil iuuêre.

Vacherius occumbit.

Kalendis Quintil. diſpoſitis in colle qui Ioberti pontem reſpicit octo muralibus machinis toto triduo turris in ponte verberata, irrito ſucceſſu, Nonis Quintilib. Vacherius ex oppidanis ſtrenuus dux, re bene geſta inter Rocherolium, & arcem, dum per vineam hoſtes inſequitur confoſſo capite occubuit. Poſtridie Onuxius S.Maxentij oppido acceſſirus, cum Burgo, Caluecaco, & Prunæo ſtrenuis centurionibus & CCCC. peditibus, per medios hoſtes in vrbem ſibi viam fecit. Inde verberatio, quia prior non ſucceſſerat, in portæ turrim ad S.Benedicti fanum conuerſa eſt, cuius faſtigio diruto, quod è turre in imo validum erat Lilius cuſtodiæ impoſitus, inter continuas pulſationes aggere & vallo ita muniuit, vt hoſtium impetus eluſerit. Mox ad mœnia quæ pratum Abbatiſſæ tegunt fulminatio verſa, vbi ruina in longum facta, & ponte ex aſſeribus ſuper Clanium amnem qui murum alluit ſtrato, cùm res in extremo ſitæ eſſent, Guiſius amicis fugam ſuadentibus fortiter obſtitit, & pugnæ periculum in ſe recepit. Die Laurentij feſto ſummiſſi de nocte vrinatores Itali qui pontem funibus inciſis abrumperent. Tum verò ex Carmelitarum cœnobio vbi propugnaculum fuit catapultis ferreis in hoſtes tanta vi fulminatum eſt, vt pluribus laceratis ipſa etiam tormenta labefactata ſint. D E

Lanoius in brachio ictus.

Verberatione ad XVII. Kal. Septembris continuata cùm muri latè diſiecti eſſent, ex eodem Carmelitarum propugnaculo in turrim quam Lanoius inſederat tam grauiter fulminatum, vt Lanoius in brachio ictus, Conforginus in femore, multi centuriones & milites diſcerpti ſint. Tum ex Maxentij Bidolerij Decurionum vrbis primi (maiorem vocant) conſilio palis in amnem duplici ordine deſtitutis, & retra intus ingeſta reſtagnante fluuio aqua in campum Abbatiſſæ immiſſa tanta altitudine inundauit, vel ad vallum intus ductum non niſi per pontem adiri poſſet. Mox à Colinio pons nouus ſupra Clanium in Ioberti pontem, & S. Cypriani ædem ſtratus tanta firmitate, vt etiam tormenta per eum tutò incederent. Alius mox infra eodem machinamento inchoatus.

Nono Kal. Sept. fulminatio inſtaurata, & octingenti amplius tormentorum ictus diſploſi Ruina latè edita cùm Guiſius ad impetum excipiendũ ſuos, qua rebus qua verbis inſtruxiſſet, miſſus à Colinio centurio cum lorica & clypeo ruinæ explorandæ, quã ille ad impetum F

opp

A opportunam eſſe renunciauit, ſed aquam adeò exuberaſſe, vt in ea miles vmbilici fine extaret. De nocte ruina farta Guiſio ad exemplum fortiter faciente. Poſtridie verberatio in aliam murorum partem incubuit irrito ictu. Mox aquam quæ in vrbem reſtagnabat auertere, & in riuos diducere conati Italis per pontem Achardi erumpentibus,& hoſtium ſtragem facientibus fruſtra fuere.

Inde vis omnis in Rocherolium ſuburbium incubuit, vt Clanium amnem in antiquum alueum obicibus remotis cogerent. Vehemens verberatio ad ſaccos lana oppletos clanguit.

Inter hæc lues apud ſectarios ſæuiebat, Colinius ſanguinis profluuio in vltimis fuit. Rupiſulcaudius Comes cum graui morbo luctatus, pedem retulit. Acierius eundem exitum fecit,& Pictauium Niortio mutauit. Bricomontium lues abſtulit, afflicta morbo valetudine, plerique Germani fœdæ ac ſordidæ intemperantiæ ſpiritum reddidêre, cùm ex nimio *Colinius ſanguinis profluuio laborat.*

B vini hauſtu peſtē oppetiiſſent. Lues plura funera in ſingulos dies dabat. Bellouaſius,& Nocleus ipſius frater ad occaſum vicini Maxentij fanum conceſſere. Non tamen animi ſectatiis tot funeribus adeò fracti, quin ineunte Septembri verberationem ad Rocherolium inſtaurarent, turris in ponte, de qua diu certarum, pene deiecta eſt, locus ſuperior infeſſus, vnde obſeſſi infenſabantur. Sed dolia de nocte aſſeribus deuincta per vias diſpoſita,& aggere firmata ſunt, quibus in vrbe recti commearent, tum lintea ſuſpenſa proſpectui eripiendo.

IIII. Nonas Septembris obſeſſi eruptione facta Rucherolium inequitant, & hoſtium munimentis, quibus extra ictum erant euerſis in vrbem incolumes ſe recipiunt.

Poſtridie cùm vehementer in muros arietaſſent, ſectarij ad ruinam vim faciunt. Pilius, Santandentius,& alij duces loricati clypeis pro munimento,& vinea obiectis, ferrea omnes ſpecie in fronte procedebant, ſequebantur gregarij cum ferreis fiſtulis, Germani cum ſariſ-

C ſis. In ruina ſtetere Paſſacus, Nætius, Montalius, Corbonerius ſariſſati, à quibus cum ingenti clade hoſtes repulſi peſſum iere. Pilio femur ſariſſa traiectum, Santandentio clauus ferrens è tormento pectus hauſit, Germani aliorum exemplo docti reſiliere. Poſſaco in ruina glande plumbea caput tranſactum eſt. Ea tentatio mirum quantum hoſtibus animos fregerit, obſeſſis erexerit.

Colinio pretium viſum obſidionem ſoluere, ſed ſine dedecore. Rumor increbrebat Ducem Andium obſidioni ſoluendæ validum exercitum ducere, iamq; ad Eraldi caſtrum ſuos promouerat, cùm capta occaſione Colinius conuaſari iubet.

Deſiderata ex obſidentibus duo bellatorum millia, ex obſeſſis non plus centum. Supplicationes mox indictæ, quibus hoſte pulſo grates gratiæ Deo haberentur. Guiſius quinto Idus Septembris ad Regem, qui Cæſarudunum Turonum venerat victoria vitulans pro-

D fectus eſt.

Id temporis Colinius Condicinum Nannetum per Telignium cuniculis & aſtu tentauit, proditio non ſucceſſit. Dux Andium ad Heraldi caſtrum ruina edita vim fieri iuſſit, Italis in fronte præeuntibus, qui cum clade repulſi ſunt: quare nuntiato Colinij aduentu ſarcinis collectis pedem retulit,& primis caſtris ſub veſperam ad portum Pilarum Creuſam fluuium ſine offenſione tranſmiſit, fruſtra inſequente Colinio qui annonæ inopia preſſus recreando militi Faiam Vinoſam inter Eraldi Caſtrum,& Lodunum vrbem ſitam, perrexit.

III. Idus Septembres Lutetia grauia Senatus conſulta in Colinium, Ferrerium Carnutum Vicedominum, Mongomerium facta, effigies eorum vnco per vias tractæ,& publicè in furcam actæ. Capita eorum quinquaginta aureorum millibus proſcripta. *Senatuſconſulta Lutetiæ in Colinium facta.*

Inter hæc Dux Andium copiis auctus 6. Kal. Octobres Vigenna pontibus tumultuariis

E quia intumuerat tranſmiſſo, in hoſtem ducit. Monpenſerius cui prima acies ceſſerat, Lodunum venit, vrbem commeatu copioſam, vt hoſti famem machinaretur, cùm exercitum ſine copiis retineri non poſſe ſciret. Inde Mirabellum vertit, vt Colinio tranſitum in Pictones intercluderet. In itinere Bironus caſtrorum præfectus nuntiat, hoſtes Moncontorium pergere, locum prœlio ſupra votum opportunum eſſe. Colinius ſuis cottidie dilabentibus, Germanis, quia ſtipendia ad diem non repræſentabantur tumultuantibus, antequam penitus defereretur rem in diſcrimen mittere coactus eſt. Ne Andinus quidem à prœlio abhorrebat, qui nouas copias in Germania conſcribi, hoſtes laboribus exhauſtos, milites ſuos integros,& è ſtatiuis, aut domo recentes, ac bene curatos eſſe, Mongomerium ex Bearno & Aquitania re bene geſta cum valida manu aduentare inaudiſſet.

Colinius pugnandi certus pridie Kal. Octobris ad vicum S. Clari in planitie mane aciem *Colinij exercitus.*

F inſtruit. In eius exercitu erant 6. equitum millia, octo ſclopetariorum, quatuor Germanorum peditum haſtatorum, & variæ peditum Gallorum cohortes, tria maiora tormenta, tria minora, duæ colubrinæ. Aciem ducebat Ludouicus Naſſuuius, Colinius primum cornu, Moius

Moius vltimum agmen. Cùm regij non comparerent, iamq; Colinius receptui caneret, A
Monpenſerius cui prima acies credita, in Moium equites emittit, à quibus ſtrages hoſtium
facta.

Cùm in eo eſſent Colinius vtramque aciem laborantibus ſubſidio promouet, Germa-
nóſque monet, vt riuo transmiſſo regios laceſſerent, ipſe cum ſuo agmine, & Acierij equi-
tum turma impreſſionem facit, quam regij valido equitatu excepere; mox impetu facto
Germani obtriti terga vertere, ipſo Colinio pedem referente, fuga latè creuit, quæ non ante
inhibita, quàm ad pedites ventum.

Interim Bironus diſpoſitis in colle tormentis infeſta diſploſione in hoſtium cuneos ia-
culari, fulminare, equites, pedites ferreis globis diſcerpere cœpit, cùm Germani ſtratis ad
terram corporibus crebra fulmina eluderent, pedites collis vmbraculo ſe tegerent, Bironus
transſlatis in diuerſa loca tormentis decuſſata iaculatione vtrumque hoſtium latus petiit, in B
equitem Germanum qui conſerto agmine ſtabat ea verberatio maximè incubuit. Galli
equites productis in lineam ordinibus minus obnoxij fuere. Nox prœlium diremit, & vi-
ctoriam regiis non abſtulit, ſed diſtulit.

Poſtridie Nonas Octob. Colinius cùm copias fugę propior Erualium oppidum traheret,
in Andinum Diua fluuio transmiſſo cum tota belli molle properantem incidit. Germani
terram more ſuo exoſculati de re ſtrenuè gerenda iuſiurandum vltro dedere, ita diſpoſitis
copiis, vt inter equites ipſi pedites tradito Colinij more pugnarent.

Monpenſerius primã aciem ducit.

In regio exercitu primam aciem Monpenſerius ducebat in qua Heluetiorum IIII. mil-
lia, cum VIII. maioribus tormentis, V. Gallorum legiones erant. Primam equitum turmam
ducebat Martignus, quẽ Franciſcus Borbonius Monpenſerij filius, cũ Chauignio ſequeba-
tur, Guiſius, & Valeta cũ Heluetiis ſtare iuſſi, qui ad omnes caſus præſto eſſẽt. In prima acie C
quinque millia equitum, & quingenti erant, in ſecunda quam Audinus ducebat tria equi-
tum cataphractorum millia, duo Germanorum; tum quatuor peditum legiones ſequeban-
tur quibus pręibant 7. tormenta maiora: cùm hoſtes propius accederent, Tauanius, & Biro-
nus belli ſcientes duces in Audini amicitia validi, in collem proximum euadunt, vnde ho-
ſtium copias oculo luſtrarent, quarum aſpectu recreatus Tauanius de victoria ſpopondit,
& inſolita alacritate regiis pugnæ auidis animos auxit ſub horam ab orto ſole ſecundam
poſt preces ad Deũ fuſas, & ſolemnia vota rite nuncupata, tormenta tonare, fulminare, miſ-
cere agmina cepere. Mox collaris ſignis impetu facto hoſtium prima acies inclinata. Prin-
cipes Bearnenſis, & Condæus Colinij monitu prœlio exceſſere. Tum vero Monpenſerius
cum firmo equitatu in Colinium ruit, & Martigio in Moium vim faciente hoſtes in pedi-
tatum impulit. D

Diu anceps inter vtroſque victoria nutauit. Audinus Tauanij hortatu impetu facto in
confertos hoſtium cuneos ruens labentem ſuorum aciem reſtituit, tum Arturus Coſſæus
cum Guiſio aduolans hoſtes loco mouit, qui incurrente Bironio in fugam verſi peditatum
ſuum ab Heluetiis labefactatum torrentis more præcipitati obtriuerunt. Heluerij via facta
Germanos pedites armis abiectis ſupplices occidione ceciderunt, tribus Gallorum milli-
bus qui ſe ad Germanos pedites aggregarant Audini iuſſu gratia facta. Duobus Germano-
rum millibus noſtrorum humanitate parcitum, qui cum duce ſuo Hectore Reilleno in
Germaniam Regis iuſſu incolumes remiſſi.

Ex affine meo Moncontorienſi, cui munus ſepulturæ mortuis procurandæ impoſitum
erat didici, eo prœlio XVII. millia hoſtium, octingentos regios cecidiſſe, eumque nume-
rum in publicas tabulas relatum eſſe: fides auctorem appellet. Plerique à ruſticis in fuga E
cæſi, alij Parthenium, Niortium Rupellam euaſẽre. Capta tormenta, & Germanorum impe-
dimenta, omnia item peditatus ſigna: victoriæ fama in dies gliſcens Italiam & Hiſpa-
niam gaudio impleuit. Omnia in maius accepta, Catholicis lætitiam, ſectariis metum
fecere.

Audinus Niortiũ venit.

Audinus victoriæ inſiſtendum ratus Niortium venit, quod Moio qui vrbi præerat ex in-
ſidiis interempto ſponte patuit. Inde Luſinianum, Fontenæum, Er..di caſtrum à Rege le-
gem accepere. Allobroges, & Septimani domum redeuntes deleti. Rex eo animo erat, vt
cladis reliquias perſequeretur, ſed ab ea mente deductus per homines militiæ imperitos
magno errore, S. Ioannis oppidum obſedit.

Interea Colinio Duce principes Montalbanum magnis itineribus venere, quò eos Mon-
gomerius exſpectare iuſſus eſt. F

Sub id Santeranus Aruernorum pręſes Aurillacum, & S. Sulpicij fanum obtruncato Sal-
liano arcis præfecto vi cœpit, Salliani vxorem viraginem, à qua vulnus acceperat, captiuam

S.Flori

A S.Flori oppidum ſecum abduxit. Sanſacus poſt irritam Chatitæi obſidionem Donzium recipit, Nucetum deditione capit, Vezelias firmum in Heduis oppidum in prærupto colle ſitum impetu per ruinam facto fruſtra tentat.

Nemauſus ſectarijs cedit.

Eiuſdem deſcriptio.

Diuerſa parte Nemauſus in Septimania ſectariis ceſſit. In ea vrbe multa antiquitatis veſtigia, Amphiteatrum, palatium, Veſtæ delubrum, extra vrbem, fons vrbi cognominis, antiquitate & fama celebris. Sectarij cùm à Santandreano vrbis præfecto durius habiti eſſent, quæ vrbe pulſi erant, hanc reciperandæ patriæ rationem inierunt. Fons Nemauſus tam vbere aquarum vena fluit, vt piſtrinis compluribus intra, & extra vrbem voluendis ſufficiat, inter arcem, & Carmelitanam portam labens, in quam porta humili clatris ferreis obſepta per tubum fictilem admittitur.

Mataro quidam faber ferrarius pecunia corruptus ferreos clatros de nocte per funem ex B vicina ædicula demiſſus lima ſenſim exedit, ſecturaſq́; , vt ignorabiles eſſent, luto & cera texit: re comperta exules trecentis militibus freti, cùm ad eum locum inter olueta laterent, ſectæ miniſtro animos faciente, Nouembri menſe tanta repente coruſcatio, tam crebris ignibus effulſit, vt pleriq́ue territi abitum pararent, niſi Sancoſmus ordinum ductor omnia prius tentanda ratus obſtitiſſet. Is cancellis reuulſis aditum per canalem aperuit, & cum delecto milite ingreſſus ſtationem obtruncat, inde Coronali porta refracta tubicines qui magno numero cum caculis erant equis inuectos admittit. In vrbe ſectæ conſcij ad opem aduolant, & ad ſuos ſe aggregant, præſidiariis cæſis.

Santãdreanus deſiliẽdo crura ſibi frangit.

Santandreanus cum e mœnibus deſiluiſſet, annis & corpore grauis cruribus fractis in foſſa decubuit, mox à plebe furente confoſſus eſt. Multa per libidinem & furorem ſæua patrata. C L. amplius ex oppidanis cæſi. Aſtulius arcis præfectus poſt trimeſtrem obſidionem C ſuffoſſa cuniculis turre ſalua omnia pactus deditionem fecit.

Inter hæc Andinus caſtra, ad S. Ioannis Engeriaci vulgo Angelicum vocant, oppidum XVII. Kal. Nouembr. firmo milite, Pilio duce inſeſſum promouit. Vrbi à cœnobio venerandæ antiquitatis nomen inditum, quæ loco depreſſo ſita eſt, ad Botanam fluuium, qui alueo anguſto, ſed profundo ex Angoliſmenſi agro per Chiſeum, & Tonæum labitur, & foſſam vrbis inundat, ab eaque ſuburbium ſanctæ Crucis diuidit.

Rex in caſtra venit.

VII. Kal. Nouembr. Rex in caſtra venit, & deditione imperata cùm obſeſſi abnuerent, verberatio cœpta. In ea obſidione artes omnes quibus vrbes aſtu intercipiuntur, propugnacula cuniculis ſubruuntur, foſſæ aggere, & materia replentur, aduocatæ ſunt machinæ, quibus monimenta & mœnia euertuntur, quibus hoſtes in ruina conſiſtere prohibentur, ſimul admutæ, foſſæ ex longinquo ductæ, aggere & vallo munitæ, quibus tecti milites impune D commearent, & ſub mœnia ſuccederent, plutei vineæ, mœniana, teſtudines, proiecta, ſuggrundia regendo militi fuere. Obſeſſi contra quicquid eſt ignium bitumine & ſulphure ardentium hoſti perdendo adhibuerunt, circulos ignitos pice incenſos, ollas igneas bitumine, & oleo ſtillantes, murices, tribulos, aſſeres clauis acutis confixos, poſt ruinam foſſas tormentario puluere longo ductu refertas, cætera denique propugnandis vrbibus reperta difficili tempore vſurparunt, nihil ab obſidentibus non magna vi tentatum, nihil ab obſeſſis omiſſum, aut remiſſum fuit, vtrinque ſuæ, & hoſtium vitæ pariter parcebant.

Vrbis deditio.

Sebaſtianus Martigius dum vallo producendo, & vimineis doliis ſtatuendis intus curat, à latere plumbea glande capite confoſſo peſtem hoſtili mandatam manu oppetiit. IIII. Non. Decembr. Pilius vitam, & vaſa ſalua pactus vrbem dedidit. Octingenti pedites, centum equites egreſſi proſequente eos feciali regio ac tubicine Engoliſmam incolumes te- E nuere.

Multæ paſſim in Biturigibus & aliis Franciæ prouinciis vrbes, & arces vtrinque aſtu, deditione, proditione, vi captę, multę direptiones, populationes, interneciones per oppida, quę quia ſunt obſcuri nominis præterire pretium eſt.

Maria Barbanſona virago ducis ac militis munia implet.

In Biturigibus à Regiis Lignerium oppidum deditione receptum, Bauguium munitum oppidum vi captum. Benegonium arx deditioni ceſſit, quam Maria Barbanſona Ioannis Bartenſis Neouij vidua præſidio inſederat, virago manu ſtrenua, quæ ducis ac militis munia ad ſtuporem ſpectantium impleuit.

Ea cùm commeatuum inopia capta eſſet ob virtutis inuiſitatæ gloriam iuſſu Regis liberata eſt.

Maranum obſeſſum.

In Pictonibus Maranum octauo à Rupella lapide per Dallonium Ludij Comitem obſeſ- F ſum. Ea vrbs mœnibus inops ſitu valet, vaſtis paludibus reſtagnante mari cincta, ad Boream Beraldi canali profundo, & præcipiti vallata. In ea Pluuialtus dux manu & conſilio validus, præſidium agebat, à quo munitiones ad pontem Sublicium factæ, vt omnes aditus ob-

ſtrueret. Pigallarius à Dallonio ſummiſſus paludium voragines iunco, & ſtramine replet, A
vt miles per ſolidum incedens. anfractuoſo itinere munimentum à tergo inſiliret. Mox
Dallonius cum copiis ad Brunam aduolat, quæ Rupellam Marano tendentibus ducit,
Cambius Monſorellus occupata Ella ſuper Maranum nauigiis armatis vim parat. Re comperta Pluuialtus fugam expedit, & Rupellam ſuos nullo ordine abeuntes trahit. Inde ad
Marennas inſulas in Santonibus ſupra Rupellam Dallonius ducit, vt annonæ inopiam Rupellanis faceret, ſalinarumq; vſu adempto ſectæ opes, quæ in eo ſitæ erant, interuerteret.
Germani qui aditus occluſerant, vi pulſi, per itinera, crebris ſalinarum tubis intercisa, gurgitibus & profundo voraginum hauſti ſunt, Alij cladis ſuperſtites cùm Broagium fuga peterent, palantes per litora maris cæſi, aut paludibus abſorpti.

Auaricum Biturigum proditione tentatum.

Exeunte anno Auaticum Biturigum proditione tentatum. Caſtræus prouiniæ rector re
cognita, mala granata pice ſtillantia pulueris tormentarij varios itinere ſinuoſo ductus, ol- B
las ſulphure & oleo incenſas locis idoneis diſponit, hoſte de nocte in inſidias lapſi, glandibus ferreis, pice ardente, puluere incenſo diſcerpti conflagrarunt, qui citra noxam fuêre,
cùm in Caſtræi manus veniſſent præter ſpem cruciatu exempti, & vita donati ſunt.

Diuerſa parte in Septimania turbæ immenſum gliſcebant. Colinius Agullonium in confluenti Olgæ, & Garumnæ receperat. Ad S. Mariæ oppidum IIII. Idus Decemb. pontem
inſtruxerat ferratis trabibus directariis in fluuium deſtitutis, deſuper lignis tranſuerſariis
impoſitis, quæ aſſeribus ordine diſpoſitis tegerentur, crebræ ſubſcudes cum tranſtillis, &
longuriis immiſſę nauigia inter ſe ferro vincta pro ariete ſubiecta, quæ onus ſuſtentarent, &
tibicinis loco eſſent, pons ne ventis, aut fluctibus cederet ſublicis ſuffulciebatur, & catenis
ferreis ab vtraque ripa ductis firmabatur, in aditu & exitu ad aſcenſum & exſcenſum lignei gradus erant. Pons eo fini fuit, vt transmiſſo exercitu Colinius Vaſatum, & Allingo- C
nem vrbes in poteſtatem redigeret.

Monlucius ab architecto ignobili monitus ponti ſubruendo hanc rationem iniit. In Septimaniæ fluuiis frequentes ſunt molatrinæ catenis ferreis è ripa vinctæ cum piſtrinario inſtrumento, & ædificio ligneo ad procellas & fluctus valido. Monlucius cùm Olga amnis
imbribus, & niuibus intumuiſſet, & venti furerent, molatrinam catenis liberam fluuio vndanti permiſit, quæ vi ventorum & fluctuum in præceps rapta tanto impetu ad pontem alliſa eſt, vt eo perrupto ſibi viam fecerit, & nauigia ponti ſubſtrata Burdigalàm abripuerit,
quo caſu Colinij conſilia peſſum iêre.

Id temporis à Rege dimiſſi Itali Romam venere cum ſignis hoſti ereptis, quæ Pontificis
iuſſu tholo Baſilicæ S. Ioannis Lateranenſis ſuſpenſa ſunt, ipſi honorificè à Pontifice donati domum abiêre. D

IVLII CÆSARIS BVLENGERI HISTORIARVM

LIBER TERTIVS.

A ADHVC Franciæ annales ab anno 1559. ad annum 1570. ita deduxi-
mus, vt cùm turbas religionis præſcriptione per ſectarios in Gallia fa-
ctas lectioni tranſmiſerimus, nihil eorum quæ in reliquis orbis partibus
geſta ſunt attigerimus. Quod vberrimus in eo argumento campus ſcri-
bentibus pateret. Iam dum hæ turbæ conſileſcunt, atque iræ leniùs, ad
externa nobis pes ſtruendus eſt, vt legentium animus in varietate ac-
quieſcat.

Anno milleſimo quingenteſimo 59. Ferdinandus Cæſar id vrgebat apud imperij princi-
pes, vt ad comitia Auguſtam ſuperiori anno indicta conuenirent. Henricus II. Galliarum
Rex, per clarigatorem (Araldum vocant) apud Cæſarem egit, vt per legatos comitiis inter- *Rex comitijs per legatos intereſt.*
eſſe poſſet, eo conſilio vt Philippi Hiſpaniæ Regis animum ſi fortè pax inter eos non coale-
B ſceret, iniecta de tacito cum Germanis fœdere ſuſpicione in ancipiti haberet, tum verò vt
ab illis firma auxilia extorqueret, quod in leui fore videbatur, cùm in Pannonia motus om-
nes à Turco ſilerent.

Cæſar auguſtiore cultu in ampla Auguſtani palatij aula, ſublimi ſolio, ſub vraniſco ſedēs, *Ordo conſeſſus.*
ad dextram Archiepiſcopum Moguntinum Coloniæ Agrippinenſis legatum, Archiducem
Carolum, epiſcopum Iuuanienſem Prutenotum magiſtrum, & alios pleroſque proceres ha-
buit. Ad læuam Treuirenſem epiſcopum, legatos ducis Saxonum, Comitis Intuergorum
Rheni, Marchionis Sennonum, Ducem Boiorum, Comitem Palatinum, quibus ex aduerſo
ſedebant Bordilioneus Regulus, & epiſcopus Iuliobonenſis.

Ibi Regis Galliæ oratores, ab Henrico omnia officia, & perpetuum cum imperio fœdus
prolixè obtulêre, quibus benignè reſponſum, & amicitia oſtenſa, ſi Diuiodurum, Tullum,
C Virdunum imperij vrbes in priſtinum reſtituerentur. Illi nihil ſe ſuper iis in mandatis ha-
bere dixerunt, ſed rem ad Regem delaturos. Mox honorius à Cæſare habitus à quo epulo
peramanter excepti ſunt.

Id temporis grauis nuntius Cæſaris aures affecit, Purpuratum Curtenſem, & Myſiæ infe-
rioris præfectum, exercitum ſcribere, quem in Pannoniam inferiorem Ioannis Regis auxi-
lio traherent, qui ſibi à Ferdinando nuptiis filiæ pactis, non præſtitis fucum factum eſſe gra-
uiter ferebat. Is Turcorum & Pannoniæ procerum opibus multa iam oppida, & caſtella vi
ceperat, atque adeò toti Pannoniæ imminebat, niſi Ferdinandus tumultuaria expeditione
Tranſſyluani impetum in Pannoniæ finibus graſſantis fregiſſet.

Chriſtiani principes veriti, ne per eam occaſionem Turci in Pannonia veſtigium fige-
rent, auctores fuere, vt ab armis vterque diſcederet, & arbitris diſſidia permitterent, poſitis
D armis, oratoribus à Ioanne miſſis, qui de nuptiis ſarciendis apud Cæſarem agerent, in faciem
pacis venitur. Iuliobonæ, Viennam vocant, auditi, cùm à Ioanne Pannoniæ & Tranſſylua-
niæ Rege ſe miſſos dicerent, oratio eorum interpellata eſt, aſſerente Cæſare, Ioannem Pan-
noniæ Vaiuodam eſſe, non Regem, quòd Pannoniæ regnum hereditario iure ſibi obueniſ-
ſet. Oratores adnitente Rege Poloniæ, hoc titulo demoti, Vaiuodæ mandata deferunt, vt

Digitized by Google

Cæſar iura Tranſſiluaniæ exueret, quæ integra Ioanni manerent, perpetuum inter eos fœdus nuptiis filiæ ſanciretur, cui centum millia nummûm doti dicerentur, decederet omnibus quæ vltra Tibiſcum fluuium eſſent, cæterorum eis amnem penes eum arbitrium eſſet. Ferdinandus ab eo matrimonio abhorrebat, quo ſibi iura in Tranſſyluaniam interuerti ſentiebat, quare oratores infecta re dimiſſi, bello laceſſita pax, vtrinque ingentes copię factę, variæ clades à Turcis illatæ, quas ſtella crinita in Italia, & duo ſoles in Germania portendere viſi. A

Inter hæc Elizabetha Regina Angliæ, pacę cum Henrico Galliæ Rege, Icio ac Ceſoniaco nauali, conditionibus quibus ſupra dictum eſt, relictis, firmata, otium capeſſit.

Pacis inter Reges Frāciæ & Hiſpaniæ conditiones.

Inter Reges Franciæ, & Hiſpanię pax coalita, veteres vtrinque controuerſiæ ſilentio diſſimulatæ. Inter pacis leges fuit, vt Henricus Philippo Teonuillam, Mariæ burgum, Epoſium vicum, Danuillam, Mommedium reſtitueret, in Italia Valentiam, & omnia munita oppida integra, præter mœnia Iuoi, pro euerſa Teruanna, quarum vrbium neutra in poſterum muniatur. Philippus contra Henrico redderet Veromanduum, Caſtelletum, Hannum, cum agris & reliquo iure nihil imminuto: vt primogenitus Henrici principatum Crepacorij, & Giueningæ integrum, ac illibatum poſſideret. Aliæ pleræque leges dictæ, quas hic ſubtexere operæ non eſt, cùm Hiſpani Gallis in omnibus fœderibus ſemper os ſubleuerint, & res eorum imminuerint. B

Sub id tempus maria omnia prædonum myoparonibus infeſta fuêre, cui peſti Mattheus Bembus Venetæ claſſi præfectus, vt mederetur, in ſinu Corcyræo cum decem triremibus prædones tanta celeritate perſecutus eſt, vt maria late purgaret. Haud procul Dyrrhachio, vrbe Macedoniæ, ad mare Hadriaticum quæ olim Epidamnus fuit, in ſeptem Liburnicas prædonum incidit, quæ pugnæ impares in portum Dyrrhachij tutum ſuffugium habuerunt, vbi à Bembo ferreis tormentis oppugnatæ ſunt, magna oppidanorum clade, qui prædones in fidem receperât. Ea tentatione, quia pax cum Turco leuiter imminuta erat, Bembus exilio mulctatus eſt. C

Secta venenū ab Eliſabetha hauſtum.

Interim in Anglia Eliſabetha quæ ſectæ venenum hauſerat, vt primum Regina inaugurata eſt, habitis regni comitiis, nihil prius habuit, quàm vt plebeculæ quæ iiſdem opinionibus imbuta erat, ſtudiis ſubnixa, Catholica fide aduerſis nobilitatis ſtudiis toto regno interdiceret. Sectæ miniſtri qui exulabant poſtliminio redire iuſſi, Sanctorum effigies confractæ, ſolum ſimulacrum Chriſti cruci affixi in Reginę ſacello cōſeruatum eſt. Regina eccleſię Britannicæ caput renuntiata epiſcopos, & collegiorum ſodales ex libidine dicere, ſacerdotiorum reditus erogare, maximam partem ſibi arrogare inſtituit, quibus Reg. fiſci trecentis aureorum millibus annui reditus auxêre. D

Diſcordia in Scotia.

Id temporis in Scotia per cauſam religionis omnia inteſtinis diſcordiis æſtuabant. Gallia ſuos motus habebat. Venetiis roſtrâta nauis (Galeonem vocant) omnium noſtræ ætatis nauium longè maxima, quæ ingentis cuiuſdam oppidi ſpecie fluctibus innabat, fœdiſſima tempeſtate deprehenſa, profundo hauſta eſt. In ea trecenta muralia tormenta omnis generis, quingenti claſſiarij, & reliqua ornamenta fuere, quæ cùm ad fauces maris Adriatici remulco tracta eſſet, nec in ea ſocij nauales procella ſæuiente laterum oſtiola tabulatis occluderent, fluctu irrumpente in latus, oneris mole incubuit & merſa eſt.

Iuridicina Romæ reformata.

Romæ cum per Paulum IIII. ſummum Pontificem iuridicina reformata, purpurati aliquot patres iudiciis præpoſiti, apud quos in rebus grauioris negotij legis actio eſſet. Cùm in eo eſſent Ducis Palianij vxor, adulterij falſo crimine obruta, in carcerem à viro truditur. De ancilla conſcia per tormenta quæſitum, quam Dux, quia nihil eruit, manu ſua trucidat. Marcellus Campegius adulterij reus per tormenta interrogatus, dum crimina diluit, pugione confoditur. Dux ad vxorem adulterium à ſe deprecantem pugionem, & linteolum elidendis faucibus mittit: illa meliorem mentem viro precata flagitij puram ſe clamitans, gulam præbuit, quæ manu Cardonæ cuiuſdam, qui ſceleris ſcenam neſariè compoſuerat eliſa eſt. Is Dauidem puerum Ducis filium munuſculis induxerat, vt Marcello matrem oſculum tuliſſe incuſaret. Dux nihil amplius quærendum ratus, delationi pueri fidem habuit. Pontifex re cognita Ducem, & Cardonam, in turre Hannonia ſecuri percutit, & eorum cadauera publico ſpectaculo ad Pontem S. Angeli exponenda curat. Idem Carafæ familiæ, cuius ipſe princeps erat, quia libidine & potentia in omnium capita graſſabatur, honorum titulos abrogauit, fratrem & nepotes vrbe pulſos infamia onerauit, & ſcelerum conſcios vario cruciatu necauit, quæ ſeueritas Pontificis iuſtitiæ ſtudio ne ſuis quidem gentilibus parcentis, inter exempla numeranda eſt. E

Edictum de

Mox ab eo edictum, vt libri omnes improbatæ lectionis cremarentur, quo incendio tan- F

ta libro-

A ta librorum peſſimæ notæ ſupellex conflagrauit, vt ignibus vici, compita, angiportus paſ- *libris im-*
ſim lucerent. *probatis cre-*
Inter hæc Coſmus Medices, Hetturiæ dux, coacto exercitu Suanam oppidum Senenſis *mandis.*
ditionis à Nicolao Petiliani Regulo interceptum intentato belli metu per vim extorquet.
Philippus Hiſpaniæ Rex Gandauum profectus Margaretam Auſtriacam ſummæ rei Belgi-
cæ præficit, mox è Barauis Hiſpaniam felici velificatione appulſus Hiſpali, Seuiliam vocāt,
ſectæ ſemina ſucceſcentia premit, errorum conſcios viros & fœminas publico ſpectaculo
peſſimè mulctat. Pintiæ quod oppidum eſt Gallogræcorum Lucenſium in Hiſpaniæ Tarra-
conenſi 28. è primaria nobilitate, ſectæ conſcij in oculis Regis igni addicti, plerique alij cùm
hæreſim eiurare nollent viui comburia paſſi.

Id temporis Ditmarus inſula inter Daniam & Olſtanium ſita conſulto ab Olſtanij du-
B ce defecit, qui Ducis Saxonum auxiliis fretus, quadraginta duo peditum, ſex equitum mil-
lia cogit, & ad Olſtanium vrbem Ditmaro fluuio finitimam coniunctis cum Rege Daniæ
copiis caſtra ponit, tum per tubicinem deditionem Ditmarenſibus imperat, qui ſe ſui iuris
eſſe, Duci nihil obnoxios reſpondent. Ea inſula oceano ab occaſu, Albi amne ab ortu & me-
ridie, ad Boream alio fluuio vaſto & profundo aluitur. Ad eam per ligneos pontes aditus
vnus, quà Daniam & Olſtanium ſpectat.

Dux vt de inſula cognoſceret, quingentos pedites perire iuſſit, qui locorum anguſtiis in-
tercepti, & cæſi ſunt. Summiſſæ duodecim cohortes quæ laborantibus opem ferrent re-
pentina aquarum eluuione iuxta periculum fuere. Inſulani enim ex emiſſariis, aquas arbi-
tratu ſuo, quibus inſula inundaretur, vel emittebant, vel caſtellis ac conceptaculis cohibe-
bant. Re cognita Dux aquas auertit, & aliò deriuat, mox per tumultuarios pontes in inſu-
C lam irrumpit, eamq́ ferro, igni, populatione vaſtat. Ditmarenſes aquis interuerſis aleam
prœlij ſubeunt, & in patenti camporum æquore acie inſtructa ſigna cum hoſte conferunt.
Vtrinque diu victoria in ancipiti fuit, demùm ad Ducem inclinauit, inſulani fuſi terga ver-
tere, quatuor peditum millia, quingenti equites cecidêre, reliqui fuga in vrbem euadunt,
qui animis victi ad genua Ducis procumbunt, & veniam orant. Dux decies centena millia
talarorum (nummi genus eſt,) in triennium imperat, triginta millia annui vectigalis indicit,
& ſuis eos legibus viuere patitur.

Mox Treuam ducit vrbem in oceani littore frequentiſſimam, ac munitiſſimam, quam *Dux Treuā*
Fridericus Cæſar Olſtaniis ducibus dono dederat. Oppidani finitimas vrbes ad auxilia *exercitum*
cient, quæ rem ſuam agi ratæ, vt efferentem ſe Ducis potentiam infringerent, quinquaginta *ducit.*
peditum, ſex equitum millia cogunt, & Duci copiam prœlij faciunt. Germani proceres ve-
D riti ne latius incendium ſerperet, vtroſque ab armis diſcedere iubent, & rem integram in
proxima comitia referunt, quorum ſententiæ Dux & oppidani acquieuere.

Sub id tempus Moſchorum Dux re toties proſpere geſta ferox centum & quinquaginta *Moſchorū*
millibus equitum ad ſigna coactis in eam Liuoniæ oram quæ ad Boream pertinet irrumpit, *Ducis irru-*
obuia quæque ferro & igni populatur, pleraque oppida, & caſtella vi aut deditione capit, *ptio.*
Oricum (Rigam vocant) in Ripa Duinę amnis vrbem opulentam, & amplam ex itinere co-
rona cingit. regionem excurſionibus infeſtat, ad vrbem impetum facit, quem oppidani ſtre-
nuè retundunt. Ipſe animi impotens, & iræ nimius foſſam ducit, aggeres & propugnacula
ſtruit, vt obſtructo in vrbem aditu famem hoſti machinetur: ad amnem munimenta tor-
mentis inſtruit, quibus nauigatio prono, vel aduerſo flumine inhiberetur. Liuoniæ Dux de-
cem armatorum millia tumultuario dilectu ad Cechenuſchum contrahit, & Poloniæ Re-
E gem ad partes vocat. Dux Moſchorum, vt erat immani & fero ingenio, Liuonienſem epi-
ſcopum bello captum ſacra veſte indutum ad Scytharum Regem per ludibrium mittit.
Ducis Pharodinenſis frater, ſui anxius, obuiam Moſcho tumultuarias equitum, peditumq́;
copias rapit, à quo fuſus, fugatusq́; Oricum ſe recepit. Rex Poloniæ vicinia Moſchi territus
quadraginta equitum millia cogit, cum quibus inſtructæ Germanorum copiæ iter in ho-
ſtem arripiunt. Eo terrore Moſchus ſoluta obſidione, direptis oppidis, & agris in Moſcho-
uiam concedit.

Id temporis Paulus IIII. Pontifex diem obiit, cuius obitu Romæ publica lætitia, feſti *Pauli IV.*
ignes, quòd in negotio inquiſitionis acerbior eſſet. Iacebant in barathro plerique rei totos *Pontif. obi-*
iam quatuor annos, qui per inuidiam in carcerem rapti, tanto tempore ne appellati quidem *tus.*
erant. Nemo Pontificem ſuper ea re adire, quòd irę properus ætate affecta eſſet, audebat: vir
F alioqui fidei Catholicæ diligens, otij publici amans, pietatis ſtudiis inſignis, qui ſibi tamen à
peſſimis officiis illudi per incogitantiam patiebatur. Per interregnū Romani ad arma ruen-
tes, Monachum quæſitorem obtruncant, carcerem effringunt, vinctos in integrum reſti-

ruunt,& Quæſitoris domicilium ad Ripettam vicum malleolis ſubiectis incendunt, anno- A
na in vſus carceris parata furenti plebi prædæ fuit, quæ Carafæ purpurato, totiq; adeò Ca-
rafarum grati ad perniciem imminebat, niſi vis ab Antonio Columna,& Iuliano Cæſarino
ſumma prudentia viris,inhibita eſſet. Deiecta eſt & ſtatua, quæ per initia Pontificij eius è
marmore in Capitolio poſita erant. Omnia Carafæ familiæ inſignia, Senatus, populiq́ue
decreto deraſa.

Pridie Nonas Septembres iuſtis Pontifici ſolutis,Comitijs Pontificiis,tantis partium ſtu-
diis certatum eſt, vt non ante ſextum Kal. Ianuarias Ioannes Angelus Medicœus,Mariani
frater,Pontifex max.renuntiatus ſit,cui Pij quarti nomen conditum eſt.

Turcica claſſis Italiæ infeſta. Id temporis cùm claſſis Turcica myoparonibus littora Italiæ infeſta haberet,& prædas,è
Sicilia,& Italia Tripolim vſq; cottidie aueheret, actum cum Hiſpaniæ Rege per ſummum
Melitenſis militiæ magiſtratum,& Ducem Medioli, Siciliæ Proregem,vt ea peſtis è medio B
tolleretur, quod negotium ſatis ex ſententia explicari non potuit,niſi priùs inſula Meninx,
perpetuum prædonum receptaculum,exſcinderetur.

Inſula Meninx & eius deſcriptio. Ea in mari Punico in anguſtum ſinum contracta eſt, ex aduerſo Pachini Siciliæ pro-
montorij,non procul à parua Syrte, & fluuij Tritonis oſtiis, quam alij Lotophagiten voca-
runt.In longum 30. & quinque paſſuum millia porrigitur, in latum 25. portum habet na-
uigiis fidum,& ventorum iniuria tectum, mare ipſum bis per æſtatem, ſemel per hyemem
intumeſcit,aquis affluentibus, quarum dilapſu imminuitur. Nulla in inſula oppida, pauca
mapalia,palmeta,& oliueta frequentia ſunt,homines vafri, perfidi, ſuperſtitioſi, ad inſidias
& furta belli prompti,in aperto prœlium non audent.

Interim claſſis Turcica Dragutu duce, penes quem ſummum armorum imperium erat;
omnia littora ferro & populatione vaſtabat.Is inuadendæ Tripoli vrbe Numidiæ,Maurita- C
niam iter vertit.Ea vrbs è regione Sardiniæ, non longè ab Aphrodiſio, & Tuneto ſita eſt,
& à Tafrano, Abrotano, & magna Lepti, tribus validis oppidis, nomen ſortita, inter duas
Syrtes iacet,cui præerat Gaſpar Vallera Gallus,qui poſtea magiſter militiæ Melitẽſis dictus
eſt,vir militia ſpectatus, prudentiæ eximius, qui commeatuum inopia, cùm ex improuiſo
oppreſſus eſſet, poſt hoſtium impetus ſemel, atque iterum fortiter fractos, ad deditionis
conſilia coactus eſt, quam rebus & armis integris paciſcitur. Dragutus vrbis à Solimano
præfectura impetrata, nihil prius habuit, quàm vt Caruani Regem cum quo veteres inimi-
citias exercebat,ſtatione regni eiiceret,quod ope Xeſquis, inſulæ Meningis principis,cuius
amicitiam ſubdolè quæſierat, ex ſententia perfecit,mox Xeſquem ipſum, inſulæ quæ vberi
ſolo ad latrocinia opportuna eſſet,principatu ſpoliat,& in tuorum ore laqueo necat. Quod
Mauri tam ægrè tulere, vt cum Melitenſis militiæ magiſtro de Draguti exitio conſilium D
inierint,à quo Philippus Hiſpaniæ Rex,& Caruani princeps ad ſocietatem armorum voca-
ti ſunt.

Inter hæc cognito triremes Turcicas octoginta,& minoris formę 30.nauigia è Propon-
tide Apolloniam appuliſſe,Ioannes Cerda Siciliæ Prorex,& Ioannes Auria Meſſanam cum
inſtructis triremibus veniunt. Apollonia,quæ & Aulon dicta,Macedoniæ vrbs eſt,quæ ma-
ri Adriatico ex aduerſum Apuliæ alluitur. Ad eam ne curſum flecterent hyemis aſperitas,
& procellarum fœda prohibuerunt.Res in ſequentem annum dilata eſt.

Concilium Tridentinũ. Sub id tempus à Pio IIII.Cõcilium Tridentinum indictum, Carafa Cardinalis antea-
cti temporis infamia, & rapinis afflictus in cuſtodiam datur, mox in arcem S. Angeli com-
pingitur, quanquam de præteritis cum Pontifice tranſegiſſe, & pares cum eo rationes ha-
buiſſe dicebatur. E

Claſſis Hiſpana Syracuſis ſoluit. Ineunte anno 1560.Claſſis Hiſpana Syracuſis ſoluit,& Meningẽ inſulam ſecunda naui-
gatione tenuit, vbi duæ hoſtium Oleades captæ quarum altera lino, & mercibus Alexan-
drinis,altera oleo & melle onuſta erat,quibus pro more Hiſpaniæ inſignia ſtatim affixa ſũt,
& præda in duces,& milites pro cuiuſque loco & virtute diuiſa. Exſcenſione facta militum
tria millia in terram expoſita collem occupant,& præſidio muniunt, in quos Mauri equites
quadringenti,& quinque ſclopetariorum millia incurrunt,vtrinque ſtrenue certatum, pau-
ci deſiderati. Mox Hiſpani cùm aquatum exiſſent exigua manu à Mauris grauiter affecti
ſunt,vnde longius digreſſi, re diu agitata Meningen vela referunt, & repertis puteis acies
inſtruũt,tormenta campeſtria promunt,nocte inumbrante vallo & aggere ſe muniunt,qui-
bus duo Mauri propius nuntiant Dragutum inſula exceſſiſſe, ſi commeatu egeant, ad ar-
cem accederent,omnia liberaliter à nouo Xeſque futura. F

Dum in eo ſunt,à transfuga monentur inſulanos in armis eſſe, cum quibus ſe Turci cõ-
iunxerint, impreſſionem poſtridie facturus. Iterum nouæ fraudes, per ſpeciem legationis
tentatæ,

A tentatæ, quibus Hiſpani parum fidei eſſe rati, decus & ſpem in armis poſuerunt. Inter a-
quandum leuis pugna edita, quæ noſtris pro meliore fuit. Poſtridie Cerda ducit ad arcem.
In prima acie Galli, Germani, Melitenſes ad duo millia peditum erant, in ſecunda tria Italo-
rum millia, duce Gonzaga: vltimum agmen Hiſpani tria millia quingenti claudebant. Ad
ſubſidia duæ ſcloppetariorum alæ fuere, in quibus ſingulis pedites trecenti. Cùm ad ma-
nus ventum eſſet Mauri magnis animis impetum fecere, quorum plerique ſariſſis, plures
glandibus ferreis confoſſi. Cùm vehementius inſtarent nouis, ac recentibus in ſeſſorum lo-
cum ſuccedentibus Hiſpanorum acies nutabat, ni Cerda laborantibus loricatos cum ſariſ-
ſis ſubſidio miſiſſet, à quibus acie inſtaurata Mauri fuſi pedem retulêre. Oſorius ad læuam *Oſorij virtus.*
ingentem hoſtium ſtragem edidit. Cerda ſi victoriæ inſtitiſſet eodem die debellari potuit,
ſed dum puteis purgandis, foſſis ducendis tempus extrahit, occaſio è manibus elapſa eſt.
B Mauri tamen noſtrorum virtute territi, dubij belli, pacis rationes trahunt, è quibus vnus
album vexillum læua ventilatum humi defigit, ac literas deponit, quibus Mauri Hiſpano fi-
dem, & vectigalia quæ Turcis antea penſitabantur iurati ſpondebant. Obſides fidei dati pa-
cta firmarunt. Edicto cautum, ne quis in Mauros aliquid atrocius auderet, cuius edicti do-
lore Hiſpanus ſpe prædę æſtuans in gladium ſe induit. Cerda in oppido firmiſſimam arcem,
alteram ad Cantaram, quæ inſulæ pars aditum in vrbem pedeſtri itinere aperit valido ag-
gere, & propugnaculo munit. Valetudinarium reficiendo militi procuratum. paratus bellici
in vrbem comportati, locis editis tormenta locata.

Interim in Scotia turbæ graues erant, quas Eliſabetha Angliæ Regina fouebat, eo fine, vt *Scotia turbis agitatur.*
Gallos regno imminentes exigeret. Illi apud Petiuitum in oceano portum nobilem, cui Le-
thæ nomen olim fuit, primo ab Alatis Caſtris, Edemburgum vocant, (ea Scotiæ ciuitas
C princeps) lapide, foſſa, vallo, aggere, propugnaculis ſublimibus, & validis ita ſe muniue-
rant, vt omni oppugnatione ſuperiores eſſent. Quos vt Eliſabetha imparatos opprimeret,
inde per oratores ſuos Franciſcum Franciæ Regem ſpe pacis attinebat, inde claſſem vali-
dam per Clintonium maris præfectum, terreſtres copias ex omni Britannia coactas per
Norfolcium ducem, & Raium Milortum in Scotiam ſummittebat, qui Gallos ad deditio-
nem cogerent. Rex Galliæ rem ſubodoratus auxilio claſſem ſummiſit, quæ cum ventis, &
fluctibus luctata in irritum ceſſit. Galli Lethæ, obſidione terra mariq; cincti deſperato ſub-
ſidio manus dederunt.

Quæ dum in Britannia fiunt Mediolani indigenæ, ſeruitutis mala inter ſe agitant, ac- *Turbæ Mediolani.*
cenduntq; iniquis iudicum ſententiis oppreſſi, quibus Hiſpaniæ Rex, vt leuamentum affer-
ret, tres viros ex Hiſpania, penès quos ſumma iudiciorum eſſet, Syndicorum cognomento
D mittit, à quibus res ciuium adeò attritæ ſunt, vt iuſti domini iure ſuo vltro cederent, ne iu-
dicio experiri cogerentur. Quare nouus ille magiſtratus breui exoleuit. Inter hæc in inſula
Meninge Mauri Alcorano religioſè tacto apud Cerdam in nomen Hiſpaniæ iurant, & ſex
millia nummûm annui vectigalis, quatuor ſtruthiocamelos, quatuor falcones, totidem acci-
pitres, & camelum iurati ſpondent.

Cùm in eo eſſent, Hiſpani rumore Turcicæ claſſis, quæ Conſtantinopoli ſoluerat, afflati,
rationibus ſuis conſulunt, commeatus & milites è Sicilia arceſcunt, claſſem nautico inſtru-
mento firmant: ſed dum Cerda, vt erat morator, diem de die ducit, à Turcorum claſſe, in
qua 85. triremes, & pleraque alia minoris formæ nauigia erant oppreſſus, vix effugio locum
habuit, triremes eius aliæ demerſæ, aliæ captæ, aliæ ad ſaxa vento alliſæ ſunt. Decem &
nouem in poteſtatem Pialis, penes quem rerum arbitrium, & ſummum belli ius erat, venê-
E re. Auriæ, & Antonij Maldonati triremes, quia ſe in Syrtium anguſtiàs non incluſerant, ſed
altum tenuerant, euaſêre. Ingens militiæ flagitium fuit, quòd hoſte viſo, de fuga priùs, quàm
de prœlio agitarunt. Qui ſi non minus ab animis, quàm à nauibus parati fuiſſent, anceps
prœlij euentus futurus erat. Aluarus ſpe ſubſidij per Melitenſem magiſtrum accepta, ſe foſ-
ſis, aggeribus, & firmiſſimis propugnaculis munit. Contra Pialis coniunctis cum Draguto
viribus deditionem Aluaro per Hiſpanum imperat, qua negata Turci ad Palmetum agge-
rem exſtruunt, & hoſtium iaculationi ſe ſubducunt.

Inter hæc nouem dicrota Prædonum Iuliæ Cæſareæ, Algerum vocant, egregiè inſtructa *Mare Mediterraneũ latrociniis infeſtatur.*
mare mediterraneum impune latrociniis infeſtant, Taggiam Genuẽſium populantur, cùm
victa Hiſpanorum claſſe nemo maria tẽtare auderet, Roccambrunæ, Reguli Monœci agros
incendunt, Villæ francæ portum in Allobrogibus vaſtant.
F Dux id temporis in arce Villæ francæ agebat, qui Guidone Piouena duce quadringen-
tos pedites haſtatos, & curulia tormenta in prædones immittit. Illi exſcenſione facta ma-
num conferunt, Allobroges fundunt, Duci ipſi periculum creant, ſeptuaginta pedites, &

tormenta manu capiunt,quibus redimendis XII.aureorum millia impenſa ſunt.Cùm in eo A
eſſent, in inſula Meninge Turcis nihil remiſſum erat Foſſam altam duxerant,qua tecti ſub munimentum Aluari ſuccederent,puteos occuparant,vbi leuibus prœliis certatum, Turci ſimulata fuga Hiſpanos in inſidias longius à propugnaculo trahunt, quas illi ſubodorati pedem non citra noxam referunt.

Eo prœlio centum Hiſpani, ducenti Turci deſiderati. Aluarus ad VII. Idus Iulij, cùm inopia commeatuum eſſet,animiq; militum ſiti,æſtu, cæli intemperie caderent, in hoſtium aggeres vim facit,hoſtem vallo ſpoliat, ſarcinas diripit, tantumq; terrorem inicit,vt totis caſtris trepidaretur, Draguto femur ſariſſa confoſſum. Sed dum miles prædæ, non prœlio inſiſtit,Turci collectis animis imparatos inſiliunt,fundunt,fugãt,ad foſſas vſque inſequuntur, vnde ab Aluaro, Oliuera Malueſino, Cardena, clypeata teſtudine pulſi ſe receperunt. Tria hoſtium tormenta clauis confixa ſunt, ſexcenti Turci cecidere,ex obſeſſis XXX.Pia- B
lis clade accepta, robur exercitus ad obſidionem admouet, aggeres & propugnacula inſtaurat,verberationẽ inſtituit. Cùm aquæ penuria eſſet,mileſq; ſiti vereretur. Hiſpani mille & quadringenti flagitioſo transfugio ad hoſtem tranſiêre.

Aquæ penuria in Hiſpano exercitu.

Interim Aluarus intra ruinas murorum trecentos Hiſpanos,& totidem Italos in inſidiis locat,intra fauces, anguſtiaſque duarum foſſarum quas ad puteum Turci duxerant, aliquot Gallorum cohortes cum prima luce in hoſtem immittit,quorum impreſſio tam valida fuit,vt hoſtis fugam capeſceret,mox recipere ſe iuſſi ſunt, vt inſequentem hoſtem in inſidias traherent, Hiſpani & Itali præcipitata eruptione negotium corruperunt, vt tormenta vim facere non potuerint. Magna tamen eo loco Turcorum ſtrages facta eſt. Galli mille amplius re bene geſta incolumes obſeſſis animos fecerunt. Vt aquæ inopia leuaretur,Siculus quidam Sebaſtianus ex aqua maris per Siphonem plumbeum viginti dulcis aquæ cados in dies ſingulos reficiebat. Sub id C
tempus cum Lethæ munimentum in Scotia quod Galli præſidio firmarant, ſubſidio cõclamato ab Anglis obſidentibus laboraret,pacis leges dictæ,vt Lethæ propugnaculum euerteretur, Regina Scotiæ titulo Britanniæ, & Hiberniæ abſtineret, officia & dignitates indigenis attribuerentur,Gallis excluſis,& cætera talia, quæ hodieque in parte obtinent.

Cœnobia à ſectariis euerſa.

Ibi tum à ſectariis omnia cœnobia euerſa, Catholici ritus obliterati, ſacræ effigies deraſæ,vel afflictæ, Cleri reditus in prophanos vſus verſi, vaſa aurea & argentea quæ in templis erant conflata. Interim ad Meningem vtrinque res ſtrenuè gerebatur,Aluarus in hoſtium caſtris fidum exploratorem habebat, per quem ei omnia Pialis conſilia nota erant, Piali cùm annona in arcta eſſet, nec oppugnatio ſuccederet, in qua milites penè omnes exhauſerat aſtu graſſari viſum. Didita fama 50. triremes vberi commeatu Conſtantinopoli aduentare,multa in ſpeciem lætitiæ compoſita,diſploſæ machinæ,ſalutationes,conclamationes vtrinque auditæ, ſed fraus per emiſſarios enuntiata fruſtra fuit. Obſeſſi deditionis con- D
ditiones abnuunt,hoſtes ſubiecto foſſis puluere tormentario irrumpentes flãmis hauriunt. Cùm annona trium dierum ſupereſſet,Aluarus ab ea parte quæ mare deſpicit,erumpit,obuios trucidat, tertium aggerem ſuperat, hoſtibus fuſis, ad tabernacula vſque penetrat, ſed numero irruentium circumfuſus,itinere ad munimentũ intercluſo ad biremes ſe recipit. Obſeſſi per Aluari abſentiam vexillum in propugnaculo dedendæ vrbi conſtituunt, quod Turci alio vexillo intra munimentum erecto probant,& ratum habent.

Aluari magnanimitas.

Aluarus cognita deditione biremibus prœlium ſumit, ipſe in prora ſtans ſtricto gladio clypeatus rem gerit, cuius animi robur admirati Turci vim inhibent, & per Genuenſem deſertorem eum ad deditionem inuitant. Ille in has conditiones paciſcitur, vt ad Pialim armatus deducatur, à quo per quàm humaniter acceptus eſt. Obſeſſi res ſuas ſaluas pacti E
propugnaculum dedunt, quibus à Turcis fide, non præſtita, omnes pene trucidati ſunt. Pialis parta victoria,rebus in inſula compoſitis,Tripolim viſit,inde maria curſibus luſtrans, Auguſtam,oppidum Siciliæ maritimum populatur,Calabriæ littora Ericuſam, Nicopolim, Naupactum,Cephaleniam, Zacynthum prętervehitur,ac denique Methonem appellit,vbi Veneti vectigal annuum Turco expenderunt, tum Rium, & Melicerium prætervectus per ſpeciem triumphi Conſtantinopolim init,omnibus victoriam Imperatori conclamantibus. Inter hæc Guſtauus,in cuius ditionem, ac ius Sueuiæ regnum per iniuriam conceſſerat, ad plures abiit,cum 35.annos in imperio egiſſet, & omnem penè nobilitatem flagitioſe deleſſet,veritus ne imperium, quod iniuria ceperat, iure extorqueretur. Captiuis libertatis curam miſeria exemerat, plebes ſeruitium ſuum mercedem dominationis in nobiles ei dederat.Ipſe ſupplicia in poſt futuros compuſuerat, vaſtas vrbes fuga, aut cædibus vænum, aut F
dono dederat,in omne fas,nefaſque animus auaritia æger facile conuertebatur.Huic Henricus filius in imperium ſucceſſit,iuuenis liberali ingenio, patri diſpar, honeſtis artibus, qui

regiæ

A regiæ ſtationis quam temperabat rationem habuit, vt ad ſummum imperij faſtigium non hereditario iure, ſed merito virtutis exceſſiſſe videretur.

Coſmus Medices Hetruriæ Dux regia pompa à Pontifice exceptus.

Id temporis Coſmus Medices Hetruriæ Dux regia pompa Romæ à Pontifice exceptus eſt, exſtructi quà incederet ſpectaculorum gradus, diſploſæ machinæ, floribus viæ ſtratæ, tranſenna demiſſum victoriæ ſimulacrum, cum machinato tormentorum ſtrepitu coronam capiti impoſuit. Tum & Andreas Auria Genuenſis vir nobilitate, opibus, bellicæ rei gloria, libertate patriæ parta, clarus, vitæ ſtipendiis emeritis hominem exuit.

Tridentinum Concilium repetitum.

Eodem anno Tridentinum Concilium, quod per bellorum aſpera ſuperioribus annis non proceſſerat, Pontifice curante ad octauum Paſchatis diem indictum eſt, Romæ ſupplicationes eo fini habitæ. In agro Genuenſi tanta vis turbinum, & procellarum fuit, vt arbores radicitus euellerentur, tecta domorum terribili ſpectaculo per aërem raperentur, parie-
B tes ſternerentur, quæ clades multis capitibus hominum, pecudumq; ſtetit. Oriueti quæ vrbs non infrequens, ædes, muri, turres crebro fulmine deiectæ, templa ſolo æquata. Inter quæ Coſmus Hetruriæ Dux equites S. Stephani voluntate Pontificis inſtituit, quorum ipſe princeps factus, pleroſque viros nobiles purpurea cruce inſigniuit, quibus domicilium & certa ſedes Piſis inſtituta eſt, additi ſunt prouentus quidam eccleſiaſtici à Pontifice, bona quæ fiſco addicta eſſent, illi ordini dicata.

Id temporis Dux Moſchorum orij indocilis iterum Liuoniæ bellum infert, quæ ſe in Regis Poloniæ fidem tradidit. Is Duci pacem roganti dirempta pacis commercia ſignificat, niſi hæreſim eiuret, omniaq; Liuoniæ oppida, & arces vi aut deditione captas reſtituat. Quæ dum in Liuonia geruntur Laſcus exercitatus bello dux Cæſaris opibus fretus Myſiæ ſuperioris præfecturam prouincia exigere aggreditur. Id ei cùm ſuboluiſſet, præfectus quadra-
C ginta millibus armatorum coactis in Laſcum, & Vaiuodam, qui ſe ad eum aggregatat impetum facit, & puncto temporis imparatos obtruncat.

Iuliobonæ tonitrua ſereno aëre, & alia multa prodigia.

Exeunte anno 8. Kal. Ianuarij ſub meridiem ſudo cœlo, ſereno aëris tonitru Iuliobonæ cum fulgure formidabili ſæuiit. Paratus bellici in arce de cœlo tacti, maxima pars arcis, & pleraque priuata ædificia ingenti fragore corruerunt, ignis ingens in aëre arſit. In agro Iulioboneńſi ſanguine pluit. Foſſani in Gallia Subalpina tres Cometæ fulſere. Centalij equitum globi armati turmatim in aëre concurrere viſi.

Hiſpaniæ res non modo apud Meningem eo anno capta claſſe, arce expugnata, ſunt afflictæ, verùm & 22. triremes, quę Ioanne Mendocio duce cum duobus peditum millibus ex ea clade fuga euaſerant in ipſo Hetraduræ portu vi ventorum & turbiuum repente coorta naufragio profligatæ, & profundo miſerabiliter hauſtæ ſunt.

D Annus 1561. à bellis & tumultibus toto penè terrarum orbe liber fuit, quo tamen hæreſes Angroniæ vallis de quibus ſupra egimus, non citra ſanguinem oppugnatæ ſunt.

Concilium Tridentinũ.

Anno 1562. Concilium Tridentinum ſæpius tentatum placido itinere inceſſit. Ad id oratores, & Patres eruditione præſtantes, ex omnibus Chriſtiani orbis prouinciis miſſi. A Cæſare poſtulata propoſita, vt Curia Romana ante omnia in melius reformaretur, vt corruptelæ quæ nomini Chriſtiano infamiam, flagitiumq; faciunt, ex ea tollerentur, numerus Cardinalium inter 26. ſtaret, vt priuilegia, diſpenſationes propudioſæ abolerentur, vt monaſteria epiſcoporum poteſtati permitterentur, immunitates contra fas eccleſiæ obliterarẽtur. Ne plura ſacerdotia Pontificis indulgentia in vnum & eundem hominem conferrentur, Ne pueris, fœminis, indoctis ſacerdotibus per gratiam, & generis claritudinem arrogarentur, Ne Epiſcopi grege derelicto principum aulis incubent, ſed in cuſtodia gregis vigi-
E lent, vt quotannis Synodi per diœceſes fiant, vt ſacerdotia dignis ſine pretio decernantur, ſi quæ ſacerdotibus ſumptus ad victum idoneos non ſuppeditant, quod deeſt è beneficiis ſine cura ditioribus reficiatur. Ne in collegiis ſodales ætate affecta in alios ſacerdotia transferant. Ne quis piorum cœtu moueatur, niſi qui peccati letiferi conuictus, vel manifeſtus ſit. Vt ſacræ preces explicarè, & literarè per eccleſias recitentur. Vt breuiaria, & rituales libri mendis, ſi quæ ſunt expurgentur. Vt monachi ad inſtituti ſui leges cogantur. Ne cœnobiorum opes in vnum aliquem tranſeant, monachis inedia deficientibus. Vt cum Latinis precibus, preces vulgari idiomate ſubinde coniungantur. Vt opulenta cœnobia, quorum opes luxu monachorum expatrantur, in epiſcopos & ſacerdotes conſpectæ virtutis transferantur. Vt de fidei capitibus ex ſacris literis, & patrum auctoritate ſine odio, & affectu ſtatuatur.

F Regis Galliç oratores ſecundùm Cæſaris legatos auditi, qui ſuas petitiones in hanc mentem exorſi ſunt. Vt ſacerdotes corroborata ætate populi iudicio probati promoueantur, libidines eorum, & flagitia acerrimis canonum pœnis coerceantur. Vt ordine & per gra-

dus

dus ſacri ordines conferantur. Nullus ſacerdos ordinetur, cui non continuò ex Concilio A
Chalcedonenſi cum ordine beneficium, aut miniſterium eccleſiæ committatur. Nullus epiſcopus ante annos, & morum, ac doctrinæ teſtimonium deſignetur. Nemo parochus, aut plebanus fiat, qui populo vitæ exemplis, & doctrina inſtituendo non ſit idoneus. Sæcularia beneficia ſæcularibus, regularia regularibus attribuantur. Vnum tantùm beneficium vni conferatur. Inania nomina compatibilium, & incompatibilium è conſpectu tollantur, & pleraque alia de quibus Concilio Tridentino ſanctiſſimè pronuntiatum eſt, vt pluribus in eo morari non expediat.

Iapani motus.

Quæ cùm in Italia bellè procederent, in ea noui orbis parte quam Iapanum vocant, graues motus arſere, vbi Meacum à Rege quodam Indiæ, 40. militum millibus obſeſſum Præfectus vrbis eruptione facta fuſus in turrim munitiſſimam tertio ab vrbe lapide ſe recepit, vrbs capta, & direpta eſt, templis Chriſtianorum, & iis qui in templa refugerant par- B
citum.

Ea turris cùm obſideretur Præfecti filius ſoluendæ obſidioni 20. armatorum millia cum patre conſociat, à quibus hoſtes profligati, Meacum receptum.

Rauēna factiones ſopita.

Id temporis Rauennæ vrbe Italiæ antiquiſſima, quam ante diluuium conditam ferunt, factiones Guelphorum, & Gibellinorum, quæ in exitium ciuium incredibili acerbitate ducentos amplius annos ſæuierant, ſopitis odiis nomine factionum obliterato in gratiam rediere, ſic vt iræ nihil in pectoribus conſideret. Ea vrbs Galliæ togatæ matrix, in littore maris Hadriatici olim ſita, fluuio arenas aggerante hodie à mari tria millia paſſuum diſſita eſt. Ab ortu torrente Viti alluitur, fluuio truculento per niuium colliquia, à meridie Montonem amnem habet, vtrumque è vicinis montibus defluentem, tam præcipiti ſtatis temporibus impetu, vt in agro Rauennate reſtagnantes, non modò ſegetes & ſata corrumperent, ve- C
rum & in planitie peſtiferas paludes facerent, quarum halitu aër peſtilens eſſet. Harum eluuionum cauſa, duæ molatrinæ, ad quarum vſum aquas aggeribus frænari oportuit, vt caſtigato agmine per alueum laberentur. Cùm apud epiſcopum cuius molatrinę fuere, tum verò apud ipſum Pontificem actum eſſet de aggeribus abrumpendis, vbi nihil in ſumma rei proficitur, re in Senatu magnis vtrinque contentionibus iactata, decretum eſt, vt molatrinæ, & aggeres à populo ſubruerentur, Guelphi Montonis, Gibellini torrentis Viti crepidines deiecere. In reditu Gibellini cum Guelphis inter ſe lætitiam agitant, & inducta turbarum memoria pacem in poſterum ſanciunt, quæ Patario conciliatore, & Narniæ epiſcopo Rauennę in auguſtiore templo firmata eſt. Exemplo motę reliquę Gallię togatę vrbes diſcordias ciuiles obliterarunt. Indè tanta ſalubritas aëris, & agri fœcunditas, aquis vndique delabentibus ſecuta eſt, vt vberi ſolo amœno cœlo Rauennates hodie vtantur. Dies reconcilia- D
tę gratię ad IIII. Kal. Iunij quotannis feſtus eſt.

Maximilianus Rex Romanorū renūtiatus.

Inter hæc Comitiis quæ Inutrij indicta fuerant Maximilianus Boemię Rex, Ferdinandi Cęſaris primogenitus, Rex Romanorum renuntiatus, imperator deſignatus, qui regni ſui auſpiciis id egit, vt inducię in octennium cum Solimano firmarentur. Is literas ad Ferdinandum hac preſcriptione miſit, *Ego ſum magnus, & potētiſſimus dominus ſupra Principes Orientis, & Occidentis, cui facultas eſt adimendi, & relinquendi, Græcia dominus, Perſidis, Arabiæ, Rex omnium quæ regi poſſunt, & conſeruator vniuerſi maris, albi & nigri, ſanctæ telluris Lamecha, dominus Solymorum, Rex Aegypti, regionis Lonen, Athenarum, Senau, domus Dei, Babylonis, Boſſy, Rethſanis, inſularumque Iuliæ Cæſareæ, Sultanus, & magnus Imperator.*

Sub id tempus Aloyſius Salaſſiorū Marchio, qui populi ſunt Inſubres, quia cauſſam ſuam neque apud Cęſarem, neque apud Philippum Hiſpanię Regem obtinere potuerunt, quic- E
quid in eo principatu iuris habuit in Gallię Regem contulit Ea pręfectura Ludouico Birago delata. Incũte anno, 1564. apud Calabros Marcus nobilis Coſentinus exul collecta exulum manu ſe Regem appellari iubet, vrbes & agros populatur, Coſentię duces creat, tributa exigit, diplomata conficit, ac regio ſigillo munit. Eius capite decem millibus aureorum addicto Marcus à ſuis proditus Coſentię cum regio diademate, atque aureo laqueo in furcam iuit.

Numidia motus.

Rebus in Italia, & Gallia pacatis arma repente in Numidia fulſere, cùm Rex Iulię Cęſareæ, occupandæ Buyzæ Coloniæ exercitum, claſſem ornaſſet. Ad eam vrbem facto impetu propugnaculum Chriſtianorum edito loco apud nouum oppidum, quod illi Mazalchiuir vocant, vi captum, ac direptum eſt. Mox ciuitas ferreis pilis quatitur, ruina facta fit impetus, irrito ſucceſſu, quare verberatione integrata, cùm latè murorum ſtrages edita eſſet, ite- F
rùm in ruinam inſiliunt, vbi Numidæ ſemel, atque iterum cæſi, demum Hiſpanæ claſſis aduentu obſidio ſoluto fuga latè creuit, tormenta Numidarum capta, triremes 25. amplius è

fuga

A fuga retractæ, aliæ remis,veliſq; ſalutem accepto rulere. Buyza in littore Mauritaniæ Cæſarienſis procul ab hoſtiis Chylemathi amnis,ſita eſt.

Id temporis Maximilianus Cæſaris filius, Poſſonij nobiliſſima Pannoniæ vrbe, Regum inaugurationi dicata,Rex Romanorum inunctus coronatus,inauguratus eſt. Ritus hic inaugurationis fuit. In cœnobium D. Franciſci ſodalium prima luce conuenitur. Inde in auguſtioris templi adyto pegmata, & ſuggeſtus excitantur, purpureis aulæis,& auro textis tapetibus ornati. Ad dexteram ſolio ſublimi gradibus inauratis ſedebat Cæſar, paulò infra ſeorſim Archiduces, & alij proceres. In medio adyto ex aduerſum maioris altaris regium ſolium fuit,tapete auro intexto ſtratum, ante ſolium ſedes intecta, ponè ſcamnum oblongum aureo ſtragulo tectum, cui legatus Pontificis inſedebat. Ad ipſum altare ſedes rotali aureo inſignis Archiepiſcopo Strigoniæ dicata. Paulò infra Epiſcopi, & Abbates. Rex Ro- *Maximilianus Rex Romanorũ inunctus.*

B manorum in ſacratio purpurea tunica talari induitur, cui regium Stephani primi Pannoniæ Regis paludamentum iniectum. Rex à duobus Epiſcopis ad ſedem illam intectam,quę ante ſolium regium erat, adducitur, mox ad altare ſiſtitur, & regno idoneus pronuntiatus, ab Archiepiſcopo conceptis precibus, hymnis decantatis conſecratur, inungitur,coronatur, ſceptro & gladio donatur, cùm prius in nomen Chriſti, in obſequium Romani Pontificis,in ſubditorum ſalutem,& ordinum regni priuilegia iurarit,& nudum gladium in iuriſiurandi fidem ſubinde vibrarit. Tunc in regium ſolium per gradus aſcendit. Ad latus alterum Regis, Fecialis Pannoniæ, cum regni paludamento aſtabat, ad alterum,Boëmiæ clarigator. Ad læuam V I I. vexilla regnorum Pannoniæ, Dalmatiæ, Mœſiæ, Croatiæ, Myſiæ ſuperioris,Epiri,Mauriæ,quæ ſunt Illyrici prouinciæ.

Poſt hæc regni ſolemnia,in cœnobium D.Franciſci reditum eſt, vbi Rex regio ſolio inſi-

C dens pleroſque è primaria nobilitate in ordinem equitum allegit. Mox eques vrbe egreſſus amplo comitatu, in ſublime pulpitum aſcendit, vnde in omnium oculis iureiurando fidem de integritate inſtitutorum regni, & ſalute ſubditorum obſtrinxit. Tum ad inſulam Danubij ventum, vbi montis inſtar tribunal fuit, è quo Rex ad quatuor orbis partes gladium vibrans,regni maieſtatem ſe ab hoſtium iniuria tectam,ſartamq; habiturum ſpondet. Poſtridie idem ritus in regina inauguranda ſeruatus. Tertio poſt die haſtiludia fuere. Oppidi ſimulacrum è tabularis ligneis tumultuariè factum,quod Itali propugnarent, Pannones oppugnarent. Cœpta oppugnatione protinus ignis iniectus, quo lignea moles,& plerique Itali qui exitum explicare non potuerant cremati ſunt, vnde pugna grauis inter Italos, & Pannones exarſit,quæ vix Regis auctoritate ſedari potuit.

Inter hæc actum à Pontifice cum Hiſpaniæ Rege, vt Inquiſitio Hiſpanica Mediolanum *Inquiſitio Hiſpanica Mediolanũ illata.*

D inferretur, quod tam acerbè tulere Inſubres, vt defectionis conſilia inierint. Ea quæſtio in Hiſpania Mauris deprehendendis inſtituta eſt,per cuius cauſam,& nomen crebro innocentes,ac ſceleris integri cuſtodiæ mancipantur, opibus euertuntur,vita,& dignitate falſis criminibus circumuenti ſpoliantur. Si vocula forte à delatoribus excepta ėſt, maieſtatis ilico poſtulantur, in vltimæ ſortis hominibus crimina prætentata, mox in viros principes diſtricta ſunt.Iacent plerunque tres annos in ſitu,& pædore carceris.priuſquam libello aut noto crimine arceſſantur: alij nullius criminis comperti iudicio affliguntur: quidam in ſquallore carceris ignorati contabeſcunt. Auricularij frumentarij quadruplatores ſubdolè graſſantur, qui rei faciendæ ſtudio in diuitum capita inuolant, & non tam crimina iudicio, quàm obiectamenta iurgio prolata quærunt. Sermones inter familiares habitos in rem non modò feriam, ſed capitalem ducunt. Romæ certè, & in Italia quæſtio illa ſanctè, & religioſè

E exercetur, nemo niſi conuictus, aut manifeſtus criminis iudicio affligitur, in Hiſpania tes ſæuitiæ, quàm ſeueritati propior eſt, non Regis ipſius culpa, cui quæſtionem ipſam formidoloſam eſſe aiunt, ſed eorum qui quæſtionem exercent.

Sub id Turci prædones in mari Hadriatico volitabant, ad Oſtium plerique capti, ad Imolam,ad portus Arimini, & Senogalliæ, ad foſſam Clodiam omnia populationibus fœda. Quod indignè accepere Veneti,qui per Chriſtophorum Canalem quatuor roſtratis nauibus maria purgarunt, & prædones expugnatis,aut incenſis triremibus in patibulum egerunt. Biremes quinque prædonum ad inſulam Sardiniam nauigium maius Alyſij Aſcheri Calliatum portum ineuntis vi potiuntur, quæ mox à V I I. triremibus Melitenſibus expugnatæ ſunt,inſigni Turcorum ſtrage.

Inter hæc apud Nicæam Prouinciæ vrbem, ad X I I. Kal. Septemb.ad pagum Scazenam *Terræ motus in Nicæa.*

F terra mouit, pagi finitimi tanta vi concuſſi ſunt,vt portus Villæ francæ multo factus ſit depreſſior, duo montes altiſſimi proſtrati, magnam vicinę planiriei partem abdiderunt, cùm flammæ ruptis montibus ſubito impetu exiliiſſent. In eadem regione terra deſedit ad immenſam

Digitized by Google

menſam altitudinem, ardui montes ſciſſi, plerique ruina oppreſſi, aut hiatu hauſti ſunt. Id A temporis Ferdinandus Cæſar naturæ & fato conceſſit, probitatis & prudentiæ eximius Princeps.

Tum & Philippus Rex acceptæ cladis memoria æger, iniuriæ ſarciendæ centum & 13. triremes, totidem onerarias inſtruit, in quibus roſtrata Luſitana magnitudinis portentoſæ, Galeonem vocant, quibus velificatio in Numidiam facta, occupandu Pegnoni, quod oppidum eſt munitiſſimum ſcopulo impoſitum, eregione Calpes montis, in ſinu maris mediterranei, inter Ceutam & Alcudiam, ſiue maius Exiliſſam, & Teniologam, non procul ab Abila, in conſpectu Hiſpaniæ, oppido nomen ex eo factum, quod Hiſpani omnes ſcopulos Pegnonas vocant, Galli Pignonas. In hanc vrbem prædonibus Mauris, ac Numidis perfugium ac receptaculum erat. Claſſi præficitur Garſea Toleranus Petri filius, qui ineunte Sextili Malage portu ſoluit, & III. Idus Pegnonem expoſitis in terrā militibus corona cinxit, B tormenta inter dolia vi minea terra oppleta incredibili celeritate diriguntur, magiſter negotij tormentarij dictus erat Ioan. Andreas Auria, Cepinius Vitellius caſtrorum præfectus. Fulminatio tanta vi incubuit, vt tertio poſt die Turcis fuga dilapſis oppidum vacuum Hiſpanis ceſſerit, quod munitionibus, & propugnaculis præcipiti feſtinatione firmatum eſt.

Cùm claſſis in eo eſſet, vt portu ſolueret aduolant Turci, cum Hiſpanis prœlium conſerunt, & eos ad mare pedem referentes, vt naues inſcenderent, impellunt. In eo conflictu ſexcenti Turci, octo tantum Hiſpani deſiderati, vix ancohris ſolutis in altum euaſerant, cùm oram maris equitatu Mauro inſeſſam animaduertunt.

Sampetrus Corſus.

Id temporis Sampetrus Corſus, Dux veteranus, præcipuæ in Cyrno dignationis, qui ſub Regis Galliæ ſignis diu meruerat, rebus inter Reges Hiſpaniæ & Galliæ compoſitis arcem Cyrni munitiſſimam inſtruxererat, quam in ſuam iniuriam Genuenſes acceperunt, & ſolo æquandam curarunt. C Cùm Sampetrus id vnum vrgeret, vt ſibi ſumptus in ædificium refunderetur, deridiculo fuit. Quare ita, & inuidia peſſimis conſultoribus, facta manu, in Genuenſes qui Cyrni erant impetum facit, omnes ad vnum trucidat, Portum Philonium, & Cortem oppidum annonę ſubſidiis occupat. Franciſcus Iuſtinianus cum centum equitibus, Ioannes Blancus cum trecentis peditibus in Sampetri milites inequitant, & quadringentos amplius cædunt, reliqui fugam arripiunt.

Eam cladem multa Genuenſeum ſtrage mox vltus eſt Sampetrus, in quem Ioannes Auriæ viginti triremes remis veliſque propere egit. Id temporis res Piceni non parum domeſticis calamitatibus laborabant, cùm quingenti amplius Pontificia ditione extorres de nocte Aſculo capto omnia cædibus miſcuiſſent, & Maniaco viro conſcelerato duce in id oppidum prædas vndique conuectarent. Quorum ſupplicio moram iniecit nefarius furor fa- D naticorum hominum, qui in exitium Pontificis coniurarant, perſuaſi eo trucidato Pontificem diuino afflatu renuntiandum, qui totius orbis terrarum imperium capeſſeret.

Cõiuratio in Pontificem.

In eam coniurationem certatim nomina dederunt Tadæus Manfredius eques Peliſſonius, Antonius Canuſinus, Proſper Pictorius, & Benedictus Accoltus, qui ſibi ſummam ſceleris depopoſcerat, Pontificemque publicis auditionibus attentum ad ictum deſtinarat. Is cùm in eo eſſet, vt libellum Pontifici offerret, quo eum ſacro magiſtratu abire hortabatur, vt melior in eius locum ſuccederet, ſubita trepidatione expalluit, nec facinus auſus eſt, tum à ſcelere deterritus manum retraxit, & Peliſſonij indicio comprehenſus tormentis ſubiectus eſt, cęteri per tormenta interrogati tacuerunt. Accoltus ab Angelo ſibi hanc mentem iniectam aſſeuerabat, qui inter tormenta ſuluto lætitia vultu, freneſim fanaticæ mentis elleboro potiùs, quàm igne, aut equuleo diluendam oſtendit. E

Ea dum Romæ fiunt. Ioannes Tranſſyluaniæ Vaiuoda, Rex à Sulimano renuntiatus, ſolutis morte Cæſaris induciis, Sachmat oppidum in finibus Tranſſyluaniæ (Pannonia inferior eſt) quod Cæſar Melchiori Balaſſo, virtutis pretium dederat, hac arte intercipit.

Sachmar interciptur.

Sub ſerum diei cùm armenta è paſcuis in vrbem redirent, Tranſſyluani equis & bubus intermixti puluerem excitant, ſub cuius nube latentes improuiſi ad portas vim faciunt, & ex inopinato vrbem, arcemq; armis inuictam aſtu capiunt. Balaſſus vt vicem redderet Debrezenium Pannoniæ inferioris pagum, & non ignobile emporium incendit, obuios trucidat. Tranſſyluani Hadado, & Ariauaro Pannoniæ oppidis direptis Vnguarum vrbem obſident, ſcalas mœnibus admouent, vnde à Purchſtalero Germanici præſidij præfecto deiecti, ac cæſi ſunt. Quatuor millibus capitum ea tentatio ſtetit. Interim Maximilianus duo equitum, decem peditum millia cogit, & ſummum armorum imperium Lazaro Suendio, duci F ſtrenuo defert, qui copias, & octo muralia tormenta ſubitario ex lintribus ponte Tibiſcum traiicit. Is fluuius à Carpatho monte per Daciam fluens, quam ab Iazygibus, & Metanaſtis

diſter

A diſtetminat,ad Tibiſcum oppidum,cni nomen facit , ſe exonerat. Suendius Toceum,inter
Tibiſcum & Ruodrogium amnes, obſidione cingit , quod oppidum inter paludes,& teſta-
gnantes è fluuio aquas ita ſitum eſt , vt niſi aquæ gelu ſtetetint , oppugnari non poſſit, cùm
alioqui opere & manu munitum non ſit , quod Franciſcus Nemethus partibus Tranſſyl-
uani addictus pupillo ereptum hoſtium iuris effecerat. Verberatione facta, cùm late ruina
hiaret, oppidani eruptionem auſi in caſtra inuolant,ſed à Suendio in vrbem cum ſtrage cō-
pulſi ſunt,qui ſcalis oppido admotis irrumpit, & obios quoſque trucidat , Nemetho in ar-
cem refugiente , Nemethus ducis &,militis munia obiens , plumbea glande tranſactus oc-
cubuit. Inde Suendius Serenſchinum ducit,oppidum ditionis Nemethi,quod citra ſangui-
nem in fidem recepit. Fama rei vulgata , Ioannes Tranſſyluaniæ Rex, Sachmat oppidum,
quod obſidioni impar viſum , flammis abolet. Id mox à Suendio inſtauratum eſt. Inter quæ
B per Solimanum, & Poloniæ Regem ſermones de pace iacti , quo victoriæ Suendij ſiderent.
Turcæ fœderis legi non ſtetere. Purpuratus Tibiſci fines Illyricos irrumpir,agrum Iulæ po-
pulatur, ſex armatotum millia,cum duobus muralibus, octo campeſtribus tormentis Pan-
cotam oppidum ducit,quo vi capto in cædes itum, cuncta ſæuitiæ exempla edira,mox Se-
nam, & Peonam arces ſub impetium agit. Nihilo ſecius Suendius Sachmar oppidum pro-
pugnaculis, & præſidio firmat, noua auxilia vndique arceſſit , quæ cùm in eo eſſent, Pala- *Palatinus*
tinus Buſciæ X I I I.equitum millia, Tauroſeythis, qui prædas in Polonia egeranr,coercen- *Buſciæ Tau-*
dis,in Seythiam, & Dardaniam immittit , à quibus ex prouinciæ ferro vaſtatæ. Sub id du- *roſchythas*
centi Chriſtiani, qui Iuliæ Cæſareæ capti, & ad remum dati erant,ad Chium inſulam Ægęi *prædones*
maris ſolutis compedibus in vectores Turcas inuolant, eoſq; cum præfecto nauis trucidāt, *inſequitur.*
alios remo affigunt , quorum remigio Meſſanam Siciliæ ciuitatem intra nonum diem ſine
C offenſione appellunt.

Inter hæc inteſtinis diſcidiis Polonia tenrabarur , ſectæ opes conualeſcebant,reditus an- *Polonia di-*
nui epiſcopis,cœnobiis ſacerdotibus adimebantur , quiſque rapere trahere , tanquam vrbe *ſcidia.*
capta libidine,ac licentia pro legibus vti. Dancica vrbs frequens qua Viſtula fluuius in ma-
re glaciale prouoluirur, ad oſtium amnis ſita , ita nouas opiniones imbibetat , vt ex animis
ciuium nulla arte exuri poſſent. Cui animorum morbo Rex optimus dum medicinam fa-
cir, Concilio Tridentino inter duos porenriſſimos Reges de loco & urdine grauiſſima quę- *Concilium*
ſtio mota eſt. Galliæ orator ius præſidendi ab antiquo Regi ſuo quæſitum ſtrenue tuebatur. *Tridentinū,*
Gallos à S. Dionyſio B. Petri diſcipulo Chriſtiana pietate imbutos, Lugduni ſub Diocletia-
no tot fidei Chriſtianæ teſtes martyrij laurea donatos, S. Ireneum & Hilarium eccleſiæ cla-
riſſima lumina Gallia oriundos, Romanis Pontificibus tutum,& perpetuum in Gallias per-
D fugium fuiſſe, Reges Galliæ ad eos in integrum reſtituendos tot in Italiam expeditiones
mouiſſe, tor priuilegiis à Pontificibus ob egregia in eccleſiam promerita donatos,Hiſpaniæ
Reges de dignirate,ac loco cum Regibus Galliæ nunquam antea certaſſe,ſecundum ab Im-
peratore locum ſine controuerſia vbique Regibus Galliæ datum , Hiſpani ſi B. Iacobi reli-
quiis glorientur, habere & Gallos SS. Mariæ Magdalenę Lazari frartis,Marthę ſororis,do-
cumenta,miracula,reliquias. Hiſpaniam ſub Romanis imperatoribus non modo ſeruitute
oppreſſam, vetum & à fide Chriſti alienam fuiſſe , ſub Valentino tettio Gotthos , à quibus
hodierna Hiſpaniæ nobilitas claritudinem ſuam , & decus repetit, Arrij hæreſim in Hiſpa-
niam intuliſſe, mox Sarracenos vniuerſam Hiſpaniam non minus erroribus,& perfidia,quā
militibus inundaſſe, Hiſpaniæ Chriſtianos in Cantabriæ rupes compulſos eſſe, Luſitaniam
Iudęorum perfidia inquinatam, Caſtellæ Reges ante ducentos annos in tenui re vix emer-
E gere auſos,tantum abeſt , vt cum Regibus Galliæ de loco,& dignitate certarent. Carolum
magnum Francię Regem impetium , Mauris ſemel,atque iterum victis, in Hiſpaniam pro-
tuliſſe,& cætera talia quæ Galliæ oratoribus in promptu fuere.

Conrra Hiſpaniæ oratores non ea ſpectanda,quæ olim fuerunt, ſed quæ hodie ſunt aſſe-
rebant. Tantum Hiſpaniæ regis imperium eſſe, vt ditio eius , qua terrarum orbem comple-
ctitur,magnitudine,& numero prouinciarum,ditionem Turci decem partibus ſuperet. Hęc
magnis contentionibus in concilio vtrimque agitata exitum non reppetere.

Anno 1565. ineunte noui vbique armorum paratus,inſoliti terrores fuere. Vercellis quæ
vrbs eſt in regione Tranſpadanæ Italiæ, non procul à Taurinis populis lupus in area maio-
ris templi apud valuas diu conſtitit , mox ex oculis omnium euanuit , neque veſtigia vlla
abſcedentis viſa.

F Sub id pax inter Cæſarem, & Ioannem Tranſſyluaniæ Regem conuenit, ea lege,vr om-
nia oppida,caſtella,vrbes captæ,citra montes, Maximiano cederent, Ioannes ſi quod ius in
Pannoniam habuit, illo decederet , quæ pax non diu tenuit, Solimano denuntianre fœdus

omne quod per ſeruos citra conſcientiam domini fiat, nullum eſſe. A

Interim à Turcis Pancota, & Gena frequẽtes vrbes vi captę, Tibiſcus fluuius ponte ſtratus eſt, cuius cuſtodiæ quadringenti præſidiarij impoſiti, qui à Suendio mox ſtatione moti in fluuiũ deſilierunt, pons igne abſumptus eſt. Tum verò in Erdeum oppidũ, quod ab hoſte obſeſſum erat, trecenti milites ab eodem ſubſidio ſummiſſi, cùm obſeſſi ex altera oppidi parte magna Turcorum ſtrage erupiſſent, vbi octingenti Turci cecidere, ipſum prætorium Tranſſyluani vexillum captum eſt, poſtridie impetu ad ruinam facto, ſubiectis ignibus, Turci arſêre, & clade accepta refugêre. Mox eruptione facta duo muralia tormenta in vrbem vi tracta.

Turcorum ſtrages.

Interim dum Suendius inſeſſo Tibiſci tranſitu annonæ penuriam hoſti facit, oppidani res ſaluas pacti deditionem faciunt. Turci contra fas gentium, & conuentionis fidem omnes ad vnum trucidant. Curtenſis purpuratus ad partes nouem equitum millia, quadraginta peditum traxerat, quibus Leucouizzius vir ſanè belli ſciens, cum quatuor equitum millibus obuiam factus, ad Sauum fluuium, fugam animis, vulnera tergo impoſuit. B

Quæ dum geruntur, fortuna victorias hinc inde alternante, in Pannonia Alexander Myſiæ ſuperioris præfectus, inſidiis Myſi cuiuſdam, qui coacta ſicariorum manu ſe Vaiuodam fecerat, interceptus eſſet, niſi Poloniæ Rex occupaſſet, & Vaiuodam nec opinantem oppreſſiſſet. Inter hæc Poloniæ Rex in Moſchorum agrum cum exercitu irrumpit, omnia ferro populatur, Coſtenagarum opulentam vrbem machinis verberat, quo nuntio Moſchi 40. equitum millia ſuppetias trahunt, quibus obuiam Polonus nouem equitum, tria peditum millia ducit, & prœlio ſtrenue ſumpto Moſchos primo impetu fundit, fugientibus 22. bellica tormenta eripit. Mox victoriæ inſiſtens tergis fugientium hæret, quos Peſcouium vſque inſequutus eſt. ducenti ferè pagi, & tres vrbes in fuga conflagrarũt, in quibus & Coſtenayarum. Diuerſa parte Lituani Liuonum auxilio ſex equitum, 4. peditum millia Cruſchio Moſcho duce per Neuellam Prouinciam in Moſchouiam ducunt. In transcurſu ſexcentos ampliùs pagos incendio vaſtant, & Veliſcum, ac Heropiſchum vſque penetrant, 40. & tria oppida vi capiunt, quatuor plauſtrorum millia præda onerant, octo captiuorum millia in Lituaniam auehentes, in duodecim millia Moſchorum incidunt, quorum quatuor millia trucidant, reliqui fugam expediunt. C

Ducẽti pagi & tres vrbes cõflagrant.

Alia maior cõflagratio.

Interim inter Suetiæ, & Daniæ reges belli ſemina ſuccreuere in hac occaſione. Inter duos fratres, Pharodinenſes rixa exorta, natu maior à quo Rex Suetiæ faciebat, Poſtochium vrbem vi ceperat, minor Daniæ regis ope iniuriam vltum ibat. Per Germaniæ principes ad inducias ventum, ad quarum fidem, & vadimonium Daniæ Rex octo Suetiæ naues onerarias varia merce onuſtas retinet, quod indignè ferens Sueuus 36. inſtructas armis naues per mare finitimum ad oppidum vſque Coppenhauecium in Daniam immitit, obuia quæque ferro populatur, quatuor Daniæ naues in quibus maris præfectus, tormentis inſectatur, quibus ad littora ſponte impactis, cùm claſſiarij ſoſpites in terram euaſiſſent ignis iniectus. D

Neque in Cyrno inſula id temporis res prolatæ erant, in quam Sampetrus fariſſas, ſcloppetos, pecuniam in ſtipendia militum expoſuerat. Quo per emiſſarios cognito Garſia Toletanus, cum valida claſſe Cyrnum aduolat, Sampetrus in rupes fuga euadit, quinquaginta Gallis turris munitæ præſidio relictis, qui ruina per Garſiam facta, irrumpentes ſtrenuè ſariſſis excipiunt, & ſuæ, hoſtiumq; vitæ iuxta parcentes, in codem veſtigio omnes cæduntur. Garſia cui multo ſuorum ſanguine turris illa ſteterat, cùm periculum vltra non auderet, & Sampetri copiæ imminerent, Niceam ſe recipit. Mox ad Sampetrum è Gallia vndecim militum cohortes in Cyrnum Numidicis nauigijs euadunt, quibus auctus inſulam ſui arbitrij facit, in Mantiuis oppida, caſtella, pagos, ipſam etiam Epiſcopi ſedem populatione, & incendio vaſtat. Inde octo armatorum millia in Genuenſes, qui Cyrnum appulerant, rapit, iuſto prœlio, collatis ſignis cum hoſte decernit, ac bellum profligat, equites fuga dilapſi ſunt. E

Melita à Solimano obſeſſa. Melita deſcriptio.

Inter hæc Solimanus, vt in Siciliam, & Italiam ſibi viam faceret, Melitam numeroſo exercitu terra marique obſidere inſtituit. Ea inſula in mari Africo ad Boream Siciliam habet, à qua ſexaginta milliaribus diſſita eſt, ad auſtrum Africam, pari interuallo, ad ortum Corcyram & Cephaleniã, ad occaſum mare Africum, & Columnas Herculis, lana & copia mellis nobilis. In ea vrbs eſt ſitu munita, & opere, à Charthaginenſibus condita, & duo portus nauibus capiendis amplj, & fidi, quorum alterum Marſamuſetum, alterum Maraſiroccum indigetant. Efficiunt hos portus maritimi ſinus in ipſam inſulam penetrantes, qui aduentantibus in frõte anguſtias, & fauces obiiciunt, mox ingreſſos gremio latè excipiunt, & F

tutam

A tutam ſtationem præbent. Quædam inſulæ latera, quaſi cornua procul à capite extantia in mare prouerrunt. Inter vtrumque portum terra ſpatium, ad decem ſtadia porrigitur, vbi arx S. Hermetis munitiſſima Pachynum & mare Siculum deſpectat. Interius tres ſunt Peninſulæ: in ea quæ ad mare Siculum pertinet oppidum eſt S. Angeli, adeò munitum, vt ſpes omnis expugnationis abrupta ſit. In ea parte quæ interiecta eſt aliud eſt oppidum, D. Michaelis cognomento, munitiſſimum. Tum in ipſa inſula oppidum eſt S. Margheritæ, pagi 45. & inſuper antiqua vrbs. Ambitus inſulæ ſexaginta milliaria capit, longitudo viginti, latitudo duodecim.

Ioãnes Valletta Gallus inſulam à Cæſare accipit.

Ioannes Valletta Gallus, prudentiæ & bellicæ virtutis ingens, ſacræ militię magiſter, cùm armis Turcicis Rhodus procubuiſſet, eam inſulam à Cæſare, Pontificis voluntate accepit, quam aggeribus, propugnaculis, foſſis, munimentis ita firmauit, vt extra ictum eſſe videB retur. Is vbi per emiſſarios de Solimani conſilio cognouit, ſacris ritè peractis, ſupplicationibus ad omnia puluinaria indictis, auxiliis ad præſidia futuri belli vndique acceitis, alloquio, conſtantia, vultus ac vocis hilaritate omnium animos ita erexit, vt ſpe victoriam, & hoſtiũ cladem præciperent. Nulla vnquam vrbs maiori opere, frequentiori exercitu, atrocioribus machinis, ſagacioribus artificum ingeniis, pluribus fraudibus, obſtinacioribus copiis oppugnata eſt, nulla vnquam maioribus animis, aut viribus propugnata. Cognito Turcorum aduentu hac oratione Valletta ſuis animos fecit.

Valletta ad cõmilitones oratio.

Commilitones, quod diu votis expetiiſtis magna vobis experiendæ virtutis hodie copia eſt, hoſtis in manibus, vobis pro Chriſti fide, pro ſalute Italiæ, pro belli gloria certamen incumbit. Nemo veſtrum eſt, cui animam in pietatis cauſa profundere volenti non ſit. Quid enim viro forti optabilius, quàm vt hoſtis interitu virtutem probet, aut in egregio conatu ſanguinem fundat. Nobis natura moriendi legem poſuit,
C *alij diuturno morbo languent, quidam veneno, inſidijs, aut ſubito caſu procumbunt, vobis aut in manu victoria, quibus Deus, & cauſa fauet, aut ſine morbi tabe, aperta vi, procul inſidijs, honeſtæ mortis vſus eſt. Hoc verò gratum Deo ſacrificium, hæc animorum æterna ſalus, hæc martyrij gloria, quam quæſitis cruciatibus veteres Chriſtiani rectè merunt. Quot hodie Turci, quot Perſæ, pro regum obſequio, quot Itali & Galli pro priuatis iniurijs pericula obeunt, & vitam æterno ſupplicio mutant. Vobis certa animorum ſalus, gloriæ bellicæ laurea, honeſta vulnera, non incerta victoria, quos Deus aura fauoris ſui afflet. Ite magnis animis, vltro pericula capeſſite, mors pro munere erit, quæ pro fide, & omnium ſalute ſuſcipitur. Omnino vincendum, aut moriendum, in deditione nulla fides, nulla ſpes, cùm ab hoſte plus deditis periculi, quàm pugnantibus ſit. Animis conualeſcite, diſcrimina occupate, aduerſis pectoribus in hoſtem incurrite. Turpe eſt, qui manus armarit, eum in pedibus inermibus præſidium ponere, terga nuda, & cæca ictibus præbere. Vincite, hoſtium cuneos perrumpite, Deum, qui vinci nequit, ducem, me virtutis approbato*D *rem, periculorum ſocium habetis.*

Solimani conſeſſus, cõſilia & ſolium.

Diuerſa parte Solimanus capita conſilij ſui in aulam amplam, auleis purpureis ornatam cogit, Diuanum vocant, qui ſacri conſiſtorij locus eſt. In eo Solium ſublime belluatis Babylonicis acu pictis, & purpura intexta fulgens, vtrinque ſubſellia aeuato opere per varios gradus ad Solium procedunt. Vbi concilium indictum eſt, conueniunt purpurati, tum occulto itinere improuiſus Sultanus adeſt, & in ſolio ſedet. Purpurati nouem in gradibus ad Solium in genua prono capite, deiectis oculis procidunt. Refert è Solio ad Senatum Sultanus, & ſententias rogat, mox è conſpectu abit, & è loco ſuperiori poſt clatros latens, conſilia agitantibus aures præbet, illi abſceſſu Regis ſedent, iterum in eadem verba refert is è purpuratis cui maiora ſtipendia in dies penduntur. Is enim cæteris auctoritate ſuperior eſt, reliqui ſententias dicunt, quas Rex, aut ipſe ignoratus audit, aut à principe Senatus, Pri-
E mouiſirum appellant, accipit. Inde reſponſum ſignat, & ei cui ſumma belli data ſit, ea lege permittit, ne ante ſtatum diem, & locum reſignet. Interdum eques ſingulorum ſententias ex tempore quærit, quibus auditis, apud ſe de tota re ſtatuit, ne conſilia vulgata vaneſcant.

Interim Valletta Melitę id egit, vt omnia ædificia extra muniriones complanarentur, arbores proſtratæ in vrbem ad munimenta inferrentur, omnia verterentur, quæ vel hoſtibus vſui, vel ſibi noxæ eſſe poſſent. Annona, commeatus, triticum, plumbum, funiculi, puluis tormentarius, ferreæ pilæ, vina vndique comportantur, ciſternæ aqua implentur, putei effodiuntur, carnes ſalitæ, piſces muria & garo conditi, oleum, ligna, faſciculi conuehuntur.

Cùm in eo eſſent, Turcica claſſis Methonem in Peloponeſo applicat, vbi Muſtapha pe-
F nès quem terreſtrium copiarum ſumma erat, exercitum luſtrat. Pialis item maris præfectus claſſem in Pylo inſula Neſtoris fama illuſtri recenſet, in qua centum & 30 biremes, mahones octo, naues onerarias maiores ita vocant, quatuor caramuſali, nauigia ſunt onerantis

minota orbiculata, olcades XI. quarum ad Nauplium vna profundo hauſta eſt, in qua 6. A
millia cadorum pulueris igniarij, & XIII. ferreorum globorum, ſeptingenti Turci. Erant & decem triremes Rhodiæ, duæ Mitylenææ, Liburnæ, hemioliæ, ſcaphæ complures. Claſſis aſpirante vento ſine offenſione, portum Herculis appulit. Vnde ad Marum, alterum inſulæ Melites portum defertur, vbi exſcenſione facta XXII. armatorum millia in terram ſunt expoſita. Ibi duobus ex vrbe eruptionibus mille & amplius Turci cæſi. Erant omnino in inſula Melita Chriſtianorum militum decem millia. In ipſa vrbe Melita mille, Vagnone equite militiæ duce.

Cùm Muſtapha, & Pialis, de ratione belli conſilium cepiſſent, ad S. Hermetis arcem ante omnia vim faciendam eſſe decernitur. Ad eam agger erectus continua fulminatione deiectus eſt. Mox in loco edito arci imminenti quindecim muralia tormenta, in acumine
templi Iunonis tria locāt. Ruina facta Ianiſſeri Draguti, & Luzalis aduentu in caſtra erecti, B
vim quaſi rabie contracta nullo ordine faciunt, ſed rabies illa potentiore victa facilè ſidit, tanta irrumpentium clade, vt ſapere in poſtremum, non rabere dedicerint.

Inter hæc triremis ex inſula Saluago duce nocte concubia in Siciliam emiſſa eſt, quæ per medias hoſtium triremes ſine offenſione iter tenuit, & Tolerano conſilia hoſtium indicauit, à quo Melitam remiſſa in portum incolumis appulit, & tertiùm remiſſa per medios perrupit, & ſoſpes Meſſanam applicuit.

Rauelinum à Turcis occupatum.

Turci opus vrgentes, Rauelinum, quadrato opere munimentum, per vim occupant, & aggeribus, ac vallo aduerſus tormenta ſe regunt, mox vndeuiginti machinis alteram Marſamuſetti partem infeſtant, tum de nocta foſſam aggeſta terra, & faſciculis explere, ac coæquare ſtudent, in quo opere octingēti Ianiſſeri, & Spacchei equites perpetuis ſtipendijs, cæſi
ſunt. Alij Spaos vocant. C

Interim Saluagus felici velificatione vſus Meſſanam tenuit, & Toletano, ac ſummo Pontifici res Meliteoſium in arcto eſſe indicat. Tum auxilia decreta, nobiles quinq; in eam expeditionem certatim nomina dedere. Turci re comperta verberationi inſtant, quę per quatridnum nihil intermiſſa tam latè ruinam edidit, vt equiti aditus pateret. Recentes Draguti copiæ, ad Marſaſcalam munitionem impetum fecere, vbi tam crebra grandine glandium, & miſſilium ignium obruti ſunt, vt retro ferri cum clade coacti ſint.

Turci repelluntur.

Mox inde ſcalæ mœnibus admotæ, inde per ruinam irruptio facta, tam pertinaci robore, vt per ſariſſas & ignes ad manus cum hoſte venirent, ſed procella ignium, & glandium oppreſſi, poſt atrocem trium horarum pugnam præcipites in foſſas ierunt, aut ruinam cadaueribus ſtrauerunt, Turci repulſæ dedecore ardentes, ſex totos dies tormentis fulminant,
tum ponte ex antemnis nauium decem cubitos lato foſſam ſternunt, quatuor ſclopeta- D
riorum millia in foſſa locant, claſſem propiùs ad arcem applicant, quæ fulminatione ſæuiret, mox impetu facto vndique in ruinam inſiliunt, vnde ſuos Deo propugnante, & inuictum animi, corporiſque robur ſufficiente denuò deiecti ſunt. Baranganus ſacræ militiæ eques, vir Cantaber, vtraque manu fulmineum enſem in ipſo ponte inter medios rotans, tantam edidit ſtragem, vt cadauerum numero obſeſſus vix gradum explicaret: mox in obuios cuneos impreſſione facta cæteris impetum eius adiuuantibus hoſtes loco mouit, cùm noui, & recentes in feſſorum locum à Muſtapha ſummitterentur, Valletta periculo motus trecentos ex ſuis ſubſidio miſit, qui ſubiectis ſulphurei pulueris cadis, & igne miſſili pontem ſubruunt, euius caſu octingenti amplius Turci oppreſſi. Duo vexilla, Draguti alterum, Muſtaphæ alterum capta, XXX. Turci, qui faſtigium ſublimioris valli iſcenderant, globis
maioribus laniati, & in aetem impulſi ſunt. Eo prœlio Turcorum quatuor millia deſiderata, E
Chriſtiani ducenti.

Muſtapha ſuorū clade ſpe deijcitur.

Muſtapha ſpe deiectus, tanta ſuorum clade æget, claſſe crebris fulminibus quaſſa, graſſaore in exercitu lue, nauigia remulco in loca continenti vicina traxit, vt ingruente Toletum claſſe tuta ſuffugia haberet. Toletanus fama periculi vulgata, quia triremes nondum conuenerant, quatuor actuarias duce Cardona ſubſidio mittit. Robleſius caſtrorum præfectus ducentos veteranos pedites, & equites 80. ſuppetias duxit.

Dragutus Turcorum dux cadit.

Muſtapha anxius cum animo trahere an periculum denuò experiretur, & fortunæ rem committeret. Turci animis ægreſcere, periculum audere, prœlium flagitare, verberatione per plures dies continuata, mœnibus afflictis, cùm aditus latè hiaret, vim faciunt, & acerrimo prœlio quinque horas extrahunt, vbi Dragutus confoſſo capite in caſtra relatus eſt, quo
vulnere, altero poſt die periit, hoſtes è ruina præcipitari refugere, machinis interim ad rui- F
nam fulminantibus, vt noſtri foſſis ac pomœrio ſe regere cogerentur. Mox Turci rabie acti pontes & ſcalas inſtruunt, & arcem vi capere, aut in conatu omnes occumbere animis de-

ſtinant,

A ſtinant, nauigia ad arcem admouent, 30. duobus muralibus tormentis anguſtam loco at-
cem quatiunt. Pons octo antennis ſternitur, in quem duo Turcorum millia inuolant, no-
ſtri vim facientes contis & ſariſſis detrudunt, à media nocte ad tertiam horam diei, octauo
Kal. Quintil. prœlium extrahitur, cùm neutram in partem victoria nutaret.
Tanta vis tormentorum arcem infeſtantium fuit, vt ad ſcopulum, & ipſa fundamenta
arx diruta, & complanata ſit. Tandem numero ſuccedentium ad ruinam noſtri obruti,
mille & trecenti ceciderunt, equites centum & quinquaginta, Turcorum tria millia.
Valetta qui paulo ante deſerendam arcem cenſuerat, dolorem intus premit, & introrſus
hærentes lachrymas agit, ne ſuperſtitibus animos frangat. Tum verò eos gloriæ & virtutis
tumulo ſepultos ait, qui pietatis in Deum tam illuſtri documento vitâm clauſerint. Vires
hoſtium tot cladibus afflictas eſſe, vt potius victi, quàm victores videantur. Turci quos ſe- *Turcorũ immanitas.*
B mianimes intra vallum repperiunt, illis pectus ferro aperiunt, & corda palpitantia dentibus
admordent. Valletta triſti ſpectaculo efferatus iubet captiuos omnes quos apud ſe habebat
trucidari, & capita in caſtra hoſtium deiici.
Poſtridie Muſtapha per clarigatorem Chiauſium vocant, deditionem imperat, à quo
Valletta vix manus abſtinuit, abiret modò, & Muſtaphæ exitium cis paucos dies denuntia-
ret. Quo nuntio exacerbatus Muſtapha nullo carnificinæ genere temperaturum iurat. Phi-
lippus Laſcaris natalium luce clarus, Muſtaphæ Amanuenſis, honeſto transfugio ad Val-
lettam de nocte tranſit, & ei hoſtium conſilia enuntiat. Toletanus crebris nuntiis verbera-
tus frigore magis indies tangebatur, vt negotium non explicare, ſed implicare, aut deſerere
videretur. Ab eo demum duæ triremes extortæ, quibus duæ Melitenſes acceſſere, in quas
ſexcenti volones impoſiti, qui tanto ſilentio in vrbem admiſſi ſunt, vt hoſtis nihil ſubodo-
C ratus ſit. Recentes præſidiarij virtutis probandæ ſtudio Robleſio duce oppidum ſibi ad de-
fenſionem depoſcunt, & impetrant, qui eruptione facta, nullo ex ſuis deſiderato, magnam
hoſtium cædem faciunt.
In caſtris lues graſſabatur, & ſanguinis profluuium, quæ res Muſtapham ſui anxium ha- *Turci ſanguine profluuio laborant.*
bebat. Interim Burgi, & oppidi muri 70. muralibus tormentis quati, aggeres exſtrui, foſſæ
duci ab hoſte cœpere.
Id temporis ſexcenti Hiſpani pedites, trecenti equites cum copioſo paratu bellico Meſ-
ſana ſubmiſſi ſunt, quibus aditus intercluſus diuerſa parte Rex Iuliæ Cæſareæ 27. triremi-
bus duo millia peditum ad Muſtapham deportauit, extorſitq́; , vt maritimo prœlio oppi-
dum tentaret. Ei duo millia Turcorum pro auctuario data. Nauigia omnis formæ centum
amplius ad eam partem trahuntur, quam Rex exitio deſtinarat, cuius impetus vt ſideret, ab
D obſeſſis catena ex antennis triremium, & tranſtris, ac trabibus annulis ferreis adnexis fa-
cta eſt, protractaq́; ad locum in quem impetus parabatur. Miſſi aliquot vrinatores, qui ca-
tenam abrumperent, quos quinque Melitenſes gladiis mordicus ſumptis natatu adorti, in-
ter aquas trucidarunt. Nihilo ſecius Rex inſtitutum vrget, oppidum terra, mariq́; adoritur,
quo quia omnes oppidi machinæ conuerſæ erant, puncto temporis duo Turcorum millia
laniata, aut demerſa ſunt, nauigia X I I. conquaſſata, aut mari abſorpta. Turci cladis dede-
core accenſi verberationem integrant, & ruina latè edita foſſas oppidi ponte ſternunt, &
ad ruinam vim faciunt, vbi ter impetu repetito tanta ſtrages facta eſt, vt in caſtra refuge-
rent, & impetum vltra detrectarent. Quare cuniculis agendum rati ſuffoſſa terra, funda-
menta turrium mouent, quod oppidanis gnarum, à quibus contrariis cuniculis hoſtes in-
tercepti omnes ad vnum miſſilibus ignibus conflagrarunt. Pons foſſis impoſitus ſulphureo
E puluere arſit.
Cùm plerunque noctis proceſſiſſet, in foſſa Burgi aggeſtu terræ abdenda operati Turci *Turcorũ expugnatio.*
cæduntur, quorum furor hac clade non ita infringi potuit, vt poſtridie Caſtiliæ foſſam ma-
teria opplere non aggreſſi ſint, quò ſine offenſione vndique tecti ad ruinam impunè pene-
trarent. Cùm Burgi, & oppidi mœnia tam amplo hiatu fatiſcerent, vt plauſtris aditus pate-
ret, Turci omnibus copiis in ruinam inſiliunt, tanto machinarum, tympanorum, tubarum
fragore, vt omnia ruere, & funditus verti viderentur. Vrbana præſidia tonitru, fulmine, &
procella ſæuiente, pedites, equiteſque ad opem aduolant, & in eos qui ad mare ſtationem
agebant, tanta vi incurrunt, vt tergis fugientium hærentes, hoſtem à ruina reſilire, & ſuis
auxilio eſſe coegerint. Vrbe ſeruata ſupplicationes Deo habitæ, grates gratiæ actæ. Soli-
manus Muſtaphæ literis monitus inſulam expugnatione, & omni bellico paratu ſuperio-
F rem eſſe, Diui Andreæ templum, quò Chriſtiani ad ſacra Byzantij conueniebant, & ipſum
D. Andreæ corpus igne corrupit. Omnia flammæ ceſſere; præter Chriſti crucem, quæ igne
vinci non potuit. Poſtridie tam fœda tempeſtas in vrbe graſſata eſt, vt Solimanus in Libur-

nica deprehenſus penè fluctibus hauſtus ſit. A

Franciſcus Aquilares transfuga.

Inter hæc Franciſcus Aquilares nebulo perditiſſimus,ex vrbe ad hoſtes transfuga, Mu-
ſtapham mouet impetum iterandum,in vrbe omniū animos fractos,nihil in muris præſidij,
quorum munimenta labefacta ſint. Turci cuniculos ad oppidum agunt, quibus peluium
aqua plenarum & tympanorum humi iacentium motu deprehenſis,contrarij cuniculi acti,
putei effoſſi, quibus vis ignis expiraret. Oppidani hoſtes in cuniculo trucidant, quinque
ſulphurei pulueris cados capiūt, verberatione tribus Baſiliſcis iterata,quarum ſinguli globi
ducentorum pondo erant,ter ad ruinam factus impetus, ter in ruina fractus impetus, tanta
hoſtium cæde,vt omnia cadaueribus ſtrata eſſent.

Inter hæc per cuniculum tres hoſtiū cohortes in vrbem irrepſêre, quo comperto Valet-
ta in hoſtem ruit,ſubeuntes cædit,& in cuniculos compingit.Turcæ denuò vim facturi plu-
teum ex aſſeribus & trabibus trahunt,ſub quo 35.in tuto laterent,eumq́; ad radices oppidi B
D.Michaelis ſtatuunt. Oppidani eruptione facta miſſili igne pluteum incendunt eadem
fortuna pluteum alterum ad Burgum ſequuta eſt. Interea Toletanus inſtructis 70.& 8.tri-
remibus,onerariis 63.& aliis omnis formæ nauigiis,80.duodecim peditum millia imponit.
Ad Pachynum onerariam capit,in qua 6000.cadorum pulueris ſulphurei, multiplex com-
meatus, & bellicus paratus.

Muſtapha pertinacia in obſeſſos.

Cùm in eo eſſent Muſtapha regium vexillum, in cuius vertice aureum malum erat in
ruinam inferri iubet irrito conatu,ter impetum integrant,ter cum clade refutantur. Muſta-
pha animi æger, victoriæ aut mortis appetens, in tertium diem impetum indicit,ſuos à vi
feriari,& corpora curare iubet,hoſtes animis & corporibus defectos,aditū in vrbem patere,
tranſigendum cum impreſſionibus,magnum diem tot menſibus imponendum, Turcis vi-
ctoriæ aſſuetis, aut vincere, aut mori optabile, ne Solimani ſpes de militum virtute fruſtra C
eſſet: milites ad verba dicentis impetus capit in hoſtem eundi, fit impreſſio ad ruinam, in
obuias ſariſſas incurritur, per ferrum in vrbem penetrare audent,ſed tam crebra glandium
grandine, tam ſæua ſaxorum procella obruuntur, tanta vi mucronibus infeſtis excipiun-
tur, vt animis & corporibus fracti pedem retulerint.

E Turcis mille trecenti amplius deſiderati, è noſtris centum & 13.Sub id in caſtris cùm
annonæ penuria eſſet,vltimam vim experiri Muſtapha ſtatuit.Tabularum corio tectum te-
xitur,ne miſſili igni obnoxium eſſet, ſub quo 40. impunè laterent. Id cùm ad mœnia pro-
motum eſſet noſtri opportuno loco duobus minoribus tormentis tabulatum quatiunt, cu-
ius ruina Turci latentes oppreſſi ſunt.

Inter hæc Toletanus ad inſulam appellit,quinque Hiſpanorum millia quingentos in ter-
ram ſilentio exponit, equites ducentos, Italorum 8 millia trecentos,quos trecenti remiges D
inuitis pene præfectis ſecuti ſunt,quia nuntius Muſtaphæ aures impetum parantis impulit.
Is vecordia & terrore ſui neſcius vaſa conclamat, tormenta in naues rapit,aggeres igne va-
ſtat, oppidani eruptione facta quingentos pedites obtruncant, tormentum inuiſitatæ ma-
gnitudinis in vrbem trahunt. Decem Turcorum millia aduentantibus auxiliis obuiam
eunt,concurrunt,cæduntur,terga vertunt,mille quingenti cadunt,cæteri nauibus inſcenſis
Byzantium euolant: octingenta amplius globorum millia in verberationem à Turcis ex-
penſa ſunt,30.amplius Turcorum millia deſiderata.

Turba in Italia.

Sub id aliquid in Italia turbarum fuit.Pontifex pacta in conuentione à Duce Ferrarienſi
non præſtari,multum Salis Glymachij contra pacta fieri,vectigalia è Salinis Philocoli debi-
litari querebatur, cùm certum Salis modum ex pacto Dux è Pontificiis Salinis quotannis
ſumere teneretur. Tum verò Dux idem Iuliam Tauricam munitiſſimam Inſubrum vrbem E
ab hæredibus Mirandulani comitis redimere ſatagebat, quam aliis addici Pontifex à Duce
alienior ſtudebat.

Eandem Carolus Galliæ Rex per Rambulietum oratorem ad Pontificèm, Florentinum
Ducem,& Venetos,ſuæ ditionis eſſe denuntiauit, quam ſi quis pecunia tentaret,armis ipſe
repertūrus eſſet. Inter hæc ineunte Sextili Ferdinandi Cæſaris extremis honor habitus, pa-
rentalia Iuliobonæ piè perſoluta funeris pompa hoc ordine inceſſit. Exeunt ex oppidulo
per viam aſſeribus ſtratam verſus templum pauperes ducenti pulla veſte talari, atratu capi-
tum amictu,faces funereas geſtātes,quibus affixa Cæſaris inſignia,hos omnes monachorū,
ac ſacerdotum ordines cum funalibus ſequuti. Mox Abbates in ſacra veſte cum tiaris, &
tædis.Tum Aulici pueri,& viri vt quiſque dignitate potior,poſtremus incedebat. Inde No-
bilitas Auſtriæ,Carinthiæ,Matuingorum,Boëmorum, Pannonum oblonga veſte, pileis fu- F
neſtis. Sequebantur vexilla regnorum & prouinciarū 22.inter manus virorum principum,
tum equi ſinguli ſerico ſtragulo talari à duobus proceribus ducti eodem colore quo vexilla,
iiſdem

A iiſdem regnorum inſignibus,cum criſtis coloris eiuſdem.Sequebatur vexillum vnicum auguſtias,pauis magnitudinis, & equis eodem ornatu argentea ſtratus tela, cum aquila nigra bicipite, quod Regis Romanorum inſigne eſt. Mox magnificentius vexillum, quod à primate procerum tribus aliis ſuffulcientibus portabatur. Sequebantur duo proceres cum equo. Vexillum illud aurea tela fuit,cui aquila coronata attexta. Equus inde aureo ſtragulo idem inſigne in pectore, & lateribus geſtabat. Poſtremus equus panno villoſo ſerico, cum crucibus,quem duo proceres ducebant:hinc Cæſari tubicines, cum tubis,veſte pulla talari, inde clarigatores (Araldos vocant) cum inſignibus aſſutis. Tum Comites Conſiſtoriani (Conſiliarios ſanctioris Conſilij nuncupant)quorum alius coronam imperatoriam,alius orbem, tertius coronam Regiam, quartus coronam Pannonicam, quintus Sceptrum imperiale,Sextus Sceptrum Regium geſtabat, Septimus enſem, octauus galeam,nonus ſcutum.
B Secuti ſunt XII epiſcopi ſacra veſte ſolemni, cum Cidari, quos proximè impellebant homines à pedibus funalia accenſa geſtantes.

Inter hos Cæſaris corpus feretru pullis ſtragulis à principibus efferebatur, quod Cæſar pedes ſequebatur anthracino ſyrmate, cum Galero Germanico, inſigni ordinis è collo ſuſpenſo. Hinc archiduces, & Dux Ferrarienſis atrati, tum oratores omnium gentilium ſequebantur,vultu operto,vt ſoli oculi extarent,alij oratores vultu aperto erant: vbi hac ſcena ventum ad templum interius atratum, imperatoriis inſignibus vbique fulgentibus,corpus ſub ingenti tabulato in medio templi vmbellæ pullæ ſubiectum eſt, inſignia regnorum omnium,aquilæ Romanæ,inſignia aurei velleris in angulis radiabant: tabulatum tædis funereis ardebat, coronæ & ſceptra omnia lecticæ funebri circumpoſita, vt corpus iacentis ambirent, ex aduerſum cadaueris pegma ſtructum, & ſua cuique pro loco & ordine ſtatio
C attributa.

Tum rebus diuinis operatum,vt iuſtis perſolutis Cæſar amplo comitatu in oppidum rediret. Poſtridie laudatio in templo ab Epiſcope Varadinenſi habita, tum aurei,argenteiq; nummi in plebem ſparſi.

Id temporis Solimano Arabes metũ fecere,cuius rei origo à capite arceſſenda eſt. Arabia triplex ad mare rubrũ ab Ægypto pertinet. Petrea nomen à Petra vrbe matrice, quæ Barra, & Bendahat vulgo dicitur,ſortita eſt. Deſerta, quæ ab Ariſtide aſpera, ab Hebræis Cedar, à Luciano caua vocatur, ſolitudinibus frequens eſt. Tertia Fœlix, beata, Panchaia,hodie Iaman indigetatur. Petrea ad meridiem montes, à Septentrione Syriam, ab occaſu Ægyptum habet, inter Euphratis fluuij, & Tigris amfractus interiecta, vbi vrbs Teredon, ſiue Balſara cognomento in Meſopotamiæ finibus, paludibus inuia, quæ tamen cymbis & lin- *Arabes Solimanũ percutiũt. Arabia triplex.*
D tribus tranſmitti poſſunt. Indigenæ dicuntur Mengeſaitæ,quæ vox inſulanos ſignificat,veteres Teredunis accolæ, vnde à Turcis exacti ſunt. Iniuriæ memores, itiueta quæ ferunt Armuſiam obſident(Ormuſium vocant) & de mercatoribus prædas agunt. Ad confluentem Tigris,& Eufratis arx à Turcis exſtructa,Coruæ nomine,eo fini,vt Arabum populationes,& latrocinia inhibeantur. Arabum arma ſagittæ, iacula, lanceæ, ſclopperi rari,tunicis talaribus,manuleis goſſipinis,ſeu bombacinis procedunt,pugnaturi tunicas accingunt, ſinguli vtrem fluuiis traiiciendis geſtant,armenta præ ſe agunt, & plauſtra domos habent.

Hi cùm à purpurato Turco Teredonis præfecto duriùs habiti eſſent, Adamo Arabe duce purpuratum ad Laſſen oppidum in ſinum Perſicum properantem inſiliunt, profligant,inde Teredonem obſident, & ducenta millia militum in Turcum rapiunt.

Teredon vrbs in finibus Arabiæ Petreæ non procul ab Euphrate ſita eſt, cuius aqua per *Teredõ vrbs deſcribitur.*
E lacunam in vrbem ducitur, & æſtuarij inſtar bis in dies affluit,& refluit. In faucibus lacunæ, qua fluuius in vrbem trahitur, propugnacula duo hinc inde eminent,quæ mercatores per lacunam velificantes protegunt. Arabes ad lacunæ fauces rates cannarum faſciculis onuſtos impulerunt,quibus pilæ ferreæ cum è propugnaculis incumberent,materia cedente languebant.

Diuerſa parte pedeſtres Arabum copiæ ſub mœnia ſuccedunt, in quos ducenti equites Turci impreſſione temerè facta,inſidiis intercepti ad vnum cæſi ſunt.

Interim Arabes qui lacum inſederant cùm ad propugnacula propiùs ventum eſſet, ratibus ſuis ignem iniciunt tanto fumo, vt præſidiarij vento ſæuiente cedere coacti, munimenta deſeruerint, & pedeſtribus copiis iugulum præbuerint. Arabes munitionibus potiti lacunæ fauces, & aditum occupant, eamque iniectis equis, canibus, & aſinis inficiunt, vt
F aqua quæ Eredonẽ influeret,oppidanis exitialis eſſet. Cùm ea vrbs aquarum inopia conflictaretur, didita obſidionis fama, Solimani iuſſu,20.equitum millia, XXX. peditum ſubſidio miſſa ſunt,quibus obuiam Arabes facti, iuſto prœlio Turcos fundunt, mox obſidium

inſtaurant, quo competto 160. Turcorum millia in Arabes mouent, qui hoſtium numero A
territi; in ſuas latebras refugiunt.

Eodem Anno III. Non. Maias non procul à Calpe in littore maris Ceutæ repertus admirandæ magnitudinis piſcis, in quo triremes multæ graphicè pictæ, cum antennis, malis, velis, rudentibus, carcheſiiis, anchoris, ſupparis, muralibus machinis, militibus, actuatiis, onerariis nauigiis, & inſigni roſtrata prætoria (Galconem vocant) quæ naues inter ſe imperum parare viderentur. Non procul à Sanctæ vrbe in littore maris ad Breſſiliam oppidum monſtrum decem & ſeptem pedes longum viridi colore, pelle molli, & tractabili ad littus applicuit, pedibus flauis, cruribus leonis, lingua & oculis igneis, brachiis & manibus humanis, mammis muliebribus, ſed grãdioribus, ventre oui ſpecie orbiculo, quod monſtrum, ſagittis, & ferreis glandibus interemptum.

Solimanus pacem cum Cæſare eludit.

Inter hæc pax à Maximiliano Cæſare expetita, à Solimano variis fruſtrationibus eluſa B
eſt, quare Cæſar quæ belli erant prima habuit, copias vndique cogit, Suendius cùm peſtilens annus Saehmare ſæuiret, ad Tibiſcum caſtra poſuit, quibus ex altera parte fluuius pro foſſa fuit, ex altera munimentum, & agger pro vallo. Interim Turci quos Iulæ præfectus in arce Marcomannorum ſub cuſtodia clauſerat, capta occaſione arma cuſtodibus extorquẽt, quibus ex inopinato cæſis, ad ſuos incolumes euadunt. Alij qui Samum fluuium ponte ſtrauerunt, opprimendi Suendij conſilium capiunt, quo per emiſſarios cognito, Suendius ad ſyluam quà Turcis tranſitus erat, inſidias ſtruit, quibus Turci obſcuro noctis intercepti ad quatuor millia cæſi ſunt. Mox Graſſuemus centum equites ad Suendium trahens mille Turcos obuios habuit, quorum ducenti amplius cecidere, ipſe per hoſtium cuneos in caſtra cum ſuis euaſit. Turci contra fas gentium plumbeas glandes lardo violarant, quorum vulnere miles ægreſcebat. C

Cùm in eo eſſent, Myſiæ ſuperioris purpuratus in Illyricum inuadit, obuia quæq; populatur, cum quo Petrus Eberanus Illyrici præfectus, expedita equitum ala, & denſo ſcloppetariorum globo obuius factus, manum ſtrenuè conſerit, hoſtis copias fugat, eo prœlio quinque hoſtium millia cæſa.

Incendium Byzantinũ.

Id temporis incendium Byzantij claro crepitu, largo fulgore, ciro incremento ſæuiit, obnoxia vrbe arctis itineribus, hucque & illuc flexis, atque enormibus vicis, populatur ignis edita, & haurit. Octo millia domuum, & officinarum quæ pleræq; ligneæ ſunt, eo igne intra quatuor horas arſerunt.

Cyrnenſe bellum.

In Cyrno tum bellum atrox erat Stephano Auria ſummum armorum imperium pro Genuenſibus obtinente, cuius copiæ per agros palabundæ inſidiis Sampetri procubuere, centum & 50. trucidati. D

Inter hæc Solimanus accepto cladis ad Melitam nuntio, de ſacerdotibus quærit, vnde mali labes orta ſit. Illi crimen in varias ſectas, quas in imperio ſuo toleret, conferunt: quare Chriſti templa, & Iudæorum ſynagogæ iuſſu eius ſolo æquaræ. Mox edictum conditum, necubi vinum intra ditionis eius fines biberetur, vites ſuccenderentur, vina ſi vſpiam eſſent effunderentur, quod ei promptum, & in aperto fuit.

Dum Byzantij res hæc ſtant, Dux Iulieurgij, qui à Rege Suetiæ faciebat Roechenſem vrbem inteſtinis diſcidiis labefactam cum portu vi capit, cùm plebem magiſtratuum dominationis ſatias teneret, qui capta Rep. ſeruili imperio plebem exercebant, de vita atque tergo regio more conſulebant, cæteris expertibus ſoli in imperio agebant.

Sueuorum quinque millia cæſa.

Paulò ante id tempus Daniæ Rex iuſta acie quinque Sueuorum millia ceciderat, tormenta campeſtria X X. ceperat. Sueui receptis animis Vatemburgo vrbe, & acie vi potiuntur, E
vrbem igne perdunt, arcem præſidio firmant. Mox Limiros incurſant Alberto Iulieurgienſi duce.

Inter hæc cùm inter Maximilianum, & Turcum pax agererur, Turci Bregerium vſque prædabundi excurrunt, Iauarinum vocant, quibus prædas ex hoſtico agentibus Dersfius Nitriæ oppido præfectus occurrit, palantes obtruncat, duos Ianitzerorum præfectos capit, prædam fugitiuam retrahit, captiuos in integrum reſtituit.

Cùm in eo eſſent, Rex Daniæ Varemburgi captæ nuntio nondum accepto prœlium in agro Raunafoldio cùm Sueuis ſtrenuè ſumit, quorum quatuor millia cæſa, capta 50. & 6. tormenta, ſex equitum vexilla, ſex peditum ſigna, mox inter vtrumque Regem Cæſare adnitente compoſita pax. Cæſar crebreſcẽte fama bellici paratus, quem in ſequentem annum Solimanus inſtruebat, Bregerium munit, Merubartim Pannonum præſidio firmat, Comitia ad quartum Kal. Ian. Auguſtam indicit, ad quæ VII. Viri electores, & liberæ ciuitates conueniunt. Omnia Comitiorum acta penes Archiepiſcopum Mogontiacum Electorum F

princi

A principem, ac ſupremnm Germaniæ Cancellarium aſſeruantur. Pro Italia Colonienſis,pro
Gallia Treuirenſis facit.

Bellum in Melitam à Turcis paratur.

Interea Melitenſis militiæ magiſter,cùm fama expeditionis Turcicæ gliſceret , eamq; in
excidium ſacræ militiæ otnari exiſtimatet , inter decus & metum ambiguus, rem in conſi-
lium mittit. Plerique parentium effœti , periculi magnitudine territi deſerendam inſulam
ſtatuebant, quæ tantis paratibus impat eſſet. Ipſe animi ingens ſuperiori obſidio tutus ma-
nu & copiis , virorum armorumq; faciendum certamen aiebat , munitiones inſtaurandas,
portum opere firmandum, Principum Chriſtianorum auxilia arceſcenda , pro cultu Dei &
ſacris ritibus oppetendum, ſi victoriæ ſpes eximatur. Quare literas ad Pontificem, & Hiſ-
paniæ Regem mittit, à quibus nihil omiſſum aut remiſſum fuit, auxilia prolixè oſtenſa,pe-
cuniæ promptæ. Tria operarum millia munitionibus inſtruendis è Sicilia miſſa,in equitum
B conſilio decretum , vt noua vrbs reficeretur , dorſum terræ abſcinderetur , vt in altiſſimas
foſſas mare affluerer, Arx D. Hermetis inſtauraretur,& vrbis nouæ poſitus is eſſet , vt por-
tum vtrumque tormentis infeſtaret.

Ritus procedendi in comitijs Pontificijs.

Inter hæc Pij quarti Pontificis exceſſu ad comitia pontificia ventum eſt, quæ hoc ritu
procedunt. In ampliſſima aula patribus purpuratis tabernacula lignea exſtruuntur , in quæ
ſinguli cum duobus tantùm miniſtris , ſuo cuique tabernaculo attributo includuntur, qui-
bus ſimplex cibi genus afferri ſolet,donec electio Pontificis rata, certaq; ſit. Ad eorum cu-
ſtodiam qninque Italorum peditum cohortes excubant, quibus Hannibal Altempſius præ-
fectus eſt,Comitia extracta ſunt ad VII. vſque Idus Ianuar.

Anno 1566. Michael Ghiſlerus S.Dominici ſodalis Pontifex renuntiatus,& Pius Quin-
tus appellatus eſt, vir ſui nominis,verè pius, integritate, prudentia, ſanctimonia clarus , qui
G quominùs gloriam petebat,illum eo magis adſequebatur,apud ipſos fidei hoſtes fama præ-
clara,& ſecunda.

Cometæ duo Londini viſa, & alia prodigia.

Sub id tempus Londini duo cometæ per meridiem fulſere , qui ſolem ſequebantur. Viſa
& manus inſignis magnitudinis è nubibus erumpens , quæ gladium intentans ſolem verſus
porrigeretur.

Cæſar belli rationes trahens , auxilia vndique emercatur. Pontifex in ſingulos annos
quinquaginta millia aureorum vltro publicetur. Cùm Auguſtam ad Comitia omnes con-
uenïſſent, Cæſar in conſilio bellicos Solimani paratus,periculi magnitudinem,belli neceſſi-
tatem exaggerat. Iuliobonam imperij domicilium quingentis armatorum millibus peti,
Pannoniam in diſcrimen agi. Rogabat proceres, vt 40.peditum , 8.equitum millia ſcribe-
rentur. Pannones operam & fortunas Cæſari dicant. Mox Iuliobonæ in Pannonia Comitia
D habita,in ſingulas domos ſinguli floreni indicti,ſumptibus bellicis additum, vt qui centum
florenos annui reditus haberet equum ſuis ſumptibus aleret , vt Iuliobonæ munimenta ex-
ſtruerentur,è ſingulis familiis quintus, decimus,trigeſimus ad bellum exiret,ne quis in Au-
ſtria, Marcomannis, Pannonibus aliena bella mercede ageret, omnes Iuliobonæ in annum
ſibi annonam curarent, qui ſumptui par non eſſet vrbe excederet , Duces Allobrogum , &
Mantuanus Cæſari auxilia obtulere,Caniſia Pannoniæ oppidum,trigeſimo à Metubatri la-
pide propugnaculis,& aggeribus firmata.

Valletta obitus.

Inter hæc Valletta ſacræ militiæ magiſtro diem ſuum functo viro celſa quadam, & diui-
na mente prædito, cuius animi vis ad clariſſimum gloriæ lumen exceſſerat,Petrus Montius
Gallus omnium ſuffragiis magiſter ſacri equitum ordinis renuntiatus eſt , Vir animi acer,
prudentiæ ingens,qui obuiam eundo periculis in ſummam claritudinem peruenerat.Is mu-
E nitionibus inſiſtens,vrbe vetere derelicta, nouam in eo dorſo excitat, quod ad D.Hermetis
arcem ducitur,quia vtrinque mari clauditur,neque niſi ſtrato ponte adiri poteſt. Dum fun-
damenta iaciuntur , fons aquæ dulcis copioſus & affluens è ſaliente ſcaturit. Ad id opus
Pontifex,Reges Hiſpaniæ,& Luſitaniæ ingentes pecunias contulerunt.

Id temporis à Pio V. Caraffæ homines propudioſi,& turpiſſimorum criminum comperti
in integrum reſtituti ſunt , Cardinalis Neapolitanus, in quem multa fœdaq; incuſabantur,
legum laqueis elapſus eſt, quod aduerſo rumore acceptum. Tum verò exules Aſculo dire-
pto agros latrociniis infeſtos habebant , cùm ad eos plerique prædarum ſtudioſè aggregaſ-
ſent,qui à Torquato comite ciue Romano Pontificis auſpiciis fuſi in longinqua & auia fu-
gam agitarunt.Pontifex nepti duo millia nummûm doti numerauit,nepotibus vxores non
opibus & generis ſplendore tumentes, ſed mediocri loco prouidit , ne ſupra fortunam ani-
F mos gererent.

Scotiæ motus.

Sub id tempus in Scotia Atlantici maris inſula , quam à Britannia Tuedus amnis diſter-
minat , graues motus exarſere , cùm primaria nobilitas Reginæ Catholicæ imperium ab-
nueret,

nueret, & Iacobum Spurium ſectæ ſocium Regem depoſceret. Habita ſunt Alatis caſtris A
Scotiæ metropoli,regni comitia, quibus exeuntibus perduelles armati in regium cœnacu-
lum irrumpunt, Dauidem Caraniolum Reginæ à ſecretis pugionibus laniant. Boduellus,
Hunthæus,Arellus qui ad cædem deſignati erant, è feneſtra deſiliunt, & præſenti periculo
ſe eximunt. Coniurati Reginam cœnaculo,quaſi carcere clauſam biduum ſub cuſtodia ha-
bent,Regem adoleſcentulum abripiunt,& ad partes trahere conantur. Mox Iacobi prore-
gis nomine,voce tubicinis noua comitia indicuntur, vetera fidei Catholicæ inſtituta anti-
quantur,pietatis auitæ cultores regno excedere iubentur. Regina partui proxima in cuſto-
dia erat,quæ cum rege marito pernicibus equis Dimbarchum munitiſſimam arcem euaſit,
Boduellus,Hunthæus,Arellus præcipuæ dignationis proceres, accitis vndique copiis ad re-
ginam confluunt, quæ mox Edemburgum firmo equite ſepta redit. Coniurati metu pœnæ
in Angliam refugiunt,& apud Eliſabetham,impotentem Reginæ dominatum incuſant, Ia- B
cobum Spurium religionis ergo in vincula datum. Regina Angliæ per oratores Scotis ſi-
gnificat,niſi exules reſtituant,& Iacobum Nothum carcere ſoluant,ſe bello Scotiam laceſ-
ſituram.

Inter hæc Auguſtanis Comitiis decernitur, vt principes imperij hoc anno in menſes
octo,tres Romanas expeditiones inſtruant,in quarum ſingulis veteri inſtituto 26.millia pe-
ditum,quinque equitum cenſa. Romanis nomen inditum, quod olim Cæſares, cùm vt in-
augurarentur Romam irent,tres illos militum dilectus in Italiam traherent. Poſtea nume-
rus imminutus,vt in ſingulis dilectibus quindecim peditum,tria equitum millia ſcriberen-
tur. Tum verò Cæſar Iulam, Aguam, Toccam vrbes Pannoniæ præſidiis,& propugnaculis
firmat. Diuerſa parte Solimanus, quòd conſilia ſua per oratores exterarum gentium, qui
Conſtantinopoli agebant,vulgari intelligeret, Albertaccium Albertium ingenio ſolertem, C
& prouidum Florentini Ducis oratorem intra menſem alterum imperio ſuo excedere iu-
bet,quadringinta Scytharum millia militiæ adſciſcit.

Turcæ in Pannoniæ finibus Ainatſcheuio oppido per præfecti abſentiam admotis ſcalis
intercepto,in cædes & prædam eunt,Metubartim repentino impetu inſiliunt, oppidani pro
ingenio quiſque pugnare,grege facto locum ad portas capere,per globos eruptionem face-
re,tela mittere, pauci in pluribus minus fruſtrari, virtuti Nicolai Sirini præfecti confidere,
tormentis ferreos globos adigere, hoſtem impellere, profligare,qui tandem præcipiti fuga
euolarunt. Qua ſtrage territi Teutoburgij præſidiarij oppidum deſeruere.

Dux Mantuanus centum quinquaginta loricatos equites, Henricus Guiſij Dux adoleſ-
cens Gallus trecentos crupellarios ferrea omni ſpecie,Gulielmus Saxo quatuor millia equi-
tum ad Cæſarem traxêre. Dux Ferrarienſis tria millia peditum, in Cæſaris caſtris centum D
armatorum millia cenſa.

Turbarum ſemina in Belgio.

Inter hæc in Belgio cùm Hiſpana quæſtio pedem ſtrueret, turbarum ſemina ſuccreuêre.
Bredcroſenſis vir illuſtri loco, magnæ apud ſuos dignationis,cum Ludouico Naſſauuio, &
centum 50.equitibus Margaritæ Philippi ſorori, penès quam Belgij præfectura erat chiro-
graphum obtulit, totius pene nobilitatis, & complurium vrbium ſignis obſignatum, quo
quæſtionis Hiſpanicæ onus,quod ſub Carolo V.Cæſare 26.ante annis, diſcuſſerant, depre-
cabantur. Quæ cùm in eo eſſent, Solimanus Pialim maris præfectum ad occupandam ex
itinere Chium mittit.

Ea inſula eſt maris Ægei, olim Elalia, & Pithiuſſa dicta,inter Leſbum & Samum, Ioniæ
aſſita,cuius ambitus centum millia capit. Andronicus Palęologus Imperator Conſtantino-
politanus Genuenſibus quorum ope rerum potitus erat dono dederat. Mox Mahomete E
imminente Chij à Genuenſibus ſe præſenti pecunia redemere, & decem aureorum millia
annui vectigalis pacti, in Mahometi clientelam, ac fidem integra libertate ſe tradidêre.
Quod vectigal cùm iam biennium in mora eſſet, Pialis octoginta triremes eò ducit, ad
quem Chij ſecunda Paſchatis feria dona pro more mittunt, portum,& ſua omnia offerunt,
ille frequenti militum manu Palatium capit, vexilla Imperatoria è faſtigio erigit, arcem in-
ſidet, omnia Chriſti templa ſolo æquat,S. Dominici templum Turcicis ceremoniis conſe-
cratum eſt. Proceres vrbis Byzantium triremibus vecti in varias mox prouincias deportati
ſunt,Inſula Turcicis præſidiis inſeſſa eſt.

Pialis Epidaurum appellit.

Inde Pialis Epidaurum idem animo agitans appulit. Epidauri alieno periculo docti adi-
tum armatis negant, viginti tantùm inermes admittunt ad commeatus coëmendos. Hac
ſpe deiectus Tenum inſulam è Cycladibus vnam applicuit, Teniorum munera repudiat, F
qui aditum in vrbem negant, & ad pugnam ſe comparant. Ille ad Apuliæ, & Calabriæ lit-
tora vertit, obuia quæque ferro metit, vndecim Turcicæ triremes ad Calpem 20. nauigia
Hiſpana

A Hiſpana bellicis p tibus, amplo commeatu pluribus tormentis inſtructa vi capiunt.
In Italia tum t ometæ arſere, Tiberis latè exundauit. In vrbe Incidioſa ad mare Eu- *Prodigia in*
xinum proximè B orum, & fauces Cymmerias, & ad Trapezuntem Cappadociæ prin- *Italia & a-*
cipem vrbem tres ſ ab hora tertia diei cælo ſereno, ac ſudo fulſere, quos candidus ar- *libi.*
cus incluſerat, quo vnus ad ortum, alter ad meridiem, tertius ad occaſum occubuit.
Biduo poſt de nocte c ſplendore illuſtris in cælo viſa, & ſtella inuſitato fulgore cum lu-
na pariter fulgente ad s exortum perdurauit. Inter quæ Solimanus Philippopolim hac
pompa ingreditur.
Ea vrbs in Macedonia ibus eſt quam Meſus fluuius mediam ſecat, à Philippo Ale-
xandri patre condita, & ap llata.
Quinque Ianiſſerorum m lia viam præiere, ſequuti muli, cameli, regia ſuppellectile, & *Ingreſſus*
B gaza onuſti, tum inſtructæ arm torum copiæ, purpuratorum familiæ, quarum lanceis vexil- *Solimani*
la modica verſicoloria cum dominorum inſignibus hærebant, mox cuſtodes viridariorum *Philippopo-*
Solimani cum ſuo præfecto, venatici canes aureis integumentis, aucupes, accipitrarij ſuc- *lim.*
cedebant, tum equi exortes ſeſſore vacui, quos equites trahebant, catuli melitei, feles diſ-
colores, picæ, pſittaci, plurimum pecus, ſimiæ, cercopitheci. Succedebant hinc manipulo-
rum præfecti. Bolucbaſſæ vocati, criſtis galearum albentibus, Eunuchi iuuenes inueſtes,
exoletis miſti, quos tres purpurati ſequuti, Feratus, Muſtapha, Æmetus, deinde Meheme-
tus ſolus, tum primarius Viſir in caſtris iudex, cuius veſtigia legebant Solachi 150. qui pe-
dites imperatorem equitantem ſtipant, criſtatis galeis, cothurnis albis, acinace, arcu, & ſa-
gittis inſtructi, quibus præeunt intra vrbes clarigatores clauis ferreis turbam ſummouen-
tes, qui ſagittis eos petunt, qui è feneſtris Imperatorem deſpiciunt, cùm è ſuperiori loco ne-
C mo impunè Imperatorem deſpectet. Tum Solimanus veſtium luce radians, in equo niuei
candoris veneranda canitie eminebat. Equi phaleræ per Phrygiones acu pictæ, acinaces
ex ephippio pendet. Solimano Feratus Aga pedes latus tegebat, & dextimus ibat. Læua
enim apud Turcos honori eſt, vt & olim apud Romanos. Cum Aga tres erant ianitorum
præfecti, ſequebantur tres adoleſcentuli forma eximij, quorum hic arcum, & ſagittas, ille
veſtem, tertius aquam lauandis manibus geſtabat, inter quos & Imperatorem nemo inter-
ſiſtere audet. Sequebantur puerorum delitiæ, quos currus ſerico operimento in folia ar-
gentea inciſo includebat. Mox alij 8. currus, quibus ſuccedebat Caſmader primarius quæ-
ſtor eunuchus equo gemmis falerato, cuius veſtigia vrgebant 20. eunuchi queſtores, & muli
quadringenti auro, argentoq; onuſti, quorum terga impellebant innumeri equites, & ſpa-
choglani ſarcinis graues. Solimanus vrbem prætergreſſus in campis Philippicis tentorium
D ſuum erigi iubet, oppidi forma exſtructum, in quo pinnæ, palatia, aulæ, & duodecim intus
tabernacula, cuius ambitus tria ſtadia complexus. Huius cuſtodiæ ſpachoglani, vbi primùm
è ſepto (Serralium vocant) emittuntur, aſſignati, inter quos & Imperatoris tabernaculum
Theſauri regij humi iacent, belluatis Babylonicis tecti. In ſingulis tentorij angulis lanceæ,
cum caudis equinis diſcoloribus eriguntur.
Cùm in eo ſunt Regis Perſarum filius Babylonem exinopinato tentat, ipſe mercatoris *Babylon tē-*
habitu vrbem ignoratus init, mille quingenti eodem cultu Babylonem ſe inſinuant. Inſidiæ *tata.*
exulis indicio pateſcunt. Pugnatur acerrimè vtrinque, vt diu victoria in ancipiti fuerit,
demum Perſa nouem ſuorum millibus deſideratis, cum tribus millibus equitum in tutum
ſe recipit.
Interea Suendius Huſtum oppidum vltra Danubium obſidet, in quem Tranſſyluaniæ
E præfectus 20. armatorum millia tumultuariè rapit. Atrox prœlium commiſſum, decem ho-
ſtium millia cecidere, præfectus & Sanziacchus vnus capti, tormenta & vexilla pleraque in
Suendij manus venêre, qui mox vrbe potitus, Fileco oppido, & pleriſque arcibus captis, Vi-
nundriam corona cingit. Ea modò cum animo habebat, quibus hoſtium potentiam infrin-
geret, ipſe quaſi nullo impoſito omnia prouidere, per emiſſarios de rebus hoſtium cogno-
ſcere, impiger militiæ, & artibus miniſteriis, ita exiſtimare, ea belli commercia eſſe, vt pauci
prœlia profligent.
Diuerſa parte Curtenſis purpuratus Palodam oppidum Pannoniæ amœniſſimum inſilit, *Paloda in-*
circum agros latiùs, ac diutiùs quàm per latrocinia vaſtat, mox vires intimas, molemq; belli *feſſa.*
ad vrbem admouet, mœnia tormentis ſternit, impetum facit, obſtant oppidani. & vim vi
refutant magna hoſtium ſtrage, qui à longe puluere cœlum obnubi videntes, Suendium
F adeſſe rati fugam capeſſunt, quorum fugam Turrigeorgius vrbi præfectus accenſis à longè
ignibus incitat, & compoſitis clamoribus terrorem auget.
Infiſa Turci tentoria, tormenta, dolia pulueris, commeatus hoſti in prædam deſerunt, à
quo

omne quod per ſeruos citra conſcientiam domini fiat, nullum eſſe.

Interim à Turcis Pancota,& Gena frequẽtes vrbes vi captę,Tibiſcus fluuius ponte ſt[...] tus eſt, cuius cuſtodiæ quadringenti præſidiarij impoſiti, qui à Suendio mox ſtatione mo[...] in fluuiũ deſilierunt,pons igne abſumptus eſt.Tum verò in Erdeum oppidũ,quod ab hoſ[...] obſeſſum erat , treceoti milites ab eodem ſubſidio ſummiſſi , cùm obſeſſi ex altera oppi[...] parte magna Turcorum ſtrage erupiſſent,vbi octingenti Turci cecidere, ipſum prætoriu[...] Tranſſyluani vexillum captum eſt, poſtridie impetu ad ruinam facto, ſubiectis ignibu[...] Turci arſêre, & clade accepta refugêre. Mox eruptione facta duo muralia tormenta in v[...] bem vi tracta.

Turcorum ſtrages. Interim dum Suendius infeſſo Tibiſci tranſitu annonæ penuriam hoſti facit, oppida[...] res ſaluas pacti deditionem faciunt.Turci contra fas gentium, & conuentionis fidem o[...] nes ad vnum trucidant.Curtenſis purpuratus ad partes nouem equitum millia,quadragi[...] ta peditum traxerat,quibus Leucouizzius vir ſanè belli ſciens, cum quatuor equitum m[...] libus obuiam factus,ad Sauum fluuium,fugam animis,vulnera tergo impoſuit.

Quæ dum geruntur , fortuna victorias hinc inde alternante , in Pannonia Alexand[...] Myſiæ ſuperioris præfectus, inſidiis Myſi cuiuſdam, qui coacta ſicariorum manu ſe Vaiu[...] dam fecerat , interceptus eſſet, niſi Poloniæ Rex occupaſſet, & Vaiuodam nec opinant[...] oppreſſiſſet. Inter hæc Poloniæ Rex in Moſchorum agrum cum exercitu irrumpit,omn[...] ferro populatur,Coſtenagarum opulentam vrbem machinis verberat, quo nuntio Moſc[...] 40.equitum millia ſuppetias trahunt , quibus obuiam Polonus nouem equitum, tria pe[...] tum millia ducit,& prœlio ſtrenue ſumpto Moſchos primo impetu fundit, fugientibus 2[...] bellica tormenta eripit. Mox victoriæ inſiſtens tergis fugientium hæret , quos Peſcouiu[...] vſque inſequutus eſt,ducenti ferè pagi,& tres vrbes in fuga conflagrarũt, in quibus & C[...] ſteoayarum. Diuerſa parte Lituani Liuonum auxilio ſex equitum, 4. peditum millia Cru[...] chio Moſcho duce per Neuellam Prouinciam in Moſchouiam ducunt. In tranſcurſu ſex[...] centos ampliùs pagos incendio vaſtant,& Veliſcum, ac Heropiſchum vſque penetrant,4[...] & tria oppida vi capiunt,quatuor plauſtrorum millia præda onerant, octo captiuorum mi[...] lia in Lituaniam auehentes , in duodecim millia Moſchorum incidunt , quorum quatu[...] millia trucidant,reliqui fugam expediunt.

Ducenti pagi & tres vrbes conflagrant. Alia maior conflagratio.

Interim inter Sueciæ, & Daniæ reges belli ſemina ſuccreuere in hac occaſione. Inter duos fratres, Pharodinenſes rixa exorta , natu maior à quo Rex Sueciæ faciebat , Poſtochium vrbem vi ceperat,minor Daniæ regis ope iniuriam vltum ibat. Per Germaniæ principes ad inducias ventum , ad quarum fidem, & vadimonium Daniæ Rex octo Sueciæ naues onerarias varia merce onuſtas retinet,quod indignè ferens Sueuus 36.inſtructas armis D naues per mare finitimum ad oppidum vſque Coppenhauecium in Daniam immittit , obuia quæque ferro populatur,quatuor Daniæ naues in quibus maris præfectus,tormentis inſectatur,quibus ad littora ſponte impactis, cùm claſſiarij ſoſpites in terram euaſiſſent ignis iniectus.

Neque in Cyrno inſula id temporis res prolatæ erant,in quam Sampetrus ſariſſas,ſclopetos,pecuniam in ſtipendia militum expoſuerat. Quo per emiſſarios cognito Garſia Toletanus,cum valida claſſe Cyrnum aduolat, Sampetrus in rupes fuga euadit, quinquaginta Gallis turris munitæ præſidio relictis, qui ruina per Garſiam facta,irrumpentes ſtrenuè ſariſſis excipiunt,& ſuæ,hoſtiumq; vitæ iuxta parcentes,in eodem veſtigio omnes cæduntur. Garſia cui multo ſuorum ſanguine turris illa ſteterat, cùm periculum vltra non auderet,& Sampetri copiæ immorerent,Niceam ſe recipit.Mox ad Sampetrum è Gallia vndecim mi- E litum cohortes in Cyrnum Numidicis nauigiis euadunt, quibus auctus inſulam ſui arbitrij facit,in Maorinis oppida,caſtella,pagos,ipſam etiam Epiſcopi ſedem populatione,& incendio vaſtat.Inde octo armatorum millia in Genuenſes , qui Cyrnum appulerant, rapit, iuſto prœlio , collatis ſignis cum hoſte decernit , ac bellum profligat, equites fuga dilapſi ſunt.

Melita à Solimano obſeſſa. Melitæ deſcriptio. Inter hæc Solimanus , vt in Siciliam, & Italiam ſibi viam faceret , Melitam numeroſo exercitu terra marique obſidere inſtituit.Ea inſula in mari Africo ad Boream Siciliam habet, à qua ſexaginta milliaribus diſſita eſt, ad auſtrum Africam , pari interuallo, ad ortum Corcyram & Cephaleoniã,ad occaſum mare Africum,& Columnas Herculis, lana & copia mellis nobilis. In ea vrbs eſt ſitu munita,& opere, à Chartaginenſibus condita, & duo portus nauibus capiendis ampli,& fidi, quorum alterum Marſamuſetum, alterum Maraſirocum indigetant. Efficiunt hos portus maritimi ſinus in ipſam inſulam penetrantes, qui aduentantibus in frõte anguſtias,& fauces obiiciunt,mox ingreſſos gremio latè excipiunt, & F

tutam

A tutam ſtationem præbent. Quædam inſulæ latera,quaſi cornua procul à capite extantia in
mare procurrunt. Inter vtrumque portum terra ſpatium, ad decem ſtadia porrigitur, vbi
arx S. Hermetis munitiſſima Pachynum & mare Siculum deſpectat. Interius tres ſunt Pe-
ninſulæ:in ea quæ ad mare Siculum pertinet oppidum eſt S.Angeli, adeò munitum,vt ſpes
omnis expugnationis abrupta ſit. In ea parte quæ interiecta eſt aliud eſt oppidum, D. Mi-
chaelis cognomento, munitiſſimum. Tum in ipſa inſula oppidum eſt S. Margheritæ,pagi
45.& inſuper antiqua vrbs. Ambitus inſulæ ſexaginta milliaria capit,longitudo viginti,la-
titudo duodecim.

Ioannes Valletta Gallus,prudentiæ & bellicæ virtutis ingens,ſacræ militię magiſter,cùm
armis Turcicis Rhodus procubuiſſet, eam inſulam à Cæſare, Pontificis voluntate accepit,
quam aggeribus, propugnaculis, foſſis, munimentis ita firmauit, vt extra ictum eſſe vide-
B retur. Is vbi per emiſſarios de Solimani conſilio cognouit, ſacris ritè peractis,ſupplicationi-
bus ad omnia puluinaria indictis, auxiliis ad præſidia futuri belli vndique accitis,alloquio,
conſtantia, vultus ac vocis hilaritate omnium animos ita erexit, vt ſpe victoriam, & hoſtiũ
cladem præciperent. Nulla vnquam vrbs maiori opere, frequentiori exercitu,atrocioribus
machinis, ſagacioribus artificum ingeniis, pluribus fraudibus, obſtinacioribus copiis op-
pugnata eſt,nulla vnquam maioribus animis, aut viribus propugnata. Cognito Turcorum
aduentu hac oratione Valletta ſuis animos fecit.

Ioãnes Valletta Gallus inſulam à Cæſare accipit.

*Commilitones, quod diu votis expetijſtis magna vobis experiendæ virtutis hodie copia eſt, hoſtis in
manibus, vobis pro Chriſti fide, pro ſalute Italiæ, pro belli gloria certamen incumbit. Nemo veſtrum eſt,
cui animam in pietatis cauſa profundere volenti non ſit. Quid enim viro forti optabilius,quàm vt hoſtis
interitu virtutem probet, aut in egregio conatu ſanguinem fundat. Nobis naturo moriendi legem poſuit,
C alij diuturno morbo languent, quidam veneno, inſidijs, aut ſubito caſu procumbunt, vobis aut in manu
victoria, quibus Deus, & cauſa fauet, aut ſine morbi tabe,aperta vi, procul inſidijs,honeſta mortis vſus
eſt. Hoc verò gratum Deo ſacrificium,hæc animorum æterna ſalus, hæc martyrij gloria,quam quæſitis cru-
ciatibus veteres Chriſtiani rectè meruut. Quot hodie Turci; quot Perſæ, pro regum obſequio; quot Itali
& Galli pro priuatis iniurijs pericula obeunt, & vitam æterno ſupplicio mutant. Vobis certa animorum
ſalus, gloriæ bellicæ laurea, honeſta vulnera, non incerta victoria, quos Deus aura fauoris ſui afflet. Ite
magnis animis,vltro pericula capeſſite, mori pro munere erit, quæ pro fide, & omnium ſalute ſuſcipitur.
Omnino vincendum, aut moriendum, in deditione nulla fides, nulla ſpes,cùm ab hoſte plus deditis peri-
culi, quàm pugnantibus ſit. Animis conualeſcite, diſcrimina occupate,aduerſis pectoribus in hoſtem in-
currite. Turpe eſt, qui manus armarit, eum in pedibus inermibus præſidium ponere, terga nuda, & cæca
ictibus præbere.Vincite,hoſtium cuneos perrumpite,Deum,qui vinci nequit,ducem,me virtutis approbato-
D rem,periculorum ſocium habetis.*

Valletta ad cõmilitones oratio.

Diuerſa parte Solimanus capita conſilij ſui in aulam amplam, aulæis purpureis ornatam
cogit,Diuanum vocant, qui ſacri conſiſtorij locus eſt. In eo Solium ſublime belluatis Ba-
bylonicis acu pictis, & purpura intexta fulgens,vtrinque ſubſellia arcuato opere per varios
gradus ad Solium procedunt. Vbi concilium indictum eſt, conueniunt purpurati,tum oc-
culto itinere improuiſus Soltanus adeſt, & in ſolio ſedet. Purpurati nouem in gradibus ad
Solium in genua prono capite,deiectis oculis procidunt. Refert è Solio ad Senatum Sulta-
nus,& ſententias rogat, mox è conſpectu abit, & è loco ſuperiori poſt clatros latens, con-
ſilia agitantibus aures præbet, illi abſceſſu Regis ſedent, iterum in eadem verba refert is è
purpuratis cui maiora ſtipendia in dies penduntur. Is enim cæteris auctoritate ſuperior eſt;
reliqui ſententias dicunt, quas Rex, aut ipſe ignoratus audit, aut à principe Senatus, Pri-
E mouiſirum appellant,accipit. Inde reſponſum ſignat, & ei cui ſumma belli data ſit,ea lege
permittit, ne ante ſtatum diem, & locum reſignet. Interdum eques ſingulorum ſententias
ex tempore quærit, quibus auditis, apud ſe de tota re ſtatuit, ne conſilia vulgata va-
neſcant.

Solimani conſeſſus, cõſilia & ſolium.

Interim Valletta Melitę id egit,vt omnia ædificia extra munitiones complanarentur, ar-
bores proſtratæ in vrbem ad munimenta inferrentur, omnia verterentur, quæ vel hoſti-
bus vſui, vel ſibi noxæ eſſe poſſent. Annona, commeatus, triticum, plumbum, funiculi,
puluis tormentarius, ferreæ pilæ, vina vndique comportantur, ciſternæ aqua implen-
tur, putei effodiuntur, carnes ſalitæ, piſces muria & garo conditi, oleum, ligna, faſciculi
conuehuntur.

Cùm in eo eſſent, Turcica claſſis Methonem in Peloponeſo applicat, vbi Muſtapha pe-
F nès quem terreſtrium copiarum ſumma erat,exercitum luſtrat. Pialis item maris præfectus
claſſem in Pylo inſula Neſtoris fama illuſtri recenſet, in qua centum & 30. biremes,maho-
nes octo,naues onerarias maiores ita vocant, quatuor caramuſali, nauigia ſunt oneraria

minora orbiculata, olcades X I. quarum ad Nauplium vna profundo hauſta eſt, in qua 6. A
millia eadorum puluetis igniarij, & X I I I. ferreorum globorum, ſeptingenti Turci. Erant & decem triremes Rhodiæ, duæ Mitylenææ, Liburnæ, hemioliæ, ſcaphæ complures. Claſſis aſpirante vento ſine offenſione, portum Herculis appulit. Vnde ad Marum, alterum inſulæ Melites portum deferrur, vbi exſcenſione facta X X I I. armatorum millia in terram ſunt expoſita. Ibi duobus ex vrbe eruptionibus mille & amplius Turci cæſi. Etant omnino in inſula Melita Chriſtianorum militum decem millia. In ipſa vrbe Melita mille, Vagnone equite militiæ duce.

Cùm Muſtapha, & Pialis, de ratione belli conſilium cepiſſent, ad S. Hermetis arcem ante omnia vim faciendam eſſe decernitur. Ad eam agger erectus continua fulminatione deiectus eſt. Mox in loco edito arci imminenti quindecim muralia tormenta, in acumine templi Iunonis tria locāt. Ruina facta Ianiſſeri Draguti, & Luzalis aduentu in caſtra erecti, B
vim quaſi rabie contracta nullo ordine faciunt, ſed rabies illa potentiore victa facilè ſidit, tanta irrumpentium clade, vt ſapere in poſtremum, non rabere dedicerint.

Inter hæc triremis ex inſula Saluago duce nocte concubia in Siciliam emiſſa eſt, quæ per medias hoſtium triremes ſine offenſione iter tenuit, & Tolerano conſilia hoſtium indicauit, à quo Melitam remiſſa in portum incolumis appulit, & tertiùm remiſſa per medios perrupit, & ſoſpes Meſſanam applicuit.

Rauelinum à Turcis occupatum. Turci opus vrgentes, Rauelinum, quadrato opere munimentum, per vim occupant, & aggeribus, ac vallo aduerſus tormenta ſe tegunt, mox vndeuiginti machinis alteram Marſamuſetti partem infeſtant, tum de nocta foſſam aggeſta terra, & faſciculis explere, ac coæquare ſtudent, In quo opere octingēti Ianiſſeri, & Spacchei equites perpetuis ſtipendijs, cæſi ſunt. Alij Spaos vocant. C

Interim Saluagus felici velificatione vſus Meſſanam tenuit, & Toletano, ac ſummo Pontifici res Melitenſium in arcto eſſe indicat. Tum auxilia decreta, nobiles quinq; in eam expeditionem certatim nomina dedere. Turci re comperta verberationi inſtant, quę per quatriduum nihil intermiſſa tam latè ruinam edidit, vt equiti aditus pateret. Recentes Draguti copiæ, ad Marſaſcalam munitionem impetum fecere, vbi tam crebra grandine glandium, *Turci repelluntur.* & miſſilium ignium obruti ſunt, vt retro ferri cum clade coacti ſint.

Mox inde ſcalæ mœnibus admotæ, inde per ruinam irruptio facta, tam pertinaci robore, vt per ſariſſas & ignes ad manus cum hoſte venirent, ſed procella ignium, & glandium oppreſſi, poſt atrocem trium horarum pugnam præcipites in foſſas ierunt, aut ruinam cadaueribus ſtrauerunt, Turci repulſæ dedecore ardentes, ſex totos dies tormentis fulminant, tum ponte ex antemnis nauium decem cubitos lato foſſam ſternunt, quatuor ſclopetariorum millia in foſſa locant, claſſem propiùs ad arcem applicant, quæ fulminatione ſæuiret, mox impetu facto vndique in ruinam inſiliunt, vnde ſuos Deo propugnante, & inuictum animi, corporiſque robur ſufficiente denuò deiecti ſunt. Baranganus factæ militiæ eques, vir Cantaber, vtraque manu fulmineum enſem in ipſo ponte inter medios rotans, tantam edidit ſtragem, vt cadauerum numero obſeſſus vix gradum explicaret: mox in obuios cuneos impreſſione facta cæteris impetum eius adiuuantibus hoſtes loco mouit, cùm noui, & recentes in feſſorum locum à Muſtapha ſummitterentur, Valletta periculo motus trecentos ex ſuis ſubſidio miſit, qui ſubiectis ſulphutei pulueris cadis, & igne miſſili pontem ſubruunt, cuius caſu octingenti amplius Turci oppreſſi. Duo vexilla, Draguti alterum, Muſtaphæ alterum capta, XXX. Turci, qui faſtigium ſublimioris valli inſcenderant, globis maioribus laniati, & in aeremi mpulſi ſunt. Eo prœlio Turcorum quatuor millia deſiderata, Chriſtiani ducenti. D E

Muſtapha ſuorū clade ſpe deijcitur. Muſtapha ſpe deiectus, tanta ſuorum clade æger, claſſe crebris fulminibus quaſſa, graſſante in exercitu lue, nauigia remulco in loca continenti vicina traxit, vt ingruente Toletum claſſe tuta ſuffugia haberet. Toletanus fama periculi vulgata, quia triremes nondum conuenerant, quatuor actuarias duce Cardona ſubſidio mittit. Robleſius caſtrorum præfectus ducentos veteranos pedites, & equites 80. ſuppetias duxit.

Muſtapha anxius cum animo trahere an periculum denuò experiretur, & fortunæ rem committeret. Turci animis ægreſcere, periculum audere, prœlium flagitare, verberatione per plures dies continuata, mœnibus afflictis, cùm aditus latè hiaret, vim faciunt, & acerri- *Dragutus Turcorum dux cadit.* mo prœlio quinque horas extrahunt, vbi Dragutus confoſſo capite in caſtra relatus eſt, quo vulnere, altero poſt die perijt, hoſtes è ruina præcipitati refugere, machinis interim ad ruinam fulminantibus, vt noſtri foſſis ac pomœrio ſe tegere cogerentur. Mox Turci rabie acti F
pontes & ſcalas inſtruunt, & arcem vi capere, aut in conatu omnes occumbere animis deſtinant,

A ſtinant, nauigia ad arcem admouent, 30. duobus muralibus tormentis anguſtam loco ar-
cem quatiunt. Pons octo antennis ſternitur, in quem duo Turcorum millia inuolant, no-
ſtri vim facientes contis & ſariſſis detrudunt, à media nocte ad tertiam horam diei, octauo
Kal. Quintil. prœlium extrahitur, cùm neutram in partem victoria nutaret.

Tanta vis tormentorum arcem infeſtantium fuit, vt ad ſcopulum, & ipſa fundamenta
arx diruta, & complanata ſit. Tandem numero ſuccedentium ad ruinam noſtri obruti,
mille & trecenti ceciderunt, equites centum & quinquaginta, Turcorum tria millia.

Valetta qui paulo ante deſerendam arcem cenſuerat, dolorem intus premit, & introrſus
hærentes lachrymas agit, ne ſuperſtitibus animos frangat. Tum verò eos gloriæ & virtutis
tumulo ſepultos ait, qui pietatis in Deum tam illuſtri documento vitâm clauſerint. Vires
hoſtium tot cladibus afflictas eſſe, vt potius victi, quàm victores videantur. Turci quos ſe- *Turcorũ im-*
B mianimes intra vallum repperiunt, illis pectus ferro aperiunt, & corda palpitantia dentibus *manitas.*
admordent. Valletta triſti ſpectaculo efferatus iubet captiuos omnes quos apud ſe habebat
trucidari, & capita in caſtra hoſtium deiici.

Poſtridie Muſtapha per clarigatorem Chiauſum vocant, deditionem imperat, à quo
Valletta vix manus abſtinuit, abiret modò, & Muſtaphæ exitium cis paucos dies denuntia-
ret. Quo nuntio exacerbatus Muſtapha nullo carnificinæ genere temperaturum iurat. Phi-
lippus Laſcaris natalium luce clarus, Muſtaphæ Amanuenſis, honeſto transfugio ad Val-
lettam de nocte tranſit, & ei hoſtium conſilia enuntiat. Toletanus crebris nuntiis verbera-
tus frigore magis indies tangebatur, vt negotium non explicare, ſed implicare, aut deſerere
videretur. Ab eo demum duæ triremes extortæ, quibus duæ Melitenſes acceſſere, in quas
ſexcenti volones impoſiti, qui tanto ſilentio in vrbem admiſſi ſunt, vt hoſtis nihil ſubodo-
C ratus ſit. Recentes præſidiarij virtutis probandæ ſtudio Robleſio duce oppidum ſibi ad de-
fenſionem depoſcunt, & impetrant, qui eruptione facta, nullo ex ſuis deſiderato, magnam
hoſtium cædem faciunt.

In caſtris lues graſſabatur, & ſanguinis profluuium, quæ res Muſtapham ſui anxium ha- *Turci ſan-*
bebat. Interim Burgi, & oppidi muri 70. muralibus tormentis quati, aggeres exſtrui, foſſæ *guine pro-*
duci ab hoſte cæpere. *fluuio labo-*
rant.

Id temporis ſexcenti Hiſpani pedites, trecenti equites cum copioſo paratu bellico Meſ-
ſana ſubmiſſi ſunt, quibus aditus interclusus diuerſa parte Rex Iuliæ Cæſareæ 27. triremi-
bus duo millia peditum ad Muſtapham deportauit, extorſitq́; , vt maritimo prœlio oppi-
dum tentaret. Ei duo millia Turcorum pro auctuario data. Nauigia omnis formæ centum
amplius ad eam partem trahuntur, quam Rex exitio deſtinarat, cuius impetus vt fideret, ab
D obſeſſis catena ex antennis triremium, & tranſtris, ac trabibus annulis ferreis adnexis fa-
cta eſt, protractaq́; ad locum in quem impetus parabatur. Miſſi aliquot vrinatores, qui ca-
tenam abrumperent, quos quinque Melitenſes gladiis mordicus ſumptis natatu adorti, in-
ter aquas trucidarunt. Nihilo ſecius Rex inſtitutum vrget, oppidum terra, mariq́; adoritur,
quo quia omnes oppidi machinæ conuerſæ erant, puncto temporis duo Turcorum millia
laniata, aut demerſa ſunt, nauigia XII. conquaſſata, aut mari abſorpta. Turci cladis dede-
core accenſi verberationem integrant, & ruina latè edita foſſas oppidi ponte ſternunt, &
ad ruinam vim faciunt, vbi ter impetu repetito tanta ſtrages facta eſt, vt in caſtra refuge-
rent, & impetum vltra detrectarent. Quare cuniculis agendum rati ſuffoſſa terra, funda-
menta turrium mouent, quod oppidanis gnarum, à quibus contrariis cuniculis hoſtes in-
tercepti omnes ad vnum miſſilibus ignibus conflagrarunt. Pons foſſis impoſitus ſulphureo
E puluere arſit.

Cùm plerunque noctis proceſſiſſet, in foſſa Burgi aggeſtu terræ abdenda operati Turci *Turcorũ ex-*
cæduntur, quorum furor hac clade non ita infringi potuit, vt poſtridie Caſtiliæ foſſam ma- *pugnatio.*
teria opplere nun aggreſſi ſint, quò ſine offenſione vndique tecti ad ruinam impunè pene-
trarent. Cùm Burgi, & oppidi mœnia tam amplo hiatu fatiſcerent, vt plauſtris aditus pate-
ret, Turci omnibus copiis in ruinam inſiliunt, tanto machinarum, tympanorum, tubarum
fragore, vt omnia ruere, & funditus verti viderentur. Vrbana præſidia tonitru, fulmine, &
procella ſæuiente, pedites, equiteſque ad opem aduolant, & in eos qui ad mare ſtationem
agebant, tanta vi incurrunt, vt tergis fugientium hærentes, hoſtem à ruina reſilire, & ſuis
auxilio eſſe coegerint. Vrbe ſeruata ſupplicationes Deo habitæ, grates gratiæ actæ. Soli-
mannus Muſtaphæ literis monitus inſulam expugnatione, & omni bellico paratu ſuperio-
F rem eſſe, Diui Andreæ templum, quò Chriſtiani ad ſacra Byzantij conueniebant, & ipſum
D. Andreæ corpus igne corrupit. Omnia flammæ ceſſere; præter Chriſti crucem, quæ igne
vinci nun potuit. Poſtridie tam fœda tempeſtas in vrbe graſſata eſt, vt Solimanus in Libur-

nica deprehenſus penè fluctibus hauſtus ſit. A

Franciſcus Aquilates transfuga.

Inter hæc Franciſcus Aquilates nebulo perditiſſimus,ex vrbe ad hoſtes transfuga, Muſtapham monet impetum iterandum,in vrbe omniū animos fractos,nihil in muris præſidij, quorum munimenta labefacta ſint. Turci cuniculos ad oppidum agunt, quibus peluium aqua plenarum & tympanorum humi iacentium motu deprehenſis,contrarij cuniculi acti, putei effoſſi, quibus vis ignis expiraret. Oppidum hoſtes in cuniculo trucidant, quinque ſulphurei pulueris cados capiūt, verberatione tribus Baſiliſcis iterata,quarum ſinguli globi ducentorum pondo erant,ter ad ruinam factus impetus, ter in ruina tractus impetus, tanta hoſtium cæde,vt omnia cadaueribus ſtrata eſſent.

Inter hæc per cuniculum tres hoſtiū cohortes in vrbem irrepſēre, quo comperto Valetta in hoſtem ruit,ſubeuntes cædit,& in cuniculos compingit.Turcę denuò vim facturi pluteum ex aſſeribus & trabibus trahunt,ſub quo 35.in tuto laterent,eumq; ad radices oppidi B
D.Michaelis ſtatuunt. Oppidani eruptione facta miſſili igne pluteum incendunt eadem fortuna pluteum alterum ad Burgum ſequuta eſt. Interea Toletanus inſtructis 70.& 8.triremibus,onerariis 63.& aliis omnis formæ nauigiis,80.duodecim peditum millia imponit. Ad Pachynum onerariam capit,in qua 6000.cadorum pulueris ſulphurei, multiplex commeatus, & bellicus paratus.

Muſtapha pertinacia in obſeſſos.

Cùm in eo eſſent Muſtapha regium vexillum, in cuius vertice aureum malum erat in ruinam inſerti iubet irrito conatu,ter impetum integrant,ter cum clade refutantur.Muſtapha animi æger, victoriæ aut mortis appetens, in tertium diem impetum indicit,ſuos à vi feriari,& corpora curare iubet,hoſtes animis & corporibus defectos,aditū in vrbem patere, tranſigendum cum impreſſionibus,magnum diem tot menſibus imponendum, Turcis victoriæ aſſuetis, aut vincere, aut mori optabile, ne Solimani ſpes de militum virtute fruſtra C
eſſet: milites ad verba dicentis impetus capit in hoſtem eundi, fit impreſſio ad ruinam, in obuias foſſas incurritur, per ferrum in vrbem penetrare audent,ſed tam crebra glandium grandine, tam ſæua ſaxorum procella obruuntur, tanta vi mucronibus infeſtis excipiuntur, vt animis & corporibus fracti pedem retulerint.

E Turcis mille trecenti amplius deſiderati, è noſtris centum & 13.Sub id in caſtris cùm annonę penuria eſſet,vltimam vim experiri Muſtapha ſtatuit.Tabulatum corio tectum texitur,ne miſſili igni obnoxium eſſet, ſub quo 40. impunè laterent. Id cùm ad mœnia promotum eſſet noſtri opportuno loco duobus minoribus tormentis tabulatum quatiunt, cuius ruina Turci latentes oppreſſi ſunt.

Inter hæc Toletanus ad inſulam appellit,quinque Hiſpanorum millia quingentos in terram ſilentio exponit, equites ducentos, Italorum 8 millia trecentos,quos trecenti remiges D
inuitis pene præfectis ſecuti ſunt,quia nuntius Muſtaphæ aures impetum parantis impulit. Is vecordia & terrore ſui neſcius vaſa conclamat, tormenta in naues rapit,aggeres igne vaſtat, oppidani eruptione facta quingentos pedites obtruncant, tormentum inuiſitatæ magnitudinis in vrbem trahunt. Decem Turcorum millia aduentantibus auxiliis obuiam eunt,concurrunt,cæduntur,terga vertunt,mille quingenti cadunt,cæteri nauibus inſcenſis Byzantium euolant: octingenta amplius globorum millia in verberationem à Turcis expenſa ſunt, 30.amplius Turcorum millia deſiderata.

Turba in Italia.

Sub id aliquid in Italia turbarum fuit.Pontifex pacta in conuentione à Duce Ferrarienſi non præſtari,multum Salis Glymachij contra pacta fieri,vectigalia è Salinis Philocoli debilitari querebatur, cùm certum Salis modum ex pacto Dux è Pontificiis Salinis quotannis ſumere teneretur. Tum verò Dux idem Iuliam Tauricam munitiſſimam Inſubrum vrbem E
ab hæredibus Mirandulani comitis redimere ſatagebat, quam aliis addici Pontifex à Duce alienior ſtudebat.

Eandem Carolus Galliæ Rex per Rambulietum oratorem ad Pontificem, Florentinum Ducem,& Venetos,ſuæ ditionis eſſe denuntiaunt, quam ſi quis pecunia tentaret,armis ipſe repetiturus eſſet. Inter hæc ineunte Sextili Ferdinandi Cæſaris extremus honor habitus, parentalia Iuliobonæ piè perſoluta funeris pompa hoc ordine inceſſit. Exeunt ex oppidulo per viam aſſeribus ſtratam verſus templum pauperes ducenti pulla veſte talari, atrato capitum amictu,faces funereas geſtātes,quibus affixa Cæſaris inſignia,hos omnes monachorū, ac ſacerdotum ordines cum funalibus ſequuti. Mox Abbates in ſacra veſte cum tiaris, & tædis.Tum Aulici pueri,& viri vt quiſque dignitate potior,poſtremus incedebat. Inde Nobilitas Auſtriæ,Carinthiæ,Maruingorum,Boëmorum, Pannonum oblonga veſte, pileis fu- F
neſtis. Sequebantur vexilla regnorum & prouinciarū 22.inter manus virorum principum, tum equi ſinguli ſerico ſtragulo talari à duobus proceribus ducti eodem colore quo vexilla,

iiſdem

A iiſdem regnorum inſignibus,cum criſtis coloris eiuſdem.Sequebatur vexillum vnicum au-
guſtius,paris magnitudinis, & equis eodem ornatu argentea ſtratus tela, cum aquila nigra
bicipite, quod Regis Romanorum inſigne eſt. Mox magnificentius vexillum, quod à pri-
mate procerum tribus aliis ſuffulcientibus portabatur. Sequebantur duo proceres cum
equo. Vexillum illud aurea tela fuit,cui aquila coronata attexta.Equus inde aureo ſtragulo
idem inſigne in pectore, & lateribus geſtabat. Poſtremus equus panno villoſo ſerico, cum
crucibus,quem duo proceres ducebant: hinc Cæſari tubicines, cum tubis,veſte pulla talari,
inde clarigatores (Ataldos vocant) cum inſignibus aſſutis. Tum Comites Conſiſtoriani
(Callaratos ſanctioris Conſilij nuncupant)quorum alius coronam imperatoriam,alius or-
bem, tertius coronam Regiam, quartus coronam Pannonicam, quintus Sceptrum impe-
riale,Sextus Sceptrum Regium geſtabat, Septimus enſem, octauus galeam,nonus ſcutum.
B Secuti ſunt XII epiſcopi ſacra veſte ſolemni, cum Cidari, quos proximè impellebant ho-
mines à pedibus funalia accenſa geſtantes.

Inter hos Cæſaris corpus feretro pullis ſtragulis à principibus efferebatur, quod Cæſar
pedes ſequebatur anthracino ſyrmate, cum Galero Germanico, inſigni ordinis è collo ſu-
ſpenſo. Hunc archiduces, & Dux Ferrarienſis atrati, tum oratores omnium gentilium ſe-
quebantur,vultu operto,vt ſoli oculi extarent,alij oratores vultu aperto erant: vbi hac ſce-
na ventum ad templum interius atratum, imperatoriis inſignibus vbique fulgentibus,cor-
pus ſub ingenti tabulato in medio templi vmbellæ pullæ ſubiectum eſt, inſignia regnorum
omnium,aquilæ Romanæ,inſignia aurei velleris in angulis radiabant: tabulatum tædis fu-
nereis ardebat, coronæ & ſceptra omnia lecticæ funebri circumpoſita, vt corpus iacentis
ambirent,ex aduerſum cadaueris pegma ſtructum, & ſua cuique pro loco & ordine ſtatio
C attributa.

Tum rebus diuinis operatum,vt iuſtis perſolutis Cæſar amplo comitatu in oppidum re-
diret. Poſtridie laudatio in templo ab Epiſcopo Varadinenſi habita, tum aurei,argenteiq;
nummi in plebem ſparſi.

Id temporis Solimano Arabes metũ fecere,cuius rei origo à capite arceſſenda eſt. Arabia *Arabes So-*
triplex ad mare rubrũ ab Ægypto pertinet. Petrea nomen à Petra vrbe matrice, quæ Batra, *limanũ per-*
& Bendahar vulgo dicitur,ſortita eſt. Deſerta, quæ ab Ariſtide aſpera, ab Hebræis Cedar, *cutiũt. Ara-*
à Luciano caua vocatur, ſolitudinibus frequens eſt. Tertia Fœlix, beata, Panchaia,hodie *bia triplex.*
Iaman indigetatur. Petrea ad meridiem montes, à Septentrione Syriam, ab occaſu Ægy-
ptum habet, inter Euphratis fluuij, & Tigris anfractus interiecta, vbi vrbs Teredon, ſiue
Balſara cognomento in Meſopotamiæ finibus, paludibus inuia, quæ tamen cymbis & lin-
D tribus tranſmitti poſſunt. Indigenæ dicuntur Mengeſairæ,quæ vox inſulanos ſignificat,ve-
teres Teredonis accolæ, vnde à Turcis exacti ſunt. Iniuriæ memores, itinera quæ ferunt
Armuſiam obſident(Ormuſium vocant) & de mercatoribus prædas agunt. Ad confluen-
tem Tigris,& Eufratis arx à Turcis exſtructa,Coruæ nomine,eo fini,vt Arabum populatio-
nes,& latrocinia inhibeantur. Arabum arma ſagittæ, iacula, lanceæ, ſcloppeti rari,tunicis
talaribus,manuleis goſſipinis,ſeu bombacinis procedunt,pugnaturi tunicas accingunt, ſin-
guli vtrem fluuiis traiiciendis geſtant,armenta præ ſe agunt, & plauſtra domos habent.

Hi cùm à purpurato Turco Teredonis præfecto duriùs habiti eſſent, Adamo Arabe duce
purpuratum ad Laſſen oppidum in ſinum Perſicum properantem inſiliunt, profligant,inde
Teredonem obſident, & ducenta millia militum in Turcum rapiunt.

Teredon vrbs in finibus Arabiæ Petreæ non procul ab Euphrate ſita eſt, cuius aqua per *Teredõ vrbs*
E lacunam in vrbem ducitur, & æſtuarij inſtar bis in dies affluit,& refluit. In faucibus lacu- *deſcribitur.*
næ, qua fluuius in vrbem trahitur, propugnacula duo hinc inde eminent,quæ mercatores
per lacunam velificantes protegunt. Arabes ad lacunæ fauces rates cannarum faſciculis
onuſtos impulerunt,quibus pilæ ferreæ eum è propugnaculis incumberent,materia ceden-
te languebant.

Diuerſa parte pedeſtres Arabum copiæ ſub mœnia ſuccedunt, in quos ducenti equites
Turci impreſſione temerè facta,inſidiis intercepti ad vnum cæſi ſunt.

Interim Arabes qui lacum inſederant cùm ad propugnacula propiùs ventum eſſet, ra-
tibus ſuis ignem iniciunt tanto fumo, vt præſidiatij vento ſæuiente cedere coacti, muni-
menta deſeruerint, & pedeſtribus copiis iugulum præbuerint. Arabes munitionibus potiti
lacunæ fauces, & aditum occupant, eamque iniectis equis, canibus, & aſinis inficiunt, vt
F aqua quæ Eretlonẽ influeret,oppidanis exitialis eſſet. Cùm ea vrbs aquarum inopia confli-
ctaretur, didita obſidionis fama, Solimani iuſſu,20.equitum millia, XXX. peditum,ſub-
ſidio miſſa ſunt,quibus obuiam Arabes facti, iuſto prœlio Turcos fundunt, mox obſidium

inſtaurant, quo comperto 160. Turcorum millia in Arabes mouent,qui hoſtium numero A
territi;in ſuas latebtas teſugiunt.

Eodem Anno III.Non.Maias non procul à Calpe in littore maris Ceutæ repertus admirandæ magnitudinis piſcis, in quo triremes multæ graphicè pictæ, cum antennis, malis,velis,rudentibus,carcheſiis,anchoris, ſupparis,muralibus machinis, militibus,actuariis, onerariis nauigiis, & inſigni roſtrata prætoria(Galeonem vocant)quæ naues inter ſe impetum parare viderentur. Non procul à Sanctæ vrbe in littore maris ad Breſſiliam oppidum monſtrum decem & ſeptem pedes longum viridi colore,pelle molli,& tractabili ad litus applicuit,pedibus flauis, cruribus leonis, lingua & oculis igneis, brachiis & manibus humanis, mammis muliebribus,ſed grādioribus,ventre oui ſpecie orbiculo,quod monſtrum,ſagittis, & ferreis glandibus interemptum.

Solimanus pacem cum Cæſare eludit. Inter hæc pax à Maximiliano Cæſare expetita, à Solimano variis fruſtrationibus eluſa B
eſt,quare Cæſar quæ belli erant prima habuit, copias vndique coegit,Suendius cùm peſtilens annus Sachmare ſæuiret, ad Tibiſcum caſtra poſuit, quibus ex altera parte fluuius pro foſſa fuit, ex altera munimentum,& agger pro vallo. Interim Turci quos Iulæ præfectus in arce Marcomannorum ſub cuſtodia clauſerat,capta occaſione arma cuſtodibus extorquēt, quibus ex inopinato cæſis, ad ſuos incolumes euadunt. Alij qui Samum fluuium ponte ſtrauerunt,opprimendi Suendij conſilium capiunt,quo per emiſſarios cognito,Suendius ad ſyluam quà Turcis tranſitus erat, inſidias ſtruit, quibus Turci obſcuro noctis intercepti ad quatuor millia cæſi ſunt. Mox Graſſuenius centum equites ad Suendium trahens mille Turcos obuios habuit, quorum ducenti amplius cecidere, ipſe per hoſtium cuneos in caſtra cum ſuis euaſit. Turci contra fas gentium plumbeas glandes lardo violarant, quorum vulnere miles ægreſcebat. C

Cùm in eo eſſent, Myſiæ ſuperioris purpuratus in Illyricum inuadit,obuia quæq; populatur,cum quo Petrus Eberanus Illyrici præfectus, expedita equitum ala,& denſo ſcloppetariorum globo obuius factus,manum ſtrenuè conſerit,hoſtis copias fugat,eo prœlio quinque hoſtium millia cæſa.

Incendium Byzantinū. Id temporis incendium Byzantij claro crepitu,largo fulgore,cito incremento ſæuiit,obnoxia vrbe arctis itineribus, hucque & illuc flexis, atque enormibus vicis, populatur ignis edita,& haurit.Octo millia domuum,& officinarum quæ pleræq; ligneæ ſunt,eo igne intra quatuor horas arſerunt.

Cyrnenſe bellum. In Cyrno tum bellum atrox erat Stephano Auria ſummum armorum imperium pro Genuenſibus obtinente, cuius copiæ per agros palabundæ inſidiis Sampetri procubuere, centum & 50.trucidati. D

Inter hæc Solimanus accepto cladis ad Melitam nuntio, de ſacerdotibus quærit, vnde mali labes orta ſit.Illi crimen in varias ſectas, quas in imperio ſuo toleret, conferunt:quare Chriſti templa, & Iudæorum ſynagogæ iuſſu eius ſolo æquatæ. Mox edictum conditum, necubi vinum intra ditionis eius fines biberetur,vites ſuccenderentur,vina ſi vſpiam eſſent effunderentur,quod ei promptum,& in aperto fuit.

Dum Byzantij res hæc ſtant,Dux Iulicurgij,qui à Rege Sueciæ faciebat Rocchenſem vrbem inteſtinis diſcidiis labefactam cum portu vi capit, cùm plebem magiſtratuum dominationis ſatias teneret,qui capta Rep.ſeruili imperio plebem exercebant,de vita atque tergo regio more conſulebant,cæteris expertibus ſoli in imperio agebant.

Sueuorum quinque millia cæſa. Paulò ante id tempus Daniæ Rex iuſta acie quinque Sueuorum millia ceciderat,tormenta campeſtria X X. ceperat. Sueui receptis animis Varemburgo vrbe,& acie vi potiuntur, E
vrbem igne perdunt,arcem præſidio firmant. Mox Limiros incurſant Alberto Iulicurgienſi duce.

Inter hæc cùm inter Maximilianum, & Turcum pax ageretur, Turci Bregerium vſque prædabundi excurrunt, Iauarinum vocant, quibus prædas ex hoſtico agentibus Dersfius Nitriæ oppido præfectus occurrit, palantes obtruncat, duos Ianitzerorum præfectos capit, prædam fugitiuam retrahit,captiuos in integrum reſtituit.

Cùm in eo eſſent, Rex Daniæ Varemburgi captæ nuntio nondum accepto prœlium in agro Raunafoldio cùm Sueuis ſtrenuè ſumit, quorum quatuor millia cæſa, capta 50. & 6. tormenta, ſex equitum vexilla,ſex peditum ſigna, mox inter vtrumque Regem Cæſare adnitente compoſita pax. Cæſar crebreſcēte fama bellici paratus, quem in ſequentem annum Solimanus inſtruebat, Bregerium munit, Metubartim Pannonum præſidio firmat,Comi- F
tia ad quartum Kal. Ian. Auguſtam indicit, ad quæ V I I. Viri electores, & liberæ ciuitates conueniunt. Omnia Comitiorum acta penes Archiepiſcopum Mogontiacum Electorum

princi

principem, ac ſupremum Germaniæ Cancellarium aſſeruantur. Pro Italia Colonienſis,pro Gallia Treuirenſis facit.

Bellum in Melitam à Turcis paratur.

Interea Melitenſis militiæ magiſter,cùm fama expeditionis Turcicæ gliſceret , eamq; in exidium ſacræ militiæ ornari exiſtimaret , inter decus & metum ambiguus, rem in conſilium mittit. Plerique parentium effœti , periculi magnitudine territi deſerendam inſulam ſtatuebant, quæ tantis paratibus impar eſſet. Ipſe animi ingens ſuperiori obſidio tutus manu & copiis , virorum armorumq; faciendum certamen aiebat, muniriones inſtaurandas, portum opere firmandum, Principum Chriſtianorum auxilia arceſcenda , pro cultu Dei & ſacris ritibus oppetendum, ſi victoriæ ſpes eximatur. Quare literas ad Pontificem, & Hiſpaniæ Regem mittit, à quibus nihil omiſſum aut remiſſum fuit, auxilia prolixè oſtenſa,pecuniæ promptæ. Tria operarum millia munitionibus inſtruendis è Sicilia miſſa,in equitum
B conſilio decretum , vt noua vrbs reficeretur , dorſum terræ abſcinderetur , vt in altiſſimas foſſas mare affluerer, Arx D. Hermetis inſtauraretur,& vrbis nouæ poſitus is eſſet , vt portum vtrumque tormentis infeſtaret.

Ritus procedendi in comitijs Pontificijs.

Inter hæc Pij quarti Pontificis exceſſu ad comitia pontificia ventum eſt , quæ hoc ritu procedunt. In ampliſſima aula patribus purpuratis tabernacula lignea exſtruuntur , in quæ ſinguli cum duobus tantùm miniſtris , ſuo cuique tabernaculo attributo includuntur, quibus ſimplex cibi genus afferri ſolet,donec electio Pontificis rata, certaq; ſit. Ad eorum cuſtodiam quinque Italorum peditum cohortes excubant, quibus Hannibal Altempſius præfectus eſt,Comitia extracta ſunt ad V I I.vſque Idus Ianuar.

Anno 1566. Michael Ghiſlerus S.Dominici ſodalis Pontifex renuntiatus,& Pius Quintus appellatus eſt, vir ſui nominis,verè pius, integritate, prudentia, ſanctimonia clarus , qui
C quominùs gloriam petebat,illum eo magis adſequebatur,apud ipſos fidei hoſtes fama præclara,& ſecunda.

Cometæ duo Londini viſa , & alia prodigia.

Sub id tempus Londini duo cometæ per meridiem fulſere , qui ſolem ſequebantur. Viſa & manus inſignis magnitudinis è nubibus erumpens , quæ gladium intentans ſolem verſus porrigeretur.

Cæſar belli rationes trahens , auxilia vndique emercatur. Pontifex in ſingulos annos quinquaginta millia aureorum vltro publicetur. Cùm Auguſtam ad Comitia omnes conuenisſent, Cæſar in conſilio bellicos Solimani paratus,periculi magnitudinem,belli neceſſitatem exaggerat. Iuliobonam imperij domicilium quingentis armatorum millibus peti, Pannoniam in diſcrimen agi. Rogabat proceres, vt 40.peditum , 8.equitum millia ſcriberentur.Pannones operam & fortunas Cæſari dicant. Mox Iuliobonæ in Pannonia Comitia
D habita,in ſingulas domos ſinguli floreni indicti,ſumptibus bellicis additum, vt qui centum florenos annui reditus haberet equum ſuis ſumptibus aleret , vt Iuliobonæ munimenta exſtruerentur,è ſingulis familiis quintus, decimus,trigeſimus ad bellum exiret,ne quis in Auſtria, Marcomannis, Pannonibus aliena bella mercede ageret, omnes Iuliobonæ in annum ſibi annonam curarent, qui ſumptui par non eſſet vrbe excederet , Duces Allobrogum , & Mantuanus Cæſari auxilia obtulere,Caniſia Pannoniæ oppidum,trigeſimo à Metubarri lapide propugnaculis,& aggeribus firmata.

Vallettæ obitus.

Inter hæc Valletta ſacræ militiæ magiſtro diem ſuum functo viro celſa quadam, & diuina mente prædito, cuius animi vis ad clariſſimum gloriæ lumen exceſſerat,Petrus Montius Gallus omnium ſuffragiis magiſter ſacri equitum ordinis renuntiatus eſt , Vir animi acer, prudentiæ ingens,qui obuiam eundo periculis in ſummam claritudinem peruenerat.Is mu-
E nitionibus inſiſtens,vrbe vetere derelicta, nouam in eo dorſo excitat, quod ad D.Hermetis arcem ducitur,quia vtrinque mari clauditur,neque niſi ſtrato ponte adiri poteſt. Dum fundamenta iaciuntur , fons aquæ dulcis copioſus & affluens è ſaliente ſcaturit. Ad id opus Pontifex,Reges Hiſpaniæ,& Luſitaniæ ingentes pecunias contulerunt.

Id temporis à Pio V.Caraffæ homines propudioſi,& turpiſſimorum criminum comperti in integrum reſtituti ſunt , Cardinalis Neapolitanus, in quem multa fœdaq; incuſabantur, legum laqueis elapſus eſt, quod aduerſo rumore acceptum. Tum verò exules Aſculo direpto agros latrociniis infeſtos habebant , cùm ad eos plerique prædarum ſtudioſè aggregaſſent,qui à Torquato comite ciue Romano Pontificis auſpiciis fuſi in longinqua & auia fugam agitarunt.Pontifex nepti duo millia nummûm doti numerauit,nepotibus vxores non opibus & generis ſplendore tumentes, ſed mediocri loco prouidit , ne ſupra fortunam ani-
F mos gererent.

Scotiæ motus.

Sub id tempus in Scotia Atlantici maris inſula , quam à Britannia Tuedus amnis diſterminat , graues motus exarſere , cùm primaria nobilitas Reginæ Catholicæ imperium abnueret,

rueret, & Iacobum Spurium ſectæ ſocium Regem depoſceret. Habita ſunt Alatis caſtris A
Scotiæ metropoli, regni comitia, quibus exeuntibus perduelles armati in regium cœnaculum irrumpunt, Dauidem Caraniolum Reginæ à ſecretis pugionibus laniant. Boduellus, Hunthæus, Arellus qui ad cædem deſignati erant, è feneſtra deſiliunt, & præſenti periculo ſe eximunt. Coniurati Reginam cœnaculo, quaſi carcere clauſam biduum ſub cuſtodia habent, Regem adoleſcentulum abripiunt, & ad partes trahere conantur. Mox Iacobi pro Regis nomine, voce tubicinis noua comitia indicuntur, vetera fidei Catholicæ inſtituta antiquantur, pietatis auitæ cultores regno excedere iubentur. Regina partui proxima in cuſtodia erat, quæ cum rege marito pernicibus equis Dimbarchum munitiſſimam arcem euaſit, Boduellus, Hunthæus, Arellus præcipuæ dignationis proceres, accitis vndique copiis ad reginam confluunt, quæ mox Edemburgum firmo equite ſepta redit. Coniurati metu pœnæ in Angliam refugiunt, & apud Eliſabetham, impotentem Reginæ dominatum incuſant, Iacobum Spurium religionis ergo in vincula datum. Regina Angliæ per oratores Scotis ſignificat, niſi exules reſtituant, & Iacobum Norhum carcere ſoluant, ſe bello Scotiam laceſſituram. B

Inter hæc Auguſtanis Comitiis decernitur, vt principes imperij hoc anno in menſes octo, tres Romanas expeditiones inſtruant, in quarum ſingulis veteri inſtituto 26. millia peditum, quinque equitum cenſa. Romanis nomen inditum, quod olim Cæſares, cùm vt inaugurarentur Romam irent, tres illos militum delectus in Italiam traherent. Poſtea numerus imminutus, vt in ſingulis dilectibus quindecim peditum, tria equitum millia ſciberentur. Tum verò Cæſar Iulam, Aguam, Toceam vrbes Pannoniæ præſidiis, & propugnaculis firmat. Diuerſa parte Solimanus, quòd conſilia ſua per oratores exterarum gentium, qui Conſtantinopoli agebant, vulgari intelligeret, Albertaccium Albertum ingenio ſolertem, C
& prouidum Florentini Ducis oratórem intra menſem alterum imperio ſuo excedere iubet, quadringinta Scytharum millia militiæ adſciſcit.

Turcæ in Pannoniæ finibus Amatſchenio oppido per præfecti abſentiam admotis ſcalis intercepto, in cædes & prædam eunt, Metubarim repentino impetu inſiliunt, oppidani pro ingenio quiſque pugnare, grege facto locum ad portas capere, per globos eruptionem facere, tela mittere, pauci in pluribus minus fruſtrati, virtuti Nicolai Sirini præfecti confidere, tormentis ferreos globos adigere, hoſtem impellere, profligare, qui tandem præcipiti fuga euolarunt. Qua ſtrage territi Teutoburgij præſidiatij oppidum deſeruere.

Dux Mantuanus centum quinquaginta loricatos equites, Henricus Guiſij Dux adoleſcens Gallus trecentos crupellarios ferrea omni ſpecie, Gulielmus Saxo quatuor millia equitum ad Cæſarem traxêre. Dux Ferrarienſis tria millia peditum, in Cæſaris caſtris centum D
armatorum millia cenſa.

Turbarum ſemina in Belgio. Inter hæc in Belgio cùm Hiſpana quæſtio pedem ſtrueret, turbarum ſemina ſuccreuêre. Brederoſenſis vir illuſtri loco, magnæ apud ſuos dignationis, cum Ludouico Naſſauuio, & centum 50. equitibus Margaritæ Philippi ſorori, penès quam Belgij præfectura erat chirographum obtulit, totius pene nobilitatis, & complurium vrbium ſignis obſignatum, quo quæſtionis Hiſpanicæ onus, quod ſub Carolo V. Cæſare 26. ante annis, diſcuſſerant, deprecabantur. Quæ cùm in eo eſſent, Solimanus Pialim maris præfectum ad occupandam ex itinere Chium mittit.

Ea inſula eſt maris Ægei, olim Elalia, & Pithiuſſa dicta, inter Leſbum & Samum, Ioniæ aſſita, cuius ambitus centum millia capit. Andronicus Palçologus Imperator Conſtantinopolitanus Genuenſibus quorum ope rerum potitus erat dono dederat. Mox Mahomete E
imminente Chij à Genuenſibus ſe præſenti pecunia redemere, & decem aureorum millia annui vectigalis pacti, in Mahometi clientelam, ac fidem integra libertate ſe tradidêre. Quod vectigal cùm iam biennium in mora eſſet, Pialis octoginta triremes eò ducit, ad quem Chij ſecunda Paſchatis feria dona pro more mittunt, portum, & ſua omnia offerunt, ille frequenti militum manu Palatium capit, vexilla Imperatoria è faſtigio erigit, arcem inſidet, omnia Chriſti templa ſolo æquat, S. Dominici templum Turcicis ceremoniis conſecratum eſt. Proceres vrbis Byzantium triremibus vecti in varias mox prouincias deportati ſunt, Inſula Turcicis præſidiis inſeſſa eſt.

Pialis Epidaurum appellit. Inde Pialis Epidaurum idem animo agitans appulit. Epidauri alieno periculo docti aditum armatis negant, viginti tantùm inermes admittunt ad commeatus coëmendos. Hac ſpe deiectus Tenum inſulam è Cycladibus vnam applicuit, Tenintum munera repudiat, F
qui aditum in vrbem negant, & ad pugnam ſe comparant. Ille ad Apuliæ, & Calabriæ littora vertit, obuia quæque ferro metit, vndecim Turcicæ triremes ad Calpem 20. nauigia

Hiſpana

A Hiſpana bellicis paratibus, amplo commeatu pluribus tormentis inſtructa vi capiunt.

In Italia tum tres cometæ arſere, Tiberis latè exundauit. In vrbe Incidioſa ad mare Euxinum proximè Boſphorum, & fauces Cymmerias, & ad Trapezuntem Cappadociæ principem vrbem tres ſoles ab hora tertia diei cælo ſereno, ac ſudo fulſere, quos candidus arcus incluſerat, quorum vnus ad ortum, alter ad meridiem, tertius ad occaſum occubuit. Biduo poſt de nocte crux ſplendore illuſtris in cælo viſa, & ſtella inuſitato fulgore cum luna pariter fulgente ad ſolis exortum perdurauit. Inter quæ Solimanus Philippopolim hac pompa ingreditur. *Prodigia in Italia & alibi.*

Ea vrbs in Macedoniæ finibus eſt quam Meſus fluuius mediam ſecat, à Philippo Alexandri patre condita, & appellata.

Quinque Ianiſſerorum millia viam præiere, ſequuti muli, cameli, regia ſuppellectile, & B gaza onuſti, tum inſtructæ armatorum copiæ, purpuratorum familiæ, quarum lanceis vexilla modica verſicoloria cum dominorum inſignibus hærebant, mox cuſtodes viridariorum Solimani cum ſuo præfecto, venatici canes aureis integumentis, aucupes, accipitrarij ſuccedebant, tum equi exortes ſeſſore vacui, quos equites trahebant, catuli melitei, feles diſcolores, picæ, pſittaci, plurimum pecus, ſimiæ, cercopitheci. Succedebant hinc manipulorum præfecti. Bolucbaſſæ vocati, criſtis galearum albentibus, Eunuchi iuuenes inueſtes, exoletis miſti, quos tres purpurati ſequuti, Feratus, Muſtapha, Æmetus, deinde Mehemetus ſolus, tum primarius Viſir in caſtris iudex, cuius veſtigia legebant Solachi 150. qui pedites imperatorem equitantem ſtipant, criſtatis galeis, corhurnis albis, acinace, arcu, & ſagittis inſtructi, quibus præeunt intra vrbes clarigatores clauis ferreis turbam ſummouentes, qui ſagittis eos petunt, qui è feneſtris Imperatorem deſpiciunt, cùm è ſuperiori loco ne- *Ingreſſus Solimani Philippopolim.*
C mo impunè Imperatorem deſpectet. Tum Solimanus veſtium luce radians, in equo niuei candoris veneranda canitie eminebat. Equi phaleræ per Phrygiones acu pictæ, acinaces ex ephippio pendet. Solimano feratus Aga pedes latus tegebat, & dextimus ibat. Læua enim apud Turcos honori eſt, vt & olim apud Romanos. Cum Aga tres erant ianitorum præfecti, ſequebantur tres adoleſcentuli forma eximij, quorum hic arcum, & ſagittas, ille veſtem, tertius aquam lauandis manibus geſtabat, inter quos & Imperatorem nemo interſiſtere audet. Sequebantur puerorum delitiæ, quos currus ſerico opertimento in ſolia argentea inciſo includebat. Mox alij 8. currus, quibus ſuccedebat Caſmader primarius quæſtor eunuchus equo gemmis falerato, cuius veſtigia vrgebant 20. eunuchi quęſtores, & muli quadringenti auro, argentoq́; onuſti, quorum terga impellebant innumeri equites, & ſpachoglani ſarcinis graues. Solimanus vrbem prætergreſſus in campis Philippicis tentorium
D ſuum erigi iubet, oppidi forma exſtructum, in quo pinnæ, palatia, aulæ, & duodecim intus tabernacula, cuius ambitus tria ſtadia complexus. Huius cuſtodiæ ſpachoglani, vbi primùm è ſepto (Serralium vocant) emittuntur, aſſignati, inter quos & Imperatoris tabernaculum Theſauri regij humi iacent, belluatis Babylonicis tecti. In ſingulis tentorij angulis lanceæ, cum caudis equinis diſcoloribus eriguntur.

Cùm in eo ſunt Regis Perſarum filius Babylonem ex inopinato tentat, ipſe mercatoris habitu vrbem ignoratus init, mille quingenti eodem cultu Babylonem ſe inſinuant. Inſidiæ exulis indicio pateſcunt. Pugnatur acerrimè vtrinque, vt diu victoria in ancipiti fuerit, demum Perſa nouem ſuorum millibus deſideratis, cum tribus millibus equitum in tutum ſe recipit. *Babylon tentata.*

Interea Suendius Huſtum oppidum vltra Danubium obſidet, in quem Tranſſyluaniæ
E præfectus 20. armatorum millia tumultuariè rapit. Atrox prœlium commiſſum, decem hoſtium millia cecidere, præfectus & Sanziacchus vnus capti, tormenta & vexilla pleraque in Suendij manus venêre, qui mox vrbe potitus, Fileco oppido, & pleriſque arcibus captis, Vinundriam corona cingit. Ea modò cum animo habebat, quibus hoſtium potentiam infringeret, ipſe quaſi nullo impoſito omnia prouidere, per emiſſarios de rebus hoſtium cognoſcere, impiger militiæ, & acribus miniſteriis, ita exiſtimare, ea belli commercia eſſe, vt pauci prœlia profligent.

Diuerſa parte Curtenſis purpuratus Palodam oppidum Pannoniæ amœniſſimum inſilit, circum agros latiùs, ac diutiùs quàm per latrocinia vaſtat, mox vires intimas, molemq́; belli ad vrbem admouet, mœnia tormentis ſternit, impetum facit, obſtant oppidani, & vim vi refutant magna hoſtium ſtrage, qui à longe puluere cœlum obnubi videntes, Suendium *Paloda infeſſa.*
F adeſſe rati fugam capeſſunt, quorum fugam Turrigeorgius vrbi præfectus accenſis à longè ignibus incitat, & compoſitis clamoribus terrorem auget.

In fuga Turci tentoria, turmenta, dolia pulueris, commeatus hoſti in prædam deferunt, à quo

yrbem omnia comportata.Tum vrbs propugnaculis, & præſidio munita.Eò mox ſexagin- A
ta peditum millia, 20. equitum à Cæſare ſummiſſa, Danubius nauigiis omnis formæ in-
ſeſſus.

Danubij deſcriptio.

Naſcitur hic fluuius primùm in iugis Arnobæ montis è regione Raurici Germaniæ op-
pidi in finibus Rhetorum,vnde molli & clementi iugo effuſus per Dacos & Getas defluens
in Pontum Iſtri cognomento ſex meatibus erumpit. Septimum os paludibus hauritur. Is
omnium Europæ amnium maximus, omnis formæ nauigiis opportunus eſt,vt maris ſpe-
ciem exhibeat.

Philippus Filoecus Melitẽſis eques Aquitanus claſſi præerat, vir belli ſciẽs,manu an cõ-
ſilio incertum melior. Interim Ecchius Salma,qui cum ſummo imperio Bregetij erat, Riſ-
piam ducit, decimo à Paloda lapide vrbem, in quem munimenta ſpeculantem Turci duo
tormenta diſplodunt, quorum ſuceuſſu mœnia labefacta hoſti aditum fecere. Ille caſu vi- B
ctoriæ inuento vim facit,ſcalas admouet,vrbem irrumpit,obuios obtruncat,omnia in præ-
dam militi data,nemini gratia vitæ facta,quia Turci priores hanc bello legem dixerant.Di-
uerſa parte Leuenti oppidi præſidiarij cùm pabulatum exiſſent,à Curtenſi purpurato inter-
cepti capite luêre.Ecchius victoriæ inſiſtens Tattam obſidet, munitam vrbem,vno die cœ-
ptum,atque patratum bellum eſt. Dum enim ad ruinam oppidani obſtant, Ecchius ad por-
tas impetum facit, ſtationem trucidat, hoſtes à tergo circumuentos cædit, noſtri per ho-
ſtium munitiones peruadunt,& omnia ferro delent.Qui ſe in turrim receperant vitam pa-
cti exeunt,& ad ſuos cladis nuntium ferunt. Inde Geſtreum itur,vnde præſidium fuga ante
belli aleam elapſum eſt.Mox Iſcholochium,& Vithainum oppida prædæ fuêre.

Id temporis tota Europa ſupplicationes, & preces pro ſalute rei Chriſtianæ per Pontifi-
cem inductæ. Miſſa ſunt à Coſmo Hetruriæ duce viro Chriſtianæ fidei propagandæ cum C
paucis ſtudioſo, erogandæ per honeſta pecuniæ cupienti, quem ipſius prope liberalitatis
præcordia habere,& propitiæ fortunæ benignum ſinum eſſe diceres tria lectiſſimorum pe-
ditum millia, quibus ſtipendia toto belli tempore prompta. Summa belli ſecundùm Cæſa-
rem Ferdinando Archiduci Cæſaris fratri mandata. Cæſar Iuliobona tanto paratu egreſſus
eſt, vt Solimani pompam obrueret. Solimanus ad Taurumnum ponte Drauam fluuium
ſterni iubet, qui pontem indignatus repentino diluuio quantum operum fuit euertit, ſed
25. millibus operarum adminiſtris nauigiis vndique ad opus adactis pons ſtratus eſt, quin-
gentos paſſus longus, 14.latus,lintres ferreis catenis fibulatæ: impactis in ſublicas ſubſcu-
dibus ponti firmitudinem dedere.

Interim aliæ Turcorum copiæ Drauam lintribus tranſmiſerant & ad Sicloüſcum oppi-
dum penetrarant. Sirinus ſpectata virtute dux, cui ante alios obuerſis militum ſtudiis vis D
& poteſtas in milites erat,cognito Turcos ad Soclium arcem incuſtoditis vigiliis,perturba-
tis ordinibus, tumultuariè conſediſſe, in hoſtes inuolat,imparatos cædit, in paludes præci-
pitat,quibus Mehemetus in fuga hauſtus eſt.Capta duo Turcorum vexilla,quorum in ver-
tice argenteum pilum,4.digitos latum fuit, cum pomo argenteo ad calcem pili. Idem per
emiſſarios comperit Hallam purpuratum Teutoburgi præfectum non procul à Metubarri
caſtra poſuiſſe,tum noctis beneficio vſus,ex inopinato in hoſtem inuadit,ſtragem per tene-
bras edit,fundit,fugat,Hallam altera manu deciſa ſtrenuè pugnantem capit. Nihilo ſecius
in planitie Draua fluuio traiecto Solimanus ipſe non procul ab amne tentorium regium fi-
git, cum purpuratis de ſumma belli conſilium init. Iula & Metubarris ante alias vrbes ad
exſcidium deſtinantur.

Metubarri deſcriptio.

Metubarris,Zighetam vocãt,oppidum eſt,in finibus Pannoniæ,ſtagno impoſitum, inter E
vaſtas paludes, ad quod aditus non niſi per duos pontes patet. Aditus ipſe duobus validis
propugnaculis munitus eſt,duo ſunt ſuburbia, vici firmi,arx quadrata inexſuperabilis. In-
ter duos vicos altiſſimæ foſſæ, in quas aquæ reſtagnant. Vrbi præerat Sirinus Hungarus,
quo duce mille ducenti pedites præſidium agitabant. Solimanus Iulæ oppugnandæ Partao
purpurato dat negotium, eique 36. peditum millia attribuit. Ipſe Metubarrim flectit, quo
aduentante lætitia in caſtris agitata, tormenta diſploſa,conclamatio facta.

Erant in exercitu ducenta amplius armatorum millia,quorum plerique populandæ My-
ſiæ ſuperiori miſſi ſunt, vbi Carolus Archidux vir manu, & conſilio pollens, 30. militum
millia in armis habebat. Iulæ præſidia ſingulari alacritate ex vrbe erumpunt, quinque ho-
ſtium millia intra vallum cædunt, in quibus tres Sangiacchi, & purpuratus Tibiſci deſide-
rati, cùm per agros murices, & tribuli configendis equorum vngulis ſparſi eſſent. Sirinus F
Metubarri in propugnanda vrbe ſpiritum ponere ſtatuit, apud Duces & milites ſanctè iu-
rat ſe omnium ſaluti animam impenſurum, ceteros idem ſacramentum adigit,vt exæqua-
tum

A tum militibus eum duce periculum volentibus eſſet. Omnes digitum indicem,qui iuriſiurandi Germanis ritus eſt, apertis capitibus in altum erigunt, & eodem ſacramento ſe devinciunt. Tum luſtratum præſidium, duo millia militum, & 300.cenſi. Cuniculis,aggeribus,foſſis ductis,denique fulminibus ruina facta, fit impetus, oppidani miſſilem ignem, & glandes iaculati ad manus veniunt, ſariſſis, haſtis,ſcutis, gladiis,lapidum grandine,hoſtem præcipitem agunt,deturbant,ſternunt, & demum cum ingenti clade pedem referre cogũt, verberatione integrata denuò factus,denuò fractus hoſtium impetus. Sirinus poſtridie trecentis hoſtibus in ruina captis capita pro mœnibus publico ſpectaculo truncari iubet, quo vinculum fidei obſeſſis creſceret, ſpes deditionis adimeretur. Quo facinore tantus furor hoſtibus inceſſit, vt in ruinam præcipites irruperint, vnde magna ſtrage deiecti ſunt. Solimanus cùm noxia tabo humus,& cadauerum fœtor, aſſidere propius vrbem vetaret,tabernaculum in longinqua & amœna tranſtulit. Sirinus veteris oppidi defenſione complorata,

B & paludibus ſaccis laneis, arborum truncis, aggeſta terra oppletis, cùm pons ingentis magnitudinis vrbi immineret,ea incenſa oppidanos,& commeatus in arcem recipit.

Inter hæc Iula in arcto erat, multæ ad ruinam impreſſiones factæ, irrito ictu noſtrorum virtute aſpera omnia perrumpente, ſuſpenſo, & nutanti machinamento repente demiſſo præter ſuorum ora plures hoſtium ſublime rapti, mox eodem verſo in foſſam effuſi,alij deturbati ruinæ modo præcipitati ſunt. At verò veteri oppido Metubarti capto, Aliportus ad ſuos, *Agite,* inquit,*commilitones, in arcem irrumpite, ſtatis ſuper veſtigia gloriæ,ſanguinem oſſaq́; victorum calcantes,ſuppreſſa hoſtium ferocia iacet. Quod erat in hoſte præcipuum, veſtra virtuti ceſſit omnia iam ex facili putanda.* Vix ea vox excepta, cùm ad ruinam concurritur,tanta Turcorum ſtrage, vt cadauera foſſam abderent. Turci proceres ſpe caſſa Sirinum honeſtis primum legibus,tum verò muneribus & pollicitationibus ad deditionem vocãt, quibus ille ſuperior, pro verbis verbera,& ferreas glandes refudit. *Iula in arcto.*

C

Interim Iulæ res afflictæ erant,animi obſeſſorum aſſiduo labore fracti labebant. Cazarinus vrbis præfectus cum Partao pacta deditionis inſtituit, quibus fides præſtita non eſt,Cazarinus in vincula coniectus, milites exeuntes oppreſſi, qui tamen plauſtris, quibus vaſa vehebantur pro lorica & aggere vſis,non inulti ceciderunt.

Solimanus cum bellum diutius traheretur in Tranſſyluanum inclementior fuit, cui Iulam eripuit, & mendacia in crimen vertit, omnem verò iram in Curtenſem præfectum effudit, cuius ſocordia Riſpia & Vatta fuiſſent captæ,quod tempori pontes ſtrati non eſſent. Quare in eum capite animaduertit, à Tranſſyluano vix manus abſtinuit Purpurato Armeniæ præfectu ſumma Metubarricæ expugnationis data. Is verberatione iterata ſuper crati-

D bus inter ſe contextis arcem inuadit, obſeſſi quando impetum,& ſubita belli locus abnuebat,non porrecto agmine,ſed cuneis aſtitere,mox globo facto clypeati in hoſtes incubuere, qui fugam animis,vulnera tergo retulerunt, duo millia amplius Turcorum deſiderata,duo vexilla capta. Rurſum inſtaurata fulminatio,& mœnia latè proruta,quæ res ducem ad maturandum ſummæ rei diſcrimen erexit. Obſeſſi diſponere diem,vallare noctem,foſſas poſt ruinam ducere, loricam, vallumq́; ſtruere, omnia reſiſtendis ictibus moliri. Cum ianiſſeri vim facerent tantus repente imber ignium,glandium, lapidum fuit,vt incenſi,obrutiq́; reſilierint. Cuniculi in hoſtium cladem conuerſi.Demum verberatio in arcis tormenta,& dolia pulueris incubuit, vnde incendio vetus arx corrupta, Sirinus in interiorem arcem à commeatu imparatam ſe recepit,in quam impetus factus ſtrage hoſtium cumulatus eſt.

E Cùm annona in arce modica ſupereſſet,conuiuium ſuis inſtruit, quicquid edulium fuit in menſa ſimul exhibet, pranſus ipſe lauta veſte induitur, trecentos philippeos in viaticum ſumit,ſi fortè vita conſtaret,ſcuto & acinace ornatus, Deum precibus appellat,commilitones ad fortia vocat. Dat vexillum Iuraniſchio ferendum, ad portam omnia tormenta trahit, quæ vno tempore aperta porta in irruentes explaudit, mox per recentem fumum, & obſtantes hoſtium cuneos ferro viam aperit, cum in ipſo ponte res gereretur,capite glande confoſſo cadit, ſocij ſtrenuè manu vſi pariter cadunt, pauci viui in poteſtatem hoſtium venere,Sirini caput in caſtra noſtrorum de nocte coniectum eſt. *Annona defectus.*

Solimanus dum ea oppugnatio procedit ventris profluuio periit, cum 40. & 8. annos ſummæ rei præfuiſſet.Mahometus ne mors vulgaretur medicum qui ſolus cõſcius erat,iugular, Selimo patris exceſſum per literas enuntiat, & Solimani Balſamo inunctum corpus ſolenni veſte in ſublimi ſolio intra tentorium locat, ne vel regij theſauri vulgata eius morte

F interciperentur,vel oppugnatio Metubarris deſereretur. *Solimanus ventris profluuio perit.*

Cùm in eo eſſent, Pialis populatione per Calabriæ & Apuliæ littora graſſatus in Cimmerios Thraciæ populos, qui vectigalia & onera exuerant, vertit. Illi decem armatorum

millibus coactis In hoſtes longius in prouinciam progreſſos inuolant, manu fortiter faciũt. A
Obidios cum clade in naues præcipitant. Pialis re malè geſta per ſinum Cocyræum Nicopolim in ſitu Ambraſio munitam vrbem appellit, armamenta claſſis inſtaurat; quo abeunte Cimmerij Viuizzam Turcorum oppidum vi capiunt, & quadringentos præſidiarios ad internecionem cędunt, mox Deſpoſtum vrbem expugnatam diripiunt, & imperij Turcici iugum excutiunt.

Quæſtio Hiſpanica in Belgio. Inter hæc in Belgio Hiſpanicæ quæſtionis terror animos omnium ad res nouas impulerat. Aruacuti, Antuerpiam vocant, Bagani in Neruiis, Tornacum dicunt, Valencianæ, ſectæ opes gliſcebant, Catholici oppidis pellebantur, ſacræ effigies concidebantur. Dux Arauſionenſis mitioris conſilij auctor vim inhibebat, & Catholici ritus vt in integro eſſent egregiè proſpiciebat. Denique vicit, vt ſectæ coitiones in ſuburbiis modo haberentur, cùm è Samarobriga, & vniuerſis Menapiis ſectarij pulſi in Belgium confluxiſſent. B

Tabernacula Turcorũ omnia conuulſa. Quæ dum ibi fiunt ad Metubarim tam ſęua procella incubuit, vt omnia Turcorũ tabernacula cum incredibili fragore conuulſa procubuerint, Danubius eluuione agros & ſata merſit, & nouis auctibus ſic intumuit, vento ſæuiente vt neque portui, neque nauigationi opportunus eſſet, turbidus, lutulentus, æſtuans.

In ea obſidione 30. Turcorum millia, & quatuor purpurati cecidere, Cæſaris claſſis non procul ab inſula Comaria decem Turcica nauigia Danubio merſit, aliquot triremes cepit.

In eo bello Cæſari defuere fidi ſpeculatores per quos de rebus hoſtium cognoſceret. Solimani enim exceſſu Turcorum copiæ deleri, Pannonia in perpetuum Turci dominatu exſolui, Theſauri Solimani in quibus 400. millia pondo auri erant capi potuêre. Mehemetus interea Metubarim propugnaculis, aggeribus, & præſidio firmat, viginti millia latronum, C
Fidem nullam ſeruãt Turci. qui prædas paſſim agerent, per Pannoniam emittit. Hi à Turrigeorgio, Suendio, & aliis ducibus obtruncati ſunt. Suendius Croſſonorgam vi capit, & diripit, oppidanos qui ſe fidei eius permiſerant trucidat, vt cum Turcis paria faceret.

Inter hæc Scander Byzantij præfectus cognita Solimani morte, veritus ne Ianizeri vrbem latrociniis perditum irent, lectis Mahometi literis, quaſi à Solimano ad ſcribendum militem miſſæ eſſent, auxilia quæ poſcebantur nulla mora ſe prouiſurum eſſe reſpondet. Mox Ianizeris imperat, vt altero ab vrbe lapide conuenirent, & cenſu habito in mortuorum ſtipendia ſuccederent, incredibili alacritate ab iis ſpe maioris ſtipendij factum eſt.

Selimus Byzantium ſe confert. Selimus re cognita Byzantium aduolat, vbi ad Portam ſepti, ex oppido Chieſredo Imperator ſalutatus eſt. Inde in cœnaculum regium aureis laquearibus, pauimento teſſellato, parietibus auro ſtellatis ſe infert. Ianizeris tumultuantibus centum Sultanini (donatiuom D
regiis auſpiciis ſolemne) numerati ſunt. Selimus in regio ſolio duobus vini poculis argumento lætitiæ ſiccatis, per vrbem inequitat, & ſpectandum ſe populo præbet. Mox ad Iobi ſepulchrum accedit, vbi reges hoſtias mactant, primis regni auſpiciis, quę in paoperes erogantur. Tum ſparſi in plebem aurei, argenteiq; nummi. Inde in caſtra properat, hoſtilia in Cæſarem auſurus, vt decus gentile magno animo capeſſeret.

Selimus annum ætatis 43. agens patri ſubſtituitur. Id temporis Selimus annum ætatis quadrageſimum tertium agebat, toruo & formidabili vultu, pingui aqualiculo, ceruicibus nimia pinguitudine breuibus & contractis.

Dum hæc imperij fortuna tranſit, Reges Daniæ & Sueciæ odiis in perniciem ituris incenſi, nauali prœlio in oceano confligunt, tanta vtrinque clade, vt littora cadaueribus vbique tegerentur. Duodecim eiectorum corporum millia in libitinæ rationes relata.

Pugna inter Reges Daniæ & Sueciæ. Interea in Pannonibus ad Albam regiam cùm Turci per agros populabundi volitarent E
Turrigeorgius vir animi & corporis robore validus, in pugna, Mehmetum Solimani continuum, & intimum, quem de vultu cognouerat, perruptis hoſtium cuneis inſectatus, dextra prehenſum ad Cæſarem trahit, à quo torque aureo, & equeſtri ordine honeſtatus eſt. Carolus Archidux decem millia equitum prædas agentium incurrit, quorum quatuor millia amplius cæcidit.

Selimus patris cadaueri fit obuius. Dum in Pannonia belli furta fiunt, & latrociniis potiùs quàm iuſto prœlio decernitur, Selimus magnis itineribus Tantuninum contendit, vbi exercitum moratus modico capitis integumento, ad indicium luctus, patris cadaueri fit obuius. Id inuolucrum è pellucenti carbaſo miri candoris tam concinnè, & artificioſè ſtructum erat, vt exterior orbis ſphæræ propior eſſet, interior ad capitis formam conueniret, veſte vili & lugubri mœſtitiæ oſtentui ad rhedam patris procedit, & pectori incumbens in lachrymas & planctus ſolutus eſt. F

Milites verſa ſigna trahebant, dies modò plorãtibus inquies, modò per ſilentium vaſtus.

Tum

A Tum verò Selimo mitra byſſo tenui, gemmis & adamantibus radians capiti inducitur, veſtis ſerico & auro intexta, equus exſors phaleris, & vnionibus inſignis ſumitur, vexilla noui Regis magno omnium plauſu & clamatione eriguntur, manum eius proceres omnes exoſculantur, & in verba iurant, duo aſprorum millia viritim Ianiſſeris ſingulis impertitur, quod ſolenne clauarium eſt.

Inter hæc Tranſſyluaniæ Rex numeroſas copias, & 32. tormenta Toccum munitiſſimum oppidum trahit, quæ ſupererant è clade Pannonica, in qua centum amplius Turcorum millia deſiderata. Solimani Cadauer Conſtantinopolim illatum, in ſacrario ſubterraneo, quod ad templum maius (Moſkeam vocant) ſibi viuus effoderat, depoſitum eſt, Taliſmanis, & Mueſinis ſacerdotibus proclamãtibus, Alla raemet eileſim, Deus eius miſereatur. Nefas enim eſt in Turcis cadauera locis Deo ſacris inferre, ne fœtoris halitu violẽtur. Tum B ſacrarium cereis ardens, thuris, cynnamoni, balſami odoribus differtum eſt. Per multos dies Sdreuiſi ſacerdotes alternis diu noctuq; pro eius animæ pace ac quiete preces ad Deum allegabant.

Exceſſit anno ætatis 76. exeunte Sextili, anno Mahomet 974 Turci enim annos à morte Mahometi putant, qui obiit anno poſt Chriſtum natum 592. Vir fuit prudentia, liberalitate, iuſticia, magnitudine animi ſupra gentis ingenium conſpicuus, ſuorum rituum tetinentiſſimus, qui regeret caſus, non regeretur, omnia ageret, haberetq;, non haberetur: profunda imperij cupidine flagrans, vitio humani ingenij, quod inquies & indomitum ſemper in certamine gloriæ, aut dominationis agit.

Turci annos à morte Mahometi putant.

Selimo Byzantium aduentante ſeptem millia paſſuum via tapetibus, ſericis, auro textis extra vrbem ſtrata eſt. Vbi ad portam ſepti ventum eſt Ianiſſeri munus clamore flagitant. C Annuit Selimus, & in ſingulos viritim mille aſpros largitus eſt: adjecit & aſprum quotidiano ſtipendio, quod aſprorum octo in diem erat.

Imperij reditus annui centum millia pondo auri ſignati reficiunt. Subditi in re tenui viuũt, quibus nulli agri, nulla prædia, nullum certum ius, aut Dominium, ſed ſola rerum Domini procuratio. Villici ſunt, & coloni, ſi quid habent, in nummis, aut ſupellectile habent, Iudices & miniſtri auaritia principem onerant; & populi animos inopia frangunt. Penes Principem ius, iudiciumq; rerum omnium eſt, in eius vnius decus, aut ſollicitudinem proceres, & plebeij bellant, ipſe victam ignauia libertatem in dominationem vertit, tam audaci vſurpatione Imperij vt publicum negotium perinde ac ſuum agat, populus Principem, vt qui maximè obſeruat, adeò illi ſanctitas regij nominis ingenita eſt.

Imperij reditus.

Id temporis Bregetium in Pannonia tam grauis ignis affecit, vt vniuerſa pene ciuitas D domibus ligneis in cineres ſubſederit, quam Cæſar inſtaurãdam curauit, quod ea pro ariete, & munimento prouinciæ eſſet.

Bregetium igne afficitur.

In Sicilia terra mouit horrendo fragore, cineres, ignes ex æthnæ crateribus exſiliere, vt multæ vrbes incendio propiores fuerint, agris arentibus, ex exuſtis. Hiauit & humus multa, vaſta, & profunda, vnde fumi turrium inſtar alti ſe in cælum extulere, qui deinde caliginem noctis tenebris parem diei offuderunt.

Terra motus in Sicilia, & alia prodigia.

Poſtridie ignis extitit materia pingui liquefacto metallo ſimilis; qui Linguagroſſam vſque vrbem Æthnæ finitimam ignei fluuij more fluxit, & XII. millia paſſuum amplius inſedit, quæ materia vbi ſtetit ignita petra fuit, & incredibili fragore per agros deuoluta eſt. Agriculturæ eo animo indociles fuere, duo alij fluuij igniti tumidarum inſtar aquarum acti vineas in eo tractu corruperunt.

E Inter hos Siciliæ terrores Bruxellis & Leodij ſectæ factio gliſcebat. Atuacuti Caluiniſtæ fidei licentiam tribus millibus auri pondo, emercari à Rege Philippo conantur, Arauſionenſis Dux Vtrechti in Batauis, Traiectus veteres vocarunt, diſploſis tormẽtis conciliabula diſcutere aggreſſus eſt, quatuor interfectis, ſex vulneratis reliqui diffugête, qui manu facta cùm ad octo millia cõueniſſent ad Baganum, cœnobia igne vaſtant, agros populantur, prædas abigunt.

Bruxellis ſecta gliſcent.

Sub id tempus Scythæ, qui ſub Tranſſyluaniæ Regis vexillis merebant, Toccei obſidione derelicta, cùm ſtipendia ad diem non repræſentarentur, Tranſſyluaniam ipſam populationibus, & incendiis infeſtant, quorum ſex millia Rex occidione occidit, quod reliqui indignati, quinquagita Scytharum millibus Varadini Regem obſidẽt, Is furtim vrbe elapſus, coactis copiis 20. millia Scytharum inſidiis intercepta obtruncat, è clade ſuperſtites ad Ia-F niſſeros & Myſſos ſe aggregant, & Dardaniam, ceteramq; Regis Sidoniæ, Poloniam vocant ditionem prædarionibus, cędibus, incendio vexant. Mox à Tauroſcytarum Palatino magna ſtrage deleti ſunt. Interim Turci Alba regali egreſſi Cornarum, Calambachium vi capiunt,

Geſten & Vitannm oppida recipiunt.

Rex Iuliæ Cæſareæ cum 12. rtiremibus ad Galathen obuium habuit Garſiam Toletanum 22. triremibus incedentem à quo per ignauiam appetitus non eſt, quod flagitium Selimus per literas ei probro dedit, & ſocordiam, aut timiditatem ludibrio habuit. Tum verò in Belgio turbæ magis in dies crudeſcebant, quæ regio modico maris traiectu à Britannia diuiſa, ad meridiem mare Aquitanicum, ad occidentem mare Britannicum haber, & Rhenum fluuium qui de iugo Alpium Rheticarum fluens, ad Batauorum fines in oceanum ſe exonerat.

Ea olim Belgica Gallia dicta, hodie inferior Germania & Flandria, vocatur, ad Septentrionem, & oceanum adeò depreſſa & iacens, vt niſi aggeribus, quos Dicos indigetant munita eſſet oceani intumeſcentis auctu facile mergeretur. Totus ille tractus qui Regis Hiſpaniæ ditionis eſt, in ambitum nongenta paſſuum millia complectitur, continetq; quatuor Ducatus, Brabantiam, Limburgum, Lucemburgum, Geldriam, in qua Zuffemij ager comprehenditur. Sex ſunt Comitatus, Flandria, Artefia, Analtiū, Hollandia, Namurtium, & quatuor principatus, Machlinia, Triai ectū, Tranſſiſlana, Friſia, vbi eſt Groningha, Arteſiam, veteres Atrebates vocarunt, Hollandiam Bauaros, Namurtium Numetocernam Belgij, Friſiam Buſacteros, Brabantiam Ambiuaritos, Geldriam Menapios, Groninghan Grinnas, Zelandiam Mattiacos, Tornacum Baganum Conſtantiam in Ducatu Luxemburgi Auguſtam Romanduorum. B

Belgæ olim, in ius, ditionemque Ducum conceſſerant, qui Carolo Duce ab Heluetiis exſo, Mariæ filiæ imperium, & Maximiliani Cæſaris viri eius, agnouere, vnde natus Philippus Archidux Auſtriæ, Carolo quinto filio, Belgium iure hereditario reliquit. Is mox Cæſar renuntiatus, rei Romanæ arbitrium obtinuit. C

Belgicæ vrbes. In Belgio principes vrbes ſunt Bruxellæ, Atuacutum quæ & Antuerpia, Baganum, Valenciana, Leodium, Meclinia, Auguſta Romanduorum Louanium, Limitum, Lubecū vocant, Gandauum, Regiaeum, Arrazium dicunt, Cæſaromagum, Teruanna, quę omnes vltro Philippo Hiſpaniæ Regi legitimo Duci ante has ſectæ quæſtiones patebant, præter Eburones. quibus Epiſcopus imperabat.

In ea prouincia regis nomine Margarita ſoror ſummæ rei impoſita erat, cuius prudentia res ad otium & quietem flectebantur, cùm Rex pietatis ſtudio, ſectæ gliſcentis impatiens Ferdinandum Aluateſium Toletanum Albanum ducem, ſummæ in Belgio rei præficit, qui cuncta legum, & Magiſtratuum munia in ipſo aditu in ſe traxit. Is honeſtis artibus copioſus, prudentię ingens, ad ſęuitiam pronior, per callidas argutias, non legitimo nexu, fidei hoſtes ſupplantare inſtituit. Per Regem in primis id agit, vt ex Sicilia, & Neapoli veteranę Hiſpanorum copiæ in Belgium trahantur, quod in ſectæ partes magnis ſtudiis vbique tranſiebat. Holandia, Friſia, Zelandia, Tornacenſes, Ipetenſes, Bergeuſes, Caſletani, Aldernadenſes, nouæ opinionis errore imbuti, de auxiliis fœdus inter ſe pepigerant, Bruxellenſes, Louanienſes, & vniuerſa penè Hannonia, & Arteſia in fide manebant, Margareta ſedulò curante vt omnia placido itinere incederent. D

Tornacenſes templa diripiunt. Interim Tornacenſes manum faciunt, templa diripiunt, ſacroſanctum Domini corpus pede proterunt, cœnobia incurſant, & latrociniis vaſtant, quibus Raſſegemius Regulus, Inſulæ Duati, & Orchiſij præfectus, obuius factus vulnera imponit, reliqui è clade ſuperſtites ad turrim VVaterloſij fuga euolant, vbi igne & fumo conflagrarunt, nemine è regiis deſiderato. Deinde aliæ Tornacenſium copiæ ad tria millia incenſis cœnobiis furentes, ſacris virginibus probrum intentantes, omnia ſacrilegio fœdantes à Norcamio præfecto Hannoniæ fuſæ terga vulneribus præbuère, Arauſionenſis Atuacuti præfectus id maximè operam dabat, vt ciuium animi componerentur, & Regis imperia ferrent. Ipſi religionem obtentui habere, qua nihil in rebus humanis præſtabilius ſit, fidem imperari non poſſe, nihil magis liberum quam ſenſus de Deo in pectore clauſos. Tum verò Duco Bredeconenſi Santtonij comitia ſectæ habent, fœdus inter ſe iureiurando aſtringunt, Germaniæ principes ad partes vocant, apertè Dei, & Regis fidem honeſto religionis nomine exuunt. Decernunt tamen Regi Hiſpaniæ parendum eſſe, tanquam comiti Belgarum, & Duci Ambiuaritorum. Quod ſi priuilegiis obrogaret, derogaret, abrogaret, quæ aureo ſigillo firmata eſſent, ſe nullis fidei & obſequij vinculis attineri. Pecunias ſi vis fiat ad belli onera offerunt, quæ ad tria millia auri pondo cenſa erant. Batàui Arauſionenſem ſibi præfectum depoſcebant, Valenciana Neruiorum qui & Tornacenſes, Metropolis palàm à Rege deſciuit, & ſuis ſe legibus viuere velle denuntiauit. Norchemius Regulus Margaritæ iuſſu copias in eos ducit, & perduellionis reos pronuntiàt, interdicit commerciis, ære alieno, ſi qui nexi eſſent, abſoluit, debita E F

bita

A bita delet, agros ferro populatur, vrbem obſidione cingit, auxilia aduentantia fundit, duo
millia quingentos obtruncat, per abſentiam Norchemij oppidani eruptione facta pedites
cædunt, tormẽta rapiunt. Diuerſa parte milites qui erant in hibernis Leodij trecentos agre-
ſtes trucidant, equitatus ad Baganum octingentos ex improuiſo interceptos opprimit, Nor-
chemius ciues armis ſpoliat, alios in furcam agit. Inde Valencianam rediit, in itinere Ner-
uios in armis obſtantes profligat, tormenta ad vrbem admouet, deditionem imperat, præte-
rita obliuione ſepultum iri docet.

Id temporis annus 1577. agebatur, cùm Epiſcopus Leodienſis ſectæ ſocios Haſſelti obſi- *Haſſelti obſidium.*
det, tormentis verberat, ad deditionem cogit, pecunias reſtituendis templis, quæ per ſcelus
euerterant, imperat. Inter hęc Bellouaſius, tertio ab Aruacuro lapide duo millia ſectatiorum
qui ferro & flamma graſſabantur, aperta vi cædit, Moſa fluuio mergit, in patibulum agit.
B Valenciana tormentis labefacta deditioni accedit, Norchemius re bene geſta vrbem inie,
quo metu exrernati Samarobrigæ præſidiarij diffugiunt, quæ cum arce in poteſtatem regis
venit, Traiectenſes ciuitate facta fidei regiæ ſe permittunt.

Id temporis in Iapania noui orbis regione cum Xumitanda Rex per Ieſuitas fidei ſacris *Iapaniæ*
initiatus eſſet, & baptiſmatis fonte lotus Bartholomei nomen induiſſet, ferales exequiarum *motus.*
ritus à Bonzis prophanis ſacerdotibus vſurpari ſolitos in melius vertit, pro ferali epulo da-
pſili & Pontificio, quo Bonzi à deceſſoribus regibus excipiebantur, ſex millia pauperum
Chriſtianorum largiter inuitauit, prophanos ſacrificiorum ritus ad defuncti regis ſtatuas
ſuſtulit, fidem Chriſti vbique per oppida ſuæ ditionis propagauit. Id indignè acceptum à
Bonzis, qui Gotundonium demortui regis filium nothum ad imperium euehunt, finitimo-
rum regum auxilia arceſſunt. Arrimæ Feribo duce viro præcipuæ auctoritatis in Chriſti
C cultores ſæuiunt, ad Icoxiuram oppidum, in regem inuolant, comites obtruncant, iniectis
malleolis Palatium incendunt, Rex cum præfecto vrbis, & fratre in arcem vrbi propinquã
fuga euaſit, inde iniecto regij nominis hoſtibus terrore, & reuerentia, regia inſignia paſſim
erecta, Regis fides à ſubditis appellata, omnes Feribi ſeditionis incentoris villæ & arces in-
cenſæ, Gorundonius Rex ſubditis in ordinem coactus eſt.

Interim in Cyrno res in turbido erant. Raphael Iuſtinianus à Genuenſibus belli ſum-
mæ impoſitus, Beſtellegam oppidum obſidet, cui Sampetrus ſuppetias ferens inſidiis inter-
cipitur, cum Michaele Angelo Dornano punctim, cæſim, coruſcando, & infeſto mucrone
fodiendo rem gerit, cũ Dornanus ſub gladium ſucceſſit, ne impetum ictus haberet, atque
ſuo pectus hauſit, dein continuò humerum eodem concæſu incidit. Eius caput Genuam de-
latum ſpectaculo fuit, viri inteſtabilis ſæuitiæ, cuius immanitas omnium queſtus antei bat.
D Is vxorem, & filios ex vxore ſuſceptos, quia probri ſuſpicio inceſſerat, iugulauit. Dornano
perduellionis reo propter egregium facinus gratia facta.

Per id tempus Cazarinus Taurumni, Belgradum vocant, in Pannonibus, vinctus, quia
durius cum Turcis captiuis egerat, & alios auribus, quoſdam naribus truncarat, arbitrio
quiritantium permiſſus eſt, qui dolium acutiſſimis clauis ita configunt, vt cuſpides inte-
rius penetrarent, ibiq; hominem nudo corpore incluſum de collis iugo præcipitant, & in-
ter atrociſſima tormenta necant.

Inter quæ Suendius Zatuaris oppidi natura & arte muniti præſidiarios ad deditionem
cogit.

Selimus oratorem ad Perſarum regem miſerat, qui ſpolia Baiazeti fratris, ab eo necati
repoſceret, cui pro Turcica temeritate, faſtuoſius mandata edenti, nares & aures iuſſu Re-
E gis deciſæ ſunt. Nihilo ſecius in Pannonia grauia ſæuitiæ exempla edebantur. Turci per
agros palantes obuia quæque ferro metebant, Partaus arcem non procul ab Agna erigebat,
quæ vt impunè procederet, Vedes oppidum muniriſſimum in finibus agri Pannonici in
ſpeciem obſedit. Diuerſa parte Suendius Moncaïam oppidum deditione capit, & impoſitis
præſidiis Iuſtium ducit, ſed iactis de pace cum Selimo ſermonibus copias ſuas Caſſouiam
reuocat, quo per emiſſarios cognito, Tranſſyluanus Riſuarum, & Balnea deditione recipit,
cui obuiam factus Ruber Suendij vicarius, vir militię impiger, exercitum eius profligat, Riſ-
uarum, & Balnea (Riuulum vocant) vi capit. Tibiſci purpuratus ad Vinudriam aliquot ca-
ſtella deditione recipit, cùm Turci præſidiarios contra pacta trucidaſſent, in eos purpura-
tus capite animaduertit, vt didita fidei ſeruatæ fama reliquos ad deditionem pronos ha-
beret.

F Cùm in eo eſſent, nouæ turbæ in Germania ſuccreuerunt. Gromphacus vir animi atrox *Turbæ nouæ*
perduellionis damnatus ad Fridericum Ducis Saxonum filium refugerat, quem quia fini- *in Germa-*
bus non exceerat, Fridericus ipſe maieſtatis reus peractus eſt. Epiſcopus Artautienſis *nis.*

in ære Gromphaci erat, quod ipſe cùm repoſceret epiſcopus bona eius quæ erant Attauri A
vt perduellis præſcribit, Gromphacus coacta manu Epiſcopum necat, mox ſe Gottam Fri-
derici oppidum recipit, quem veſtigio ſequutus Auguſtus Septemuir obſidet, oppi-
dani à Gromphaco deſciſcentes vinctum Auguſto tradunt, in perduelles capite vindi-
catum.

Id temporis Scythæ, Turci, Myſi in Dardanis, & Tauroſcythis mille pagos incendio de-
derunt, à Palatino Buſſæ fracti, cæſique 12. tormentis ſpoliantur.

Inter hæc Mechliniæ Comitia Belgij habita ſunt, quibus nihil in ſumma pacis profectum,
quod Hiſpaniæ Rex ſectæ miniſteria abuleri iuberet. Quare Toloſenſis regulus ſectæ dux
ad Atuacutum mille quingentos amplius armatos cogit, qui Margaritæ copiis obtriti ſunt.
Norchemius Tornacum furto ingreſſus in ſectæ capita animaduertit. Valentiana obſidio-
ne crudeſcente in extremo ſita erat. Raſſegemius id vicit, vt Belgarum filij per ſectæ miui- B
ſtros ſacro lauacro tincti in eccleſiis Catholicis ſacris cerimoniis, quæ prætermiſſæ erant,
initiarentur. Inter quæ copiæ ex Holandia, & Zelandia, in agro Antuerpienſi direptionibus
graſſabantur, ſacra expilabant, templa ſacrilegio violabant, quę vt inter ſe noſcerentur vul-
pium caudas galeis adnexuerant. Has Margarita per Droſſandum Tongrorum præſidem
nec opinantes opprimit, plerique ferro, plures Scaldi amne hauſti ſunt, nonnulli intra pri-
uatos parietes exuſti, qua clade Atuacuti cognita vndique armati ad ſotum aduolant, cla-
ues portarum vrbis inuadunt, tormenta 20. in plateas vrbis trahunt, ad 14. millia armato-
rum conueniunt, Palatium in quo Senatus habebatur obſident, re vtrinque diu multum-
que agitata per Agamontium, obtinuit, vt ſectæ miniſteria in vrbe libera, Catholici ritus
vacui & integri, claues vrbis penès ipſum Agamontium, ſumma rerum penès Arauſionen-
ſem eſſet, qui mox à Margarita ſuffecto Manſfeltio gubernaculis excuſſus eſt. Quæ res ni- C
mium quantum Arauſionenſem exacerbarit, cuius fidei nota facta putabatur. Atuacutum,
Anſterdamum, & Vtana, nobiles vrbes à Margarita in fidem receptæ præſidiis firmantur.
Reliqua erat Batauia, quæ Brederodenſis hortatu obſequium abnuebat. Margarita Nor-
chemium cum exercitu in Brederodenſem ire iubet. Is velis remiſq; Bramum maritimum
in finibus Germaniæ oppidum cum vxore & vniuerſa familia euadit. Vtana in fidem Mar-
garitæ concedit, cuius mandatu omnia ſectæ conciliabula ſubruuntur.

Edictũ Philippi in ſectarios.

Tum edictum à Philippo conditum, & promulgatum, quo ſectæ miniſtri, & fautores pa-
tibulo damnati, ſacrilegi templis expilatis, & incenſis furcæ addicti, omnia ſectæ miniſteria
capite mulctata, ritus Catholici in ſacramentis adminiſtrandis imperati, & alia pleraque
ſancte & piè in fidei deſertores decreta, quibus ſua vis per ſæculi contagium eſſe non po-
tuit, quod varia vbique monſtra manifeſtis prodigiis damnabant. Crebri terræ motus in D
Belgio fuere, labes deſidẽte humo facta imbrium tanta vis fuit, vt diluuium in oculis eſſet.
Philippus fœminæ animum infra tantam turbarum molem eſſe ratus, Albanum ſummæ
belli præficit. Margarita per literas regem monet, omnia in Belgio induſtria ſua compoſita
eſſe & pacata, vereri ne ab Hiſpano milite terror, otium quod ipſa conſtituerit, infringat,
animos Belgarum leni via placandos, non ad extrema conſilia eugendos.

Interim ad Nemetocernam, (Namurium vocant) Albericus Lodronius Auguſta Vinde-
lica tria millia peditum, quingentos equites obuiam Albano ducit, vt tranſmiſſis fluuiis ei
aditus in Belgium expeditus eſſet, quod vbi attigit, ante omnia Gandauum, Siridios, Leua-
cos, (Louanium vocant) Atuacutum præſidiis firmat, Lodromio impoſito, & arce valida
munit. Bruxellus à Margarita monetur lenibus remediis Belgio melius, quàm igne & ferro
conſuli poſſe. Ipſe diploma formis excudendum curat, quo merum imperium, & gladij po- E
teſtatem à Rege ſibi mandatam denuntiat. Claues Bruxellarum cuſtodibus ereptas Hiſpa-
nis arrogat, quod Senatus iniquo animo tulit, qui fidem ſuam ſuſpectari animaduerteret.
Arauſionenſis cum Ludouico fratre in Germaniam ſe recipit. Proceres rogat pro vicinitatis
amicitiæq; iure, pro communitate ſacrorum, pro ſtudio iuſti & æqui, quo innocentium in-
iurias depellere tenentur, pro gloria Germanici nominis, quæ in ſua iniuria deſpiceretur, ne
Belgas in tam miſerabili fortuna desererent, qui in eorum amicitia munimenta ſua habe-
rent, obuiam factionis potentiæ irent. Spes & opes Belgij in Germaniæ proceribus ſitas, ad-
uerſus impotentem Hiſpanorum libidinem eos foſſam & vallum eſſe, cùm maximè Belgij
calamitas Germanię ruinam breui attractura ſit. Arauſionenſis dicendo vicit, vt fœdus cum
proceribus iniretur, in quibus agmen duxêre Auguſtus Dux Saxonum, Comes Palatinus,
Caſimirus, Dux Dupontius. F

Albanus auita ſacra reſtituit.

Inter quæ Albanus ſectæ miniſteriis interdicit, auita ſacra reſtituit, & ſancit, Belgas ar-
mis ſpoliat, quæ ad præfectos vrbium comportantur. Quod durius Margaritæ viſum, cuius
lem

A leni imperio res penè in tranquillo erant, quas ſe gubernaculis delecta in deterius exituras cernebat. Tum verò ipſa ſe tam inciuiliter eius prouinciæ adminiſtratione pelli ingrate habebat, quæ multo iam tempore per fœminas prudenter ac feliciter acta eſſet. Nam Carolus V. Margaritam Auſtriacam amitam Belgio cum ſummo imperio impoſuerat, cui demortuę ſuffecta Maria Caroli ſoror Pannonum Regina, mox ipſa Margarita (Emanuele Duce Allobrogum in ſua regna reſtituto) Philippi Regis ſoror, Octauij Farneſij Parmæ, Placentiæque Ducis vxor, quæ Albani faſtu, & ſupercilio offenſa, voluntate Philippi fratris regiis muneribus aucta in Italiam conceſſit. Eius abſceſſus veteres inter Albanum, & Agamontium ſimultates in apertum odium erupêre. Agamontius pridem Hiſpaniæ regi operam ſuam probarat, & res in Belgio ſopitis tumultibus & Thermei reguli copiis acciſis, ſingulari prudentia conſtituerat.

B Is Philippum in Hiſpaniam ſequutus ſpe præmij, quod laboribus & periculis ſuis deberi intelligebat, apud Albanum offendit, à quo apud Regem in inuidiam adductus eſt. Quæ res eum pro gratia quam affectabat vehementer accenderat, cupidine atque ira peſſimis conſultoribus graſſari, apud Carolum Philippi filium de Albano crimino ſe loqui, potentiam verbis onerare, odia in longum iacere, quę reconderet, auctaq; promeret. Petrum Neapoli proregem in ſermonibus habere, qui ſæuitia regnum illud in abruptum prope egerit, Salernitanum Principem Cæſari fidum criminibus circumuenerit, Garſiani Petri filium Siciliæ proregem in odium trahere, qui ſocordia, & ignauia rem Melitenſem in diſcrimen adduxerit, Fridericum Toletanum tumoribus obiicere, qui Mauris ac Hebræis intimus & continuus eſſet, inimicitias ſerere, accendere, omnia moliri, vt Albanus gratia qua apud Regem validus erat, exideret.

C Carolus palàm impotentem Albani potentiam carpebat, & eam odio per literas ad patrem onerabat. Inter hæc conſilium audaciæ plenum, & ſi proueniſſet atrox ab Agamontio initum eſſe famæ datum eſt. Is Reginam Britanniæ de nuptiis cum Carolo appellat, cum Colinio Gallo maris præfecto de opprimendo Galliæ Rege agit, Germaniam ad partes ſollicitat, totus in eo eſt, vt claſſis Britannica in Hiſpaniam irrumpat, Germani in Belgium impreſſionem faciant, mox in Italiam impetus vertatur, Pontifex, Cardinales, Epiſcopi trucidentur, Italis, Hiſpanis, Gallis, Belgis, Germanis nouæ ſectæ neceſſitas imponatur, Catholica ſacra penitus conuellantur, Carolus Hiſpaniæ princeps Reginæ Britanniæ nuptiis obſtrictus occidentis imperator renuntietur. Ad negotium explicandum cum Agamontius in Belgium rediſſet, id ſedulo egit, vt turbæ in Belgio in ſpeciem ſedarentur, vt Albani aduentus in eam prouinciam abrumperetur, quod Margaritę in votis erat, ne prouinciæ adminiſtratione excederet. Quare Agamontius vt induſtriam ſuam regi probaret, peragrato

D ſine armis Belgio, pleroſque ſectæ miniſtros in furcam egerat, Catholicæ fidei ritus paſſim reſtituerat, Samarobriga, & Gandauo munitiſſimis vrbibus, quas omni paratu bellico inſtruxerat, ſectæ miniſtros non exegerat, vt in fide & clientela ſua eas retineret. Arauſionenſem Atuaciti, & Hornæum maris præfectos, conſiliorum ſocios habebat, à quibus Brederodenſis non abhorrebat.

Potuit Agamontius ſi ſaperet aditum Albano in Belgium obſtruere, & debuit, ſi ſuis rationibus conſultum cupiebat. Sed in vecordi pectore parum conſilij fuit. Id veritus Albanus Teonuillæ ſubſederat, cauſatus milites de via feſſos, vt animos aduerſorum exploraret. Rei tentandæ præmiſit Lodroniũ cum ſuis cohortibus, quo Atuaticum ægre admiſſo Agamontius obuiam Albano ſalutatum venit, quem ille à longè conſpicatus, primarium hæreticum, inquit, aduenantem video, & nihilo minus obuiis vlnis hominem amplexus oſculo

E excipit, inde Auguſtam Romanduorum, mox Bruxellas pergit, vbi Megenſi præfecto Leucotum id dat negotium, vt comitia ordinum indicat, quibus de Belgij rebus agat. Ariſeotenſis, Agamontius, Hornæus ad conuentus adproperât, quibus Albanus formulas, & imitamenta munitionum, quas per vrbes extructurus erat, oſtendit.

Interim in inſidiis armati diſpoſiti erant qui nec opinantes armis exuunt, & in cuſtodiam trudunt. In omnibus vrbibus in quibus externa præſidia erant, multi corripiuntur, tanto terrore vt X X X. Belgarum millia Belgio exceſſerint, è quorum bonis fiſco addictis, templa reſtituta, cœnobia inſtaurata ſunt. Atuacuti arx erigitur, commeatu inſtruitur, præſidio Serbellonus imponitur, in arcis ſumtus 40. millia nummum comitiis flagitantur.

Quæ dum in Belgio fiunt, oratores vndique à Regibus ad Selimum imperij auſpiciis *Oratores ad Selimum.*

F miſſi, qui gaudio fungerentur. Is à Ioanne Miche Hebræo aduerſus Naxi ducem Criſpa familia ortum incenſus, in perniciem Ducis iurat. Naxos vna è cycladibus in Mari Ægeo, ceteris inſulis amplitudine, & fœcunditate præſtat, inter Patum marmore inclytam, & My-

conem. Hic idem Dux Andri inſulæ inter Scyrum & Tenum regulo imperabat, vnde A quinquaginta millia nummûm annui prouentus reficiebat. Dux nuntio territus Byzantium aduolat, purpuratos pecunia emercatur, irrito euentu. Captus enim, & in vincula raptus fortunis omnibus exuitur.

Id temporis Cæſalenſes in Mantuani Ducis ditione penè ad exitium dati ſunt. Ii olim vni Imperatori parebant, & ſuis legibus viuebant. Sed cùm aduerſus Henricum imperatorem cum Ticino, Vercellis, Alba, Valentia vrbibus coniuraſſent, omnibus priuilegiis Cęſalis vrbs exuta eſt, & ciuibus exilium à Cæſare indictum, qui in Theodori Andronici Palęologi fidem & clientelam ſe contulerũt. Theodoro in principatum Montisferrati & Caſalis Ioannes filius ſucceſſit, poſt quem Guilielmus Caſalim mœnibus cinxit, & pomœrium protulit, in quo principatu Palæologi ad mortẽ vſque Ioannis Georgij Palæologi poſtremi ex eadẽ gente Marchionis perſeuerarũt. Demũ Caroli V. ſententia principatus Montisferrati, B & Caſales Margaritę Palęologę Friderici Gõzagæ vxoris adiudicatus eſt, quę ſentẽtia mox à Ferdinando Cæſare Caroli V. fratre improbatur. Res deinde apud Maximilianum Ferdinandi filium vtrinque aduocatorum patrociniis iactata eſt. Oſtenſum Carolum IIII. Cæſarem Ioanni Palæologo, & hæredibus anno 1355. Montisferrati & Caſalis principatum adiudicaſſe, Caſalenſes in eius verba iuraſſe, annuum vectigal decreuiſſe. Quare Dux Mantuanus apud Cæſarem cauſam obtinuit, & Marchio pronuntiatus eſt. Mola & Capellius Iuriſconſulti Caſalenſes, qui rem in iudicium miſerant, qood iudicio aſſequi non potuerant, armis extorquere conantur, duo millia militum cogunt, exulum manum faciunt, de nocte vim in Ducem parant, qui re per Alexandrinum Epiſcopum cognita in arcem ſe recipit, tria tormenta diſplodit, quo ſigno dato quindecim vexilla peditum in vrbem conueniunt. Eo præſidio Dux conualuit, coniurati plerique capite luerunt. C

Capita ſectæ in poteſtatẽ redacta.

Dum in eo ſunt, in Belgio Albanus id maximè negotij habebat, vt capita ſectæ in poteſtatem redigeret. Straelis quæſtoris ordinum Belgij bona Aruacuti proſcripta, Hornei epiſtularis cum ſcrinio epiſtolarum, Bacherſelius Agamontij à conſiliis capti ſunt, & Gandauum miſſi. Quidam Belgæ Optimates in Hiſpania, & Carolus ipſe princeps Philippi filius in cuſtodiam dati, Duce Feria, protectorum tribuno, cuſtodiæ præfecto. Mox Rex ordinum conuentus indicit, cuſtodiæ filij graues cauſas eſſe ait, quas adhuc vulgari in rem non ſit, demum filio quaſi ſectæ addicto, & parricidij comperto per patrem mors illata, vario rumore, cùm alij factum in crimen, alij in neceſſitatem ducerent. Albanus interim vrbes maximę limitaneas, præſidiis, & propugnaculis munit. Belgarum pleroſque magnates in vincula tradit, exulibus diem dicit, ad quem coram præſentes iudicio ſe ſectant, contumaces perduellionis damnat, quam ſæuitiam Arauſionenſis vt infringeret duodecim Germanorum millia per agros trahebat, ratus mobiles Belgarum animos Hiſpanorum odio facile fidem ſuam ſecuturos, ſed cum matrices vrbes Hiſpanorum præſidiis inſeſſæ eſſent, nemo D palam ad partes transgredi auſus eſt. Quare cum iam hyems anni eſſet, neque res exitum haberet, Arauſionenſis exercitum dimittit, & in annum ſequentem vniuerſam belli vim differt. Interim Albano pecuniæ in ſtipendia anguſtæ erant, quod comes Palatinus pecuniam Philippi Regis prono Rheni alueo in ſtipendia miſſam, per cauſam portorij non ſoluti intercepiſſet, & in oceano Britannico nauis oneraria qua Regij nummi ſtipẽdiis militum in Belgium vehebantur, Reginæ in prædam diſſimulato nomine ceſſiſſet. Quare Albanus in Belgio Anglorum ſi qui erant bona omnia ſecuit, & haſtę ſubiecit. Regina vt vicem redderet, ipſum Hiſpaniæ oratorem in carcerem dedit. Capta deinde ab Anglis Hiſpaniæ mercatorum 20. amplius nauigia variæ & pretioſæ mercis. E

Buranus captus.

Inter quæ Albanus Louanij Buranum Comitem Arauſionenſis filium capit, & Atuacuti ſub cuſtodia habuit. In eadem cuſtodia Hornei, & Agamontij filij teneræ ætatis fuere. Idem Bredam arcem Arauſionenſis munitiſſimam præſidio firmat, graſſantes in finibus Veromanduorum prędones, de mercatoribus prędas agentes trucidat Inde Mecliniæ, Gandaui, Bagani, & alibi paſſim plures è primoribus vrbium carcere damnati, vt vrbes ſolitudine vaſtæ eſſent. Ædes Comitis Leucorum ſolo æquatæ, vbi factionis conſilia capta, atque in area euerſarum ædium columna erecta, inciſo facinoris titulo, propagãdæ rei memoriæ. Arauſionenſis, & Ludouicus frater, cæteriq; profugi, quia ad diem non comparuerant perduellionis rei peracti. In Leucos, Batauos, Tongros, Sicambros, Buſateros, Zelandos paulo mitius actum, ne vicinæ Germaniæ opibus hoſtilia auderent, & Albani copias oppreſſum irent, Sequani, Atrebates ſeuerius habiti, quorum pleraque Gandaui in ſingulos dies funera dabantur. Vna dies ſæpe 20. capitibus ſtetit, quæ carnificina late per ſpeciem religionis F graſſabatur. Ei rei tam gnauiter Epiſcopus Atrebatum operam dabat, vt ipſe plerunque ſe-

ctæ fœde

A ctæ fœderatos obtorto collo duceret. Id Dorlani præſidiarij, quod eſt oppidum Veromanduorum, ingrate acceperunt, & epiſcopum imparatum, nec opinantem obtruncarunt, nulli è comitibus viræ gratia facta. Quo tempore cùm res raptas à Regina Angliæ Albanus repeteret illa oratores varia fruſtratione ludificata eſt, ſibi cum Albano nihil eſſe negotij dictitans, cum Rege ſi quid vellet, acturam. Eadem libros omnes Catholicos Anglico idiomate proſcripſit, & abolendos curauit.

Inter hæc Marinus Caballius à Veneris orator Byzantium miſſus, id gnauiter agebat, vt fœdus æquis conditionibus cum Selimo Reip. nomine percuteretur, qui re cum purpuratis tranſacta, & legibus fœderi dictis priuſquam in conſpectum Selimi veniret, ab Abraimo Selimi interprete, Sultani nomine quatuor eximiis equis auro, gemmisq; frænatis, argento textili ſtratis, & totidem auro textis veſtibus donatur, duodecim item adoleſcentibus Ve- *Veneti cum Selimo pacē ineunt.*
B netis patriciis, qui honoris gratia, & viſendi ſtudio in comitatu oratoris erant, viritim argento intextæ veſtes muneri datæ ſunt. Caballius inde ad vlteriorem ripam tranſmiſit, vbi clarigatorum, & Ianiſſerorum fauſtis acclamationibus cum plauſu, & lætitia acceptus eſt. Tum ad Septum, quod eſt orbiculatum, præaltis muris, mox ad aulam magni Diuani, qui locus eſt regij conſiſtorij, adducitur: vbi ventum eſt ad interius ſeptum auro ſplendens, in quo Ianiſſerorum 6. millia per ſilentium defixa excubabant, omnes ſimul prono capite ſalutarunt, ad læuam centuriones, & ſigniferi protectorum equitum ad X V I. millia. In intima parte interioris ſepti aula erat ampliſſima inſeſſa quinque purpuratis, & compluribus Cartileſcheris (iudices caſtrorum interpretantur) in eo ſepto multæ arbores foliorum luxuria vberes, ad quas tigres, leones, pardi, alligati, aduolabant inter ramos aues criſta viſendæ plicatili, pauones conchata cauda intermicantibus ſtellis, aliæ volatu in multum veloci
C ſtrepitum alarum humeris elidebant, quædam auro inſectis pennarum articulis per aerem vario meatu ferebantur, nonnullæ ceruice torque miniato diſtincta rutilabant, apud nos inuiſitatæ. Ibi cum aliquantum conſediſſent, accedit Portæ præfectus, (admiſſionalem veteres dixere) nuntiat proceribus Regem in ſacrum auditorium (Diuanum vocant) veniſſe. Qui continuo ſurgentes ad conſiſtorium veniunt. Alterum oratoris brachium à Portæ præfecto ſuſſulciebatur, qua ſcena ad exoſculandam Regis manum deducitur, adducti ſunt & patricij iuuenes oratorem ſequuti, quorum brachia vtrinque à duobus turcis ſuſtinebantur, vt captiuorum imaginem præberent. Hi non manum, ſed genua Sultani oſculati ſunt. Recedentes aduerſa facie, nō auerſa ſunt abducti. Eorū abſceſſu Caballius præfatus Regi honorē, mādata expoſuit, quibus auditis Selimus diploma auro obſignatum iureiurando firmauit.

Id temporis in Pannonico limite purpuratus Tibiſci ad Iulam, & Albam regalem vſque
D 7. millia equitum traxit, & Varadinum, Pappam, Tattam & Riſpiam vrbes munitas non leui ſuorum iactura tentauit. Interim Daniæ, Sueuorumq; Reges internecinis odiis quaſi intemperiis acti, terra mariq; confligunt, Suediæ claſſis demerſa, aut capta, terreſtris exercitus fuſus eſt, Chedinorum inſulis & oppidis à Daniæ rege captis præſidia impoſita. Inter Poloniæ & Moſchouiæ reges de finibus Lituaniç certatum, cum oratoribus vtrinque commeantibus bellum poſitum non eſſet. Præfecto Ploſcui cum tribus equitum millibus oppidum ſuæ præfecturæ finitimum tentanti, tentatio multo ſanguine ſtetit.

In finibus Lituaniæ Palatinus Romanus V I I. Moſchorum millia cędit, duo millia paludibus hauſta perdit, ſex millia capit, reliqui fuga elapſi ſunt. Cum in eo eſſent, Suetiæ reges 3 o. & ſex nauibus in Daniæ littore obuia quæque ferro concerpit, aut in ſeruitutem rapit, quibus obuię quatuor Danię naues prœlio impares in littus euadunt, claſſiarij in terram ex-
E poſiti naues hoſtibus igne iniecto eripiunt.

Diuerſa parte Moſchus vt iniuriam Polono reponeret, Scythas Caſainienſes, qui mercede aliena bella faciunt, pecunia emercatus, denuo cum hoſte concurrit & funditur, mille plauſtra bellicis paratibus onuſta capta ſunt. Sub id Veneti quadraginta inſtructis triremibus Hermolaum Teupolom præficiunt, qui maria prædonibus infeſta emenſus, piratas præda ſpoliatos obtruncat. Inter hæc in Scotia motus ardebant, quod regina Catholicæ fidei optime conſultum cuperet. Ea Henrico iuueni bonis artibus, pari fama, nupſerat, è quo filium ſuſcepit, cui gladius in dextro latere natura fingente aſculptus.

Per initia inter coniuges bellè conueniebat, deinde cùm Henricus Dauidem Gallum hominem, à ſecretis reginæ, in eius oculis pugione confodiſſet, ab eo fuit alienior. Accedebat ad ſimultates, quod Henricus ſectæ venenum imbiberat, & reginæ Catholicæ fidei ritus propaganti palam iniquus erat. Is tamen vt in gratiam cum regina rediret morbum ſi-
F mulat, ad quem vxor lege coniugij addicente iacentem inuiſit. Ille veniam præcipitati impetus orat. Mox ad amoris fidem, annulum in digitum reginæ indit, & in diem tertium noctem

ctem exorat. Illa ab aulicis perſuaſa, inſidias viro ſtruit, puluis ſulphureus ſub lecto geniali A
ſternitur: inſidiis à puero indicatis, Henricus è lecto exſilit, in cella Promtuaria latet, vbi deprehenſus ſub arbore laqueo gula eliditur, puer fracta ceruice Henrico pro puluillo ſubiectus eſt.

Infans Reginæ filius à Iacobo Stuarto notho regni protectore periculo ereptus, & Comitis Morei fidei creditus eſt.

Comes Boduellius Reginā ducit.

Non ita multo poſt Regina Comiti Boduellio nubit, quas nuptias regni proceres, vt Henrico exitiales auerſati, 6. millia peditum, mille equites cogunt, quorum fidem plebecula ſecuta Reginæ laſciuiam onerauit, in Alaris caſtris principe Scotiæ vrbe vexillum ſublatum eſt, in quo picta arbor, ſub qua Rex, & puer faucibus eliſis expreſſi. Infans in eo vexillo coronatus in genua procidens vltionem orabat. Boduellius ſe ad cædem à populo peti intelligens, tribus militum millibus, & quingentis equitibus ſeptus aliquot tormenta in hoſtes B
trahit, à quibus profligatur, ipſe Varatum æſtuarium, oppidum munitiſſimum in littore oceani fuga euadit. Inde latrociniis maria infeſtans, à Rege Daniæ captus capite multatur.

Mox proceres in Reginā inuolant, quæ eiuratos regiæ maieſtatis titulos filio cedit. Is ſtatim inauguratus, & coronatus eſt. Regina in Lochliniam Hebridum inſularum vnam relegata, firma militum cuſtodia ſepitur, quę tamen conſciorum ope cuſtodiis elapſa Ambelonium oppidum mari finitimum, qua Hiberniam ſpectat, fugam capeſſit. Inde Northumbriam nauigio delata in finibus Britanniæ iuſſu Reginæ Eliſabethæ capta, cuſtodiæ mancipatur.

Per id tempus crebra prodigia hominum mentes in metum egere. Byzantij tres Soles viſi, Luna Chriſti cruci affixi imagine ſignata. Danubius mapalia, animantia & arbores di- C
luuio traxit, Veronæ Vincentiæ, Patauij fluuij adeò intumuere, vt magna pars agri, & vrbes pleræque ſub aquis latuerint, eluuione omnia inundante, Atheſij Alpibus Tridentinis ortus, qua Veronam mediam ſecat, & per agrum Ateſtinum, & latas Eridani paludes, ad Brũdulum in mare ſe exonerat, immenſo auctu prorupto ponte, ſtrage obſtantis molis refuſus, duo millia hominum, greges complures, & armenta obruit, ac merſit, prætoria & villas funditus euertit, annonam corrupit.

Sanguine pluit in Libonate oppido.

In oppido Libonate, quod eſt epiſcopi Buxenti, ſanguine pluit. Bruxellis armatæ acies in aëre concurrêre, tormenta diſploſa, brachia, capita, crura cæſa per vacuum volitarunt. Viſus gigas vtraſque acies repentino impeto fudiſſe, quæ oſtenta terribilis procella cum tanto fragore tonitruum ſequuta eſt, vt cœlum terra marique miſceri diceres. D

Prodigia in Suetia.

In Suetia annona in fœcunditate anni incanduit, Richbergerius vir opulentus, Dardanarius nequiſſimus, cùm annonam flagellaret, pauperesq; quibus nummi non eſſent fame conficeret, miſit ſeruum in horreum, qui patefacta porta vidit boues nigros triticum depaſcentes. Is rem refert ad dominum, & cum dicto moritur, alius ſpectatum miſſus refert ſues acceſſiſſe & pauperiem dare, & exanimis ruit. It dominus ipſe ſpectatum per timas, qui viſis animalibus varij generis paſcentibus in furorem agitur, & rabie afflatus perit.

Id temporis Cæſar ad Selimum menſam argenteam quatuor pedibus aureis ſedentem, ſedilibus in quadrum argenteo directis cũ armariolo argenteo magnifici operis, & 30 millia nummûm dona mittit. Dum in eo ſunt, Rex Sueuorum vt erat ira & vecordia præceps, à mente exit, & lymphaticus, ſui impos in vincula datur. Frater eius Dux Filandriæ, qui diu in carcere iacuerat, exemptis vinculis ad regnum euehitur. Sic in ratione fratrum fortuna E
luſit, vt alteri detracta vincula in alterum tranſiret. Is vt in regni arce fuit, cum Rege Daniæ pacem agitat, & otio publico conſulit.

Interim Albanus in Belgio inaudita ſæuitia graſſabatur, omnium fortunis, ac capitibus imminebat, in quem Carolenſis regulus, vir iniuriæ indocilis, inſidias ſtruit, Hiſpani omnes Bruxellis, & in aliis vrbibus ad cædem deſignantur, ſed re per conſcios indicata impetus euanuit, Albanus ſidente paulatim motu ſeueritatem intendit, Anciantium regulum ſecuri percutit. cui ſeptem alios opibus, & auctoritate principes, mox alios duodecim primarios viros ſanguine lætus addit; quos ſi fortuna belli abſtuliſſet æquiori animo Belgæ tuliſſent, nunc verò cùm leuis ſuſpicio omnium capita obnoxia habeat, extrema conſilia capienda putant. Quare animis ad defectionem pronis multa criminoſa, & aſpera in Albanum iaciebantur, vndique inuidiam augebant, quam cum ferre non poſſet, peruicacia, aut riſu exone- F
rabat, donec impetus famæ langueſceret.

Cùm in eo ſunt, magnas hoſtium copias è Germania ad Moſam fluuium contendere affertur,

A affertur, qui in monte Iura ortus apud Sequanos per Belgium decurrens, & Menapios alluens in mare occiduum irrumpit. Albanus imperat Sanctio Abulenſi, vt cum duabus Hiſpanorum cohortibus, & quingentis equitibus in hoſtem eat, cum quo ad Obtricenſe oppidum, Maſtrichum vocant, conſerta manu in Menapiis Germanus funditur. Ex hoſtibus mille quingenti cecidere, ex Hiſpanis quinquaginta. Capti Belgæ aliquot, ex quibus conſilia in Albani caput per tormenta expreſſa ſunt. Conuenerat vt ipſa die Paſchatis Albano expiandis peccatis attento, vis fieret, cœnobium vbi pietati attenderet, ſubiectis malleolis incenderetur, Hiſpani è flammis exſilientes armata manu circumuenirentur. Coniurationis capita Carolenſis, & Ritſacus Reguli. Germani è clade ſuperſtites ad Arauſionenſem ſe aggregant, cum quo robur exercitus erat. Animis exacerbati caſtella pleraque, & oppida vi capiunt. Mox Nicolaus Neoſtatenſis XIIII. vexillis peditum, duo-
B bus equitum, Ludouicus Naſſauuius decem millibus peditum, ac tribus equitum latè terrorem inferunt. Albanus mole belli ingruente vires in varia ſparſas recolligit, cenſa ſunt X. millia Hiſpanorum, XII. Germanorum, totidem Gallobelgarum, equites leuiores galeati ter mille. Ludouicus Vedemum, & Damum oppida mari finitima pugnando vicit.

Inter hæc Albanus cùm vndique litui, & arma ſtreperent, ſectionibus inſtabat, bona ſectæ proſcribebat, fiſco addicebat, vt ad rem faciendam, quàm ad bellum attentior videretur. Naſſouius leui prœlio in Buſateris ad pagum Etitemuerminum velitatur. Poſtridie Hiſpani pedites cum Germanis conſerta manu hoſtem fugientem impellunt, quos Naſſauuius ab equite imparatos conſpicatus, equitatum in eos ducit, vtrinque diu anceps pugna fuit, demum Hiſpani terga vertêre, ab equite cæſi, ſpoliati ſunt, quinque millia *Albanus bona ſecta proſcribit.*
C deſiderata, ſex bellica tormenta cum bellicis paratibus capta, pecunia ingens ad ſtipendia militum, omne cælatum argentum Aremburgenſis, qui & ipſe captus eſt, in poteſtatem hoſtium venit. Hiſpani manu capti in patibulum ſaliere. Quo nuntio efferatus Albanus in capita vinctorum ſæuit, Andelotum VVinglienum, & Turlonium Cocchium fratres Regulos Bamburgenſes, Hornæum, & Agamontium ſecuri ferit, eorum capita loco ſublimi publico ſpectaculo expoſita, bona ſecta, & in fiſcum rapta.

Agamontij vxor violenta luctu, neſcia tolerandi, anxia vltionis, non eſt victa in lachrymas, ſed doloris impatientia ſubito exanimata eſt, filia eius natu maxima, viro matura, forma conſpicua, preſſo gemitu ipſa ſe in gladium induit. Philippus Agamontij filios annuo reditu ſubleuauit, & eorum calamitati in parte conſuluit. *Agamontij vxoris, eiuſque filiæ mors.*
D Eo facinore tantum omnium odium in Albanum exarſit, vt vix ab eo Bruxellenſes manum abſtinuerint. Is tantum abeſt, vt aduerſo populi rumore ad humanitatem flecteretur, vt ex eo, quaſi lenitas in crimen eſſet, ſæuitiam intenderit, & Agamontij Amanuenſem quatuor equis in diuerſa nitentibus diſtrahendum, alios quatuor viuos flammis cremandos curauerit. His tam atrocibus ſpectaculis alij conſcientiæ ſtimulis acti, quidam vel ſuæ innocentiæ diffiſi, ne occultis delationibus circumuenirentur, cogerenturq́ per tormenta de iis fateri, quæ non patraſſent, vndique diffugiunt, & bona ſua prædæ eſſe, quàm capita ſpectaculo, & ludibrio malunt.

Tum verò Atuacuti, & Molduchij quæſtio Hiſpanica promulgata, populo fruſtra indignante. Didita de morte Agamontij fama Comitia Germaniæ Coloniam Agrippinenſem indicta ſunt, quæ vrbs in Vbiis Rheno impoſita eſt. Ibi proceres ſæuitiam Albani vet-
E bis onerant, Belgij excidium complorant, tot damna ſub exemplo illata, Belgas cædibus, exilio, finium damno perculſos, bonis euerſos, quæſtionem Hiſpanicam introductam, in capita Germaniæ principum indicta cauſa ſæuitum, omnes manu vindicandum pronuntiant. 30. peditum, 7. equitum millia decreta. *Atuacuti & Molduchij quæſtio Hiſpanica promulgatur.*

Interim ad Gueninguam à Naſſauuio obſeſſam leuibus prœliis cottidie certabatur, quorum tædio Naſſauuius per tubicinem Hiſpanos omnibus copiis, & tota belli mole ad prœlium vocat, illi in Albani aduentum rem differunt, & ſe intra munimenta tenent.

Interim Comes Vaſemburgenſis Burga vrbe ſuæ ditionis præſidiarios Hiſpanos exigit, à quibus mox per vim recepta eſt. Albani ad Gueningam aduentu Naſſauuius abruptis pontibus fuga elabitur, quem ſine equite Albanus inſequutus eſt Sobloteremum vſ-
F que, vbi Germanis, Britannis, Belgis confluentibus valido exercitu Naſſauuius auctus in aperta exit.

Albanus per Sanctium Abulenſem de hoſte cognoſcit, mox delecto ad pugnam loco cominus

cominus ſclopetis, & ſariſſis res geritur. Belgæ numero victi fugam arripiunt, multi ab A equite cæſi, plures paludibus hauſti, ſeptem millia amplius deſiderata, equites mille & quingenti capti, Nauſſauuius natatu Empedemum oppidum euaſit. Capta X V I. tormenta, X X. vexilla, decem pecudum millia, ineunte Sextili.

Inter hæc Galliæ ſectatij oratores Byzantium mittunt, qui factionem ſuam patrocinio Selimi permitterent, ei aditum in Galliam, & Germaniam oſtenderent, ſocia cum eo arma iuncturos ad Europæ excidium pollicerentur, maximè ad Romanum Pontificem, & Hiſpanum Regem è conſpectu tollendos. Reſpondit Selimus ſe cum regibus, & imperatoribus, non cum viliſſimis mancipiis, & perduellibus amicitiam inire ſolitum, excederent quamprimum imperio ſuo, ne extrema, quibus digni erant, paterentur.

Cùm in eo ſunt, Arabes à Turcis deficiunt, duoſdeuiginti Sangiaccos, Purpurato Damaſci dies dicta Byzantium ad Imperatoriam portam, quòd parum ſedulò in cuſtodia vigilaſſet, qui quia iudicio ſe non ſtetit, miſſus nuntius qui fauces eliderer. Ille præuertendum periculo ratus, cum duobus equitum millibus & quingentis peditibus ad Arabes transfugit, vbi ſummæ belli præficitur. B

Quo nuntio Selimus aſperatus, Ottomanum purpuratum Mempheos, Cairum vocant, bello cum ſummo imperio imponit, qui duodecim millibus equitum coactis, vbi copias hoſtium longè numero ſuperiores ſenſit, remque cum Alanis, & Mammaluchis validis gentibus gerendam, per literas Selimo rem indicat, qui aperta vi abſtinendum, oppida munienda cenſuit, quod res aliunde grauiores ad Tanaim vbi cladem acceperat vrgerent.

Tanais fluuius deſcriptus.

Is fluuius è Riphæis montibus ortus per Scythiam Europæam defluens, in Volgam C amnem, deuoluitur, mox ad meridiem longis flexibus incedens in Mæotidem paludem irrumpit. Volga rurſus in Hamaxobiis ad Tanaim reflectitur, vt inter hos duos amnes ſinus terræ anguſtus quatuor millium ſpatio intercipiatur, inde vario amfractu ad Caſſanum oppidum in mare Caſpium ſubit.

Hamaxobios vulgo Tartacos vocant, quibus plauſtra coriis tecta domos trahunt, dum pabulo pecoris magis, quàm aruo ſtudent. Selimus anguſtum illum terræ ſinum reſcindere aggreditur, vt duo amnes in vnum coeũtes aditum in mare Caſpium nauigiis aperirent. Ad eam rem 40. equitum, 40. operarum millia miſſa. Cuius rei nuntio commotus Cæſar Moſchus, octoginta equitum millibus ex inopinato Turcos opprimit tanta ſtrage, vt vix nuntius euaſerit.

Veneti fidẽ Selimi ſuſpectant.

Inter hæc Veneti fidem Selimi ſuſpectantes, indiciis perfidiæ licet premerentur erumpentibus, claſſem inſtruunt, Cyprum quam voto Selimi peti putabant, præſidiis muniunt, querelas Paricorum accipiunt. Ii erant infimæ ſortis homines, (cuiuſmodi Athenis Thetes, Theſſalis Peneſtæ, Arcadibus Pelatæ, Cretibus Claroti, Laconibus Mothaces & Ilotæ, Sicyoniis Catanacophori) Chriſti fide imbuti, de quorum capite & tergo nobilitas regio more ſtatuebat, filias arbitratu ſuo, vel viris elocabat, vel in pellices accipiebat, fortunis, & operis abutebatur, eoſque pro vilibus mancipiis habebat. D

Veneti cum nobilibus Cypriis egerunt, vt ij benignius haberentur, oſtendunt eos in confinio Turcarum eſſe, animos indigenarum amicitia vinciendos, non iniuriis irritandos, ne facilè cum hoſte conſpirent.

Cognito inter nobiles & plebeculam diſcidio Scanderus ſuperioris Myſiæ præfectus cum Diaſſorino Cyprio viro nobili, & aſtuto per literas de proditione agit. Is alios è primaria nobilitate ad partes trahit, quibus Venetum imperium offenſæ erat. E

Commeabant literæ notis ignorabilibus punctæ, in quibus formicæ, culices, veſpæ, araneæ & alia minuta animantia, expreſſa erant, quæ cùm à Venetis interceptæ eſſent, Diaſcorinus in vincula datur, tormentis ſubiicitur, quorum ille aſpectum non tulit, ſed rei ſeriem, & coniurationis ſocios indicauit. In eum & alios coniuratos capite animaduerſum eſt.

Erant in inſula quinquaginta amplius Pàricorum millia, latentes in ſinu hoſtes, quibus fortunam imperio mutari pretium erat. Vnicum oppidum munitum Famagoſta, Salaminiam veteres vocarunt. F

Id agebatur à Venetis, vt alia munitio indigenis opportuna, hoſtibus iniqua, & infecta excitaretur. Ceronia amœno, & ſalubri cœlo ad munitionem deſtinatur, magno rei

militaris

A militaris errore, quod hoſti vberem pabuli, aquarum, lignorum, & commeatuum op-
portunitatem præberet. Salinæ vrbs ampla, vbi olim fuit Citium, propugnaculis com-
modiores erant, ob nauium & annonæ appulſum, & quod is locus fodiendis cuniculis
ineptus eſt, quia aquæ dulces excauato ſolo ſtatim ſcatariunt. Ipſa Cyprus habet XII. vr-
bes, pagos mille, multa mapalia, in longitudinem 250. millia patet, in latitudinem
65. in ambitum 550. Diſtat à Cilicia quam ad Boream ſpectat, 60. millium, à Syria ad
ortum centum millium ſpatio. Ad meridiem Ægyptum habet, à qua 300. milliaribus
abeſt, polus 35. gradus ſupra orizontem erigitur, ſaccaro, vino, frugibus fœlix. Indi-
genarum 200. millia cenſentur, quorum dimidiata pars Francomatti, liberi agreſtes vo-
cantur.

Quinquaginta ſunt Paricorum millia Nicoſiæ, quæ primaria, & frequentiſſima ciuitas
B eſt, ciues ægrè ferebant ſuæ vrbis nullam à Venetis haberi rationem, in qua vniuerſæ propè
inſulæ exiſtimario, & opes agerentur.

Ea vrbs in vmbilico penè inſulæ ſitæ, Florentiæ non abſimilis, montibus vndique
cincta, ambitu, quinque milliaria complexa, munitionibus parum opportuna
viſa eſt.

Nicoſia deſcriptio.

Quæ cùm in Cypro fiunt, Albanus præfectis cohortium, ac tribunis Legionis Sardi-
niæ capita truncat, legionem vniuerſam per ignominiam dimittit, quod Aremburgenſi
noxia, & cladi fuiſſet.

In eius exercitu erāt 40. millia peditum, 7. equitum, in Arauſionenſis caſtris decem equi-
tum, 36. peditum millia, cum multo rei bellicæ paratu. In vexillis omnibus hic titulus fuit,
Pro lege, pro grege, pro rege. Aremburgenſes Naſſauuio partium ſtudio ſe dedunt, quadrin-
C gentos Hiſpanos, & aliquot Gallobelgas trucidant.

Interim in exercitu eius turbæ fuere, Germanis à Gallobelgis diſſidentibus, cui ſedando
attentus Arauſionenſis vulnus accepit, nec exitum inuenit, cùm ſpes amicorum, & tempus
fruſtra conſumeret, inopia conſilij: contra inſtabat Albanus, vir otij procax, animi ingens,
militiæ ſciens, qui tot hoſtium millia, imperitia ducis laborantia, quaſi ventus folia, aut
penicillum tectorium difflabat.

Ille omnes Moſæ fluuij aditus inſederat, ne hoſtis tranſmitteret. Quare Arauſionen-
ſis à pontonibus, & lintribus inops, depreſſiorem amnis ripam muricibus & tribulis
ab Albano ſtratam tentat, murices rapidus amnis lapſu in mare auexerat, ipſe fluuium
inoffenſo pede vadauit. Inde non procul à Tilmontio excipiendis quinque Gallorum mil-
libus, iterum amnem vadat, vbi Albanus extremo agmini inſidias ſtruit, alios tormentis
D laniat, pleroſque in amnem præcipitat.

Arauſionenſis cum copiis in collem euadit, vnde Hiſpanos tormentis fulminat. Tubi-
cen ab eo pro captiuis miſſus Albani iuſſu è furca pependit, quod contra fas gentium,
& militiæ ſacra factum. Inde lacero exercitu, malè mulctatus in Galliæ finibus, quò
fugæ propior ſe receperat, ferro, flammaque graſſatus eſt. Ei tamen tranſitus à Re-
ge Galliæ in Germaniam apertus eſt, ne miſerorum cladem oneraſſe vide-
retur.

Albanus Arauſionenſi pulſo in cædes & latrocinia ruit, profugorum bona proſcribit,
ſecat, ſub haſta vendit, & omnium odia in ſe trahit.

Id temporis funus curatum eſt, Caroli Hiſpaniæ Principis, & Eliſabethæ Reginæ,
quam prægnantem alij veneno extinctam, nonnulli dolore exanimatam eſſe aiunt. Apud
E reges ab antiquo ita mos obtinuit, vt ne affinium quidem ſanguine temperent, vbi regia
maieſtas agitur.

Funus Caroli Hiſpaniæ Principis & Eliſabetha Regina.

Anno ineunte 1569. varia portenta ſæculi labem, & calamitatem oſtentarunt. Venetiis
infans natus cum 4. manibus, & totidem cruribus. Noſſumbergæ de nocte lux clariſſi-
ma fulſit, quam teterrimæ tenebræ abdiderunt, tum cælum diſceſſit, in cuius hiatu crux
apparuit.

Id temporis Alphonſus Carretus Marchio finalis qui bello Pannonico ſtrenuam
operam poſuerat, in ſuum principatum, quo per iniuriam à Genuenſibus, maxi-
mè verò à ſubditis humanitatem eius, & benignitatem non ferentibus eiectus erat, Cæſa-
ris ſententia reſtitutus eſt.

Eo anno Selymum Arabes crebris cladibus affecerunt. In Britannia motus pro fide
F Catholica per Comberlanium, Nortumbrienſem, & Veſtmerlanium comites exciti, Re-
ginæ prudentia oppreſſi ſunt.

In Belgio verò Albanus eiectis hoſtibus, & ſopitis, vtcunque motibus, ad ſarcien-

dos belli ſumptus in quos 40. librarum auri millia abſumpta erant, decimam, & viceſimam rerum venalium, centeſimam prædiorum, & domorum inſtituit. Quæ res in tanta inuidia fuit, vt nouæ turbæ paſſim exorirentur, & res in neruum crumperent. A

Inquiſitio in Betica.

In Betica quoque aliquid turbatum eſt, cùm in ea Rex Philippus Inquiſitionem inſtituiſſet, cuius terrore ſex Maurorum millia in Frigilianum Beticæ regionis montem cum vxoribus, & ſarcinis refugerunt, quos Aloyſius Quexata Melitenſis militiæ in Hiſpania ſummus inſectatus munitióne quam exſtruxerant vi capta cædit. Duo millia periere, capti mille pueri, plures fœminæ, omne ſub haſta venierunt.

***

IVLII

IVLII CÆSARIS BVLENGERI HISTORIARVM

LIBER QVARTVS.

A DVM hæc rerum vice in Hiſpania fortuna tranſit Venetiis vnde maximi belli initia erant eruptura, variis portentis futuræ calamitates obnuntiatæ ſunt, ſi quidem ignis conceptus repente in quibuſdam pulueris tormentarij cadis, qui intra nauale in turribus marmoreis erant, tanto cum fragore, & ruina de nocte ſæuiit, vt ignitæ trabes ſublimes per aëra cælo ſudo, & ſereno ferrentur. Strepitus Patauium ipſum impulit 25. millium ſpatio diſſitum. *Incendium horrendum.*

Ea calamitas per Iudæos ad Selimi aures delata, & in maius aucta conſilium eius de Cypro inuadenda incendit. Eam inſulam Reſpublica Veneta plures annos iam inde ab exceſſu filij Reginæ Cornaræ, quæ patriæ hoc munus impenderat, inconcuſſa pace obtinuerat. Ottomanni quibus iura Soltani Ægyptij, qui Cyprum Ioanni Regi ereptam vectigalem effe-
B cerat, obuenerant, idem è Cypro vectigal quod Ægyptio pendebatur, aliquot annos exegerant, nec onus Veneti exuerant. Selimus malo ambitu, alieni appetens, rupto fœdere quod nuper cum Marino Cauallo legato Veneto percuſſerat, in Cyprum inuadere, eamq; in ſuas leges mittere animum induxit. Veneti de conſilio Selimi per Marcum Antonium Barbarum Conſtantinopoli Baiulum, ita oratorem vocant, moniti, crebreſcente expeditionis fama de ſcribendo exercitu ſeriò cogitant. Biremes in Creta ornari, Iacobum Celſum, curatorem exercitus, M. Quirinũ gurgiti præfectum, Sanctum Thronum biremibus coactis impoſitum ad omnes caſus præſto eſſe iubent.

Summum armorum imperium in Hieronymum Zanem conferunt, Ioannem Canalem alterum exercitus curatorem eſſe volunt. M. Quirinum in Cretam inſtruendæ claſſi deſtinant. Rumor inceſſerat Conſtãtinopoli clarigatorem, Chiauſſium vocãt, Venetias miſſum, *Zanes imperiũ armorũ obtinet.*
C qui Cyprum inſulam repeteret. Zanes ſummæ armorum præfectus. Kal. Martiis cum 40. biremibus portu ſoluerat, vt ad Zaram, Sclauonici maris oram legeret, vbi aliquot dies poſuit, dum vniuerſa claſſis conueniret.

Clarigator à Selimo miſſus exeunte Martio Venetias appulit, & pauca pro ſe præfatus, fiduciarias Selimi literas Duci, tum alias Mehemeti purpurati obtulit, quibus in Senatu recitatis barbari hominis faſtus omnium odium accendit, qui aliena pro imperio petens minas ſine vllius iuris præſcriptione intenderet, tum alteræ literæ Mehemeti purpurati lectæ, quibus eos vt imperata facerent pro amicitia monebat, ſi ſuis rationibus conſultum vellent. *Turci faſtus & arrogantia.*

Illi animis ad iniuſta poſtulata exarſere, fore rati, vt ſi in ea conſentirent, reliqua ſua ditione, via facta ex facili pellerentur, animos errore lentos contumelias diligere, qui veteres
D iniurias ferrent, inuitare nouas. Non modò ſuum hîc, ſed totius Europæ negotium agi, cui barbarus incubator immineat. Neminem è Chriſtianis principibus fore, qui ſe in communi cauſa non iuuet, in ſua iniuria omnes deſpici, obuiam prædatori eundum.

Vbi res in Senatu per aliquot dies in vtramque partem agitata eſt, vicit honeſtum, vtile poſtfuit. Reſponſum clarigatori à Duce, mirari patres fluxam Selimi fidem, qui nulla iniuria

læſus, procaciter & ex ſuperuacuo à pactis quæ nuper conuenerant, reſiliat. Satis ſibi vi- A
rium eſſe, vt temerarios eius auſus retundant, Deum iuſti amantem, à ſuis partibus fa-
ctutum.

Clarigator fiducia Venetorum, & reſponſo territus, è conſpectu abit, & ineunte Maio
Conſtantinopolim venit, vbi Selimus Venetos omnes carceri manciparat, cum quo Reſ-
publica, vt paria faceret Turcos omnes Venetiis in cuſtodiam dedit. Tantus ardor om-
nium animos inceſſerat, vt in belli ſumptus ſacer ordo, nobilitas, plebeij, inqoilini vltrò pe-
cunias conferrent, quę ad quadraginta ducatorum millia cenſę ſunt. Ex omni Italia Duces,
& milites affluebant, qui periculum appeterent, vt octoginta millia ſi ex vſu foret con-
ſcribi poſſent.

Inter hæc Petrus Loredanus Reip. princeps hominem exuit, cui ſuffectus Ludouicus
Mocenigus vir conſilio bonus, animis ingens. Dyrrachio impoſitus Sebaſtianus Venierus B
armorum imperium in eo tractu Paulo Orſino Mentanæ viro animi inuito, prudentię ſum-
mo creditum eſt.

Miſſus Romam Cardinalis Cornarus, qui cum ſummo Pontifice de belli rationibus
ageret, quem ita animatum repperit, vt ſua omnia Venetis aduerſus fidei hoſtes ex ani-
mo offerret.

Principes omnes Chriſtiani aduerſus Selimũ bellũ parat.

Rex Hiſpaniæ à Pontifice perſuaſus propugnacula, & arces in Sicilia, Apulia, Sardinia,
Corſica, & reliquis regni Neapolitani inſulis valido præſidio firmauit. Milites è Germania,
& Inſubribus Principis Auriæ triremibus Neapolim traducti.

Goleta, Galathen dixere, munitionibus inſtructa. Iuſſus Auria auxilio Venetis quinqua-
ginta biremes inſtruere. Pontifex ipſe (is erat Pius quintus vir ſanctiſſimus,) duodecim
biremes ſuo ſumptu viris & armamentis onauit, Marco Antonio Columna duce impoſito, C
idem decimis Clero imperatis pecunias quibus Venetis in Selimum, & Chriſtianiſſimo
Regi in ſectarios opitularetur, refecit, & largiter impendit.

Mox cognitis Coſmi Medices Florentiæ Ducis in fidem Catholicam officiis, quibus &
Turcos triremibus, & ſectarios in Gallia militibus infeſtos habebat, vt ceteris Ducibus tali
exemplo calcar adderet, eum Hetturiæ magnum Ducem renuntiauit, quem honoris titu-
lum ad poſteros propagari voluit. Corona regia ipſa Pontificis manu Romæ indutus eſt, in
cuius apice lilium rubrum vetus Florentiæ inſigne fuit, cum hac inſcriptione, Pius V. Pon-
tifex Maximus, ob eximiam dilectionem, ac Catholicæ religionis zelum, præcipuumque
uſtitiæ ſtudium donauit.

Inter hæc Veneti V. Kal. Iunias paratus bellicos in dies augentes 22. biremes, & duo ma-
iora nauigia Sforza Pallauicino, & Franciſco Duodo Ducibus Zaram ad Zanem ſummæ D
rei impoſitum ſummiſêre.

Idibus Iunij 188. biremes, vndecim maiora nauigia, & fauſta magnitudine & opere in-
comparabilis nauis, ab architecto Fauſto nomen ſortita, Hieronymo Contareno duce,
quatuordecim onerariæ naues à Petro Trono inſtructæ, ſeptem roſtratæ naues maioris for-
mæ, & plura alia minora nauigia Zoram conuenere. Summiſſi & Cyprum à Venetis, Du-
ces, milites, arma, commeatus, Hieronymo Martinengo duce, qui Famagoſtam & Nico-
ſiam coniunctis cum Aſtore Baglione copiis à vi defenderent. Actum Romæ de fœdere
cum Cæſare, & Philippo Hiſpanię Rege in Selimum cum Venetis ineundo, ſed Veneti vſu
docti ab eiuſmodi fœderibus alieniores erant, in quibus quiſque non publicis, ſed priuatis
rationibus conſulit, quiſque per nomen publicæ rei priuatas ſpes agitat. Veneti ab aliis vl-
tro iuuari volebant, ſed ſine fœdere, vt quiſque per ſe Turco incommodaret. E

Cùm diem de die ducerent, Philippi Regis iuſſu Auria cum quinquaginta triremi-
bus, M. Antonius Columna cum 12. Pontificiis Cretam appellunt, & ad reliquos ſe ag-
gregant.

Terræ motus Ferrariæ.

Id temporis Ferrariæ, terræ tremore 50. dies ventis per caua terræ citatis SS. Pauli, Do-
minici, Benedicti, Ioannis Baptiſtæ, templa collapſa, mœnia vrbis, & arcis, atrium Palatij ra-
tionum, conuulſa, ruina ſua vicina ædificia traxêre, montes aliquot rupti, tumulique ſe-
dere.

Mantuæ.

Mantuæ quoque terra mouit minore damno, quæ ciuitates paulo poſt ſuis opibus reua-
luere. Præfectus triremium Melitenſium littora freti Siculi legens, vt ſe cum Auriæ claſſe
iungeret bis monitus, vt malo caueret, in Vluccialis Turci numeroſas triremes incidit, à
quo clade accepta tribus biremibus amiſſis ad Gergentum, naue prætoria, quæ vna cladi F
ſuperfuit, fuga euaſit. Is Melitæ cauſa cognita capite mulctatus eſt.

Sub id tempus Carolus Borromæus vir ſanctitate conſpicuus cùm religioſi quidam
veſte

A veſte albati, quibus humiliatis nomen erat, pinguia ſacerdotia abuterentur,& in priuatis ædibus quiſque delitias faceret, huic morbo mederi inſtituit. Cùm eo animo eſſet vt eos reditus in ſacerdotes pietate & doctrina imbutos transferret, Præfecti Vercellenſis factione vir quidam impius ac iuteſtabilis, Cardinalem de geniculis precibus intentum plumbea glande petit, quæ in epomide linea, viro ſancto inuiolato, reſtitit. Comprehenſus percuſſor conſcios indicauit, in quos Dux Albucherquius Mediolano præfectus, fruſtra Cardinali ſupplicium deprecante, capite animaduertit.

Inter hæc Mauri Granatenſes in Hiſpania in vicina montium iuga facta manu euaſere, vnde prædas agere, ſubiecta vallium, adiuti ab Afris freto tranſmiſſo cædibus & igni vaſtare ſoliti. Datum negotium Ioanni Auſtriæ, & Duci Seſſio, vt eos aperta vi, aut ſi prœlij copia non fieret, penuria & fame perderent, quæ res Hiſpano milite dilapſo, ducibos aliB quot cæſis, fraudi fuit, donec omnia Maurorum cubilia, propugnacula, munimenta proruerentur, quibus euerſis in arcto fuere, inopia rerum omnium preſſi. Rex victoriæ certus Mantuam Carpetanorum, Madritum vocant, venit,vt Annam primogenitam Maximiliani Cæſaris filiam ſpetatam ſuam à Germania aduentantem exciperet, tum verò vt cum expeditionibus in Mauros tranſigeret, & trium annorum latrociniis magnum diem imponeret. Mauri omnes inopia & ægritudine ad vltima coacti ſunt, non ſine Hiſpanorum clade, quorum triginta millia amplius duorum annorum ſpatio per illa belli furta deſiderata ſunt. Eodem tempore ad Palmariam inſulam vnam ex Canariis, Iacobus Soria Normanus prędo nobilis, qui oceanum myoparonibus infectum habebat, & prædas in Angliam, & Rupellam conuectabat, incidit in claſſem Luſitanam, cui velificatio Braſileam erat. Is cognito nauigia inſtrumento bellico inſtructa eſſe, & victoriæ quàm pugnæ propiora, in altum ſe ſubC duxit, mox myoparones longius magno anfractu promouens, vnam è Luſitana claſſe, quæ iter occuparat, intercipit, in qua Ieſuitæ quadraginta. Poſt validum vtrinque prœlium nauem potitus, vt erat impius, ad vnum Ieſuitas trucidat, nec hoc ſcelere contentus, in ſanctorum imagines,& ſacras reliquias ſacrilegio graſſatur.

Apud nos eodem anno 1570. capto Mirano, Santonicis inſulis receptis, regij Rupellam corona cinxerant. Polinius Garda triremium præfectus, Maſſilia egreſſus cum triremibus Burdigalam ſine offenſione tenuerat, vbi remiges ſolutis vinculis, & milite cæſo, triremem vnam in altum egere, quo caſu mœſtus Polinius triremes duas Burdigalæ reliquit, cum quinque reliquis Retam inſulam, quæ ex aduerſo Rupellæ iacet, occupat, vt ea vrbs vndique circumſideretur. *Rupella obſidium.*

Interim Ioannes Sora maris prædo duas onerarias Venetas, quæ è Britannia ſoluerant D leges ſuas accipere cogit. Præda centum aureorum millibus indicata, 45. ænea tormenta capta. Prædationi honeſta ſpecies obtenta, quòd Veneti Regem pecuniis aduerſus ſectarios iuuiſſent. Lanouius cùm Broagium petiturus Tonæum ad Careutonum veniſſet, obuiam Polinij claſſem forte habuit, tribus biremibus incedentem, quarum vna cum Tonæo loco ſitu commodo capiendo, amnem ingreſſa eſſet, Lanouius ex improuiſo in appellentes impetum facit, qui ferè omnes cæſi, aut capti ſunt, cùm ſe triremis in tam anguſto alueo circumagere non poſſet. Polinius qui nondum militem in terram expoſuerat ſuorum clade cognita remigij ope ſenſim cedendo in altum ſe ſubduxit. Mox Lanouius Noallium, Maranum, Baſtiliam deditione recepit. Roaldus Landereus vir natalibus, & militia clarus Oleronenſes arenas 4. nauibus egregiè inſtructis inſederat. Municipium eſt arenoſo ſolo, à foſſa & mœnibus imparatum, vbi ſtatio nauibus eſt, ſinu ſe maris per anfractus & flexus E frangente, qui municipium corona cingit, quod à Lanouio vi captum prædæ fuit. Landereus è fuga retractus Rupellam abductus eſt.

Cùm in eo eſſent, Polinius aduolat & in ore ſectariorum, qui prædæ attenti erant, maius illud nauigium Veneris ereptum per manus Broagium abripit. Pigallarius Grauiam arcem ſitu & opere validam obſedit, in qua vnicus aquæ puteus erat, quæ alio incilibus à Pigallario euerſa exaruit, & obſeſſos ad deditionem coegit. Multæ vtrinque velitationes fuere, quæ ſilentio damnandæ ſunt.

Iterum pacis mentio refricata non proceſſit. Loëus Lucaris, quod municipium eſt, altero à Monpelio lapide, caſtrorum ſectæ præfectus, ex itinere feſſus,& ſomno cum ſuis indulgens, à Guitinerio Kal. Aprilis oppreſſus,& cæſus eſt. Varia vbique funerum facies,& imago mortis.

F Ad Nemauſum luſtratus pons admirandi operis Gardo amni, qui S.Priuati oppidum alluit, impoſitus. Is triplici fornice montes duos inter ſe nectit, vt aquæ Nemauſum tubulis ac formis ducendæ ſeruiat. Ad Auenionem ſectariorum equites in agmine durius accepti, *Pons Gardo amni impoſitus.*

quare malo docti peditem equiti miſcuere, vt alter alterius ope ſtaret. Ad Burgum item ſe- A
ctarij tormentis exuti ſunt, quæ mox à Mongomerio recepta ſunt, multa vtrinque cæde.
Periti pro vero habent, & tradunt, victum Colinij exercitum poſt cladem ad Moncontu-
rium, palabundum & vagum variis erroribus octingenta amplius paſſuum millia peragraſ-
ſe, ita vt pedites aut laboribus fracti deficerent aut afflicta valetudine ad ſuos ſe reciperent.
Cùm erroribus feſſi per Heduos flecterent, Arturus Coſſæus Equitum Tribunus XV Kal.
Quintiles anno 1570. ad S. Iuannis montem in Heduis caſtrametatus eſt. Habebat in exer-
citu 4. Heluetiorum, Sex Gallorum peditum, tria equitum millia, duodecim tor-
menta.

In Colinij exercitu duo equitum, tria peditum millia erant. Coſſæus in colle porrecto, &
ſyluis conſito aciem ſtruit. Sectarij Arnæo egreſſi caſtra in colle regiis oppoſito locant. Pri-
mus à regiis impetus factus, qui riuulum medium tranſmittere auſi fruſtra fuere, dein- B
de cùm equites pediteſque incubuiſſent æquis manibus abſceſſum. Sectarij tormentis
ex alto fulminantibus afflicti pedem retulere. Mox habiti de pace ſermones inducias pe-
pererunt.

Interim in Pictonibus Pitallerius, & Pigallarius cùm in Lanouij copias proſperis ſucceſ-
ſibus exſultantes incidiſſent, tantum terrorem hoſtibus iniecere, vt fruſtra retinente Lano-
uio, & fugam ſiſtente, vagi & palantes magna clade Rupellam ſe receperint. Mox Ad S.
Gemmæ caſtellum Pigallarius à Lanouio fuſus quadringentos ex ſuis amiſit. Ad Fonte-
naium Lanouius vulnere in brachio accepto perruptis oſſibus cùm gangræna ſerperet, bra-
chium ſibi incidi paſſus eſt. Diuerſa parte Monlucius cùm Bearnum duceret Rabaſtenium
vi cepit, obſeſſi in arcem refugere, ad quam ille ruina edita dum impetum facit, X. Kal. Sex-
tiles ſclopetti ictu malis, & naribus tranſactis, clam afferri ſe iuſſit, ne militi animos frange- C
ret, arce capta præſidiarij ad interneeionem cæſi ſunt. Ipſe ex vulnere conualuit, & domi
otium colens res ſuas militari manu in literas miſit.

Annotatum à curioſis nullam grauioris rei obſidionem à regiis explicatam, vbi vir ali-
quis princeps, aut militia clarus non occubuerit, obſidio Rotomagi Nauarrum, Aurelani
Guiſium, Nucidani Briſſacum, S. Ioannis Angerani Martigium, Rabaſtenij Monlucium vi-
ros bellicis artibus illuſtres abſtulit.

Paci leges dicuntur. Poſt tam crebra, totieſque repetita Franciæ funera, collapſis tædio ducum animis Ger-
manis defectionem, aut turbas in exercitu meditantibus, tandem ſexto Idus Sextiles de
pace inter partes conuentum, paci dicta lex, vt præteritorum memoria obliteraretur, Ca-
tholica religio in omnibus vrbibus inſtauraretur, licentia credendi pro libidine cuique da-
retur, concitiones ſectæ aula & Lutetia excluderentur, in aliis vrbibus liberæ eſſent, & cætera D
alia quæ hodieq; in Galliis obtinent. Vt res ſectariis in vado eſſet, quatuor vrbes ipſis attri-
butæ, Rupella, Montalbanum, Cognacum, & Charitæum, quas Nauarrus, & Condæus poſt
biennium ſe reſtituturos iurati fidem interpoſuerunt. Tum demum poſt fœdam hyemem
ſudum exiſtere viſum, nec ſpem modò ac votum publica ſecuritas, ſed ipſius voti fiduciam
ac robur aſſumpſerat.

Regis nuptiæ. Regi nuptiæ in cura erant, eoque conſilio Meſeriam ad Moſam vſque proceſſerat, præ-
miſſis Andiuo & Alenſonio fratribus, cum primaria nobilitate, qui pactæ aduentanti ob-
uiam irent.

Ea Sedani honorifice à Roberto Marciano Builionij Duce excepta, deinde Mezeriam
deducta, vbi regia magnificentia à Rege excepta, in cuius manus à Treuirenſi epiſcopo ſe-
ptemuiro ritu ſolemni Maximiliani Cæſaris nomine conſignata eſt, Rex Eliſabetham eo E
ſe loco habiturum, qui Cæſaris filiæ, Regis Chriſtianiſſimi vxori debetur oſtendit: omnia
cantu & tripudiis perſonabant. Conuiuia, feſtiuitates, haſtiludia, nocturnæ comeſſationes
frequentatæ, vrbes antea ſollicitæ lætæ agebant. Miſſæ ad Regem è variis Europæ partibus
legationes quæ gaudio fungerentur. Principes Condæus, Monpenſerius, Guiſius, Colinius,
& ipſi contractis nuptiis oris connubialis hilaritatem induerant. Omnes inter pudicas aman-
tium choreas hianti oculo oberrabant, & cum vaga quadam allucinatione curarum om-
nium fallebantur, & laborum.

Terræ motus Lugduni. Id temporis Lugdunum valido terræ motu quaſſatum. Rhodanus præter ſolitum intu-
muit, & hibernum increpuit, vſque adeò vt aluei oblitus mœnibus conuulſis, diluuium in
vrbem immitteret, vltimamque perniciem minaretur. Agri eluuione maduere, pontes diru-
ti, villæ torrente fluctu abreptæ, ſtrages ingens arborum facta, ipſa etiam armenta trahe- F
bantur.

Inter hæc Regina Angliæ quæ ſuperiori anno Romæ menſe Martio per Pontificem hæ-
reſcos

A reſeos damnata erat, hoc anno Londini dolorem hunc oculis hauſit, vt feſto die corporis Chriſti in fronte maioris Eccleſiæ nomen ſuum Pontificia bulla proſcriptum, diriſq; deuotum cerneret, Ioanne Feſtone faciente, adminiſtro Philippo Rotario natalium ſplendore claro, qui Reginæ à conſiliis erat. Felto criminis manifeſtus capite luit, Petrus Berga Catalaunus, quo incentore bulla vulgata erat, fugam expediit.

Id temporis Thomas Perceus Comes Nortumbellanus qui tutum in Scotiam ſuffugium ſperabat, è fuga retractus de vita, quàm de fide Catholica demoueri maluit. Carolus Veſmerlandius qui in eadem cauſa erat, in Flandria extra noxam fuit.

Eodem anno in Scotia nobilitas, quæ Reginæ Mariæ apud Eliſabetham Angliæ Reginam captiuæ partes fouebat, peracerbe ab Anglis habita eſt, in primis Hamiltonij fidei Catholicę retinentiſſimi peſſimè accepti, quorum oppida, & arces à Comite Suſſexio vaſtatæ,
B Rupes Moſſena vi capta, Rupes Feruhuſta, & reliquæ Hamiltoniorum arces, à Ioanne Foſtero XIII. Kal. Maias incenſæ, obſeſſa eſt arx Humea opere & ſitu munita, quam præſidiarij omnia ſalua pacti dedidere, Caſtellum Hamiltonium odio nominis igne conflagrauit.

Ineunte Auguſto Suſſexius Annouam arcem Baronis Hariſij Reginæ Mariæ clientis euertit, tum verò arces Hudinam, Chendiam, Donfrienſem, pagos Cunilſium, Putrachiũ, Carlauorachum, ferro & igne deleuit, quas ſtrages cùm Carolus nonus Galliæ Rex dolenter acciperet, eoq; animo eſſet, vt Reginæ Mariæ patrocinium ſuſciperet, Eliſabetha Angla in ſpeciem imperum ſuſtinuit, & poſitis armis paulo mitius cum affine ſua Maria egit.

Interim à Pontifice diligenter actum cum Maximiliano Cæſare, vt in fœdus cũ reliquis nomen daret, Turcamq; in Hungaria bello laceſſeret, quod ille præfractè abnuit, ne in ſe
C lunam hanc detraheret. In Belgio verò pace parta, id maximè Albanus egit, vt ſumptus belli nouis vectigalibus ſarciret, vt ius integrè per ciuitates & oppida diceretur, & in eos qui iudicia per gratiam, aut auaritiam corrupiſſent animaduerteretur.

Ioannes Spelus quia iuſta, & æqua minus capeſſere viſus, Bruxellæ in furcam actus eſt III. Idus Febr. aliquot ex operis eius virgis cæſi exularunt. Idem Albanus à Philippo Rege expreſſit, vt præterita obliuione delerentur, & venia data omnes otium colerent.

Concilium Tridenrinum eius opera promulgatum, arces & munitiones frẹnandis rebellibus Antuerpiæ, Groningæ, Valencianæ, oppidanorum ſumptibus exſtructæ, in res venales quæ ad victum non facerent vectigal decumæ impoſitum. Valencianæ Germani pedites quibus ad diem ſtipendia non repræſentabantur, in turbas iere. & Albericum Lodronium cohortis ſuæ tribunum, cum aliquot delegatis vinctos in cuſtodiam dedere, donec ſtipen-
D dia procederent: qui cùm in Germaniam prẹda onuſti flecterent, loco inſidioſo ab Hiſpanis equitibus, & Lodronio intercepti, ſeditionis capita tradidere, in quæ Antuerpiæ, vt ceteris documento eſſent, publico ſpectaculo vindicatum eſt.

Concilium Tridẽtinum promulgatum.

Eo anno cùm immota, aut modicè laceſſita pax eſſet, aliunde labes facta. Kal. enim Nouembr. per aliquot dies óceanus immenſum aucto mari, & vento gliſcenti ſic intumuit, vt Zelandia, Holandia, Friſia, Brabantia pleraque ſuperfunderetur, pagi aliquot infeſto gurgite hauſti ſunt. Scaldis fluuius repentino auctu prorupto ponte ſtrage obſtantis molis refuſus armenta, ſata, ſpem anni, in præceps rapuit, mœnia Antuerpiæ, propugnacula, ædificia priuata & publica, in quibus variæ merces, ruina traxit, vnde inſequuto anno inopia facta, annona incanduit, & fructibus graue pretium infœcunditate factum.

Inundatio maris in Zelandia, Holandia, Friſia, &c.

Sub id poſt diuturnas & graues bellorum iniurias inter Ioannem Suetiæ, & Federicum
E Daniæ Reges adnitente Maximiliano Cæſare pax coalita. Multæ leges paci dictæ, quarum vna fuit, vt cùm Rex vterque inſignibus ſuis tres coronas adderet, quibus Suetiæ, Daniæ, Noruegiæ regna in vnum conueniſſe ſignificaretur, lis ſuper ea re arbitrio Cæſaris, VII. viri Saxoniæ, VII. viri Brandeburgi, VII. viri Palatini, permitteretur, quandiu lis in pendenti eſſet, tribus coronis vti pro inſignibus vtrique integrum foret. Altera, vt Rex Daniæ regnum Suetiæ à ſe abiudicaret, Rex Suetiæ regnum Noruegiæ, Gotlandiæ, Schondiæ, Hallandiæ eiuraret, & vtrinque res raptæ reſtituerentur. Nauigatio ad Nauram vtriuſque regis ſubditis libera eſſet. Captiui vtrinque citra pretium redderentur, exules in integrum reſtituerentur. Picta, ſcriptáne quæ alterutri infamiam, flagitiúmne facerent delerentur. Rex Suetiæ 150. millia talarium intra duos annos Regi Daniæ penderet, & cetera talia quæ hic adſcribere nihil attinet.

F Id temporis Ioannes Baſilius magnus Moſchouiæ Dux fratrem, à quo ſibi metuebat, è medio ſuſtulit, vxorem eius nudam ad equi caudam illigauit, & per vicos raptatam vir animi atrox fluuio merſit, Meſſoiedum, & Serebinum illuſtri loco natos capite truncauit. No-

Moſchouiæ Dux fratrẽ necat.

nem Polonos è primaria nobilitate captiuos manu ſua trucidauit, mox centum amplius per A
ſatellites artuatim lancinauit. In foro rerum venalium diram tormentorum ſpeciem exhibuit, quibus pleroſque nobiles Moſcos excarnificauit, in quibus regni Cancellarium Ioannem Michaelem Vieniſcottatum è furca pede ſuſpenſum aulicis ſuis aliqua corporis parte mutilandum tradidit, cui cùm ex epiſtolaribus vnus ante alios miſericordia ductus veterum abſcidiſſet, vt vno vulnere ſtatim animam ageret, offenſus Baſilius eum ad necem deſtinat. Mox tres alios amanuenſes, & largitionum comitem laceratos omni cruciatu necauit, & eodem die ducentos alios nobiles quæſitiſſimis pœnis ſubdidit, cùm in arcem rediiſſet, vxorem Comitis largitionum immani laniena diſcerpſit, vir quauis fera truculentior, qui nouis intemperiis actus triduo poſt totidem è præcipua nobilitate tormentis ſubiecit, eorumque vxores fluuio merſit.

Algieri Rex Tuneti Regem delet.

Dum hæc ad ſeptemtrionem peccantur Vlulcialis Rex Algieri iuſto prœlio collatis ſignis Regem Tuneti deleuit, qui fuga cum vxore, & filiis Goletam euaſit, & Tunetum ac B
Biſertam, Vticam vocarunt, Vlulciali in prædam reliquit.

Almaratũ ædificari cœptum.

Selymus cùm Adrianopoli valetudinarium (Almaratum dicunt) regio luxu ædificandi impetum cepiſſet, quod annuis reditibus dotaretur, qui non ex ærario publico, ſed è prouinciis nuper ſubactis tradito genti more alendis ſacerdotibus œconomis peregrinis omnium gentium, ægrotis, mendicis, ſenibus, viduis, pupillis, reficerentur, animum ad inſulam Cypri vberem & copiis affluentem, adiecit. Ea tentatio in manu eſſe viſa quod Veneti ſuperiori anno penuria annonæ conflictati erant, & armamentarium incomparabili damno deflagrarat, vnde apud eos res naualis laborabat. Hortator ad bellum erat Muſtapha magno natu militiæ magiſter (Baſcham vocant) cuius maxime opera fratri Baiazetho cum victoria regnum eripuerat. Dehortabatur Mehemetes Primouiſirus, cuius conſilio flocci habito C
Selymus Idib Ianuarij anno 1570. duas Venetas naues, Balbam & Bonaldam in cornu Byzantij, Peram vocant, retinuit, bello per clarigatorem Venetis indicto, quos per Dalmatiæ, Macedoniæ, & Epiri Sangiachos bello primum appetiit, Amurathem Raiſem exeunte Martio Rhodum cum 25. triremibus miſit, vt aditum Cypri Venetis auxiliatibus obſtrueret.

Pialius in Venetos Cõſtantinopoli emiſſus.

Mox Conſtantinopoli Pialius militiæ magiſter cum valido exercitu emiſſus, qui Nigroponti Abantidem & Chalcidem vocant, aliquot dies commeatibus expediendis moratus, Rhodum iter capeſſit, vnde copias cum Alio militiæ magiſtro coniunxit, qui Conſtantinopoli 15. Kal. Iunias 36. triremes, 12. myoparones, ſex roſtratas naues, duas illas Venetas Galeonem viſiri Mehemeti, octo Maones, 40. celoces, plures caramuſſalinos, quibus numeroſa tormenta cum inſtrumento bellico vehebantur, eduxerat. Muſtapha bellandi vetus, D
militiæ magiſter, ſummæ belli præerat, Pialius Tinen flamma vaſtauit, mox Cyprum ſociatis conſiliis pergunt, vbi exſcenſione facta Kal Iuliis equites aliquot Alexandriæ capros ſpeculatum præmittit, qui cùm per varias fallendi artes longius penetraſſent, in ſtratiotas equites inciderunt, à quibus fugati, & cæſi ſunt. Inde breui circuitu ad Paphum appulere, vbi emiſſarij aliquot præmiſſi cum clade in claſſem à ſtratiotis compulſi, duobus ex eo numero captis, qui per triumphum Nicoſiam ducti ſunt.

In eo grauiter à Venetis peccatum aiunt, quod Turcis exſcendentibus aditus faciles dedere, nullos qui littora portuſq; præſidio tenerent, qui hoſtes appulſu prohiberent, qui manum in locorum anguſtiis conſererent, qui tormentis erumpentes obtererent prouiderant. Militiæ flagitium fuiſſe dicebant, quod inſulanos animis & robore validos ante prœlij periculum in arces & munimenta, velut in carceres compulere. E

Cypri inſulæ deſcriptio.

Exſcenſio facta eſt Salinis, nullo prœlium auſo, cùm Turci paſſim hoſtilia facerent. Cyprus in ſinu mediterranei maris, quem maximũ Aſia recipit, prope media ad occaſum, ortumq; obuerſa, tecto iugo inter Ciliciam, Syriamq; porrigitur. Ingens, vt quæ aliquando nouem regna ceperit, in quibus clariſſimæ olim vrbes, Salamis, & Paphos quò primùm ex mari Venerem egreſſam accolæ pro vero habent: lata eſt à ſeptentrione in meridiem 66. millia paſſuum, longa ducenta, in ambitum ſex millia habet. Forma velleri reſpondet. Ea Ptolemæis ad Catonis ætatem paruit, poſtea Romanis, mox Conſtantinopolitanis, demùm Anglis, Templariis equitibus, Luſinianæ genti apud Gallos illuſtri, poſtremo Venetis dono Catharinæ Cornariæ Luſinianorum hæredis.

Erant in inſula duæ principes ciuitates obſidioni pares, Nicoſia, & Famagoſta. Nicoſia regni caput in media inſula ſita, mare, Ciliciæ (Caramaniam vocant) proximè attingit, olim F
Leucaria dicta vel Tremithus manu & ſitu munita, pleriſque propugnaculis à Iulio Sauorgnano additis, vt cum Turcis para faceret, qui Protonemorem inſulam Cypro ex aduerſum

A ſum poſitam munitionibus firmabant. Sauorgnanus muniměta vndecim regalia exſtruxe-
rat,in quorum ſingulis mille milites curare poterant. Ad ortum in extrema inſula quæ folio
mali aurei abſimilis non eſt,Famagoſta viſitur,olim Tamaſſus, Arſinoe, vel Salamis dicta,
maximum Cypri emporium Syriam ſpectans, portus ad Septentrionem vtraque Syrti at-
tingitur,arce valida muniens,ſtatio nautis fida, & ventis impenetrabilis, vrbis ambitus 12.
paſſuum millia complectitur, forma quadrata, 13. turribus pollens, vno per circuitum
propugnaculo. Ad meridiem armamentarium eſt,& Limiſus,tertia turris ad mare pertinet,
cæteræ ad occaſum & Septentrionem variis nominibus ſignantur. Veneti eò duo millia pe-
ditum auxilio ſummiſerant, nimis ieiunè ad tanti belli molem. Præerat inſulæ Nicolaus
Dandulus nobilis Venetus, Aſtor Baglionus,belli,armorumque ſciens, Eugenius Synclíti-
cus Rochaſius Comes, equitum magiſter, à quibus iterum peccatum aiebant, quòd igni
B quantum per agros commeatuum fuit,non corruperunt, vel quod conſultius erat, in arces
& munimenta firmi operis non comportarunt. Nicoſiæ reperti vndecim duces bello ſtre-
nui,mille trecenti milites Itali, inſulanorum tria, oppidanorum duo millia, exiguo militiæ
vſu, tria nobilium indigenarum millia, ſeptingenti villatici armorum vtcumque gnari,
quingenti ſtratiotæ equites, plures alij pedites, & equites, quorum in vniuerſum nu-
merus ad 12. millia cenſus obſidioni vel grauiſſimæ par, ſi bellorum vſu valuiſſent.

Interim rei naualis duces ab opere non feriabantur. Petrus Piſanus mandatu Antonij *Capoceſta*
Canalis exercitus curatoris Capoceſtam ab hoſtiũ iniuria vindicauit. Ad Rigoſniſſam pa- *ab hoſtium*
gum rupi præruptæ impoſitum, centum prædatores Turci,qui fœminas indigenas interce- *iniuria vin-*
perant, à Petro Piſano re cognita ad internecionem cæſi ſunt. Aliorum excurſiones à Ioan- *dicata.*
ne Leggeo Dalmatiæ curatore,& Iulio Sauorgnano, penès quem armorum imperium erat,
C compreſſę,Semonicum ab Hieronymo Contareno notho Turcis proditum, à quibus poſt-
ea,vt oportuit, occiſus eſt. Alexander Donatus Antinato impoſitus,ex improuiſo Rebro-
nadum vi captum,& Valueſſam prouinciam, quæ à Venetis defecerat,igne perdidit. Seba-
ſtianus Venierus Corcyræ curator de intercipiendo Soppoto, Ceſtriam vocarunt, conſi-
lium cepit.

Ea in Epiri littore arx eſt in ſupercilio montis vndique rupibus arduis clauſa, (nonnulli *Ceſtria deſ-*
vetus illud Hecarompedum Chimęræ eſſe volunt) neque foſſa, neque munimentis,aut ag- *criptio.*
gere cincta, ſed ſitu firma, quò nullæ machinæ fulminandę arci comportari poſſent. Infra
pagus eſt, in quem incendium immiſſum: ad mare collis fuit, vnde verberatio commodè
proceſſit, ruina edita, cùm in eo eſſent,vt impetus fieret,ſcalæq; à tergo rupi quæ pro mœ-
nibus erat admouerentur, præſidiarij 300. animis victi per ſilentium noctis fugam expedi-
D uere. Milites citra pugnam arce potiti prædam fecere, Venierus arci Manolum Murmu-
rium impoſuit,ipſe procurator Diui Marci abſens creatus eſt.

Inter hæc lues in exercitu graſſata res Venetorum afflixit,tum inter Zanem,penes quem *Lues in e-*
ſummum armorum imperium erat, Sphortiam Pallauicinum, & Sopracaſtaldum(quæſto- *xercitu Ve-*
rem veteres dixere,) rixæ exortæ omnia peſſum dedêre. *netorum.*

Eodem tempore cùm Quirinus Creta ſoluiſſet, vigintiquatuor triremibus auctus Ceri-
gum Cytheram vocarunt, venit, vbi cognito Turcos ruinas Cherſapoleos munitionibus
firmaſſe,vt ad promontorium Xenarum in Laconibus, portum obnoxium haberent,& La-
conicos magnates, qui excuſſo iugo proximè libertatem agitabant, infeſtarent, Laconum
auxilio tanta feſtinatione arcem obſedit, vt 140. hoſtes duobus tantùm ex ſuis deſideratis,
obtruncarit. Sexaginta qui turrem fuga tenuerant, cùm ſe fidei Quirini permiſiſſent, ad
E remum dati ſunt. 33. tormenta in arce reperta, & in naues illata. Puluis tormentarius do-
liis clauſus dum à milite diripitur,concepto fortè igne milites aliquot hauſit. Arx ſolo com-
planata eſt pridie Kal. Iulias. Sfortia Pallauicinus Margaritinam arcem munitiſſimam cum
50. triremibus irrito ictu tentauit. Cùm peſtilens annus in claſſe graſſaretur, in remigio ſar-
ciendo, & ſociis naualibus ſupplendis plurimum laboratum. Tandem exeunte Auguſto
Marcus Antonius Columna,& Andreas Auria 40. Philippi regis triremes,& 12. Pontificias
in Amphimalli ſinu, qui nunc Sudæ portus eſt, cum Zane claſſis præfecto coniunxere, eo
animo vt proximè Cyprum cum hoſtium claſſe confligerent.

In exercitu Veneto fuere 181. liburnicæ, vndecim roſtratæ maiores, 7. aliæ naues, vnus
Galeo. Primam aciem duxit Marcus Quirinus cum decem triremibus,quæ reliquę claſſi ad *Claſſis Chri*
10. milliaria explorandis hoſtibus præirent. Mediã aciem regebat Zanes,in qua 132. trire- *ſtiana deſ-*
F mes,vltimam clauſerat Saurus Thronus biremibus coactis impoſitus. Auriæ dextrum cor- *criptio.*
nu attributum, Franciſco Duodoni commendatæ vndecim roſtratæ. Milites in triremibus
Pontificiis mille & centum cenſi,in Hiſpanicis mille quingenti,in Venetis nouem millia ar-
matorum

matorum, & ſexcenti volones nobili loco pleriqne, quibus religionis ſanctitas animos A
faciebat.

Turcicæ claſſis deſcriptio.

Diuerſa parte Muſtapba Cyprum ingreſſus,ſex equitum millia, totidem Iannizerorum,
& eentum millia peditum expoſuerat. VIII.Kal.Auguſti,quingenti equites Famagoſtam
miſſi,qui itinera auxiliis intercluderent, ab Aſtore Bagliomo, cuius fortunæ ac prudentiæ
cuncta patebant,profligati ſunt. Crebræ velitationes fuere,in quibus ſupra cæteros Cæſaris

Piouenij virtus.

Piouenij virtus enituit, cuius conatus omnes placido itinere incedebant. Is ad Leſcaram
munimenta hoſtium euertir, quadringentos cecidir, & in reditu quingentos plus minus
Turcos,agmen captiuorum,& vberem prædam trabentes occidione deleuit. Duo ſoli fuga
euaſere,nemine è ſuis deſiderato.

Biduo poſt digreſſum è Salinis,obſidium Nicoſiæ cœptum, miſſa tormenta cum aliquot
legionibus,in quas ſi de ſententia Palatzij ſtrenui ducis eruptio facta eſſet, victoria in manu B
erat. Muſtapba,cui belli ſumma credita,ad montem Mandiã caſtra poſuit, vbi præter ſpem
multos puteos vberi aqua effodit. Ad S.Daueniæ pagum equitatui ſtatio attributa, Aglan-
giam,& Atlaſſam reliquus exercitus inſedit.

Muſtapha munitionem ab ortu ad Potamum amnem ducentos amplius paſſus ſecun-
dùm propugnaculum cognomento Podacatharum produxit, citra ſuorum cladem, qui de
nocte tantùm operi inſtabant. Ea tamen munitio in irritum cecidit, quod ad ruinam mœ-
nia non paterent,quare ad fanum S. Georgij Mangannæ in colle alium aggerem exſtruxit,
vnde verberatio fieret, mox inter meridiem & ortum tertium addidit in monte Margari-
tæ, quibus quartus in medio monte Madia veluti cumulus acceſſit, quæ tentatio cùm fru-
ſtra procederet, foſſas duxit ad mœnia veteris vrbis, vnde quatuor alia munimenta ſtructa
à Podacatharo in ambitum ad Conſtantiam, Dauilam,& Tripolim,valida vrbis propugna- C
cula,quæ quatuor totos dies perpetua fulminatione verberata ſunt: cùm pulſatio non ſuc-
cederet,cuniculis agendum rati,aggere terræ quæ rutris & martis eruebatur ad mœnia foſ-
ſas opplerunt, quibus eruptione facta obuiam iri potuit, & opera diſturbari.ſi præſidij dux
ſatis audentiæ habuiſſet, qui vbi conſilio vincebatur, ad ius imperij tranſibat. Bis impetus
ad ruinam factus,bis magna hoſtium ſtrage fractus eſt. 15. Kal. Septembris Piouenius ſub
meridiem, quo tempore Turci diem inſititio ſomno per nimios ſolis æſtus diffindebant,
eruptione facta in Turcos tanta vi impetum facit,vt latè fuga creuerit,& cæſis hoſtibus ali-
quot tormenta clauis infixis corrupta fuerint. Præfecti præſidij ignauia, qui equitatum vi-
ctoribus ſubduxit,victoriam infregit. Turci animo collecto ad prœlium reuerſi egreſſos in
vrbem compulere.

Piouenius à ſuis deſertus in manus hoſtium venit. Ex eo die nulla eruptio facta eſt, om- D
nes in vrbis cuſtodia vigilarunt.

Cùm Turci incurrerent mala granata pice, & ſulpbure ſtillantia, ollæ bitumine incenſæ
volabant,longi ductus pulueris igniarij multo circuitu flamma concepta proximos quoſ-
que inuoluebant,poſt munimenta foſſæ ductæ,quibus irruentium impetus ſideret gliſcente
in dies fama de claſſis Venetæ aduentu Turci maturandum rati ad 4.munimenta (baloar-
dos vocant) vno tempore coniunctis copiis impetum faciunt. V. Idus Septemb. Muſtapha
duxit ad propugnaculum Dauillæ, Alius munimentum Tripoleos,Muſafer Conſtantiam,
Scander Podacatharum ſimul inſiliunt.

In Podacatharo plus operis fuit, vnde oppidani labore victi exceſſerant, vt medicinam
ſomno peterent. Audito laborari ad eum locum, iamque Turcos ſumma valli capeſſere,
aduolat nobilitas,Ronconius vrbi præfectus,tribunus cohortis Palatzius,Petrus Piſanus,& E
alij pleriqne quorum virtute pugna diu in æquo ſtetit, ſed nouis ac recentibus in feſſorum
locum ſuccedentibus,Turci conualuere,obſeſſi numero imminuti, vulneribus obſiti, cor-
pore defecto ſenſim pedem referre, contra inſtare Turci, vrgere, glandibus ferreis, ſariſſis
vmbonibus obuios proturbare, cædem facere, nobilitas omnis in veſtigio cecidit. Comes
Eugenius Rochaſius,Collateralis cum tribus fratribus. Ronconius, Palatzius, Piſanus, viri
omnes immortalitate digni, animis inuicti reliquias ſpiritus ac ſanguinis fidei Chriſtianæ
dedere.

Ad Conſtantiæ propugnaculum tota belli moles incubuit,vbi obſeſſi ſpe vndique abru-
pta,non de vita paciſci,ſed in obuios incurrere,ferire,fortiter manu facere, pugnantes oc-
cumbere,cuneos perrumpere,ne inulti caderent. Pari virtute ad cætera propugnacula cer-

Conſtantiana clades.

tarum,donec vndique circumuenti ſpiritum virtuti reddidere. Iam octaua diei hora ceſſe- F
rat, cum multis in vrbe locis certamen adhuc crudeſceret,viæ ſanguine fluebant, propu-
gnacula,foſſæ,viæ,domus cadaueribus ſparſæ,cùm Muſtapba immiſſo equitatu per tubici-
nem

Digitized by Google

A nem proclamari iubet, iis vitæ gratiam fieri, qui vltro arma abiicerent. Supra quindecim millia iam occubuerant. Turci ad prædam conuerſi tantum auri, argenti, opulentæ ſuppellectilis repperere, vt ſinum quiſque, ſi minùs animum expleret: animi tamen auaritia ægri non facile acquieſcebant, obuia ſpernentes, abdita ſcrutabantur, ſubruebant ſolum, euertebant humum, intima ædium rimabantur, ſi qui theſauri fortè in operto eſſent. Dandulo legato in pugna occiſo Muſtaphæ iuſſu caput abſciſſum, & Cerauniam, Cerinum vocant, in haſtæ mucrone tramiſſum, vt terror præſidiariis fieret.

Alphonſus Palatzius ſpectaculi horrore animum deſpondit, & aduerſus præſentem fortunam mollitus, res ſaluas paciſcitur: milites occupantibus faciles, & melioribus incurioſi, quibus obſidij labor animos fregerat ad pacta deſcendere. Venetiis in eos capite vindicatum.

B Nicoſiæ victor ſacra, prophanaque perinde habuit. Virgines Deo ſacræ imminutæ, matronis pudicitia fœdatá, pueris pudor extortus: quod in vrbium excidio vltimum eſt tentatum. Incolæ vtriuſque ſexus ad ſexaginta millia in vrbem confluxerant. Infantes bimi, trimi, quadrimi exitio traditi, reliqui ſeruitio mancipati, fœminæ ſub haſta veniere. *Nicoſiæ excidium.*

Inde Famagoſtam Muſtapha ducit, & deditione per tubicinem imperata, Dandoli caput oſtentui fuit. Baglionus vrbis præfectus dies rerum verbis terendos eſſe negat, ipſe eruptione facta hoſtes aperta vi cædere, vel inſidiis carpere, vultu corporis, manuque conſpicuus. De nocte exigua manu egreſſus tanto impetu in hoſtes impreſſionem fecit, vt ad duo millia cæſi ſint, in quibus duo Sangiaci.

Triduo poſt tres fratres Rondachij præfecti, qui Nicoſiæ excidio erepti in tutum euaſerant, eruptione facta centum amplius Turcos occidere, 25. armis & equis exuerunt. Muſta-
C pha tot cladibus æger, vt obſidionem vrgeret 4. propugnacula ſubſtruxit. & tormentis muralibus muniuit, ſub quibus foſſam à turre armamentarii ad portam Limiſſoniam duxit, vbi ſclopetarij ab ictu ſarti oppidanis incommodarent. Propugnacula Turcis fruſtra fuere, quę vel nocturnis eruptionibus diruta, vel de die crebra ex armamentario fulminatione disiecta ſunt. Baglionius dux belli ſciens per agros qua equiti curſus erat, tribulos & murices arena occuluerat, quibus confixis ranunculis, equorum vngulæ debilitabantur.

Sub idem tempus cum claſſis præda grauis abitum pararet, & è maiori roſtrata (galeonem vocant) dolia pulueris tormentarij in vſum Muſtaphæ expedirentur, nobilis mulier Cypria tædio ſeruitutis virile facinus auſa, ignem pulueri admouit, vnde tantum incendium ſubito exarſit, vt prætoria nauis, alia minor, tertia oneraria, quadringenti Ianniſſeri cuſtodiæ additi ſubito conflagrarint. *Mulieris Cypriæ nobilis captiuæ virile facinus.*

D Ineunte Octobri, Muſtapha vaſa conclamari iubet, vt in hybernacula concederet, quo animaduerſo Baglionius abeuntes cum equitatu inſecutus, vltimum agmen carpſit, eorum munimenta & aggeres Muſtapha ſpectante vertit, & cum præda Famagoſtam regreſſus eſt.

Claſſis Chriſtiana vento iactata proxime naufragium fuit, & nullo fructu nauigiis aliquot amiſſis portum ægrè tenuit. Quatuor triremes Venetæ, duce Franciſco Maria Priuli, iuuene ſtrenuo, ad inſulam Paridis, cùm in duas Turcorum liburnicas incidiſſent, & ad manus ventum eſſet, infortunio periêre, duobus doliolis pulueris tormentarij concepto igne ſtragem facientibus. *Claſſis Chriſtiana procella agitatur.*

Hic annus Venetis fortuna contra dante exitialis fuit, quæ pro tempore prudenter prouiderant, aſpera, fœdaq́; euenere. Turcicæ triremes fœda tempeſtate deprebenſæ periculum obiere. Demum Conſtantinopolim V. Idus Decembr. tenuere. Inter hæc præſes Græciæ
E (Beglierbium vocant) Soppotum arcem munitiſſimam fruſtra tentauit, mox feliciore ſucceſſu Pergam ex improuiſo cœpit, præſidiariis per ignauiam dilapſis, quorum aliqui Corcyram incolumes appulêre, præfectus Pergæ Natalis Cremenſis, qui obſcuro loco natus per omnes militię gradus ad ſummos ordines virtute aſcenderat, pudore flagitij quod nupera fuga patrarat, fato conceſſit. Pleтique Antiam incuſant, quaſi de induſtria res Venetas afflixerit, multum querente Columna, qui Turcicam claſſem opprimi, Cyprum ſubſidio firmari poſſe contendebat, cùm impares numero, & virtute hoſtes aggredi in aperto eſſet, omniaq́; tam validæ claſſi prona viderentur, ille moras nectendo, & mandata Regis cauſando ſpes omnium magna fidei Chriſtianæ iniuria corrupit.

Deſiderata eſt & diligentia Zanis, in quem armorum ſumma incubuerat, quare & abrogato magiſtratu per ſummum dedecus in carcere contabuit. Armorum imperium Seba-
F ſtiano Venierio permiſſum, qui id temporis in Creta erat, Auguſtino Barbarico procuratio exercitus (prouiſorem vocant) mandata, cui Nonis Februar. cùm Veneriis ſoluiſſet, Corcyramq́; appuliſſet, Zanes imperio & exercitu ceſſit. Iacobo Foſcarenæ procuratio Dalmatiæ, *Zanis indiligentia caſtigatur.*

tiæ,& Albaniæ tradita,eques quidam ordinis S. Ioannis à Venetis capite mulctatus, quod A
priuata auctoritate cohorti ſuæ ſtipendia prouidiſſet.Id Petrus Montanus magiſter ordinis
rem ſui iudicij fuiſſe dictitans, indigne accepit. Cretæ procuratio in Marinum Caballum
collata,armorum imperium in eadem prouincia in Latinum Orſinum, procurator Corcy-
ræ Ludouicus Georgius,armorum magiſter Paulus Orſinus creari. Apud Zaram Balthaſar
Rangonius,apud Caneam Vincentius Lignauius belli rationibus præfecti.

Pius V. Pō-tifex fœdus inter Hiſpanos & Venetos integrat.

Pius V.Pontifex Max.in eo multus erat,vt fœdus inter Hiſpanos & Venetos integraret.
Qua de re cum Paceco,& Zugnica Hiſpaniæ Regis legatis ſtudioſè agebat,oſtendebatque
Cypro ſeruata res Siciliç & Neopoleos Regi Catholico in integro fore,illi duriores condi-
tiones obtendebant, quas Veneti in ſuam iniuriam accepere, ſed à Pontifice mitigatæ 25.
Maij anno 1571.in fœdus itum eſt.quod in ſacro conſiſtorio apud Pontificem, Cardinales
& legatos Hiſpanos ac Venetos Romæ promulgatum, deinde Venetiis apud Ducem, & B
Principum Europæ legatos, è lapide pro more vulgatum,eſt, quare lætitiæ ignes tota Italia
tres dies fulſere.

Fœderis leges in acta relatæ à Pontificis actuario (quem Datarium vocant) per lega-
tos vtrinque iureiurando ſancita ſunt. Pius V.vt pecunias ad belli ſubſidia reficeret, quoſ-
dam pietatis montes inſtituit, quibus collocata pecunia ſumptus in diem mortis centeſi-
mo fœnore ſuppeditaret.Idem Venetis in pinguia ſacerdotia quinque decimas annuas pro-
cedere voluit.

Veneti per ſuæ ditionis vrbes hanc gratiam ſubditis fecerunt, vt priuati qui ſuis opibus
nauem inſtruerent, quem vellent nauarchum præficerent, quo honoris priuilegio nobiles
exciti certatim armandis nauibus incumbebant,exules in integrum reſtituti,ſi qui remiges
aliquot triremibus ad annum ſufficerent, è quibus nonnulli reperti, qui hanc patriæ ope- C
ram impenderent,aut ſuo ſumptu militarent.Veneti Vincentium Alexandrum,quem à ſe-
cretis habebant in Perſidem ad Sophi Taphanias legarunt, vt cum eo belli ſocietatem ini-
rent, & ab ortu negotium Turco faceſſerent. Sollicitatus iterum ad fœdus Maximilianus
Cæſar irrito ſucceſſu. Ab eodem Rex Luſitaniæ honeſtis nominibus ſe ſubduxit. Auſtria-
cus Philippi Regis frater Hiſpanicæ claſſi impoſitus cum primaria nobilitate 6.Idus Augu-
ſti Neapolim cum 64. Liburnicis appulit. Meſſinæ opportuna ſtatio viſa,in quam vniuerſa
claſſis conueniret.Auſtriaci principis in Italiam aduentus Genuenſium,& magni Hetruriæ
Ducis ſuſpiciones irritarat,qui ſuis rationibus conſulendum rati, omnes ditionis ſuæ arces
validis præſidiis firmarunt,ne inſidiis paterent.

Iacobus Malateſta armorū magiſter.

Inter hæc Iacobus Malateſta armorum in Albania quæ eſt Epirus,magiſter à Venetis di
ctus, cum tribus peditum millibus ad Rhiſinum à Turcis interceptus ac fuſus eſt, in quo- D
rum manus viuus,videnſq; venit. Sciarra Martinengus Dux ſtrenuus recens è Gallia, vbi
fortiter manu fecerat, in eius locum ſuffectus eſt.

In Italia turbarum aliquid fuit. Iuſſu Chriſtianiſſimi Regis adminiſtratio Mirandolæ,
Comitiſſæ pro liberis infantibus tradita,ducenti Galli limites præſidio impoſiti.Ludouico
tutori pupillorum adminiſtratio erepta eſt.Diuerſa parte oppidani Petiliano Comitem Ni-
colaum exegêre, in cuius locū Orſus frater eius ſuffragio magni Hetruriæ Ducis ſuffectus.
Nicolaus Cæſarem appellauit, in cuius clientela Petilianum erat, quod ab eo adiudicatum
Nicolao,ſine vi procedere non poterat.Vim amici vtrinque inhibuere.

Id temporis cum Marchione finalis qui exoſus ſuis apud imperatorem agebat. diligen-
ter actum,vt arcem finalem muniriſſimam, vnde exiguos reditus annuos reficeret,opulēta
aliqua ciuitate, & agro Mediolanenſis ditionis in gratiam Hiſpaniæ Regis mutaret, à quo E
cùm ille abhorreret, & in Regem Franciæ pronior eſſet, Albuquertius Mediolano præfe-
ctus,numeroſo exercitu arcem obſeſſam deditione à præſidiariis accepit.

Interim Venierus cum è Corcyra ſolutis anchoris Meſſinam 50.triremes,tres naues,ſex
galeaſſas,ita maioris formæ naues vocant,traheret,ad Tropiam ſæuiente auſtro ſex ei trire-
mes petiêre,vna deflagrauit,in qua ſaluis tormentis claſſiarij ſeruati. Ioannes Baptiſta Be-
nedictus nobilis Cyprius à Quirino è Creta Corcyram miſſus in quinque triremes Turci-
cas incidit,quarum impetum cito remigio effugit,aliæ 12.ad Zacynthum occurrere, duce
Sirocco,quas celeri fuga præteruectus,incolumis Corcyram tenuit.Remiſſus Benedictus à
Veniero in Cretam,vt Quirinum cum 60.triremibus arceſſeret, de nocte ad Zantem,Za-
cinthum veteres dixere,incidit in vniuerſam Turcorum claſſem,per quam medius ſine of-
fenſione inceſſit,& nauium numero ſubducto,Cretam ſoſpes appulit. F

Tertiò remiſſus à Quirino Corcyram recto itinere tenuit,quod ſummæ felicitati datum,
Tandem vniuerſa claſſis Meſſilanam conuenit.6. Idus Sept. 12. Pontificis Max. triremes,

LXXXI.

A LXXXI. Regis Hiſpaniæ cum 20. onerariis, 108. liburnicæ Venetę, ſex galeaſſę, duę naues, tres biremes Melitenſes, totidem ordinis S. Lazari numeratæ. Summa omnium fuit 207. liburnicæ, 16. galeaſſæ maioris formæ, & aliquot naues onerariæ, 20. millia militum, qui omnes ſacris ritè operati, die B. Virgini ſacro, & Deum venerati, ſupplicationes habuêre.

Decimotertio Kal. Octobr. Meſſana profecti ad S. Ioannis foſſam deuenêre, inde ad Caſpopartiuentum in extrema Italia, poſtridie caput Caſtellæ, veſpere caput Colonnæ (Lacinium promontorium eſt) demum Corcyram tenuêre, vbi à Paulo Orſino de hoſtium numero, & ratione belli certò cognouere.

Ludouicus presbiter ſocietatis Ieſu cum ſocijs ab hæreticis interfectus.

Id temporis Ludouicus presbyter ſocietatis Ieſu, & aliquot alij eiuſdem ſocietatis ſacerdotes in Braſileam nauigantes ab hæreticis graſſatoribus intercepti, naui expugnata omni laniena excarnificati ſunt. Apud nos ineunte Ianuario Arturus Coſſæus, equitum tribu-
B nus, & Philippus Gorræus Proterius libellorum ſupplicum magiſter, mandatu Regis Rupellam profecti, de querelis ſectæ cognouêre, capita edicti controuerſa & ambigua in mollius interpretati. Actum de matrimonio inter Marguaritam Regis ſororem, & Henricum Nauarræ principem, ſed intra velum. Querebatur Rex quòd pace parta Nauarra, & liberi eius, Condæi principes, Colinius, tot ſectæ proceres quadrimeſtres Rupellæ moras traherent, & non ad ſua ſe reciperent.

Turba Rotomagi & Dieppæ.

Inter hæc Rotomagi & Dieppæ aliquid turbatum. Sectarij ad preces itantes, & redeuntes à militum ſtatione ad portas excubante indignè habiti ſunt. Rex per Franciſcum Mommorantium equitum Tribunum turbas compoſuit, & in ſeditionis auctores grauia exempla edidit. Arauſione plebs in ſectarios exarſit, & vim non abſtinuit, quam Mommejanus arcis præfectus inhibuit. Rupellæ pecunias Germanis debitas ſectarij de ſuo repræſentarunt,
C qui Synodum Regis auctoritate reformandis ſuis erroribus habuerunt. Ibi, vt in dies mutant, quædam in ritibus, & fidei capitibus innouata.

Id temporis Rex ſolemnia regni capeſſere, & regio paratu per pompam & triumphum cum Regina vxore Lutetiam inire inſtituit. Ad S. Dionyſij portam ſublime pulpitum excitatum, vbi à Senatu, & reliquis omnium ordinum iudicibus honorificè ſalutatus, & panegyricis orationibus appellatus eſt. Ipſe armis conſpicuus, magna pompa vrbem ingreſſus eſt, & per arcus muſiuo opere inſignes elogiis Græcis, Latinis, ac Gallicis è Ioanne Aurato, & Petro Ronſardo præcipui nominis poëtis ornatos, ad B. Mariæ primarium templum venit, vbi grâtiis Deo habitis, officia Deum entrantia functus, ad Luparam perrexit. Sexto poſt die tradito regibus more in Senatu meditatam, & compoſitam orationem habuit, cui à Chriſtophoro Thuano Senatus principe grauiter & modeſtè Senatus nomine reſpon-
D ſum eſt.

Inde 8. Kal. Aprilis Eliſabetha vxor in S. Dionyſij templo ritu ſolemni corona regali induta eſt, & quatriduo poſt ingenti pompa Lutetiam ingreſſa. IV. Idus Mart. omnis ſcloppetorum vſus edicto capitalis pronuntiatus. Lutetię turbę fuere ex hac occaſione. Ante triennium Philippi Gaſtinæi opulenti mercatoris domus Pariſiis Senatus ſententia complanata fuerat, quòd ſectæ conciliabulum in ea eſſet, ipſe cum Nicolao Croqueto ſororio locuplete mercatore ſenatuſconſulto gula fracta in furcam ierat, crux in area quę publico ceſſerat erecta, cum titulo in ære inciſo, quo ſententiæ ſeueritas ad poſteros tranſmittebatur.

Cùm autem edicto pacificationis disertè cautum eſſet vt omnia præteritorum monumenta delerentur, ſectæ ſtudioſi apud Senatum egerunt, vt ex edicto crux Gaſtinæa euerteretur. Re in conſultationem miſſa decretum vt de nocte ea crux in proximum S.
E Innocentij cœmeterium transferretur, & elogia in crucis venerationem, pro ſententia ſubiicerentur, quod tanto ſilentio peragi non potuit, quin à plebecula in ſectæ ſuſpectos impetus fieret, qui à Franciſco Mommorantio vrbi præfecto paucorum cæde inhibitus eſt. Factioſi aliquot in furcam ſaliere. Mommorantius apud plebem aduerſo rumore fuit.

Nuptiæ Gallorum principum.

Id temporis Henricus Borbonius Condæus Mariam Cliuiam inſulę Marchioniſſam Niuernij Ducis tertiam filiam, Colinius Rupellę Iacobam Intramontanam opulentę in Sabaudia familię heredem, Telinius natalium & animi ſplendore clarus, Aloiſiam Colinij filiam vxores duxêre, complorata morte Odeti Colinij Cardinalis Caſtellionei, qui Amptonæ in Anglia Rupellam cogitans ſuum diem obiit. Veneni ſuſpicio fuit, quæ in magnis funeribus nunquam deeſt. Cęſus tum claro meridie à Georgio Villoclario Guerchię
F Vicecomite Lignerolius, quòd arcana Andium ducis, in quorum conſcientiam aſſumptus erat, temere vulgaſſet. Arceſſitus & Colinius in aulam, à Rege ſumma humanitate, & pari beneuolentię ſignificatione exceptus, donatusque ad ſarciendę rei domeſticę dam-

na centum librarum Pariſienſium, millibus, quæ 40. aureorum millia id temporis effi- A
ciebant.

Colinio cum nemine maior, quàm cum Rege familiaritas, multa verbis in ſpeciem ador-
nata vtrinque iacta, ſed plus in ea oratione dignitatis, quàm fidei erat.

Actum de ratione belli in Belgio gerendi, de fœdere cum Regina Angliæ, & principibus
Germaniæ Auguſtanæ confeſſioni addictis integrando, de rebus Regis Hiſpaniæ obteren-
dis, quæ omnia Rex in ſpeciem agitabat, vt animum velaret, & ſuſpicioni ſubduceret, odio
graui & diſſimulata offenſione acceptas olim à perduellibus iniurias abdidiſſet. Dum res
Galliæ in eo ſunt III. Nonas Decembr. in Hiſpania nato Regi filio Ferdinando lætitia ce-
lebrata, feſti ignes accenſi, quem è ſacro fonte Vinciſlaus Archidux, & Regina Ioanna vi-
dua, Philippi ſoror ſuſcepere, pegmata Babylonicis belluaris aeu pictis tecta, quæ è feneſtra
Regij palatij ad S. Ægidij fanum ducerentur, vbi infans ſacro lauacro tingendus erat. Cùm B
principes inter ſe non concederent, ius Duci Veſario deferendi ad ſacrum fontem infan-
tis datum, multum reclamante maris præfecto Caſtiliæ, qui ſui muneris id eſſe defende-
bat. Quinque viri principes præibant, quorum primus lineum mantilo, alter opus dulcia-
rium, tertius galerum, quartus ſalinum, vltimus cereum, ferculis quiſque aureis, ingenti ſce-
na geſtabat.

Dux purpuratus infantem argento textili inuolutum ferebat. In fano corona quam Rex
Franciæ Franciſcus Papienſi prælio captus Carolo V. in pretium libertatis impenderat ſu-
pra infantis caput ſuſpenſa, quæ gemmis, vnionibus, lapillis, ſed maximè clauo, quo Chriſti
manus in cruce confixæ ſunt, inſignita, omnem indicaturam ſuperabat.

Nuptiæ Margaritæ Valeſiæ.

Interim ſeriò de Margaritæ Valeſiæ nuptiis, virginis inter paucas ſpecioſæ, ſupra omnes
genere illuſtris agebatur. Pontifex Max. in Regem Luſitaniæ inclinabat. Ad eam rem Car- C
dinalis Alexandrinus Pontificis nepos in Galliam legatus eſt, irrito ſucceſſu, cùm Gal-
lia omnis in Henricum Nauarræ principem pronior eſſet, ab Hiſpanis & Luſitanis alie-
na: quia tamen inter Nauarrum & Margaritam propior neceſſitudo intercedebat venia ro-
ganda erat à Pontifice, quam ille præfractè, religionis aſpectu, abnuebat. Actum &
de Reginæ Angliæ cum Andium Duce matrimonio, quod illa imperij auida hone-
ſta præſcriptione eluſit, vt titulum tumulo inciſum Reginæ & virginis ad plures au-
ferret.

Tum & Dux Norfolchius Catholicæ pietatis cum paucis diligens in cuſtodiam datus.
Is ante alios Catholicam libertatem ſpirare viſus, ſi conſilia eius & ſpes certum cupitæ rei
fructum apprehendiſſent. Actum erat cum Pontifice, Rege Hiſpaniæ, duce Albano de ſum-
mittendis in Angliam auxiliis, Roberto Rudolpho Florentino parario, Comites Nortum- D
bellanus, & Veſtmerlandius Catholicæ fidei tenaciſſimi in partes venerant, pecuniæ a Ponti-
fice ſuffectæ, milites ſilentio coacti, alij è Flandria ſubmiſſi Londinum, ad turrim quà Maria
Scotiæ Regina cuſtodia ſepta, cuius matrimonium Norfolchio in ſpe erat, ſi vinculis ſol-
ueretur in inſidiis agitabant; indicia coniurationis quanquam promitterentur erupere. Nor-
folchio capite ſtetit, cæteri fuga dilapſi ſunt.

Iacobi Stuarti obitus.

Eodem anno Iacobus Stuartus Reginæ frater ſpurius, qui Rege puero Rempubl. ce-
perat, & ſeruili imperio plebem exercebat, à Iacobo Hamilthonio X. Kal. Ianuar. plum-
bea glande inter equitandum in vrbe Limuncho confoſſus eſt. In eius locum Matthæus
Stuartus pupilli Regis auus Leuini Comes ſuffectus curam nepotis auctoritate protegi
egit, & Hamilthonios Catholicæ fidei ſtudioſos armis inſecutus, belli ciuilis incendium
conciuit, cuius munus & ſtudium in vexanda pietate Areſchinus Comes Martianus ex- E
cepit.

Inter hæc Cardinalis Commendoneus in Germaniam à Pontifice miſſus auerſo vultu à
Cæſare exceptus eſt, qui ingratè ferebat magni Ducis titulum à Pontifice, Coſmo Mediceo
in ditionis Cæſareæ prouincia datum, cui reſponſum à Cardinale Florentiam ab imperij iu-
go iamdudum liberam, non ideo iure ſuo excidiſſe, quia Carolus quintus Alexandrum Me-
dices hoſtibus pulſis in eam deduxiſſet. Imò hunc honorem & Florentiæ, & Alexandro ha-
bitum, vt priſtinæ libertatis vſus voluntate Cæſaris plenior ac teſtatior eſſet. Actum & apud
Cæſarem à Ferrariæ Duce, vt cognitio ac iudicatio controuerſiæ inter eum, & magnum
Hetruriæ Ducem ſuper iure præeundi, ac præſidendi penès imperij cognitores eſſet, quod
ipſe in Modonæ ac Rhegij agris Cæſaris patrocinium agnoſceret.

Motus noui in Flādria.

Sub idem tempus in Flandria nouis tragœdiis initium datum. Hermanus quidam co- F
gnomento Reiter ſectarius ad partes Ducis Arauſionenſis tranſierat, à quo ductor ordinum
promotus erat. Is cùm imperium Ducis Albæ detrectaret, à quo publicam libertatem op-
primi

A primi moleſtè ferebat, urpem Loneſtinam ex inſidiis occuparat, vbi à Laurentio Perea derepente obſeſſus, & cum factionis ſuæ militibus occiſus eſt.

Interim Albanus in pecuniis quas indixerat exigendis priuſquam magiſtratu abiret, & nouus in Prouinciam rector aduentaret, durior erat, vnde plebis odia in ſe commouerat, quibus acceſſio non parua facta eſt, ex ſtatua ærea, quam in Caſtelli Antuerpienſis area poſuit, ea ſpecie, vt ipſe laureatus horrido monſtro deſuper incumberet, quæ res argumento erat portenta hæreſeos, & perfidiæ in Flandria eius armis procubuiſſe. Hanc occaſionem princeps Arauſionenſis, & Ludouicus frater eius nacti, in plebe turbas fecere.

Dum Flandria in eo eſſet, Ioanne Sigiſmundo Erdellio Tranſſyluaniæ Principe mortuo Stephanus Battoris Sombianus Selimi Turcæ ſuffragio Tranſſyluaniæ princeps (Vaiuodam vocant) III. Idus Maias à nobilitate renunciatus eſt, qui cùm per legatos Selimo gratias egiſ-
B ſet, & in eius amicitia ſe munimenta regni habiturum teſtatus eſſet, ſceptrum & inſignia regni ab eo accepit, ea lege ne in alterius fidem ac patrocinium ſe daret, ſed ea vectigalia quę à deceſſore eius ſoluta eſſent, Caſnano pendere ſatageret: quod ab eo tentatum, vt ius inſtituendi Reges Cæſari ereptum ſibi arrogaret. Interim Selymus in potiunda Cypro nihil remiſſum eſſe patiebatur. Maria triremibus, Cyprum terreſtri exercitu ſollicitabat. Contra Venierus penes quem ſumma Venetæ claſſis, Sopporum præſidio firmabat, Arces Margariti, Duraſſi, Gordichi in ſinu Epirotico à Turcis inſeſſas hortatu Albanenſium omni ope, ſed ſine fructu tentabat, ſubiectos tamen arcibus pagos incendio perdidit.

Marcus Antonius ſubſidio Cypri ſubmittitur.

Id temporis Marco Antonio Quirini datum negotium, vt 4. naues, quibus mille 400. milites ſubſidio Cypri ſubmittebantur, cum aliquot triremibus deduceret, quod aſpirante vento feliciter proceſſit. Et cùm ad Conſtantiæ portum appuliſſent, in aliquot Turcorum
C triremes incidere, quæ vt peſti paratæ ſe ſubducerent, ignem quatuor ſuis triremibus ſubdidere, detracto omni nauali inſtrumento, quæ cùm per diem arderent, ſequentium oculos fumo impeditos feſellere, & in fuga obuias ſuorum naues monuere, vt ſibi à Venetis liburnicis cauerent, quod tam diligenter curari non potuit, quin oneraria Turcorum nauis (maonem vocant) commeatu plena, aſtu intercepta ſit, cùm Quirinus è ſupparo vexilla Turcica obtendi iuſſiſſet. Illi ſuos eſſe rati, vltro in caſſes ſubiere. Mox ſine offenſione Cyprum tenuit, & quantum prædæ, ac commeatuum fuit, incolumes Famagoſtam intulit. Obſeſſi aduentu Quirini animis aucti eruptione facta in munimentum Conſtantiæ inſilierunt, quod magna Turcorum ſtrage dirutum eſt, poſtridie in ſcopulum Gambellę impetu facto aliquot equites ceciderunt. Tot cladibus fractus Muſtapha trium dierum inducias pepigit, quibus actum de captiuis pecunia redimendis, quos Baglionius commutari, non redimi cupiebat.

Inter hæc Turcus eques procero ſtatu, & valida corporis habitudine, ſibi Ionam Neapolitanum, cuius manu tot Turci ceciderant, demonſtrari expetit. Reſpondit Ionas, qui ſtabat in propugnaculis, & ſe ipſum indicauit. Cui Turcus, tecum experiri duello cupio, ſi tui copiam facis. Baglionius, & Quirinus Ionam detinuere, qui furtim ſe proripuit, & eques flumio traiecto in hoſtem incurrit, cuius caput haſta transfegit, equus Ionæ haſta Turci confoſſus concidit. Ipſe victoria parta ſoſpes ad ſuos rediit. Iam antea Ionæ manu 22. Turci ſingulari certamine ſuccubuerant.

Veneti noua auxilia Famagoſtam mittunt.

Eodem tempore, Veneti, quos cura attinebat ſubmittēdi noua auxilia Famagoſtam, per edictum præmia proſcripſere, ſi quis certam ſubſidij rationem iniſſet. Nicolaus Donatus periculum in ſe recepit: ei quatuor naues attributæ. Selimus cognito Famagoſtam præſidiis auctam, Pialio imperium maris abrogauit, & in Halium purpuratum trāſtulit, inſulæ Chius rectorem vita, Behinum Rhodi magiſtratu exuit, quia ſatis prouidenter aditus non occluſerant. Spe prædę, maiores in dies ad Muſtapham copię confluebant, in cuius exercitu ducenta peditum millia fuerunt, quadraginta operarum, quæ terram rutris verterent, turres ſuffoderent, aggerem & munimenta ſtruerent, in quibus ad vrbium obſidia præcipuum Turcorum robur eſt. Muſtapha XV. murales machinas Nicoſia arceſſit, quibus vrbem fulminaret. Ductis foſſis validam manum ad Præcipollam propter mœnia locat, aliam in hortis excubare iubet. Porta Limeſſana 32. tormentis verberata. Iuſſi obſeſſi ſub muris in tuto latere, ne ferreis glandibus carperentur.

Intra paucos dies 30. Turcorum millia machinis ex vrbe ſæuientibus deſiderata. Propius ab foſſas vrbis Turci ſucceſſerant, quas lana, terræ aggeſtu, lignorum faſcibus replebant, cum cuniculis graſſabantur, vt ſubiecto puluere tormentario, munimenta perrumperent, obſeſſi aduerſis cuniculis ſuffoſſa terra vim hoſtium eludebant: quinquies impetus ad ruinam factus, quinquies cum Turcorum ſtrage fractus eſt, vbi virtus Petris Comitis Montal-

L 2

beri,& Comitis Neſtoris Martinengi inclaruit.Sextus impetus Muſtapha præeunte in acie- A
tum ceſſit, vbi Hercules Martinengus robur corporis , & animi ſuis approbauit , tormenta hoſtium tanta perſeuerantia fulminarunt , vt Nonis Iulij quinquaginta millia fulminum numerarentur. V. Idus impetus ad turrim S.Napæ, alius ad munimentum Andruſſi factus, tertius ad cortinam armamentarij, omnes ſimul, quo pluribus locis obſeſſi diſtinerentur , à quibus oppugnatio tanta virtute ſuſtentata,tanto robore diſturbata eſt , vt clades Turcis 6. millibus capitum ſteterit. Cuniculis ſub turre S. Napæ actis,quibus admotus ignis, irrumpentes hauſti , ac obruti ſunt.

Cùm id munimentum ab obſeſſis inſtaurari nõ poſſet, ad latus aliud excitatum,ſub quo cuniculi acti,qui ad omnes caſus commodarent.

Idibus Iulij ad portam Limeſſanam tota belli moles incubuit , vbi virtus Baglionij enituit,vexillum Turco ſignifero ereptum in vrbem intulit.Ludouici Martinengi fortitudo in miraculum fuit. 400. Turci igne cuniculis ſubiecto peſſum iêre. Seraphinus Fortebracius Dominicanus epiſcopus Limiſſanus crucem in ruina præferebat , vt animos militi adderet, vbi plumbea glande confoſſus,pietatis officiis expletis hominem exuit,vt Deum indueret: pueri , fœminæ, virgines certatim in opere adminiſtrabant,pelles bubulorum madidas,terra humecta refertas ad frangendos tormentorum ictus comportabant. Aliæ extinguendis Turcorum ignibus aquam ſubminiſtrabant : illi enim ſacculos iaculabantur bitumine , ſulphure,ſale,aceto,& cæteris rebus ad ignem opportunis plenos , ex quibus ad terram alliſis ruptiſque flammæ exſpirabant , quæ contactu proxima quæque corrumperent. Aliud ingenium ignis fuit è tilia,quæ frequens in eo tractu arbor eſt,vnde odor cùm arderet adeo exitialis efflabat,vt neque reſidentibus flammis extingui,neque ſine pernicie ferri poſſet : quare impatientia fœtoris ſtatio portæ Limeſſanæ , quæ priùs terræ aggeſtu obſtructa erat , à milite deſerta eſt , in quam Turci ſubito inuaſêre , vnde tumulo extructo in vrbem fulminabant.

Fames magna in Famagoſta. Intereà non modò ferro & flamma, ſed maximè fame conflictabantur,equi, feles, canes, mures in alimenta ierant , ſuperabat aliquantum nautici panis verminantis, ſitis per æſtum ardentiſſima aqua ex aceto reſtinguebatur.X.Kal.Septemb. oppidani ad deditionem inclinabant , In quam Bragadinus vt conſentiret flecti non potuit , miſſa celox in Cretam quæ Venetos de rerum ſtatu moneret. Turci tribus cuniculis equitem portæ (munimenti genus eſt ,) ſubruere conati. Aggerem montis inſtar cortinæ armamentarij , vnde infenſabantur oppoſuere. Cuniculis exeunte Iulio ignis ſubiectus, munitionis extima vertit, vbi Rondacius vrbi præfectus oppreſſus , per quinque horas ad ruinam ſumma vi certatum , Iacobi Strambellij , Tutij Podacathari , Philippi Luſignani virtus monſtri loco fuit , poſtridie ſpo diluculo renouatus per quinque horas impetus , & infractus , vbi Hercules Martinengus Herculem ſe tulit,Coltus Famagoſtanus tot virtutis exempla,tam illuſtria edidit,vt in parte miraculi eſſet. Cùm puluis tormentarius,cibi,milites deficerent, ad pacta ventum,actæ deditionis leges,ab obſeſſis Hercules Martinengus,& Coltus Famagoſtanus obſides dati, à Turcis vicarius Muſtaphæ , & Aga,ſeu tribunus legionis Ianiſſerorum. In hæc pacta conuentum,vt vita,veſtes,arma,pecuniæ militum, & ciuium ſartæ eſſent,qui inibi reſtarent , illis lege Chriſti vti,frui,honore & opibus integris vacuum eſſet, qui aliò migrare vellent , illis,rebus expediendis tres anni,& liberum ac tutum iter daretur. Milites triremibus Turcis quinque maiora tormenta cum tribus exortibus equis auchenent , ne Chriſti templa in Moſcheas & conciliabula Turcica verterentur , ne ciues decimis , aut aliis oneribus opprimerentur. Obſignatis legibus ſalutatum ad Muſtapham ierunt pridie Idus Septembres. Aſtor Baglionius,Antonius Quirinus,Andreas Bragadinus,Ludouicus Martinengus Comes, eques Haſtanus , & alij plerique è primaria nobilitate , quibus Muſtapha plurimum in ſpeciem honoris habuit,mox cùm Bragadinus apud eũ ferocius , quàm pro fortuna deſſeruiſſet, omnes fidem ſuam ſecutos impie iugulauit. Trecenti milites cõtra fas gentium obtruncati,qui iam naues inſcenderant remo affixi. Bragadinus deciſis auribus publico ſpectaculo in vrbe Iudæi manu cute nudatus,inuictum doloris animum Deo reddidit.

Turcica perfidia.

Inter hæc Turcorum claſſis cùm Cypro ſoluiſſet Nigropontum quæ Chalcis eſt , appulit, quò Vlulcialius (quæ vox Alium defectorem ſignificat) & Caracoſſa nobiles piratæ cum inſtructis triremibus conuenere. Ex numero trecentæ Alyo maris præfecto parebant , qui Cretam vela vertit. Ad Amphimalleum ſinum,Sudam vocant, à Franciſco Iuſtiniano duo millia Turcorum ex ea claſſe perempta ſunt. Iterum Alyus ad Turturum offendit , & grauiter mulctatus eſt. Vlulcialius à perfidis Caloieris arceſſitus Rithymnum 60. triremibus in- F
feſtauit. Alyus ad Cerigum, Cytheram dixerunt, flexit , vbi ſancti Nicolai portum igne vaſtauit,

A ſtauit, inde ad Zantem, Zacinthum vocarunt, remigio euolans ſuburbium incendit, quo
comperto Venierus relicta Corcyra Meſſanæ ad reliquam claſſem ſe aggregat. Miſſæ ex-
plorandis hoſtibus celoces, quarum vna cùm in Caraſalyum prędonem incidiſſet, Frãciſcus
Thronus in manus hoſtium venit. Claſſis Alyi pars, Parga diruta Buthrotum tenuit, por-
tum in Epiro ex aduerſum Corcyræ ad ſeptemtrionem, & aliquot dies ibi morata eſt. Aliæ
V. triremes inſulas Merlaras inſedêre, quæ ad meridiem in conſpectu Corcyrę iacent, à qui-
bus nauis Conſtantina pane nautico inſtucta muniendæ Corſicæ, & Michaelis Barbarigi,
ac Petri Bettolaſſi Zarani triremes interceptæ ſunt. Nauis Moſſenica, quæ Nonis Iulij Ve-
netiis profecta erat, octingentis militibus freta offendit, Ioanne Thoma Conſtãrio duce, qui
ægrè decimum octauum ætatis annum attigerat. Ea primùm à XV. Turcicis triremibus ten-
tata, quatuor totos dies impreſſionem ſtrenuè ſuſtinuit, vbi Conſtantius adoleſcens tam il-
B luſtria virtutis exempla edidit, vt in ſpectaculo Turcorum oculi hærerent, tandem ab Vlul-
cialo, & Aſſano prædonibus 50. triremibus circumuentus adoleſcens ſupra ætatem belli
ſciens, animi inuictus, crebris vulneribus corpore debili, captus, & ad Selimum ductus eſt, à
quo ad eiurandam fidem magnis præmiis inuitatus abnuit, & poſt quadriennij carcerem ad
Henrici tertij Galliæ Regis preces carcere, & ſeruitute exemptus eſt.

Paulò poſt Soppoti arx à Turcis puguando capta, præfectus arci Murmurus in hoſtium *Soppoti arx*
poteſtatem venit, mox arx Dulcinia leges hoſtium accipere coacta, Sciarra Martinengus in *à Turcis ca-*
cuſtodiam datus eſt. Ad Antiuarum vtrimque acriter pugnatum, cum ſtrage Turcorum, *pitur.*
magno metu Antiuarenſium, in quos belli moles ingruebat. Illi ſaluis rebus dedere ſe co-
acti. Tum à Turcis Budua in Rizonico ſinu, Golfum Cathari vocant, quæ à mari labora-
bat, capta. Curſolum à viris derelictum, à fœminis ſupra viros animoſis ſtrenuè propugna-
C tum eſt, quibus venti & maria diſiectis hoſtium nauibus præſidio fuere, Leſina pago à Tur-
cis incenſo, virago Turcum fugiens in ſaxum euaſit, vnde funda lapides iaculata hoſtem
ſtrauit, & caput hoſtilj enſe abſcidit: quæ in Epiro cùm gererentur, in Dalmatia Sangiacus
Chianus proditione Gaſparis cuiuſdam Mediolanenſis, Turrim Salonam, & ſaxum, duas
munitiſſimas arces cæpit. Philippus Bragadinus maris in eo tractu curator cognito claſſem
hoſtium Corcyram tendere, Georgio Murmutio id negotij dedit. vt ad occaſum prouinciæ
curaret, ille valida equitum manu auctus in claſſiarios qui exſcēderant ex triremibus Cara-
coſſæ, Caramenij, Caſſari nobilium prædonum ad portum Gumium propter fluuium Po-
tamum inuolat, pleroſque cædit, ipſum Caſſatum Baſſum fidei deſertorem, Corcyræ na-
tum capit, ad Buthrorum magna vi certatum, pagi arſere, villæ prædæ fuere. Raphael Car-
bonanus miſſus ab Orſino Corcyrę curatore ſtrenue rem geſſit, poſt incendia & varias cla-
D des, Alys militiæ magiſter vniuerſam claſſem mandatu Selimi noua Famagoſtæ expugna-
tione ferocis, ad Naupactum infauſta aue, IIII. Kal. Octob. coegit. Inde Mehemetem Be-
chi cum validis triremibus ad Aſpropitium inſulam in freto Naupacti tramiſit, qui com-
meatum proſpiceret. Auſtriacus pridie Kal. Octob. Corcyra ſoluerat, & Leucolam primùm,
deinde Gomenetianum portum in Epiro capaciſſimum, vltra flumen Calamum venerat.
Vbi de Ægidio Adrada exploratore fido didicit claſſem Turcicam in freto Naupacti age-
re, quem Corinthiacum ſinum eſſe aiunt.

Tum verò de prœlij rationibus actum. Requeſentius ordinis Samiacobini princeps,
magnum Caſtiliæ commendatorem vocant, auctoritate pollens, prœlio abſtinendum aie-
bat. Marc. Antonius Columna vir belli ſummus, vſu cum paucis peritus, animi in ea ætate
immodicus, prœlium ſuadebat, inter Auſtriacum & Venierum iurgia gliſcebant, quæ à Co-
lumna, & Auguſtino Barbarigo compoſita ſunt. Claſſis poſt multam iactationem ad val-
lem Alexandriæ appulit, portum amplum, & nauibus fidum, quæ antiqua Samos fuit, vbi
conſilium pugnæ formatum, cuius copia ſi negaretur de conſilij ſententia placuit, vt Dar-
danelli, Rhium & Anthirrium vocarunt, munitiſſima propugnacula in ore hoſtium ſi forte
prœlium auderent, tentarentur. Pridie Non. Octob. veſpera inumbrante, inſulas Oxias (ho-
die Curzolares vocant,) tenuerunt, vnde ipſo diluculo in conſpectum hoſtium die Beatæ
Iuſtinæ ſacro venêre. Alyus, penes quem Turcicæ claſſis ſumma erat, à Caracoſſa explora-
tore de claſſe Veneta ad certum compererat, qui Selimi literis quibus prœlium iubebatur,
mandatu eius in publico lectis, aciem cum bona ſpe inſtruit, quod claſſis commeatu per
Mehemetem Behi & Aſpropite in Liuadia (quæ olim Achaia fuit) abundè recreata eſſet.
Acceſſerant quaſi cumulus XIII. millia Iannizerorum, centum Sangiachi, & Alobei, viri
apud Turcos magnæ dignationis, vſu rerum pollentes. Maris ingenium vbi certatum eſt,
niſi graphicè pingitur, iniuria victoriæ fuerit.

Morea, quæ olim Peloponeſus fuit, ad occaſum initio à Capitorneſo (quod promonto- *Morea de-*
ſcriptio.

rium Cleonæum veteribus erat) ducto molliter à ſeptentrione ad ſinum Corinthiacum, A
quæ Lepanti fauces hodie dicuntur, per 60. milliaria flectitur, inde per alueum anguſtum
mare intrat,& ſenſim in latum abit, oui ſpecie, vbi fretum eſt Lepanticum,in mucrone ad
ortum ſinus eſt Corinthiacus(cui Examilla hodie nomen) qui ſinuoſo anfractu ad Lepan-
tum(veteres Naupactum dixere) incedit,à quo ad Meridiem ſinus Corinthiacus occurrit,
vnde vtrinque turres in littore firmo opere mari imminentes viſuntur, quibus aditus Nau-
pactũ inhibetur. A ſinu Corinthiaco per 80. millia, arcuato flexu littora Ætoliæ, & Achar-
naniæ hinc inde curuantur,ad Inſulam S.Mauræ,quę Leucas olim fuit,in quo ſinu Echina-
des inſulæ,& Oxiæ ſpectantur.

S.Mauræ inſula in ambitum ad 50.millia patet, longior quàm latior, vbi arx cognomi-
nis intermedio ponte continenti adiungitur,& ad mucronem vſque ducati porrigitur, Ita-
cha Vlyſſis patria quam hodie Valdi compare & Cephaleniam minorem indigetant, B
quinque paſſuum millibus Leucade abeſt, & 40. millia in ambitum habet,ſi quinque paſ-
ſuum millia vltra proceſſeris,Cephalenia maior occurrit,quæ & Melæna,& Samos dicta,in
ambitum centum milliaria complectitur. Inter Itacham & maiorem Cephaleniam interie-
cta Letoa,quam hodie Trapanũ vocant. Ad Auſtrum à Cephalenia ad Zantem, quæ olim
Zacynthus fuit,alueus 12.milliaria latus interiicitur,ipſa Zacynthus in ambitum ſexaginta
millia capit, duodecim tantum milliaribus à Caporneſſo diſſita eſt, totius Poloponeſi
circuitus 250.milliaribus continetur, intra quem nobiliſſimum, certamen cerni, ſpecimen
duarum partium à ſe plurimum diſſidentium,Deo ſtatuente,ſpeciri, vt ille loquitur, opor-
tuit. Chriſtiana claſſis Cephalenia egreſſa auſpice Deo ad ſcopulum Malcantonem, quæ
villæ Marini à nobili pirata nomẽ ſortita eſt,defertur. Eius ſcopuli radices paludibus Ache-
loi fluuij alluuntur, qui tractus hodie Natolia vocatur. Inter ſcopulum Malcantonem, & C
tres ſcopulos Curſolares alueus mille paſſuum latitudine porrigitur, per quem Chriſtianæ
claſſi iter erat:in fronte ante alios procedebat Cardona,ſequebatur Auria cum ſuis quique
triremibus,qui à longe ad læuam,hoſtium claſſem ſinu Lepantico exeuntem animaduerte-
te.Itum ad Auſtriacum,& de eo quæſitum,quid conſilij caperet:ille non conſilio, ſed præ-
lio locum eſſe reſpondit, irent modò magnis animis, & pugnam cum Deo capeſ-
ſerent.

Claſſis Chriſtiana deſcriptio.

In claſſe Chriſtiana primam aciem Ioannes Cardona duxit octo triremibus, quarum
vna Prætoria Siciliæ, in qua Cardona curabat, altera Prætoria Dauidis Imperialis, tertia
Prætoria Siciliæ. In ſecunda acie 60.triremes fuêre,in quibus regia quæ Auſtriacum vehe-
bat,cui ad dextram Columna,in Prætoria Pontificia, ad læuam Venierus cũ Prætoria Ve-
neta,quas aliæ pleræque triremes ſecutæ,ad dextrum cornu Andreas Auria 50. triremibus D
validus,ad ſiniſtrum curator maris Barbarius 53. regebat, in poſtrema acie 30.triremes Al-
uaro Bacciono Marchioni ſanctæ crucis commendatæ. Sex galeaſſæ(roſtratas maiores non
incommodè dixeris) in quibus ſecundùm Deum palmaria ſpes, & præcipuum robur fuit,
cùm in ſingulis 50.tormenta eſſent. A Franciſco Duodono,Iacobo Guotouo, Andrea Peſa-
to,Petro Piſano,& duobus Bragadinis ducebantur.

Claſſis Turcica enumeratio.

Diuerſa parte Alyus claſſis Turcicæ ſummus primam aciem duxit, in qua 90. triremes,
dextrum cornu Sirocco Alexandriæ Præfecto cum 50.triremibus aſſignatum, poſtremam
aciem 33.liburnicæ Amurathe Draguto Raiſo duce claudebant. Priuſquam in hoſtem ire-
tur Auſtriacus crucem manu ventilans ſuos hortatus indulgentias pleniſſimas à Pontifice
pronuntiâre, ſacerdotes in triremibus peccatis ſocios abſoluere, animos dicendo facere,
Criſti crucem præferre, quibus incenſi milites in arma vltrò ruebant, victoriam iterantes. E
Singulis triremibus ſua ſigna quibus internoſci ab aliis poſſent attributa, Initium prœlio à
Galeatzis factum,quarum continua fulminatione pleræque hoſtium trimes demerſæ, per-
uerſi ordines,quos vt reſtitueret Halyus ad Venieri claſſem vſque penetrauit. Dei manife-
ſtus fauor à Chriſtianis fuit, vento primo ſtatim conflictu in melius mutato, qui aſpectum
Chriſtianæ claſſis Turcis eripuit, & ſecundus aſpirans in hoſtes incubuit. Cùm Galeaſſæ
vno impetu iaculando Turcos obtererent, & Eurus triremium flexum, ac velorum vſum
frangeret, Alyi triremis cum Auſtriaco, Perthai purpurati liburnica cum Columna com-
miſêre,virtus militis hinc inde emicuit. Turci clypeatę teſtudinis ignari ad ictus patebant,
Chriſtianus miles teſtudine tectus erat:in puppe,in prora, res vtrinque gerebatur, fumo &
vento Turci laborabant, tum è proris ſublimioribus globi ferrei ſupra infra poſitas Chri-
ſtianæ claſſis proras irrito ictu ferebantur. Per horæ ſpatium victoria in incerto fuit, mox F
harpagonibus, & ferreis manibus triremes iunctæ, vnde noſtri in hoſtiles inſilire, & cæde
facta potiores fuere. Ioannes Baptiſta Benedictus primus in Prętoriam Corcuri inſiliit,inde

in Cara

A in Caracoſſæ triremem inuaſit, vbi glande plumbea occubuit, excepit morientis impetum Honoratus Gaetanus,& in Liburnicam Alexandri Negronis inuolans obuios perdidit. Frãciſcus Bonus adoleſcens, ſpectaculo virtutis ante obitum fuit. Auſtriacus,& Venierus 75. annos natus ſtrenuè manu rem geſſere, & ſagittis crura confixi, vulneri patuere. Perthaus, vt vidit victoriam ad Chriſtianos inclinãrem, triteme in prędam militi Bracciani relicta, Lepantum cum filio in fugam lembo ſe dedit. Columna, cum ab Alyo liburnica Auſtriaci laboraret, ad opem aduolat,& à puppe triremem Alyi incurſat, prætoria Sabaoda periculum obiit Lanio duce, in qua Vrbini princeps adoleſcens, Marchio Rouerenſis, Comes Antonius Moutabellus,& alia pleraque nobilitas erat, à quibus tanta vi pugnatum eſt, vt expedito periculo ſtragem hoſtium ediderint.

Alexandri Farneſij Principis Parmenſis virtus.

Ibi enituit Alexandri Farneſij Principis adoleſcentis virtus ad inuidiam vſque conſpi-
B cua, cum quo Marchio Iulius Rangonius, Comes Albertus Canuſa,& alij plerique immortalitate digni Comites, & Barones tam ſtrenuam operam dedêre, vt hoſtium oculi ſtuperent, animi caderent. Veneti ſupra cæteros in pericula ruebant,& pro ſalute & gloria certabant, Martini Padigliæ triremis ſola tres hoſtium triremes potita eſt. In Columnæ triremibus plerique Franciæ volones fuere, qui per medios rupta via ſaltu in hoſtium liburnicas euaſere, & pauoris neſcij per diſcrimina ruentes fugientium tergis inſtitere, brachia, capita, validis ictibus conciſa voluebantur, tabulata cruore natabant, mare circum ſanguine erubeſcebat. Alyi maris Præfecti caput in Auſtriaci manus venit, quod è ſariſſa ſuſpenſum oſtentui fuit, noſtriſq; animos, hoſtibus terrorem auxit. Barbarici triremes, quæ ad continentem propius ſe applicuerant incurſu hoſtium in arcto conflictatæ ſunt, quibus ad opem Marinus Contarenus præſto fuit, vbi re ſtrenuè geſta inuictus animi iuuenis occubuit. Igni-
C bus Græcanicis Turci graſſabantur, quibus Vincentij Quirini triremis peſſimè habita eſt. Barbarico ſagitta oculus confoſſus. Eius munia Federicus Nanius legatus fortiter implebat. Ad opem laborantibus Aluarus Baccianus aduolauit, & cum Cauro Halyo manu conſerta prætoriam inſiluit. Tum verò curator Quirinus, & Comes Sanctæ Crucis, vnà incubuêre, quibus irrumpentibus hoſtium fuga late creuit. Sitocci Liburnica profundo hauſta eſt. Ioannes Contarenus, Sitocco caput exſecuit, alios natatu, alios minoribus lembis, quoſdam tabulato rupto inſidentes in litus elabi cernentes, Chriſtophorus Laducalis Corcyrenſis manu ſua Alyum Behium confodit, vexillum triremis manu raptum ad Venetos tranſmiſit. Antonius Endemonianus nobilis Cyprius, qui ſuo ſumptu triremem inſtruxerat in prætoriam Mehemeti Behij ſaltu penetrat, & cæſis claſſiariis Mehemetem captum in cuſtodiam dat.

Auguſtini Barbarici obitus.

D Auguſtinus Barbaricus pugnæ & victoriæ ſpiritum reddidit. Pauli Orſini triremis, quæ diu cum periculo luctata erat, eluctata demum quinque hoſtium triremes pugnando cepit. Vluccialius fidei deſertor, nobilis prædo tanta militiæ arte, tam firmo animi robore rem geſſit, vt palmam inter ſuos obtinuerit, & plus negotij Chriſtianis, quàm reliqui omnes ſolus exhibuerit, Petri Buæ Corcyrenſis triremem claſſiariis cæſis Naupactum traxit, Benedictum Soranſum, Antonium Paſcaligum, & alios pleroſque neci dedit, Soranſi liburnicam igne perdidit, ipſe re deſperata cæteris fugam capeſſentibus, cùm in exitium eius Auſtriacus, Auria, Canaletus, Quirinius incurrerent, & victa arma ſe tractare cerneret, fugam in abrupta agitauit. Plures cedentem irrito ſucceſſu ſecuti, reliqui turpem fugam conſciuere. Cum Vluicialio 40. triremes, faſeli, lembi, in tutum euaſere. Ceteræ triremes merſæ, aut captæ in victorum manus cum incredibili præda venêre, quod omnes opes Cypriæ in Turcicas triremes tranſiiſſent. Sub ſerum diei Chriſtiana claſſis in Petalium portum in ſinu Natoliæ victoria vitulans ſe recepit. Mare ſtratum cadaueribus concreto ſanguine rubens, tabulatis & triremium fragminibus ſparſum, ſpectantibus horrorem faciebat: oculi in eo ſpectaculo reſiſtebant defixi, lingua cadebat, neque animo neque auribus plærique comperebant. Turcis limphatis pauore animis inſtans metus vocem conſumpſerat, ne Vccialium quidem timor animi ſatis munierat. Cunctos terrore, ſtrepitu, quaſi vecordia ceperat. Chriſtiani grates gratias Deo agere, victoriam ei acceptam ferre, Venierum & Auſtriacum præconiis efferre, ſauciis medicinam facere: captæ ſunt centum & 17. hoſtium triremes, 13. myoparones, 17. maiora tormenta, 258. minora, 17. machinæ ſaxis iaculandis.

Chriſtianorũ victoria.

Inde 14. captiuorum, inde tria millia quingenti capti, in quibus duo filij Alyi maris præfecti, prædæ tres partes Hiſpaniæ Regi, duæ Venetis, vna Pontifici ceſſit. Eo prœlio Turcorum 30. millia cecidere, Chriſtianorum 4. millia 538. qui numerus ex iis qui per naues deſiderabantur ad liquidum exactus, noſtrarum triremium 17. periere, 12. Chriſtianorum qui ad remum dati erant millia liberata. Illi cùm victoriam ad noſtros inclinare cernerent à

L 4

metu ad fortunam tranſeuntes, vinculis ruptis in Turcos inuaſere. Remigibus in Chriſtia- A
na claſſe vinculis ſolutis, libertate promiſſa, creuere animi vt dimicationē vltro appeterent,
& mira audaciæ exempla ederent, quæ res victoriam nutantem impulit, & ad Chriſtianos
flexit, qua parta miſſi legati, qui nuntium ad Pontificem, Cæſarem, Reges, ac principes fer-
rent, vulgata per Europam fama ſupra mortale gaudium accepta eſt, gratiæ Deo paſſim
actæ, ſupplicationes ad omnia puluinaria habitæ, nuntiis honoraria decreta.

Edixit Pontifex vt 7. Octobris dies anniuerſaria celebritate feſta eſſet. Res vbique publi-
cæ lætitiæ fuit, Venetiis dies B. Iuſtinæ annuo cultu celebrata. In nummis aſculptum, *Memor
ero tui Iuſtina virgo.* Italiæ principes agitandæ lætitiæ Venetias legatos miſêre: quidam graue
militiæ flagitium aſſe aiebant, quod qui vincere ſciuerant, victoria vti neſcierant, debuiſ-
ſe victores poſtridie Naupactum irrumpere, victę claſſis reliquias exſcindere, victorem exer-
citum Cyprum deportare. Turcos cęſorum imagine in metum actos deditionem cogitaſſe. B
Onerabant pauentium curas munimenta Famagoſtæ quaſſa Nicoſiæ ſegnitet reſtitura, Se-
limus trepidus admirationis, & metus ferociam infregerat, Conſtantinopoli tantus ſubitò
terror inceſſerat, vt multis fuga in animo eſſet, & Selimus ipſe ſui neſciens Hadrianopo-
lim concederet. Reliquæ vrbes multiplici metu ſuſpenſæ ſuper inſtantia mala falſos pauo-
res induerant, in ceruicibus hoſtis eſſe viſus. Multa tunc occurrere quæ impetum Chriſtia-
næ claſſis tardarent, hyemis aſperitas, triremes debilitatæ, numerus ſauciorum, ſinus Nau-
pacti procellis infamis. Miſſus tamen princeps Vrbinus cum delecta manu qui de S. Mau-
ræ portu, propius ſpeculando cognoſceret, omnia aſpera, & ardua renuntiata. Decem
millibus militum ea tentatio ęgrè ceſſura videbatur. Quare omnes veriti maris aſpera, Cor-
cyram venêre, vnde ſe quiſque ad ſua recepit. Auria primus à cęteris auulſus Meſſanam pe-
tiit. Columna per triumphum Romam iniit, Arcubus per vicos, & gradibus cum variis ho- C
noris elogiis erectis, quibus quaſi cumulus oratio M. Antonij Mureti, eloquentiæ ac doctri-
næ præclari acceſſit. Arx Soppoti, ope Albanenſium à Veniero recepta, Scandet Vainoda

Cædes Turcorum magna.

cæſus, magna Turcorum cædes facta: ex arce Venierus 8. maiora tormenta camelis abſtu-
lit. Mox Veneti omnia itinera quæ Margaritinam arcem ferebant inſederunt, vt auxilia
intercluderent, inter quę intercepti 300. equites Permathia ſubmiſſi, mox totidem alij cęſi,
tum arx tormentis verberata in poteſtatem venit. Præſidiarij vitam pacti, à Gallis mili-
tibus perfidiam Turcorum ad Dulcigniam expertis contra conuentionis fidem trucidati
ſunt.

Fœderati Romæ belli rationes agunt.

Anno 1572. Romæ inter fœderatos de belli rationibus actum. Rex Hiſpaniæ in eo erat,
vt bellum in Africam transferretur, vnde Valentia crebro infeſtata. Veneti victoriæ inſi-
ſtendum aiebant, & Dardanellas expugnandas, Rhium & Antirbium vocarunt, duas arces D
in faucibus Helleſponti, vnde mare Marmoricum (Propontidem veteres dixere) per
aluei vnius milliaris anguſtias in Ægeum mare non procul à Seſto & Abydo euol-
uitur.

Sub id mortuo Pio V. Pontifice, viro pietatis ac religionis ſummo, fœdus inter Europæ
principes magno Chriſtianæ fidei detrimento diſſutum eſt. Veneti quibus Hiſpani conſilia
ſuſpecta erant, impares bello, fœdus exuêre, & petendæ pacis conſilia ſumpſêre. Hugo Bon-
compagnus Bononienſis Cardinalis ſancti Sixti Pontifex renuntiatus, & Gregorius XIII.
appellatus, eadem pietate qua Pius V. id maximè operam dabat, vt fœdus conualeſceret.
Veneti pecuniis reficiendis, fabricandis roſtratis nauibus (Galeaſſas vocāt) ſcribendis mili-
tibus, armis procudendis attenti erant. Auſtriacus frigore tactus nouos in Belgio motus
cauſabatur, parum in eo præſidij, minus ſpei eſſe dicebant Mandata Regis Hiſpaniæ arcana E
in ore famæ erant.

Dux Meduanus Venetias appellit.

Id temporis è Gallia Dux Meduanus Guiſij frater adoleſcens procero ſtatu, ſupra annos
militiæ gnarus, & periculorum appetens, cum numeroſa nobilitate Venetias appulit, vbi
honorificè exceptus voluntate Reip. triremi præpoſitus eſt, quam Gallis volonibus copioſè
inſtruxit: è Germania volones multi, ex Italia plures, ad belli caſus accurrebāt. XV. Kal. Sex-
tiles Columna penes quem armorum ſumma erat, Soranſus, Andrada, Meſſana ſoluêre,
& Corcyram iter vertêre, cum quibus Auſtriaci mandatu, 12. Genuenſium triremes, 6. Hiſ-
paniæ, 4. Neapolitanæ, 25. Soranſi, vndecim Florentinæ Pontificus ſtipendiis, duæ Pontifi-
ciæ ſe coniunxêre.

Eodem tempore Vrbinates à Duce ſuo alieniores ad officium faciente, volente Pontifi-
ce rediere. In Parmenſi agro Zingari trecenti cùm ſibi ſpecus effodiſſent, & prædas agerent F
numeroſo milite circumuenti capite luerunt.

In mari Anconitano pirata cognomento Ricamator Firmi in Italia natus, cùm fidem
Chriſti

Chriſti curaſſet populationibus graſſabatur, qui demum ab Hermolao barbaro Veneto interceptus, Anconæ vnco tractus eſt: omnes eius claſſiarij, neci dati. Apud nos res in ſecuritatem compoſitæ erant. Rex cùm Regina parente, vxore, Andino & Alençonio fratribus Blœſas, vt Nauarrum, Colinium, & cæteros ſectæ proceres in aulam è propinquo arceſſeret, de quibus opprimendis, & ſecta radicitus conuellenda, apud Regem, Reginam matrem, Andinum Cardinalem Lotharingum, Aumalium, Guiſium, Biragum procancellarium intra velum agitatum eſt. Mox eadem quæſtio integrata, poſt reditum ad vrbem, ad Clodoaldi pontem, in Hieronymi Gondij volnptuaria villa actum de arce lignea extruenda in inſula Lupara arci oppoſita, quam Andinus per ſolemnia nuptiarum, & ludorum laſciuiam, cum ſuis tueretur, inde Nauarrus cum ſectæ proceribus belli ſpecie inſiliret, tormentis puluere & tomento fartis, ſine ferreis glandibus vtrinque fulminantibus, conuerteratque vt in eo ludicro accenſis animis, ardente pugna, res pilis ferreis ſeriò à partibus Andini gereretur, & ita quaſi rixa inter ludum exorta cædis conſilium tegeretur, nec enim colpæ aſſignatum iri, quòd ludus & laſciuia peccaſſet. Verùm quia fraudis ſuſpicio inceſſerat, eaque in animis conſcientia ægris moleſta erat, arx noctu diruta eſt, materia ne ſuſpiciones irritaret, aliò comportata.

Id temporis Carlota Borbonia Monpenſerij filia, quæ à matre Iacoba Louuiana clam vito ſectæ inauibus imbuta erat, in Ionarienſe monaſterium velut in carcerem compulſa, religioſum habitum exuit, & fuga in Germaniam ad Federicum Palatinum VII. virum elapſa turbauit, quæ paulo poſt Gulielmo Naſſauuio Arauſionenſi Principi denupſit. *Carlota Borbonia ſectæ veneno imbuta.*

Id temporis ex aula Guiſij, ſimulata offenſione digreſſi, quaſi potiori loco ſectæ proceres apud Regem eſſe ingratè acciperent. Regina mater, & Andinus eorum abſceſſum indignè ferebant. Cardinalis Alexandrinus ex Hiſpania, & Luſitania per Gallias in Italiam rediens ſalutatum ad Regem viſit, & apud eum de fœdere Turco renuntiando, de nuptiis Margaritæ ſororis cum Luſitaniæ Rege cocundis, & vitanda ſectæ procerum conſuetudine Pontificis mandatu egit, Rex ad omnia benignè reſpondit. Cùm de nuptiis vehementius vrgeret, dixit Rex, intra paucos dies ſe conſilia ſua Pontifici approbaturum, quibus explicandis, nihil hoc nuptiarum cum Nauarro prætextu opportunius eſſe. Abiret modò, & de ſua fide, & mente Pontifici ſponderet, tum detractum digito annulum in Cardinalis digitum indidit, addiditque, Hoc pignus meæ fidei habe, de qua Pontificem ſecurum eſſe iubeto. Eius abſceſſu ſtatim nuptiarum cum Nauarro conditiones actæ, 300. aureorum millia dotis nomine Margaritæ dicta, Regina Nauarræ, Bearni principe, & pleriſque omnibus ſectæ proceribus factum probantibus, fœdus item cum Anglorum Regina integratum, cuius leges, quia non in longum tenuerunt hic adſcribere piget. *Guiſij ex aula egreſſi.*

Mox in Germania per Gaſparem Scombergium pacta cum imperij principibus icta. Miſſus & Ioannes Galeacius Fulgoſius Florentiam cùm Hiſpani ditioni Senenſi inhiarent, qui cum Coſmo magno Hetruriæ duce de belli rationibus aduerſus Hiſpanum ageret, & ab eo mutuas regi pecunias bello gerendo ſumeret. Mox Philippus Stroſſius cum Polinio Garda, & Roaldo Landereo in Santones amandatus, qui claſſem ad exſcenſionem, in Belgium, & ad Indicas excurſiones promptam haberet, quod Rupellani in deterius trahebant, & noua conſilia ſuſpectabant.

Tum in Septimania Nemauſi menſe Maio ſectæ ſplendida coitio habita eſt (Synodum vocant) cui Beza caput fuit, vbi in ſpeciem multa cerimoniis & ritibus adornata, multa in fidei decretis innouata ſunt. Monachi excucull■ti nouis nuptiis, & licentia exultabant, foris ſeueritatem in promptu habebant, intus libidinem & ambitum recondebant.

Nauarra Idibus Maij Lutetiam profecta, cùm corporis Chriſti feſtiuitas ſolemni pompa gereretur, à Rege expreſſerat, ne per ſupplicationem ſanctiſſimum Chriſti corpus pro foribus prætorij ſui transueheretur, quod à Rege cùm indultum eſſet, intra octauum illa diem exceſſit, & repetita feſti celebritate octaua die ſacrum Chriſti corpus, quod illa videre abhorruerat, pro foribus eius magno bonorum omnium plauſu tranſuectum eſt. Veneni ſuſpicio fuit, ſed corpore diſſecto abſceſſus in læuo latere, ex nimia fatigatione repertus exitio fuiſſe iudicatus eſt.

Interea calente belli Belgici negotio, cùm allatum eſſet, Montes in Hannonia à Naſſouio interceptos, Colinius vrgere cœpit, vt quamprimum Hiſpanis bellum indiceretur. Rex diem de die ducens, & alias, deinde alias moræ cauſas faciens, vt ſectæ vota, & expectationem conſumeret, Colinium rogat, vt quid animi ſuper ea re habeat, ſcripto enunciet, quod deinde in conſiſtorio maturè expendatur, ne quid præcipiti feſtinatione peccetur, Colinius ſcriptum edidit, quod in conſiſtorio recitatum à Ioanne Moruillerio, qui principem in ſan-

ctiore

Ricamator pirata vno tractus.

ctiore conſilio locum tenebat improbatum,& contrario ſcripto refutatum eſt. A

Dum Rex conſiliis agitandis tempus extrahit, allatum de Ienliſij copiis ab Albano deletis, quare perculſus in ſpeciem Rex ad Claudium Mondolcetum, qui res ſuas apud Albanum agebat ſcribit, daret operam, vt capti ex nobilitate Gallica dimitterentur. Colinio poteſtatem fecit, vt quantas expediret ductare poſſet, in limite copias ſcriberet.

Secta venenum in Delphinatu, Sabaudia, & Subalpino tractu.

Inter hæc ſectæ venenum per Tendæ Comitem in Delphinatu, Sabaudia, & Subalpino tractu Francis obnoxio glifcebat, cui ſeueris conſultis Sabaudiæ Dux obuiam iit. Miſſus in Poloniam Ioannes Monlucius Valentiæ Epiſcopus, qui de regno Poloniæ, quod Rege improle mortuo vacuum erat, in Andium Ducem, ordinum ſuffragiis conferendo ageret.

Inter hæc frequens vtrinque nobilitas Lutetiam ad Nauarri nuptias ſpectaculis, & ludo celebrandas confluxerat. XII.Kal.Septembres,Margarita in epiſcopi ædes deducta eſt,ſponſalibus coeundis intra veſtibulum templi B. Virginis; quod ampliſſimum & capaciſſimum eſt,pegma ſtructum,cui Margarita,Rex,& cæteri principes,ac nobiles Catholici inſidebant, Nauarrus ſponſus,cum Colinio, Condæo, Rupiſulcaudio, & aliis primariæ nobilitatis ſectariis foris ſtabant, ne ſacrarium initu polluerent, ſolemnia ſponſalium per Cardinalem Borbonium celebrata, mox in aula epiſcopi, dapſilibus epulis omnes excepti, ſub veſperam in arce Lupara matrimonium impletum,per aliquot dies feſtæ, epulæ, haſtiludia, ſpectacula, de nocte comiſſationes, mimi, cum reliqua laſciuiæ ſcena fuere. Princeps Condæus extra vrbem more ſectæ cum Marcheſia inſulæ nuptias coiētat. Colinius potentia,& ambitu in aula graſſabatur.

Colinius vulneratur.

. 22. Auguſti è ſpeculari hoſpitij quod auiæ Guiſij familiaribus aſſignatum erat, duabus pilis plumbeis vno explauſu Colinij digitus dextræ manus,& læuus cubitus debilitatus eſt. Auctor vulneris Mantenellius fuga in tutum euaſit. Vicedominus Carnutum eo caſu perculſus abitum ſuaſit,Telignius Colinij gener contra fuit,in cuius ſententiam Colinius abiit. Rex in ſpeciem ſupra quam cuiquam credibile eſt factum dolenter accepit, Colinium cum matre & fratribus inuiſit,mox nono Kalend. Octobres die D. Bartholomæo ſacra,Guiſio & Aumalio id negotij dat, vt 500. ſectarios qui ad S. Germani ſuburbium diuerterant de nocte obtruncarent. Ædes in quas ſectarij diuerterant calce ſignandas vt internoſci poſſent, curauerat. Catholicis omnibus in galeris crux alba appicta. Aulicis manulea candida aſſuta fuit,teſſera data, *Viuat Deus,viuat Rex*, ſectarij cùm Regis mandatu vulnus Colinio impoſitum ſibi perſuaſiſſent, coniuratione inita vindicandæ iniuriæ ſtudio ſibi omnes barbam raſerant,integris villis qui ſuperius labrum obſident,vt inter ſe gnari eſſent. D

Colinius confoditur.

Cum valida manu in Colinij diuerſorium quidam irrumpunt,& cuſtodibus cæſis in eius iugulum inuolant. Ille ſubita re perculſus, in cubitum ſe erigit, & maieſtate vultus ac orationis homines à facinore deterrere conatur,à Bemio,alij Beſmam vocant, Germano Guiſij apud Aurelianum cæſi ſtipatore confoditur, tum è ſpeculatibus in vicum præcipitatus, in vile præſepe raptatur. Aſſeclæ eius omnes in eodem diuerſorio cæſi, niſi ſi cui tenebræ effugium dedere. In Lupara quotquot ſectarij reperti gladio iugulum præbuere, Nauarro & Condæo,quia in ſpe bona erant, vitæ gratia facta. Nicolaus Bellofremontius Mercatoribus præpoſitus in ſancti Germani ſuburbio ſectarios occidione cecidit.

Vicedominus Carnutum,& Mongomerius pernicibus equis ſalutem expediere, Suirius, Caumontius,Bellouacenſis,Pardiglianus fuga ſaluti conſuluerant. Qui in eorum comitatu erant priuſquam in equos inſilirent in mucrones incurrerunt. Vicecomes Laudanus, Dux Vticenſium, Cruſſolius Acierius, Baro Benacus, in palatio Guiſij ſalutem repererunt, Coſſæo venia data. Senes,iuuenes, fœminæ, viri, qui in ſuſpicionem ſectæ veniſſent periculum obiere:pleríque fluuio merſi. Ramus vir eruditus,ac diſertus,à ſtudiorum æmulis cæſus, caput in vicos deiectum eſt,tribus diebus populi furor deſæuiit, qui 10. capitum millibus ſtetit. Domus Condæi, Nauarri, Colinij direptæ.

Sectariorũ cædes.

Ad Luparam vnus è pardiglianis trucidatus.Pilius,Macrinus Lodunenſis vir doctus Nauarræ à ſtudiis, Rupiſulcaudius,Telignius,Georgius Marchio Reuelli, Subiſius, Guereius, Pluuialtus Baudiſneus,Bernius,Brionius,Montamarius,Bailus Aurelianenſis,Gerſius,Saltedus, Brancheſortus, Briquemaudus pater, & innumeri alij dimiſſo in pectus ferro ſpiritum poſuere. Sæuitum contra fas gentium in Colinij viri rei bellicæ ſuo ſæculo prudentiſſimi cadauer,quod imminutum, laceratum, vnco tractum è furca Montis falconij extra vrbem F ſuſpenſum,vt erat adipatum & pingue, ſole ardeſcente colliqueſcebat, & guttis ſeui ſtillantibus deflucbat. Vltio in ſectarios non intra Lutetiam ſtetit, ſed puncto temporis per omnes

regni

regni vrbes cucurrit, Rotomagi, Aureliis, Pictauij, Lugduni, Auarico Biturigum, Nannetibus Burdigalis, Toloſæ in neces itum. Regi cædem in fidei hoſtes feciſſe pro munimento fuit. Ni occupaſſet, eundem exitum facturus erat.

Colinius Condæum in animo Regem habebat, de Principe Bearni, cuius indoles ſupra principum vulgus extabat, ambiguus.

Rex vbi tumultus deferbuit in publico ſpectandum ſe præbet, & explicata conſilij ſui ratione ſibi aut habendum, aut faciendum metum eſſe oſtendit. Tum edictis propoſitis vim inhibuit, ſectariis vt reſipiſcerent, & in ſinum eccleſiæ ſe traderent: auctor fuit, in melius mutatis omnia prompta eſſe, Regis pietatem ſubditis munimento fore, de Colinio, & aliis ſectæ conſciis, non vt de hæreticis, ſed vt de perduellibus ſupplicium ſumptum.

III. Kal. Octobris ſupplicatio ad omnia puluinaria indicta, gratiæ Deo actæ, vincti carcere exempti, inopibus largitio facta, & cætera vſurpata, quæ res lætæ fieri amant. Hic tumultus 60. millia capitum abſtulit. Vicedominus Carnutum, & Mongomerius in Angliam elapſi ſunt, Ioannes Galeaſſus Fregoſus in Germaniam miſſus, apud Palatinum VII. virum Regem crimine exonerauit, in cuius verbis Palatinus ægre acquieuit. Charitæum oppidum quod ſectariis ſecuritati datum, per Niuernium Regis imperium accepit.

Rupella fidei contumax Catholicos vrbe expulit, & in obſidium obduruit. Miſſus Stroſſius qui pertinaciam vinceret, fruſtra fuit. Submiſſus Bironius ſectariis paulo æquior, cui negatus in vrbe aditus, niſi Stroſſius & Polinius mari præfectus ab armis diſcederent. Reſciuerant illi Creſſertam Albium, Albam Auguſtam eſſe putant, Regis nomine cum paucis intromiſſum de nocte vrbem cohorte militum inſediſſe, & in turbarum auctores grauius vendicaſſe. Exemplo docti Bironio aditum negarunt. Dux Polinij triremes ab Eſſartio ſectæ duce quatuor naues ducente peſſime habitæ ſunt: altera inter tela hoſtium vitabunda erupit, & altum tenuit, altera hoſti ſuccubuit. Paulus Æmilius Fieſcanus captus, Greghettus Iuſtinianus dux militiæ ſciens in armis occubuit. Pauci dies abierant cum Bironius pedem propius ad vrbem ſtruxit, ſeptem equitum turmis decem & 7. peditum ſignis ſeptus, quos quingentæ foſſorum operæ ſequutæ, duo tormenta muralia. Polinio 40. cum naues, tum triremes præſto fuere, in quibus roſtrata Venetorum nauis (galeonem vocant) ſectariis erepta: quatuor duces commeatuj proſpiciendo vicina Rupellæ loca præſidio tenebant, qui aduenante Bironio omnes in fugam ſe dedere. Vnus cognomento, & natione Northmanus, Marani quod altis ac voraginoſis paludibus vndique cinctum eſt reſtitit, mox fulminatione tormentorum territus fuga euaſit.

Inde Bironius ſub mœnia ſucceſſit, & ad Sancti Andreæ fanum caſtra poſuit, Stroſſius ad Pileborum, Conſæus ad Roncæum. Ad portam Cognaci quatuor molatrinæ ſubuentaneæ corruptæ, eruptiones ſi quæ tentatæ ſunt, irritæ, & fœdæ euenêre. Oppidani territi ex Anglia Mongomerium cum auxiliis arceſſunt.

Id temporis Regina Franciæ partu ſoluta infantem fœminam ediderat, cui ſacro fonte tingendæ Regina Angliæ fidei aſſtipulatrix capta, per vnum è ſuis purpuratis (Milortos vocant) ſertum ex elenchis, adamantibus pyropis, vnionibus, honeſtandis puellæ cunis munere miſit, quod à prædonibus Flandris, & Rupellanis interceptum Reginæ offenſioni fuit.

Ea res Mongomerij conſilia tardauit, vt ſerius naues inſtrueret. Cum in ea obſidione, ob ſitum, & munimenta vrbis plurimum operis eſſet, quæ inde mari cingeretur, inde foſſis altiſſimis aqua reſtagnante paludoſis, mœnibus validis, turribus, propugnaculis firmaretur, miſſus à Rege Lanouius qui contumaces ad imperia Regis flecteret, & ad æquiora conſilia traduceret. Illis immotum, & fixum pro libertate mori. Proditio cum oppidanis aliquot tentata fraudi tentantibus fuit: priuſquam longius abeam, & de oppugnatione ſcribam pretium operæ fecero, ſi vrbis ſitum ſub oculos ſubiecero.

Ea vrbs in Alnienſi pago, qui ad Santones pertinet, ad oceanum in planitie ſita eſt, quæ molli cliuo ſenſim ad ortum aſſurgit. Quare & portus Santonum olim dicta. Mare quod vrbem alluit aluco facto mille paſſuum latitudine patet, longitudine quingentos, vt portum efficiat, ſtatione capaci & nauibus fida, in cuius aditu binæ turres lateritio opere per feneſtras mare deſpectant, tormentis munitæ, quæ vel minimas cymbulas pilis ferreis quatere, & aditu prohibere poſſint: qui locus Catena dictus, quod catena vtrinq; ducta ingreſſum obſtruat. Duobus à Rupella milliaribus Boſia rupes ſinu vaſto, ſed à ventis tuto, vel maximæ claſſis capaci mari imminet. Turribus iis quæ portum claudunt murus validus adnectitur, rectoq; ductu propugnaculo orbiculato, cui Gartotij cognomentum eſt, occurrit, quod totius aluei arbitrium obtinet, & vrbi pro ariete ſimul, & armamentario eſt. Inde murus ſeruans portus alueum, qui vadari poteſt, ad portam S. Nicolai pertinet, quæ validis munimentis

Rupella Catholicos vrbe expellit.

Regina Franciæ infantem fœminam edidit.

Rupellæ ſitus & obſidionem.

tis firma eſt, vnde in obliquum flexus ad propugnaculum matrunarum ducitur, & ſinuoſo A
amfractu in cubiti ſpeciem ad Salinas trahitur, à quibus ad portam Cuneam aſcendit, forcipis forma vnde & forceps appellatur. Foſſa toto eo tractu alta, æſtu per Salinas reſtagnante impletur, qui vbi deficit ad Septemtrionem foſſa manu hominum ad immenſam altitudinem dehiſcit. Mox ad portam nouam, deinde ad Molinæam, & aditum portus in ambitum valida mœnia curuantur, varijs turribus & propugnaculis firma, vnde libera per feneſtras, & pinnas iaculatio eſt, vrbs in ambitum tria millia paſſuum patet, quadrata forma mœnia rupi inſiſtunt, quæ cuniculis & ſcalis impetuia eſt. Tum verò æſtuaria cuniculos prohibent, qui tamen à Cunea porta ad Euangelij munimentum procedere poſſunt. Foſſæ labrum exterius mœnibus altius eſt.

Tum verò Veneta nauis roſtrata propius ad vrbē admota, cùm ſupra muros extaret, vicos in vrbe, domos, munimenta crebro fulmine deturbabat. & nauigijs exeuntibus, aut ineuntibus periculum faceſſebat, cui vt obuiam iretur aggeres intus, & inſanas ſubſtructiones excitarunt, in quibus pilæ ferreæ hærerent. B

Interim vni Lanouio apud milites fides, qui manu conſpicuus in eruptione impetum, in receptu conſilium aduocabat, & obſidionis aſpera obtendens ſenſim feroces animos lenibat. Vocati ad partes Heluetij in ærarij penuria abnuebant. Regina Angliæ clam ſtudia ſectæ fouebat. Inter hæc Nauarrus, & Condæus deteriorum metu Pariſiis in æde matrice B. Mariæ publicè hæreſim apud Saluiatum Pontificis nuntium eiurarunt, quibus ab eodem ſolutum in contrahendis ob affinitatem nuptiis, vinculum, & poteſtas matrimonij facta. Colinij filij vt perduellis nati S. Conſulto infamia notati, Geneuam conceſſêre. Arx Caſtilio, gentis caput, funditus euerſa, foſſæ & riui terræ aggere abditi. Arbores circum caſæ, & conuulſæ, poſteris monimento. Dux Andium in annum ſequentem cum primaria nobilitate obſidioni impoſitus. C

Motus in Flandria. In Flandria paulo ante id tempus pace concuſſa graues motus fuêre, cùm Albanus pecunias non intra modum indictas per vim exigeret, Flandri iugum exuere parati moras belli trahebant. Colinius Comitem Palatinum VII. virum, Ducem Saxoniæ ad partes vocabat. Princeps Arauſionenſis & Ludouicus Naſſauuins faces bello ſubdebant, ſectarios è limite Picardiæ in Brabantiam, Hollandiam, Zelandiam ſubmittebant, qui turbas inſtaurarent, 26. prædonum nauigia mare infeſtum habebant, quæ claſſi Ioannis Cerdæ Medinæ Ducis aduentanti aditum intercluderent. Tot aſperis deprehenſus Albanus cùm pecuniarum inops eſſet, amicorum fidem ſollicitat, à quibus largiter nummi ſuffecti. In iis Coſmus Medices primas tenuit, qui miſſo Antonio Macingho, Antuerpiæ ducenta ducatorum millia è menſa reſcripſit, vt fidem ſuam Hiſpaniæ Regi probaret. D

Briela primi motus. IIII. Non. April. primi motus in Briela fuerunt, Hollandiæ inſulâ ad quam Rhenus & Moſa coniuncti ſe in mare exonerant proximè Zelandiam, vbi Lumæus Gallus nauibus mille claſſiarios in terram expoſuit, ad quem plures ex eadem prouincia, qui vulgari dicterio Gueuſij dicti, quaſi mendicos voces, ſe aggregarunt. Briela vrbs proditione capta eſt, ſæuitum in ſacrum ordinem, incenſa templa, xenodochia, cœnobia, imagines confractæ. Ibi portus ſitus omnium maximè commodus à Lumæo munitus eſt.

Re cognita Maximilianus Boſſutius Batauiæ præſes Ferdinandum Toletanum Albani fratrem militum Hiſpanorum magiſtrum monet, vt cum omnibus copiis quamprimum iter Rotterodamum, quæ ciuitas in Hollandia nomen à Rottero amne ſortita eſt, capeſſeret vnde ad Gerulietum, quod in eo tractu oppidum eſt, militibus expoſitis, & cymbis quibus ſecundo amne vecti erant, ibidem in tuto relictis, quòd ad eas hoſtes aduerſo amne remulco vix eniti poſſent, Brielam pedeſtri itinere ſe accingeret: quò cùm deuentum eſſet, copiæ Roderigi Zapatę duce Iacobo Felizio ſignifero pręmiſſę, in exſcenſione tribus hoſtium ſtationibus perruptis pagum inſederunt, ad quos Boſſutius & Ferdinandus aggregati, longiúſque progreſſi animaduerterunt hoſtium lembos ab eleiariis aduerſo flumine trahi, & vacuis cymbis incenſis, effugio abſciſſo intercepti Hiſpani, inedia, aut ferro conficerentur. Moniti ſibi effugium abruptum, æſtu maris augeſcente, 8. Idus Apriles in veteri Moſa pontem tumultuario opere moliuntur, per quem tranſmiſſi ſinum maris inertem duo millia paſſuum nudo corpore vadant. Poſtridie alio amne lembis tranſmiſſo Rotterodamum tenuere, vbi tumultuatum, quòd oppidani pręſidiarios abnuerent. A ciuibus dictus militum numerus, quem in vrbem admitterent. Faber Ferrarius vir audax ad portā ſtationi pręerat, qui cùm in eo quod conuentum erat non maneretur, & plures quàm pacto comprehenſum eſſet ſummitterentur, portam occludere conatus à Comite Boſſutio confoſſus eſt. Milites irruptione facta prędas egere, & multum reclamante Boſſutio vrbem & agros populati E F

ſunt

Amſtelredamum expediendis commeatibus miſſus, qui explicatis annonæ rationibus
Sparedamum, Sanportum, Cacuichum, per obuios hoſtium cuneos ſibi ferro viam fecit,
commeatum citra noxam Rotterodamum intulir.

Inde Rodericus Toletani iuſſu ducentos pedites Delſhauenum duxit, vbi factioſi pro- *Delſhaueniũ Rodericus tentat.*
ignaculum ad ripam æſtuarij ſtruxerant, quod ab eo magna hoſtium cæde expugnatum
Hi ſucceſſus ad victoriæ ſummam minimum iuuabant, cùm Detechera, Lochema,
ocsbotchum Zutfenum, & in Geldria Harderunichum, Terebrichum, Hattemum, Cam-
num Suollanum, Haſſethum & Steenulchum inſtigatu Naſſouij ad partes tranſiiſſent.

In Friſia Nidertuomirerus, & Iuſtus Comes Schouemburgius Snechum, Belſuarum, &
anicherum occuparant, quibus Gaſpar Roblius Bilyus obuiam iit, & eorum impetum
hibuit.

Inter hæc Albanus Fridericum filium cum quinque peditum millibus, & tribus equitum
rmis Montes miſit, qui aditu vrbis Genlium & Gallica ſubſidia prohiberent. Federicus
cœnobium Bethlemicum altero à Montibus lapide caſtra poſuit, & Sanghiſlainum
ayſnio fluuio impoſitum, Caſtellum Boſſurij, arcem ad Haniam amnem, à quo Han-
nia dicta, & reliquos ad Montes è Gallia aditus inſedit, vt ſpes aduentantibus præcideret,
t certe difficiles aditus efficeret.

Idem primo ab vrbe lapide munimentum ad meridiem exſtruxit, inter cœnobiũ Bethle-
cum, & Trullum amnem, qui mœnia Montium alluit, vt eruptiones hoſtium, demeten-
ſegeti, quæ ineunte Iulio maturuerat, inhiberent. Cœnobium Spinceuenſe quod vrbi
ictu erat, à Gallis Rouero duce inſeſſum, fruſtra tentatum eſt. V. Idus Iulias oppidani
deſecandas meſſes cum ſexcentis peditibus, & 50. equitibus egreſſi obuios è munimen-
præſidiarios habuere, quibus auxilio ſummiſſi mille pedites Roderico Toletano duce
latus incubuere, à fronte Bernardinus Mendoſa turmam equitum, & ducentos ſcloppe-
ios immiſit. Anceps diu pugna fuit, cùm ex vrbe in Hiſpanos machinæ fulminarent, &
atè ſtragem ederent, quibus fumo inumbrantibus Galli ſub muros ſucceſſere, vnde te-
re inſequuti Regij pilis plumbeis inſenſabantur, Chiappino Vitellio ſtrenuo duci tibia
a glande confoſſa, Rodericus leue vulnus accepit, vtrinque multi cecidêre.

Interea temporis ſama de Genlio vulgata eſt qui cum ſeptem peditum millibus, octin- *Genlij exercitus.*
tis equitibus in proximo erat. Expedita Federico ab Albano patre ſubſidia tempori non
iere. Federicus prœlio experiundum ratus, obuiam Genlio ſe dat, miſſus Antonius Fi-
rola qui de hoſte cognoſceret. Is Genlium ad fluuium Hayſnum proximè Boſſurium,
rem moliri tranſmittendis copiis attulit.

Tum acies inſtructæ. Prima Chappino Vitellio cum agmine Hiſpanorum ſatiſſato com-
ndata. Secundum loricati cum haſtis equites duxere. Vltimum agmen Bernardinus
ndoſa cum firmo equite claudebat, qui eruptionem ex vrbe coerceret. Cùm de rebus
tium ad certum non cognoſcerent, miſſus ſpeculatum cum ſcloppetariis equitibus Fer-
andus Dauila, qui è ſylua exeuntes proximè oppidum Alterragium altero à Sanghyſlai-
lapide obſeruauit. Primam aciem Franciſcus Rentius, poſtremam Ienlius cum Ringra-
, & Ianiſſaco ductabat. In exercitu nullus explorator, qui de Hiſpano quæreret, incerta
ra, peruerſi ordines, milites incautioſi hoſtium, quaſi in ſuo, non in hoſtico palantes in-
lebant. Miſſus cum 60. ſcloppetariis ab Hiſpano Salazarius qui cum hoſte velitaretur,
m veſtigio ſequutus eſt cum prima acie Iulianus Romerus. Galli primo impetu Hiſpa-
n verterunt, inclinatam aciem quadringentis Vallonibus Gallobelgis Captius reſtituit,
nque ſubſidia ſenſim augeſcebant, Galli per horæ ſpatium manu fortiter vſi, ſed equite
pano ruente ſuſi, à vicanis indigenis, & Antonij Figuerolæ peditibus qui alia via flu-
m tranſmiſerant, circumuenti peſſimè habiti ſunt. E Gallis eo prœlio quod ſub ſerum
i cœptum erat quadringenti deſiderati, Toletanus parta victoria de nocte Sanghyſlai-
n ſe recepit. Villatici quadringentos ſubuculis amictos, cetera nudos ad victorem tra-
e, in quibus & Genlius Antuerpiam raptus in carcere contabuit. Alij ſauces eliſas la-
o ſcribunt. Iamſacus Tornacum ductus Hiſpano apud hoſtem captiuo mutatus eſt. Ea
de mille ducenti abſumpti, quatuor millia capta, è quibus plerique in furcam ſaliêre:
m ſæuitiam pati ſæuitia Fliſinghenſes, & alij partiarij vlti ſunt, & vtrinque immanibus
mplis certatum. Rentius, & Ringrauius in pugna cæſi, ducenti è clade Montes euaſere,
vexilla in manus Hiſpanorum venêre. Mox Federicus à patre ampliſſimis copiis auctus
idium ad vrbem propius admouit. Fliſinghæ Catholici aliquot, vt vices Regiis redde-
tur in furcam iere, naues quę commeatum Mildeburgum ferebant à partiariis oppugna-
profundo hauſtæ ſunt, captiui è patibulo ſuſpenſi.

beti,& Comitiis Neſtoris Martinengi inclaruit. Sextus impetus Muſtapha præeunte in iſtrum ceſſit, vbi Hercules Martinengus robur corporis, & animi ſuis approbauit, tormenta hoſtium tanta perſeuerantia fulminarunt, vt Nonis Iulij quinquaginta millia fulminum numerarentur. V. Idus impetus ad turrim S. Napæ, alius ad munimentum Andruſſi factus, tertius ad cortinam armamentarij, omnes ſimul, quo pluribus locis obſeſſi diſtinerentur, à quibus oppugnatio tanta virtute ſuſtentata, tanto robore diſturbata eſt, vt clades Turcis 6. millibus capitum ſteterit. Cuniculis ſub turre S. Napæ actis, quibus admotus ignis, irruimpentes hauſti, ac obruti ſunt. A

Cùm id munimentum ab obſeſſis inſtaurari nõ poſſet, ad latus aliud excitatum, ſub quo cuniculi acti, qui ad omnes caſus commodarent.

Idibus Iulij ad portam Limeſſanam tota belli moles incubuit, vbi virtus Baglionij enituit, vexillum Turco ſignifero ereptum in vrbem intulit. Ludouici Martinengi fortitudo in miraculum fuit. 400. Turci igne cuniculis ſubiecto peſſum iêre. Seraphinus Fortebracius Dominicanus epiſcopus Limiſſanus crucem in ruina præferebat, vt animos militi adderet, vbi plumbea glande confoſſus, pietatis officiis expletis hominem exuit, vt Deum indueret: pueri, fœminæ, virgines certatim in opere adminiſtrabant, pelles bubulorum madidas, terra humecta refertas ad frangendos tormentorum ictus comportabant. Aliæ extinguendis Turcorum ignibus aquam ſubminiſtrabant: illi enim ſacculos iaculabantur bitumine, ſulphure, ſale, aceto, & cæteris rebus ad ignem opportunis plenos, ex quibus ad terram alliſis, ruptiſque flammæ exſpirabant, quæ contactu proxima quæque corrumperent. Aliud ingenium ignis fuit è tilia, quæ frequens in eo tractu arbor eſt, vnde odor cùm arderet adeò exitialis efflabat, vt neque reſidentibus flammis extingui, neque ſine pernicie ferri poſſet: quate impatientia fœtoris ſtatio portæ Limeſſanæ, quæ prius terræ aggeſtu obſtructa erat, à milite deſerta eſt, in quam Turci ſubito inuaſêre, vnde tumulo extructo in vrbem fulminabant. B C

Fames magna in Famagoſta. Intereà non modò ferro & flamma, ſed maximè fame conflictabantur, equi, feles, canes, mures in alimenta ierant, ſuperabat aliquantum nautici panis verminantis, ſitis per æſtum ardentiſſima aqua ex aceto reſtinguebatur. X. Kal. Septemb. oppidani ad deditionem inclinabant, in quam Bragadinus vt conſentiret flecti non potuit, miſſa celox in Cretam quæ Venetos de rerum ſtatu moneret. Turci tribus cuniculis equitem portæ (munimenti genus eſt,) ſubruere conati. Aggerem montis inſtar cortinæ armamentarij, vnde infenſabantur oppoſuere. Cuniculis exeunte Iulio ignis ſubiectus, munitionis extima vertit, vbi Rondacius vrbi præfectus oppreſſus, per quinque horas ad ruinam ſumma vi certarum, Iacobi Strambellij, Tutij Podacarhari, Philippi Luſignani virtus monſtri loco fuit, poſtridie ipſo diluculo renouatus per quinque horas impetus, & infractus, vbi Hercules Martinengus Herculem ſe tulit, Coltus Famagoſtanus tot virtutis exempla, tam illuſtria edidit, vt in parte miraculi eſſet. Cùm puluis tormentarius, cibi, milites deficerent, ad pacta ventum, actæ deditionis leges, ab obſeſſis Hercules Martinengus, & Coltus Famagoſtanus obſides dati, à Turcis vicarius Muſtaphæ, & Aga, ſeu tribunus legionis Ianniſerorum. In hæc pacta conuentum, vt vita, veſtes, arma, pecuniæ militum, & ciuium ſartæ eſſent: qui inibi reſtarent, illis lege Chriſti vti, frui, honore & opibus integris vacuum eſſet, qui aliò migrare vellent, illis, rebus expediendis tres anni, & liberum ac tutum iter daretur. Milites triremibus Turcicis quinque maiora tormenta cum tribus exotticis equis auherent, ne Chriſti templa in Moſcheas & conciliabula Turcica verterentur, ne ciues decimis, aut aliis oneribus opprimerentur. Obſignatis legibus ſalutatum ad Muſtapham ierunt pridie Idus Septembres. Aſtor Baglionius, Antonius Quirinus, Andreas Bragadinus, Ludouicus Martinengus Comes, eques Haſtanus, & alij plerique è primaria nobilitate, quibus Muſtapha plurimum in ſpeciem honoris habuit, mox cùm Bragadinus apud eũ ferocius, quàm pro fortuna deſſeruiſſet, omnes fidem ſuam ſecutos impie iugulauit. Trecenti milites cõtra fas gentium obtruncati, qui iam naues inſcenderant remo affixi. Bragadinus deciſis auribus publico ſpectaculo in vrbe Iudæi manu cute nudatus, inuictum doloris animum Deo reddidit. D E

Turcica perfidia.

Inter hæc Turcorum claſſis cùm Cypro ſoluiſſet Nigropontum quæ Chalcis eſt, appulit, quò Vlulcialius (quæ vox Alium defectorem ſignificat) & Caracoſſa nobiles piratæ cum inſtructis triremibus conuenere. Ex numero trecentæ Alyo maris præfecto parebant, qui Cretam vela vertit. Ad Amphimalleum ſinum, Sudam vocant, à Franciſco Iuſtiniano duo millia Turcorum ex ea claſſe perempta ſunt. Iterum Alyus ad Turturum offendit, & grauiter mulctatus eſt. Vlulcialius à perfidis Caloieris arceſſitus Rithymnum 60. triremibus infeſtauit. Alyus ad Cerigum, Cytheram dixerunt, flexit, vbi ſancti Nicolai portum igne vaſtauit, F

ut, inde ad Zantem, Zacinthum vocarunt, remigio euolans ſuburbium incendit, quo npetro Venetus relicta Corcyra Meſſanæ ad reliquam claſſem ſe aggregat. Miſſæ ex-:andis hoſtibus celoces, quarum vna cùm in Cataſalyum prędonem incidiſſet, Fráciſcus onus in manus hoſtium venit. Claſſis Alyi pars, Parga diruta Buthrotum tenuit, porin Epiro ex aduerſum Corcyræ ad ſeptemtrionem, & aliquot dies ibi morata eſt. Aliæ iremes inſulas Merlaras inſedêre, quæ ad meridiem in conſpectu Corcyrę iacent, à quinauis Conſtantina pane nautico inſtructa muniendæ Corſicæ, & Michaelis Barbarigi, 'etri Bertolaſſi Zarani triremes interceptæ ſunt. Nauis Moſſenica, quæ Nonis Iulij Veis profecta erat, octingentis militibus freta offendit, Ioannc Thoma Conſtâtio duce, qui decimum octauum ætatis annum attigerat. Ea primùm à XV. Turcicis triremibus tenquatuor totos dies impreſſionem ſtrenuè ſuſtinuit, vbi Conſtantius adoleſcens tam ilia virtutis exempla edidit, vt in ſpectaculo Turcorum oculi hærerent, tandem ab Vlul-), & Aſſano prædonibus 50. triremibus circumuentus adoleſcens ſupra ætatem belli is, animi inuictus, crebris vulneribus corpore debili, captus, & ad Selimum ductus eſt, à ad eiurandam fidem magnis præmiis inuitatus abnuit, & poſt quadriennij carcerem ad ici tertij Galliæ Regis preces carcere, & ſeruitute exemptus eſt.

ulò poſt Soppoti arx à Turcis pugnando capta, præfectus arci Murmurus in hoſtium ſtatem venit, mox arx Dulcinia leges hoſtium accipere coacta, Sciatra Martinengus in ·diam datus eſt. Ad Antiuarum vtrimque acriter pugnatum, cum ſtrage Turcorum, 10 metu Antiuatenſium, in quos belli moles ingruebat. Illi ſaluis rebus dedere ſe co-Tum à Turcis Budua in Rizonico ſinu, Golfum Cathari vocant, quæ à mari labora-:apta. Curſolum à viris derelictum, à fœminis ſupra viros animoſis ſtrenuè propugna-eſt, quibus venti & maria diſiectis hoſtium nauibus præſidio fuere, Leſina pago à Turcenſo, virago Turcum fugiens in ſaxum euaſit, vnde funda lapides iaculata hoſtem it, & caput hoſtilij enſe abſcidit: quæ in Epiro cùm gererentur, in Dalmatia Sangiacus nus proditione Gaſparis cuiuſdam Mediolanenſis, Turrim Salonam, & ſaxum, duas tiſſimas arces cæpit. Philippus Bragadinus maris in eo tractu curator cognito claſſem im Corcyram tendere, Georgio Murmurio id negotij dedit, vt ad occaſum prouinciæ et, ille valida equitum manu auctus in claſſiatios qui exſcêderant ex triremibus Cara-, Caramenij, Caſſari nobilium prædonum ad portum Guinium propter fluuium Pom inuolat, pleroſque cædit, ipſum Caſſarum Baſſum fidei deſertorem, Corcyræ na-apit, ad Buthrotum magna vi certatum, pagi arſere. villæ prædæ fuere. Raphael Carius miſſus ab Orſino Corcyrę curatore ſtrenue rem geſſit, poſt incendia & varias cla-Alys militiæ magiſter vniuerſam claſſem mandatu Selimi noua Famagoſtæ expugnaferocis, ad Naupactum infauſta aue, III I. Kal. Octob. coegit. Inde Mehemetem Be-m validis triremibus ad Aſpropitium inſulam in freto Naupacti tramiſit, qui cum-im proſpiceret. Auſtriacus pridie Kal. Octob. Corcyra ſoluerat, & Leneolam primùm, c Gomenetianum portum in Epiro capaciſſimum, vltra flumen Calamum venerat. : Ægidio Adtada exploratore fido didicit claſſem Turcicam in freto Naupacti age-m Corinthiacum ſinum eſſe aiunt.

Soppoti arx à Turcis capitur.

m verò de prœlij rationibus actum. Requeſentius ordinis Samiacobini princeps, um Caſtiliæ commendatorem vocant, auctoritate pollens, prœlio abſtinendum ae-Marc. Antonius Columna vir belli ſummus, vſu cum paucis peritus, animi in ea ætate dicus, prœlium ſuadebat, inter Auſtriacum & Venierum iurgia gliſcebant, quæ à Co-i, & Auguſtino Barbarigo compoſita ſunt. Claſſis poſt multam iactationem ad val-lexandriæ appulit, portum amplum, & nauibus fidum, quæ antiqua Samos fuit, vbi um pugnæ formatum, cuius copia ſi negaretur de conſilij ſententia placuit, vt Dari, Rhium & Anthirrium vocarunt, munitiſſima propugnacula in ore hoſtium ſi forte m auderent, tentarentur. Pridie Non. Octob. veſpera inumbrante, inſulas Oxias(ho-rzolares vocant,) tenuerunt, vnde ipſo diluculo in conſpectum hoſtium die Beatæ e ſacro venêre. Alyus, penes quem Turcicæ claſſis ſumma erat, à Caracoſſa explora-: claſſe Venera ad certum comperterat, qui Selimi literis quibus prœlium iubebatur, ru eius in publico lectis, aciem cum bona ſpe inſtruit, quod claſſis commeatu per netem Beli & Aſpropite in Liuadia (quæ olim Achaia fuit) abundè recreata eſſet. erant quaſi cumulus XIII. millia Ianizerotum, centum Sangiachi, & Alobei, viri urcos magnæ dignationis, vſu rerum pollentes. Maris ingenium vbi certatum eſt, phicè pingitur, inuitia victoriæ fuerit.

-ea, quæ olim Peloponeſus fuit, ad occaſum initio à Capitorneſo (quod promonto

Morea deſcriptio.

rium Cleonæum veteribus erat) ducto molliter à ſeptentrione ad ſinum Corinthiaeum, A quæ Lepanti fauces hodie dicuntur, per 60. milliaria flectitur, inde per alueùm anguſtum mare intrat,& ſenſim in latum abit, oui ſpecie, vbi fretum eſt Lepanticum,in mucrone ad ortum ſinus eſt Corinthiacus(cui Examilla hodie nomen) qui ſinuoſo anfractu ad Lepantum(veteres Naupactum dixere) incedit,à quo ad Meridiem ſinus Corinthiacus occurrit, vnde vtrinque turres in littore firmo opere mari imminentes viſuntur, quibus aditus Naupactũ inhibetur. A ſinu Corinthiaco per 80. millia, arcuato flexu littora Ætoliæ, & Acharnaniæ hinc inde curuantur,ad Inſulam S.Mauræ,quę Leucas olim fuit,in quo ſinu Echinades inſulæ,& Oxiæ ſpectantur.

S.Mauræ inſula in ambitum ad 50.millia patet, longior quàm latior, vbi arx cognominis intermedio ponte contiuenti adiungitur,& ad mucronem vſque ducati porrigitur, Itacha Vlyſſis patria quam hodie Valdi comparem & Cephaleniam minorem iudigetant, B quinque paſſuum millibus Leucade abeſt, & 40. millia in ambitum habet,ſi quinque paſſuum millia vltra proceſſeris,Cephalenia maior occurrit,quæ & Melæna,& Samos dicta,in ambitum centum milliaria complectitur. Inter Itacham & maiorem Cephaleniam interiecta Letoa,quam hodie Trapanũ vocant. Ad Auſtrum à Cephalenia ad Zantem, quæ olim Zacynthus fuit,alueus 12.milliaria latus interiicitur,ipſa Zacynthus in ambitum ſexaginta millia capit, duodecim tantum milliaribus à Capotorneſſo diſſita eſt, totius Poloponeſi circuitus 250.milliaribus continetur, intra quem nobiliſſimum, certamen cerni, ſpecimen duarum partium à ſe plurimum diſſidentium,Deo ſtatuente,ſpeciri, vt ille loquitur, oportuit. Chriſtiana claſſis Cephalenia egreſſa auſpice Deo ad ſcopulum Malcantonem, quæ villæ Marini à nobili pirata nomẽ ſortita eſt,defertur. Eius ſcopuli radices paludibus Acheloi fluuij alluuntur, qui tractus hodie Natolia vocatur. Inter ſcopulum Malcantonem, & C tres ſcopulos Curſolares alucus mille paſſuum latitudine porrigitur, per quem Chriſtianæ claſſi iter erat:in fronte ante alios procedebat Cardona,ſequebatur Auria cum ſuis quique triremibus,qui à longe ad læuam,hoſtium claſſem ſinu Lepantico exeuntem animaduertere.Itam ad Auſtriacum,& de eo quæſitum,quid conſilij caperet,ille non conſilio, ſed prœlio locum eſſe reſpondit, irent modò magnis animis, & pugnam cum Deo capeſſerent.

Claſſis Chriſtiana deſcriptio. In claſſe Chriſtiana primam aciem Ioannes Cardona duxit octo triremibus, quarum vna Prætoria Siciliæ, in qua Cardona curabat, altera Prætoria Dauidis Imperialis, tertia Prætoria Siciliæ. In ſecunda acie 60.triremes fuêre,in quibus regia quæ Auſtriacum vehebat,cui ad dextram Columna,in Prætoria Pontificia, ad læuam Venierus cũ Prætoria Veneta,quas aliæ pleræque triremes ſecutæ,ad dextrum cornu Andreas Auria 50. triremibus D validus,ad ſiniſtrum curator maris Barbarius 53. regebat, in poſtrema acie 30.triremes Aluaro Bacciono Marchioni ſanctæ crucis commendatæ.Sex galeaſſæ(roſtratas maiores non incommodè dixeris) in quibus ſecundùm Deum palmaria ſpes, & præcipuum robur fuit, cùm in ſingulis 50.tormenta eſſent. A Franciſco Duodono,Iacobo Guorouo,Andrea Peſaro,Petro Piſano,& duobus Bragadinis ducebantur.

Claſſis Turcica enumeratio. Diuerſa parte Alyus claſſis Turcicæ ſummus primam aciem duxit, in qua 90. triremes, dextrum cornu Sirocco Alexandriæ Præfecto cum 50.triremibus aſſignatum, poſtremam aciem 33.liburnicæ Amurathe Draguto Raiſo duce claudebant. Priuſquam in hoſtem iretur Auſtriacus crucem manu ventilans ſuos hortatus indulgentias pleniſſimas à Pontifice pronuntiâre, ſacerdotes in triremibus peccatis ſocios abſoluere, animos dicendo ſacere, Criſti crucem præferre, quibus incenſi milites in arma vltrò ruebant, victoriam iterantes. E Singulis triremibus ſua ſigna quibus internoſci ab aliis poſſent attribura, Initium prœlio à Galeatzis factum,quarum continua fulminatione pleræque hoſtium trimes demerſæ, peruerſi ordines,quos vt reſtitueret Halyus ad Venieri claſſem vſque penetrauit. Dei manifeſtus fauor à Chriſtianis fuit, vento primo ſtatim conflictu in melius murato, qui aſpectum Chriſtianæ claſſis Turcis eripuit, & ſecundus aſpirans in hoſtes incubuit. Cùm Galeaſſæ vno impetu iaculando Turcos obtrererent, & Eurus triremium flexum, ac velorum vſum frangeret, Alyi triremis cum Auſtriaco, Perthai purpurati liburnica cum Columna commiſêre,virtus militis hinc inde emicuit. Turci clypeatę teſtudinis ignari ad ictus patebant, Chriſtianus miles teſtudine tectus erat:in puppe,in prora, res vtrinque gerebatur, fumo & vento Turci laborabant, tum è proris ſublimioribus globi ferrei ſupra infra poſitas Chriſtianæ claſſis proras irrito ictu ferebantur. Per horæ ſpatium victoria in incerto fuit, mox F harpagonibus, & ferreis manibus triremes iunctæ, vnde noſtri in hoſtiles inſilicre, & cæde facta potiores fuere. Ioannes Baptiſta Benedictus primus in Pretoriam Corcuti inſiliit,inde

in Cata

n Caracoſſæ triremem inuaſit, vbi glande plumbea occubuit, excepit morientis impetum Honoratus Gaetanus,& in Liburnicam Alexandri Negronis inuolans obuios perdidit. Franciſcus Bonus adoleſcens, ſpectaculo virtutis ante obitum fuit. Auſtriacus,& Venierus 75. annos natus ſtrenuè manu rem geſſere, & ſagittis crura confixi, vulneri patuere. Perthaus, t vidit victoriam ad Chriſtianos inclinātem, triteme in prędam militi Bracciani relicta, Lentum cum filio in fugam lembo ſe dedit. Columna, cum ab Alyo liburnica Auſtriaci laboraret, ad opem aduolat,& à puppe triremem Alyi incurſat, prætoria Sabauda periculum bit Lanio duce, in qua Vrbini princeps adoleſcens, Marchio Rouerenſis, Comes Antous Montabellus,& alia pleraque nobilitas erat, à quibus tanta vi pugnatum eſt, vt expedi periculo ſtragem hoſtium ediderint.

Ibi enituit Alexandri Farneſij Principis adoleſcentis virtus ad inuidiam vſque conſpi- a, cum quo Marchio Iulius Rangonius, Comes Albertus Canuſa,& alij plerique immortitate digni Comites, & Barones tam ſtrenuam operam dedēre, vt hoſtium oculi ſtupenr, animi caderent. Veneti ſupra cæteros in pericula ruebant,& pro ſalute & gloria cerſant, Martini Padigliæ triremis ſola tres hoſtium triremes porita eſt. In Columnæ triremibus plerique Franciæ volones fuere, qui per medios rupta via ſaltu in hoſtium liburni- cuaſere, & pauoris neſcij per diſcrimina ruentes fugientium tergis inſtitere, brachia, ca- a, validis ictibus conciſa voluebantur, tabulata cruore natabant, mare circum ſanguine beſcebat. Alyi maris Præfecti caput in Auſtriaci manus venit, quod è ſariſſa ſuſpenſum entui fuit, noſtriſq́ animos, hoſtibus terrorem auxit. Barbarici triremes, quæ ad contitem propius ſe applicuerant incurſu hoſtium in arcto conflictatæ ſunt, quibus ad opem inus Contarenus præſto fuit, vbi re ſtrenue geſta inuictus animi iuuenis occubuit. Igni- Græcanicis Turci graſſabantur, quibus Vincentij Quirini triremis peſſimè habita eſt. barico ſagitta oculus confoſſus. Eius munia Federicus Nanius legatus fortiter imple- Ad opem laborantibus Aluarus Baccianus aduolauit, & eum Cauro Halyo mauo con- a prætoriam inſiluit. Tum verò curator Quirinus, & Comes Sanctæ Crucis, vnà incurre, quibus irrumpentibus hoſtium fuga late creuit. Sirocci Liburniea profundo hauſta oannes Contarenus, Sirocco caput exſecuit, alios natatu, alios minoribus lembis, quoſt tabulato rupto inſidentes in littus elabi cerneres, Chriſtophorus Laducalis Corcyrenanu ſua Alyum Behium confodit, vexillum triremis manu raptum ad Venetos tranſr. Antonius Endemonianus nobilis Cyprius, qui ſuo ſumptu triremem inſtruxerat in oriam Mehemeti Behij ſaltu penetrat, & cæſis claſſiariis Mehemetem captum in cuiam dat.

Alexandri Farneſij Principis Parmenſis virtus.

uguſtinus Barbaricus pugnæ & victoriæ ſpiritum reddidit. Pauli Orſini triremis, quæ um periculo luctata erat, eluctata demum quinque hoſtium triremes pugnando cepit. cialius fidei deſertor, nobilis prædo tanta militiæ arte, tam firmo animi robore rem geſ- palmam inter ſuos obtinuerit, & plus negotij Chriſtianis, quàm reliqui omnes ſolus buerit, Petri Buæ Corcyrenſis triremem claſſiariis cæſis Naupactum traxit, Benedi- Soranſum, Antonium Paſcaligum, & alios pleroſque neci dedit, Soranſi liburnicam perdidit, ipſe te deſperata cæteris fugam capeſſentibus, cùm in exitium eius Auſtria- Auria, Canalætus, Quirinius incurrerent, & victa arma ſe tractare cerneret, fugam in pra agitauit. Plures cedentem irrito ſucceſſu ſecuti, reliqui turpem fugam conſciuere. Vluſcialio 40. triremes, faſeli, lembi, in tutum euaſere. Ceteræ triremes merſæ, aut can victorum manus cum incredibili præda venēre, quod omnes opes Cypriæ in Turciiremes tranſiiſſent. Sub ſerum diei Chriſtiana claſſis in Petalium portum in ſinu Navictoria vitulans ſe recepit. Mare ſtratum cadaueribus concreto ſanguine rubens, tais & triremium fragminibus ſparſum, ſpectantibus horrorem faciebat: oculi in eo ſpelo reſiſtebant defixi, lingua cadebat, neque animo neque auribus plærique compere-

Auguſtini Barbarici obitus.

Turcis limphatis pauore animis inſtans metus vocem conſumpſerat, ne Veeialium m timor animi ſatis munierat: Cunctos terrore, ſtrepitu, quaſi vecordia ceperat. Chrigrates gratias Deo agere, victoriam ei acceptam ferre, Venierum & Auſtriacum præ- efferre, ſauciis medicinam facere: captæ ſunt centum & 17. hoſtium triremes, 13. arones, 17. maiora tormenta, 258. minora, 17. machinæ ſaxis iaculandis. de 14. captiuorum, inde tria millia quingenti capti, in quibus duo filij Alyi maris præprædæ tres partes Hiſpaniæ Regi, dux Venetis, vna Pontifici ceſſit. Eo prœlio Turco- o. millia cecidere, Chriſtianorum 4. millia 538. qui numerus ex iis qui per naues deſiantur ad liquidum exactus, noſtrarum triremium 17. periere, 12. Chriſtianorum qui num dati erant millia liberata. Illi cùm victoriam ad noſtros inclinare cernerent à

Chriſtianorū victoria.

metu ad fortunam tranſeuntes,vinculis ruptis in Turcos inuaſere.Remigibus in Chriſtia- A
na claſſe vinculis ſolutis,libertate promiſſa,creuere animi vt dimicationẽ vltro appeterent,
& mira audaciæ exempla ederent , quæ res victoriam nutantem impulit, & ad Chriſtianos
flexit,qua parta miſſi legati,qui nuntium ad Pontificem, Cæſarem,Reges,ac principes fer-
rent , vulgata per Europam fama ſupra mortale gaudium accepta eſt , gratiæ Deo paſſim
actæ, ſupplicationes ad omnia puluinaria habitæ, nuntiis honoraria decreta.

Edixit Pontifex vt 7.Octobris dies anniuerſaria celebritate feſta eſſet.Res vbique publi-
cæ lætitiæ fuit,Venetiis dies B.Iuſtinæ annuo cultu celebrata. In nummis aſculptum,*Memor
ero tui Iuſtina virgo*.Italiæ principes agitandæ lætitiæ Venetias legatos miſêre:quidam graue
militiæ flagitium aſſe aiebant, quod qui vincere ſciuerant , victoria vti neſcierant, debuiſ-
ſe victores poſtridie Naupactum irrumpere,victę claſſis reliquias exſcindere,victorem exer-
citum Cyprum deportare.Turcos cęſorum imagine in metum actos deditionem cogitaſſe. B
Onerabant pauentium curas munimenta Famagoſtæ quaſſa Nicoſiæ ſegniter reſtituta,Se-
limus trepidus admirationis,& metus ferociam infregerat , Conſtantinopoli tantus ſubitò
terror inceſſerat , vt multis fuga in animo eſſet , & Selimus ipſe ſui neſciens Hadrianopo-
lim concederet. Reliquæ vrbes multiplici metu ſuſpenſæ ſuper inſtantia mala falſos pauo-
res induerant,in ceruicibus hoſtis eſſe viſus.Multa tunc occurrere quæ impetum Chriſtia-
næ claſſis tardarent,hyemis aſperitas, triremes debilitatæ,numerus ſauciorum, ſinus Nau-
pacti procellis infamis. Miſſus tamen princeps Vrbinus cum delecta manu qui de S.Mau-
ræ portu , propius ſpeculando cognoſceret , omnia aſpera , & ardua renuntiata. Decem
millibus militum ea tentatio ęgrè ceſſura videbatur.Quare omnes veriti maris aſpera,Cor-
cyram venêre,vnde ſe quiſque ad ſua recepit.Auria primus à cęteris auulſus Meſſanam pe-
tiit.Columna per triumphum Romam iniit,Arcubus per vicos,& gradibus cum variis ho- C
noris elogiis erectis,quibus quaſi cumulus oratio M.Antonij Mureti,eloquentiæ ac doctri-
næ præclari acceſſit. Arx Soppoti, ope Albanenſium à Veniero recepta, Scander Vaiuoda
cæſus , magna Turcorum cædes facta : ex arce Venierus 8. maiora tormenta camelis abſtu-
lit. Mox Veneti omnia itinera quæ Margaritinam arcem ſerebant inſederunt , vt auxilia
intercluderent,inter quę intercepti 300.equites Petmathia ſubmiſſi,mox totidem alij cęſi,
tum arx tormentis verberata in poteſtatem venit. Præſidiarij vitam pacti , à Gallis mili-
tibus perfidiam Turcorum ad Dulcigniam expertis contra conuentiunis fidem trucidati
ſunt.

Cædes Turcorum magna.

Anno 1572.Romæ inter fœderatos de belli rationibus actum. Rex Hiſpaniæ in eo erat,
vt bellum in Africam transferretur, vnde Valentia crebro infeſtata. Veneti victoriæ inſi-
ſtendum aiebant,& Dardanellas expugnandas,Rhium & Antirhium vocarunt, duas arces D
in faucibus Helleſponti , vnde mare Marmoricum (Propontidem veteres dixere) per
aluei vnius milliaris anguſtias in Ægeum mare non procul à Seſto & Abydo euol-
uitur.

Fœderati Romæ belli rationes agunt.

Sub id mortuo Pio V.Pontifice , viro pietatis ac religionis ſummo, fœdus inter Europæ
principes magno Chriſtianæ fidei detrimento diſſutum eſt. Veneti quibus Hiſpani conſilia
ſuſpecta erant,impares bello,fœdus exuêre,& petendæ pacis conſilia ſumpſêre.Hugo Bun-
compagnus Bononienſis Cardinalis ſancti Sixti Pontifex renuntiatus , & Gregorius XIII.
appellatus , eadem pietate qua Pius V. id maximè operam dabat , vt fœdus conualeſceret.
Veneti pecuniis reficiendis,fabricandis roſtratis nauibus (Galeaſſas vocãt)ſcribendis mili-
tibus , armis procudendis attenti erant. Auſtriacus frigore tactus nouos in Belgio motus
cauſabatur,parum in eo præſidij,minus ſpei eſſe dicebant Mandata Regis Hiſpaniæ arcana E
in ore famæ erant.

Id temporis è Gallia Dux Meduanus Guiſij frater adoleſcens procero ſtatu,ſupra annos
militiæ gnarus, & periculorum appetens , cum numeroſa nobilitate Venetias appulit , vbi
honorificè exceptus voluntate Reip.triremi præpoſitus eſt, quam Gallis volonibus copioſè
inſtruxit:è Germania volones multi,ex Italia plures,ad belli caſus accurrebãt.XV.Kal.Sex-
tiles Columna penes quem armorum ſumma erat , Soranſus , Andrada , Meſſana ſoluêre,
& Corcyram iter vertêre,cum quibus Auſtriaci mandatu, 12.Genuenſium triremes,6.Hiſ-
paniæ,4.Neapolitanæ,25. Soranſi, vndecim Florentinæ Pontificiis ſtipendiis, duæ Pontifi-
ciæ ſe coniunxêre.

Dux Meduanus Venetias appellit.

Eodem tempore Vrbinates à Duce ſuo alieniores ad officium faciente, volente Pontifi-
ce rediere.In Parmenſi agro Zingari recenti cùm ſibi ſpecus effudiſſent,& prædas agerent F
numeroſo milite circumuenti capite luerunt.

In mari Anconitano pirata cognomento Ricamator Firmi in Italia natus , cùm fidem
Chriſti

hriſti ciuraſſet populationibus graſſabatur, qui demum ab Hermolao barbaro Veneto interceptus, Anconæ vnco tractus eſt: omnes eius claſſiarij, neci dati. Apud nos res in ſecuritatem compoſitæ erant. Rex cum Regina parente, vxore, Andino & Alençonio fratribus Blœſas, vt Nauarrum, Colinium, & cæteros ſectæ proceres in aulam è propinquo elliceret, de quibus opprimendis, & ſecta radicitus conuellenda, apud Regem, Reginam matrem, Andinum Cardinalem Lotharingum, Aumalium, Guiſium, Biragum procancellarium intra velum agitatum eſt. Mox eadem quæſtio integrata, poſt reditum ad vrbem, Clodoaldi pontem, in Hieronymi Gondij voluptuaria villa actum de arce lignea extruenda in inſula Luparæ arci oppoſita, quam Andinus per ſolemnia nuptiarum, & ludorum laſciuiam, cum ſuis tueretur, inde Nauarrus cum ſectæ proceribus belli ſpecie inſiliret, tormentis puluere & tomento fartis, ſine ferreis glandibus vtrinque fulminantibus, conuectarque vt in eo ludicro accenſis animis, ardente pugna, res pilis ferreis ſeriò à partibus Andini gereretur, & ita quaſi rixa inter ludum exorta cædis conſilium tegeretur, nec enim culpam aſſignatum iri, quòd ludus & laſciuia peccaſſet. Verùm quia fraudis ſuſpicio inceſſerat, quæ in animis conſcientia ægris inoleuerat, arx noctu diruta eſt, materia ne ſuſpiciones irritaret, aliò comportata.

Ricamator pirata vnco tractus.

Id temporis Carlota Borbonia Monpenſerij filia, quæ à matre Iacoba Louuiana clam ſectæ inauibus imbuta erat, in Iouarienſe monaſterium velut in carcerem compulſa, religioſum habitum exuit, & fuga in Germaniam ad Federicum Palatinum VII. virum elaturbauit, quæ paulo poſt Gulielmo Naſſauuio Arauſionenſi Principi denupſit.

Carlota Borbonia ſectæ veneno imbuta.

Id temporis ex aula Guiſij, ſimulata offenſione digreſſi, quaſi potiori loco ſectæ proceres ad Regem eſſe ingratè acciperent. Regina mater, & Andinus eorum abſceſſum indignè ferebant. Cardinalis Alexandrinus ex Hiſpania, & Luſitania per Gallias in Italiam rediens itatum ad Regem viſit, & apud eum de fœdere Turco renuntiando, de nuptiis Margaritæ ſororis cum Luſitaniæ Rege coeundis, & vitanda ſectæ procerum conſuetudine Pontificis mandatu egit, Rex ad omnia benignè reſpondit. Cùm de nuptiis vehementius vrgeret, dixit Rex, intra paucos dies ſe conſilia ſua Pontifici approbaturum, quibus explicandis, hoc nuptiarum cum Nauarro prætextu opportunius eſſe. Abiret modò, & de ſua fide, aſſentiente Pontifici ſponderet, tum detractum digito annulum in Cardinalis digitum indidit, addiditque, Hoc pignus meæ fidei habe, de qua Pontificem ſecurum eſſe iubeto. Eius diſceſſu ſtatim nuptiarum cum Nauarro conditiones actæ, 300. aureorum millia dotis nomine Margaritæ dicta, Regina Nauarræ, Bearni principe, & pleriſque omnibus ſectæ proceribus factum probantibus, fœdus item cum Anglorum Regina integratum, cuius leges, quæ non in longum tenuerunt hic adſcribere piget.

Guiſij ex aula egreſſi.

Mox in Germania per Gaſparem Scombergium pacta cum imperij principibus icta. ...ſiis & Ioannes Galeacius Fulgoſius Florentiam cùm Hiſpani ditioni Senenſi inhiarent, cum Coſmò magno Hetruriæ duce de belli rationibus aduerſus Hiſpanum ageret, & ab eo mutuas regi pecunias bello gerendo ſumeret. Mox Philippus Stroſſius cum Polinio ...da, & Roaldo Landereo in Satones amandatus, qui claſſem ad exſcenſionem, in Belgium, & ad Indicas excurſiones promptam haberet, quod Rupellani in deterius trahebant, ...ua conſilia ſuſpectabant.

...um in Septimania Nemauſi menſe Maio ſectæ ſplendida coitio habita eſt (Synodum ...ant) cui Beza caput fuit, vbi in ſpeciem multa cerimoniis & ritibus adornata, multa in ...decretis innouata ſunt. Monachi excucull[illegible] nouis nuptiis, & licentia exultabant, ...ſeueritatem in promptu habebant, intus libidinem & ambitum recondebant.

...auarra Idibus Maij Lutetiam profecta, cùm corporis Chriſti feſtiuitas ſolenni pompa ...etur, à Rege expreſſerat, ne per ſupplicationem ſanctiſſimum Chriſti corpus pro foribus prætorij ſui tranſueheretur, quod à Rege cùm indultum eſſet, intra octauum illa diem ...ſſit, & repetita feſti celebritate octaua die ſacrum Chriſti corpus, quod illa videre ab...at, pro foribus eius magno bonorum omnium plauſu tranſuectum eſt. Veneni ſuſpi...uit, ſed corpore diſſecto abſceſſus in læuo latere, ex nimia fatigatione repertus exitio ...e iudicatus eſt.

...terea calente belli Belgici negotio, cùm allatum eſſet, Montes in Hannouia à Naſſo... intereeptos, Colinius vrgere cœpit, vt quamprimum Hiſpanis bellum indiceretur. Rex ...de die ducens, & alias, deinde alias moræ cauſas faciens, vt ſectæ vota, & expectatio... conſumeret, Colinium rogat, vt quid animi ſuper ea re habeat, ſcripto enunciet, quod ...de in conſiſtorio maturè expendatur, ne quid præcipiti feſtinatione peccetur, Colinius ...tum edidit, quod in conſiſtorio recitatum à Ioanne Moruillerio, qui principem in ſan-

ctiore

ctiore conſilio locum tenebat improbatum,& contrario ſcripto refutatum eſt. A

Dum Rex conſiliis agitandis tempus extrahit, allatum de Ienliſij copiis ab Albano deletis, quare perculſus in ſpeciem Rex ad Claudium Mondolcetum, qui res ſuas apud Albanum agebat ſcribit, daret operam, vt capti ex nobilitate Gallica dimitterentur. Colinio poteſtatem fecit, vt quantas expedite ductare poſſet, in limite copias ſcriberet.

Secta venenum in Delphinatu, Sabaudia, & Subalpino tractu.

Inter hæc ſectæ venenum per Tendæ Comitem in Delphinatu, Sabaudia, & Subalpino tractu Francis obnoxio gliſcebat, cui ſeueris conſultis Sabaudiæ Dux obuiam iit. Miſſus in Poloniam Ioannes Monlucius Valentiæ Epiſcopus, qui de regno Poloniæ, quod Rege improle mortuo vacuum erat, in Andium Ducem, ordinum ſuffragiis conferendo ageret.

Inter hæc frequens vtrinque nobilitas Lutetiam ad Nauarri nuptias ſpectaculis, & ludo B celebrandas confluxerat. XII. Kal. Septembres, Margarita in epiſcopi ædes deducta eſt, ſponſalibus coeundis intra veſtibulum templi B. Virginis, quod ampliſſimum & capaciſſimum eſt, pegma ſtructum, cui Margarita, Rex, & ceteri principes, ac nobiles Catholici inſidebant, Nauarrus ſponſus, cum Colinio, Condæo, Rupifulcaudio, & aliis primariæ nobilitatis ſectariis foris ſtabant, ne ſacrarium initu polluerent, ſolemnia ſponſalium per Cardinalem Borbonium celebrata, mox in aula epiſcopi, dapſilibus epulis omnes excepti, ſub veſperam in arce Lupara matrimonium impletum, per aliquot dies feſtæ, epulæ, haſtiludia, ſpectacula, de nocte comiſſationes, mimi, cum reliqua laſciuiæ ſcena fuere. Princeps Condæus extra vrbem more ſectæ cum Marcheſia inſulæ nuptias coierat. Colinius potentia, & ambitu in aula graſſabatur.

Colinius vulneratur.

22. Auguſti è ſpeculari hoſpitij quod auiæ Guiſij familiaribus aſſignatum erat, duabus C pilis plumbeis vno explauſu Colinij digitus dextræ manus, & læuus cubitus debilitatus eſt. Auctor vulneris Manreuellius fuga in tutum euaſit. Vicedominus Carnutum eo caſu perculſus abitum ſuaſit, Telignius Colinij gener contra fuit, in cuius ſententiam Colinius abiit, Rex in ſpeciem ſupra quam cuiquam credibile eſt factum dolenter accepit, Colinium cum matre & fratribus inuiſit, mox nono Kalend. Octobres die D. Bartholomæo ſacra, Guiſio & Aumalio id negotij dat, vt 500. ſectarios qui ad S. Germani ſuburbium diuerterant de nocte obtruncarent. Ædes in quas ſectarij diuerterant calce ſignandas vt internoſci poſſent, curauerat. Catholicis omnibus in galeris crux alba appicta. Aulicis manulea candida aſſuta fuit, teſſera data, *Viuat Deus, viuat Rex*, ſectarij cùm Regis mandatu vulnus Colinio impoſitum ſibi perſuaſiſſent, coniuratione inita vindicandæ iniuriæ ſtudio ſibi omnes barbam raſerant, integris villis, qui ſuperius labrum obſident, vt inter ſe gnari eſſent. D

Colinius confoditur.

Cum valida manu in Colinij diuerſorium quidam irrumpunt, & cuſtodibus cæſis in eius iugulum inuolant. Ille ſubita re perculſus, in cubitum ſe erigit, & maieſtate vultus ac orationis homines à facinore deterrere conatur, à Bemio, alij Beſmam vocant, Germano Guiſij apud Aurelianum cæſi ſtipatore confoditur, tum è ſpecularibus in vicum præcipitatus, in vile præſepe raptatur. Aſſeclæ eius omnes in eodem diuerſorio cæſi, niſi ſi cui tenebræ effugium dedere. In Lupara quotquot ſectarij reperti gladio iugulum præbuere, Nauarro & Condæo, quia in ſpe bona erant, vitæ gratia facta. Nicolaus Bellofremontius Mercatoribus præpoſitus in ſancti Germani ſuburbio ſectarios occidione cecidit.

Vicedominus Carnutum, & Mongomerius pernicibus equis ſalutem expediere, Suirius, Caumontius, Bellouacenſis, Pardiglianus fuga ſaluti conſuluerant. Qui in eorum comitatu erant priuſquam in equos inſilirent in mucrones incurrerunt. Vicecomes Laudanus, Dux E Vticenſium, Cruſſolius Acierius, Baro Benacus, in palatio Guiſij ſalutem repererunt, Coſſæo venia data. Senes, iuuenes, fœminæ, viri, qui in ſuſpicionem ſectæ veniſſent periculum obiere: pleríque fluuio merſi. Ramus vir eruditus, ac diſertus, à ſtudiorum æmulis cæſus, caput in vicos deiectum eſt, tribus diebus populi furor deſæuiit, qui 10. capitum millibus ſtetit. Domus Condæi, Nauarri, Colinij direptæ.

Sectariorũ cædes.

Ad Luparam vnus è pardiglianis trucidatus. Pilius, Macrinus Lodunenſis vir doctus Nauarræ à ſtudiis, Rupifulcaudius, Telignius, Georgius Marchio Renelli, Subiſius, Guercius, Pluuialtus Baudiſneus, Bernius, Brionius, Montamarius, Bailus Aurelianenſis, Getſius, Saltedus, Brancheforteus, Briquemaudus pater, & innumeri alij dimiſſo in pectus ferro ſpiritum poſuere. Sæuitum contra fas gentium in Colinij vitæ rei bellicæ ſuo ſæculo prudentiſſimi cadauer, quod imminutum, laceratum, vnco tractum è furca Montis falconij extra vrbem F ſuſpenſum, vt erat adipatum & pingue, ſole ardeſcente colliqueſcebat, & guttis ſeui ſtillantibus defluebat. Vltio in ſectarios non intra Lutetiam ſtetit, ſed puncto temporis per omnes

regni

gni vrbes cucurrit, Rotomagi, Aureliis, Pictauij, Lugduni, Auarico Biturigum, Nannetibus urdegalis, Toloſæ in neces itum. Regi cædem in fidei hoſtes feciſſe pro munimento fuit. ſtoccupaſſet, eundem exitum facturus erat.

Colinius Condæum in animo Regem habebat, de Principe Bearni, cuius indoles ſupra incipum vulgus extabat, ambiguus.

Rex vbi tumultus deferbuit in publico ſpectandum ſe præbet, & explicata conſilij ſui ra- one ſibi aut habendum, aut faciendum metum eſſe oſtendit. Tum edictis propoſitis vim ibuit, ſectariis vt reſipiſcerent, & in ſinum eccleſiæ ſe traderent: auctor fuit, in melius mu- tis omnia prompta eſſe. Regis pietatem ſubditis munimento fore, de Colinio, & aliis ſectę nſciis, non vt de hæreticis, ſed vt de perduellibus ſupplicium ſumptum.

III. Kal. Octobris ſupplicatio ad omnia puluinaria indicta, gratiæ Deo actę, vincti carce- exempti, inopibus largitio facta, & cætera vſurpata, quæ, res lætæ fieri amant. Hic tumul- s 60. millia capitum abſtulit. Vicedominus Carnutum, & Mongomerius in Angliam ela- i ſunt. Ioannes Galeaſſus Fregoſus in Germaniam miſſus, apud Palatinum VII. virum Re- m crimine exonerauit, in cuius verbis Palatinus egrè acquieuit. Chariteum oppidum quod danis ſecuritati datum, per Niuernium Regis imperium accepit.

Rupella fidei contumax Catholicos vrbe expulit, & in obſidium obdurauit. Miſſus Stroſ- ſius qui pertinaciam vinceret, fruſtra fuit. Submiſſus Bironius ſectariis paulo æquior, cui gatus in vrbe aditus, niſi Stroſſius & Polinius mari præfectus ab armis diſcederent. Re- uerant illi Creuſettam Albium, Albam Auguſtam eſſe putant, Regis nomine eum pau- intromiſſum de nocte vrbem cohorte militum inſediſſe, & in turbarum auctores grauius ndicaſſe. Exemplo docti Bironio aditum negarunt. Duæ Polinij triremes ab Eſſartio ſe- duce quatuor naues ducente peſſimè habitæ ſunt: altera inter tela hoſtium vitabunda pit, & altum tenuit, altera hoſti ſuccubuit. Paulus Æmilius Fieſcanus captus, Greghetrus manus dux militiæ ſciens in armis occubuit. Pauci dies abierant cùm Bironius pedem ſpius ad vrbem ſtruxit, ſeptem equitum turmis decem & 7. peditum ſignis ſeptus, quos ingentes foſſorum operæ ſequutæ, duo tormenta muralia. Polinio 40. cùm naues, tum tri- nes præſto fuere, in quibus roſtrata Venetorum nauis (galeonem vocant) ſectariis erepta: ſuper duces commeatuj proſpiciendo vicina Rupellæ loca præſidio tenebant, qui aduen- te Bironio omnes in fugam ſe dedere. Vnus cognomento, & natione Northmanus, Ma- quod altis ac voraginoſis paludibus vndique cinctum eſt reſtitit, mox fulminatione tor- ntorum territus fuga euaſit.

nde Bironius ſub mœnia ſucceſſit, & ad Sancti Andreæ fanum caſtra poſuit, Stroſſius Pileborum, Conſæus ad Roncæum. Ad portam Cognaci quatuor molæ triræ ſubuenta- corruptæ, eruptiones ſi quæ tentatæ ſunt, irritæ, & fœdæ euenere. Oppidani territi ex glia Mongomerium cum auxiliis arceſſunt.

d temporis Regina Franciæ partu ſoluta infantem fœminam ediderat, cui ſacro fonte gendæ Regina Angliæ fidei adſtipulatrix capta, per vnum è ſuis procuratoris (Milortos vo-)ſertum ex clenchis, adamantibus pyropis, vnionibus, honeſtandis puellæ cunis munu- ſit, quod à prædonibus Flandris, & Rupellanis interceptum Reginæ offenſioni fuit.

a res Mongomerij conſilia tardauit, vt ſerius naues inſtrueret. Cùm in ea obſidione, ob m, & munimenta vrbis plurimum operæ eſſet, quę inde marè ingeretur, inde foſſis altiſ- s aqua reſtagnante paludoſis, muribus validis, turribus, propugnaculis firmaretur, miſ- à Rege Lanouius qui contumaces ad imperia Regis flecteret, & ad æquiora conſilia tra- eret. Illis immotum, & fixum pro libertate mori. Proditio cum oppidanis aliquot ten- fraudi tentantibus fuit: priuſquam longius abeam, & de oppugnatione ſcribam pretium æ fecero, ſi vrbis ſitum ſub oculos ſubiecero.

a vrbs in Alnenſi pago, qui ad Santones pertinet, ad occaſum in planitie ſita eſt, quæ i cliuo ſenſim ad ortum aſſurgit. Quare & portus Santonum olim dicta. Mare quod m alluit alueo facto mille paſſuum latitudine patet, longitudine quingentos, vt portum at, ſtatione capaci & nauibus fida, in cuius aditu binæ turres latericio opere per fene- mare deſpectant, tormentis munitæ, quæ vel minimas cymbulas pilis ferreis quatere, & prohibere poſſint: qui locus Catena dictus, quod catena vtrinq; ducta ingreſſum ob- t. Duobus à Rupella milliaribus Boſſa rupes ſinu vaſto, ſed à ventis tuto, vel maximæ s capaci mari imminet. Turribus iis quæ portum claudunt murus validus adnectitur, q; ductu propugnaculo orbiculato, cui Garrotij cognomentum eſt, occurrit, quod s alueo arbitrium obtinet, & vrbi pro ariete ſimul, & armamentario eſt. Inde murus portus alueum, qui vadari poteſt, ad portam S. Nicolai pertinet, quæ validis munimen- ris

Rupella Catholicos vrbe expellit.

Regina Franciæ infantem fœminam edidit.

Rupellæ ſitus & obſidium.

Amſtelredamum expediendis commeatibus miſſus, qui explicatis annonæ rationibus ſparedamum,Sanportum,Cacuichum, per obuios hoſtium cuneos ſibi ferro viam fecit, commeatum citra noxam Rotterodamum intulit.

ide Rodericus Toletani iuſſu ducentos pedites Delfshauenum duxit, vbi factioſi propugnaculum ad ripam æſtuarij ſtruxerant, quod ab eo magna hoſtium cæde expugnatum. Hi ſucceſſus ad victoriæ ſummam minimum iuuabant, cùm Detechera, Lochema, sborchum Zutfenum,& in Geldria Hardetunichum,Terebtichum,Hattemum,Camir Suollanum,Haſſethum & Sreenulchum inſtigatu Naſſouij ad partes tranſiiſſent. *Delfshauenii Rodericus tentat.*

i Friſia Nideruomiterus, & Iuſtus Comes Schouemburgius Snechum, Belſuarum,& acherum occuparant, quibus Gaſpar Roblius Bilyus obuiam iit, & eorum impetum nuit.

ter hæc Albanus Fridericum filium cum quinque peditum millibus,& tribus equitum us Montes miſit, qui aditu vrbis Genlium & Gallica ſubſidia prohiberent. Federicus cenobium Bethlemicum altero à Montibus lapide caſtra poſuit, & Sanghiſlainum nio fluuio impoſitum, Caſtellum Boſſutij, arcem ad Haniam amnem, à quo Hana dicta,& reliquos ad Montes è Gallia aditus inſedit,vt ſpes aduentantibus præcideret, erte difficiles aditus efficeret.

em primo ab vrbe lapide munimentum ad meridiem exſtruxit,inter cœnobiũ Bethlem,& Trullum amnem,qui mœnia Montium alluit, vt eruptiones hoſtium,demetengeti, quæ ineunte Iulio maturuerat, inhiberent. Cœnobium Spinceuenſe quod vrbi ta erat, à Gallis Rouero duce inſeſſum, fruſtra tentatum eſt. V.Idus Iulias oppidani ſecandas meſſes cum ſexcentis peditibus, & 50.equitibus egreſſi obuios è munimenſidiarios habuere, quibus auxilio ſummiſſi mille pedites Rodetico Toletano duce is incubuere, à fronte Bernardinus Mendoſa turmam equitum,& ducentos ſcloppemmiſit. Anceps diu pugna fuit, cùm ex vrbe in Hiſpanos machinæ fulminarent, & ſtragem ederent, quibus fumo inumbrantibus Galli ſub muros ſucceſſere, vnde tenſequuri Regij pilis plumbeis inſenſabantur, Chiappino Vitellio ſtrenuo duci tibia lande confoſſa,Rodericus leue vulnus accepit,vtrinque multi cecidère.

rea temporis fama de Genlio vulgata eſt qui cum ſeptem peditum millibus, octinequitibus in proximo erat.Expedita Federico ab Albano patre ſubſidia tempori non . Federicus prœlio experiundum ratus, obuiam Genlio ſe dat, miſſus Antonins Fia qui de hoſte cognoſceret. Is Genlium ad fluuium Hayſnum proximè Boſſutium, n moliri tranſmittendis copiis attulit. *Genlij exercitus.*

n acies inſtructæ. Prima Chappino Vitellio cum agmine Hiſpanorum ſariſſato comta. Secundum loricati cum haſtis equites duxere. Vltimum agmen Bernardinus oſa cum firmo equite claudebat, qui eruptionem ex vrbe coerceret. Cùm de rebus m ad certum non cognoſcerent, miſſus ſpeculatum cum ſcloppetariis equitibus Ferlus Dauila, qui è ſylua exeuntes proximè oppidum Alrertagium altero à Sanghyſlaile obſeruauit. Primam aciem Franciſcus Renrius, poſtremam Ienlius cum Ringralamiſſaco ducebat. In exercitu nullus explotator, qui de Hiſpano quæreret,incerta , peruerſi ordines, milites incurioſi hoſtium,quaſi in ſuo, non in hoſtico palantes int. Miſſus eum 60. ſcloppetariis ab Hiſpano Salazarius qui cum hoſte velitaretur, veſtigio ſequutus eſt cum prima acie Iulianus Romerus. Galli primo impetu Hiſpaerterunt, inclinatam aciem quadringentis Vallonibus Gallobelgis Captius reſtituit, uc ſubſidia ſenſim augeſcebant, Galli per horæ ſpatium manu fortiter vſi, ſed equite io ruente fuſi, à vicanis indigenis, & Antonij Figuerolæ peditibus qui alia via fluranſmiſerant, circumuenti peſſimè habiti ſunt. E Gallis eo prœlio quod ſub ſerum ptum erat quadringenti deſiderati, Toletanus parta victoria de nocte Sanghyſlairecepit. Villarici quadringentos ſubuculis amictos, cetera nudos ad victorem tran quibus & Genlius Antuerpiam raptus in carcere contabuit. Alij fauces eliſas laribunt. Iamſacus Tornacum ductus Hiſpano apud hoſtem captiuo mutatus eſt. Ea mille ducenti abſumpti, quatuor millia capta, è quibus plerique in furcam ſaliêre: æuitiam pati ſæuitia Fliſinghenſes, & alij partiarij vlti ſunt, & vtrinque immanibus is certatum. Rentius,& Ringrauius in pugna cæſi, ducenti è clade Montes euaſere, ila in manus Hiſpanorum venêre. Mox Federicus à patre ampliſſimis copiis auctus m ad vrbem propius admouit. Fliſinghæ Catholici aliquot, vt vices Regiis redden furcam iêre,naues quę commeatum Mildeburgum ferebant à partiariis oppugnaofundo hauſtæ ſunt,captiui è patibulo ſuſpenſi.

M 2

Alchemaria vrbs munita I I. Kal. Iulias parriciis ſuccubuit, vbi in ſodales D. Franciſci A
præter bonum & æquum immaniter ſæuitum. Eorum corpora Lucanæ (Enchuſam vocant) in ſuburbio ad propugnaculum Mutinum condita, quod aquis ex æſtuario reſtagnantibus mox Deo facinus vendicante obrutum eſt, aquæ multos dies ſanguineo colore viſæ, ſupra ſepulcra quinq; faces de nocte ex cęlo arſere, tum voces auditæ, Slaet Door, Slaet Doot, quæ Latinis reſponder, occide occide. Gongoum Hollandiæ oppidum, Moſæ amni impoſitũ, à ſectariis captum, Arx quæ per aliquot dies in fide manſerat, victorum imperiũ accepit. Duodecim S. Franciſci ſodales, & ſacerdotes aliquot Briclam raptat, omni carnificina necati ſunt. Ex eo numero Belga vnus eiurata fide ad ſectam tranſit, & militiæ nomine dato proditionis ſuſpectus Lumæi iuſſu ſpiritum quem fidei date abnuerat, perfidiæ reddidit. Lumæus poſt immania ſæuitiæ exempla Leodij rabioſi canis morſu, impos ſui, lacerato dentibus corpore, miſere periit, quem eundem exitum ſuperiore anno in Gallia Franciſcus Ienlius frater eius, Deo lento gradu ad vindictam eunte ſecerat. B Is cum Arauſionenſi in Belgio graſſatus, S. Humberti ædem religione ſactam, vbi noua cottidie miracula virtute Dei patrantur, incendio corruperat. Sed inter ignes ſtola qua Beatus ille ceruices incingere ſolitus, illæſa manſit, è qua cùm à peregrinis aliquid crebrò ad vſum carperetur, integra ſemper reperta eſt.

Lumæus miſere periit.

Ruremonda ſectariis præda facta.

Id temporis Ruremonda frequens ad ripam Moſę, ſed parum munita vrbs in Geldria, ſectariis non citra ſanguinẽ prædæ fuit, vbi virgines Deo ſacræ vim paſſæ, matronæ ſtuprum, infantes, & decrepiti ſenes parricidium, Epiſcopi Bibliotheca in qua librorũ egregia ſupellex antiquariæ manus, incredibili rei literariæ damno igne corrupta eſt, ædes ſacræ ſacrilega manu expilatæ, ſacer ordo omni laniena vexatus eſt.

Inter hæc cum fama de Arauſionenſi cum numeroſo exercitu ad obſidionem Montium C
ſoluendam properante incederet, conſilium ab Albano de belli rationibus captum. Aiebat ille, ſcelera impetu, bona conſilia mora valeſcere. Naſſauuio pecunias deeſſe tolerandis belli ſumptibus, quarũ penuria exercitum eius breui fluxum fore, tempus modò extrahendum, nec eum qui equitatu plus valeret, iuſto prœlio tentandum. Inſtarent obſidioni, & auxiliis aditus occluderent. Prouidum id, & ſecundo numine venturum. Mox filium cum hoc placito Montes remittit, tormenta propius ad vrbem admouere, aditus omnes excludendis hoſtibus inſidere iubet. XIIII. Kal. Auguſti cùm vndiq; ad Montes Regij affluerent, cœnobium Spinleuenſe proximè vrbem cui ducenti præſidiarij ab oppidanis impoſiti vario marte tentatum, multi vtrinque cecidẽre, irrito ſucceſſu. Tentatum & à Ferdinando Toletano Harlemium, nõ proceſſit. Felicius ad Haerlemmum res ceccidit, vbi propugnaculum Sparenio amni amni aſſitum vi captum, phaſelus ad ſecuritatem amnis inſtructus vi- D
ctori acceſſit. Mox ad Sparendanum ſectarij ad duo millia fuſi, qui villam & molatrinam commodo ſitu quatuor machinis firmauerant, machinæ fluuio merſæ, quia Montes trahi non poterant. Comes Erbeſtiantes qui V I I. ſigna Montes ductauerat, Propugnaculum infedit, quod aduentãtibus è Gallia oppoſitum eſt, Suburbiũ Bertaimõtis ad portã cognominem ab Hiſpano milite vi captum. Monaſterium Spinleuenſe iterum tentatum, & quinquaginta quatuor tormẽtorum iaculationibus ruina facta, cum impetum Hiſpani minarentur, præſidiarij viribus impares in vrbem refugẽre, propugnaculo quatuor Vallonum ſigna impoſita (ita Gallobelgas Picardiæ finitimos indigerant.) Ad obſidium Albanus, Medina, & cæteri duces vndique affluxẽre. Quatuor equitum millia cenſa ſunt, 37. tormenta oppugnationi adornata

Clades Pariſienſis.

Id temporis Pariſienſis cladis nuntio Naſſouius, & Lanouius deprehenſi, ſpem abrupẽre. E
Albanus Colinij exitium, vt finem belli animo accepit. In vrbe ſectarij pectus in ſuperuacuo gemitu diduxẽre, dies per ſilentium modò vaſtus, modò ploratibus inquies. Mox exuto iuſtitio reditum ad munera. Catholicis ſolutus gaudio vultus, in poſterum munimentum, leuata omni ſollicitudine mens vacare gaudio cœpit. Nihilo ſecius Ruremunda capta cohortes aliquot Viertum comitis Hornonij oppidum, in quem Bruxellis capite animaduerſum erat, citra ſanguinem recepere, arx tormentis fulminata, muri late diſiecti, ruina edita, factus impetus, cùm integri pro ſauciis arceſſerentur, & in primam aciem ſubducerentur, tentatio in irritum euaſit, Ioanne Monticle Zaiano præſidij præfecto vim hoſtium incredibili robore frangente. Quare cum dedecore obſidio ſoluta eſt. Mechlinia, Tendermonda, Vdenardum, Dorpij, præfecti proditione in manus Arauſionenſis V I. Id Oct. cerẽre.

Rebus ſupra votum fluẽtibus Dieſtum, & Telmon in Brabantia munitæ vrbes fide in F
eius ſequutæ ſunt. Louanio Academia florenti precaria ſecuritas 22. aureorum millibus, & largo commeatu ſtetit. In limite Friſiæ Comes Berghius Damium, Suollam, Zutfenium, &

pleraque

A pleraque alia loca ſui iuris fecerat. Cumq; in finibus Holandiæ inter Amersfortium,& Tra-
iectum validas vrbes,hodie Vtrechtum vocant,rixæ ſubortæ eſſent, fortuna in tempore v-
tendum ratus,eò copias ſummiſit , & Amersfortianos res ſaluas pactos ſub leges miſit,qui-
bus fides ex conuentione præſtita non eſt : ſectarij enim fluxæ fidei ciuium domos rapinis,
ſacras ædes ſacrilegio,ſacrum ordinem parricidio fœdarunt.Iiſdem armis tertio ab Vtrecho
lapide Schonouium ſuccubuit.

Interim Albanus in montium obſidione excubans , è colle Suburbij Bertamontis conti-
nuata verberatione,mœnia, turres , priuatas ciuium ædes,vicos ipſos infeſtos habebat. Ad
portam S.Andreæ magna turrium, & munitionum ſtrages edita, vnde duo tormenta in re-
gios cum clade fulminabant. Non longe tumulus aggeſta terra ſtructos eſt , vbi quinque
tormenta, Albani cuneos perrupêre.Obſeſſi poſt aggerem intus foſſam duxerant,& ad ver-
B berationem frangendis ictibus lanæ manipulos, culcitras , terræ madidæ ſaccos , oppoſue-
rant.Lanouius dux impiger in quo multæ,bonæq; artes erant,centum militibus ſeptus ope-
ra recenſebat,munitiones explorabat, & indefeſſo animo omnibus , quaſi nullus impoſitus
eſſet, curabat.

Interim rumor de Arauſionenſis aduentu increbuerat, cui vt negotium faceſſeret Alba-
nus per operas manuarias foſſas ducebat , itinera concædibus obſtruebat , ne aditus equiti
promptus eſſet. Ad cœnobium Spinleuenſe loco inuidioſo ſexcentos ſcloppetarios in ſyl-
ua ſubſidere iuſſerat. Miſerat & equites qui de rebus hoſtium cognoſcerent , hinc inde ſu-
bitarias arces exſtruxerat,& catapultis ęreis muniuerat,quibus ad pagum Iumapellum pro-
xime Trullum amnem hoſtes aditum in vrbem quærentes arceret. Arauſionenſis primam
aciem , in qua bis mille quingenti equites , decem equitum ſigna erant Henrico fratri cre-
C diderat. Sequebatur ſecunda acies in qua equitum quinque millia,nouem peditum.

Arauſionẽſis ad Montiũ obſidionẽ aduentus.

Septimo Idus Septembres dies B.Virgini ſacer agebatur , quo leuibus prœliis vtrinq; res
acta. Poſtridie Arauſionenſis Iumachum amnem ponte ſtrauit equiti tranſmittendo , qui
crebra velitatione hoſtem diſtineret, dum auxilia in vrbem ſummitterentur. Ventum erat
ad Iumapellum , cùm ex inſidiis centum ſcloppetarij emiſſi tota vi eos qui in fronte erant
incurrerunt. Exarſêre animis equites , & impetu perruptum hoſtem in latebras redegêre,
tum ducenti ſcloppetarij, ſexcenti equites haſtati ferrea omni ſpecie in aperta erupêre,qui
ſectæ equitatum in ſyluam vnde emerſerat compulêre. Tres equitum globi quos Arauſio-
nenſis ad læuam inſtruxerat, loricatos hoſtium equites impreſſione facta circumuentos fe-
rire, ſternere, proterere, donec Hiſpani ſcloppetarij crebra in latus iaculatione ſectæ ordi-
nes cum ſtrage perturbarunt , & equites in medio circumuenti inter obſtantes & armatos
D ferro viam patefecerunt.

Ordines ſectæ perturbati.

Cùm in eo eſſent Archiepiſcopus Colonienſis auctor Albano erat,vt equites primorum
ſubſidio ſummitteret , quod ille abnuit , oſtenditq; ſibi animum eſſe,vt ſectariis aditum ad
vrbem auferret,non vt tota belli mole concurreret : hoſtes enim intra vnum , aut alterum
diem ſi aditus obſeptus eſſet ſponte dilapſuros. Interim regij & ab vrbe,& ab Arauſionenſi,
crebra tormentorum iaculatione vexabantur. Cùm dies hoc periculo exiiſſet , poſtridie
Arauſionenſis ad Symphoroniani fanum in colle aciem inſtruxit , nec aditum expediuit.
Inumbrante nocte ad pagum Harmenes propter Trullum amnem caſtra pòſuit,quod gna-
rum Albano,qui ſitu loci cognito in finitimis pagis de nocte à fronte & à tergo inſidias lo-
car. Tum per Rodericum Zapatam vim facere aggreditur,qui 60. haſtatos ducebat, à qui-
bus hoſtium vigiles obtruncati, mox ſequuti Ferdinandus Toletus,Guarſias Xuares,Fran-
E ciſcus Toletanus , & alij plerique Germanos ſomno ſepultos ex improuiſo adorti cęcidêre,
qui tubis clangentibus ab vniuerſo Albani equitatu ſe interceptos rati, fuga facta in hoſtiũ
inſidias incurrebant , pleroſque vis fluminis,moles ruentium, & incidentes ripæ operuere.
Alij diſiecto agmine,incurioſis vigiliis , intermiſſo ſigno , & vocibus lapſi in ſomnum hoſti
ſe faciles ad cædem præbuêre. Hiſpani tabernaculis ignem iniecerant , quo latius ardente
plerique hauſti,pars in obiectum aggerem enixi terga nuda & cœca ictibus dedêre. Claro
incendio cùm flamma luceret Arauſionenſis equites collegit, & aciem ab hoſte inclinatam
correxit,tum impetus in Antonium Moxicam factus, cum quo Hiſpani ſexaginta cæſi,cæ-
teri Toletano receptui canente, ſigna ſecuti in tutum euaſêre. Poſtridie ipſo diluculo,cùm
omnia cadaueribus obſita cruore maderẽt,vaſa conclamãt.Albanus furandi melior,robore
exercitus impar,arcta & infeſta hoſtibus cũcta fecerat,qui fugã animis,vulnera tergo ferẽtes
F non porrecto agmine,ſed cuneis aſtitere,mox formato abeundi conſilio , raptim vt in fuga
Machliniá cõceſſêre,ſpolia pleraq;,& ſarcinę in tabernaculis inſtrumẽto militiæ fuerũt.Re-
cedẽtes Albanus inſequi ſuperſedit,ſucceſſu contẽtus,qui ipſi glorię,ſectæ dedecori fuerat.

Germanorũ ſtrages.

Periêre eo tumultu quadringenti amplius Germani,in quos maximè furtum belli incu- A
buerat. Nox Hiſpanis cantu, & clamore ,ſectariis per metum & iram acta. Arauſionenſis
Mechliniæ præſidio mille ducentos pedites,ſexcentos equites impoſuit.Ipſe Ruremundam
vertit, vbi cùm ad diem ſtipendia militi non repræſentarentur , eò vſque ſeditio arſit , vt ab
eius fide ſe abruperit , & Germani de tranſgrediendo in Albani partes cogitarint, prout in-
clinaſſent grande momentum ſocij,aut aduerſi.

Arauſionenſis inter metum & iram ambiguus , diſiecto exercitu in Hollandiam flexit,
vt noua conſilia caperet.Tum verò Albanus cui pugna pro meliore fuerat,machinamenta,
& aſtus ad Montium obſidium vertit, quæ vrbs in ſumma copiarum inopia tres iam men-
ſes oppugnationi par fuerat, quod in ſuam contumeliam accipiebat.

Senes bello inutiles vrbe emittuntur.

Naſſouius cùm annona in arcto eſſet , ſenes bello inutiles vrbe emiſit , qui benignè ab
Albano ſuſcepti,& procurati ſunt.Tum verberatio integra,muri late proruti, X V I I. Kal. B
Octobres ad ruinam impetus decernitur,quo tempore iacti de vrbe dedenda ſermones,tri-
duum ea res acta,leges deditionis ſcriptæ,vt vrbs Albano cederet, Galli nobiles,& pedites,
cum equis, armis, famulis, ſarcinis vrbe excederent. Eadem poteſtas Naſſouio,& reliquis
Catholici Regis ſubditis nobili loco natis,& ordinum ductoribus facta, militi gregario en-
ſis,& pugio relictus. Oppidanis qui fidem Catholicam complexi erant omnia integra fuê-
re,ſectæ conſciis abeundi neceſſitas impoſita.Galli omnes arma in Reges Hiſpaniæ,& Gal-
liarum eierarunt, cuius iuriſiurandi gratia Naſſouio & Anglis facta:obſides ab Albano dati
Vertaignius,Albinius,Betencurtius, Pottelleſius. A Naſſouio Soicurtius,Lanouius,Eccur-
tius, Lurmontius Monſius. Præſidio Montibus impoſito Albanus Mechliniam vertit , Co-
miti Reulyſio cum ſuis Vallonibus recuperandi Odernardi negotium dedit , Mondrago-
nium Tendermondam miſit, quæ vrbes vltro faſces ſubmiſêre.& in Albani leges iêre. C

Sectarij in Zelandia Tergoã denuò tentant.

Paulo ante id tempus in Zelandia ſectarij Tergoam denuò tentarunt,in quo tria Vallo-
num,& Hiſpanorum ſigna Iſidoro Pacecco Inſulæ præfecto. V I I I. Kal.Septembres quin-
quaginta nauigia inſtructa,Gallorum & Anglorum VII.millia in Goes littore quæ & Zuy-
thevelande dicta,Fliſinghenſiũ mandatu expoſuere.Vrbs Tergoa in ea inſulæ parte quæ ad
ſeptentrionem pertinet ſita eſt, ad ripam aluei Schaldis fluuij , quam munimentis , aggeri-
bus,ac foſſis Hiſpani firmarunt, in foſſas aquæ ex amne, & paludibus reſtagnabant, quibus
in ambitum cincta eſt.Mœnia turribus & tumulis valebant,portæ parum validæ viſæ.Cùm
ad vrbem propius ventum eſſet,vtrinque velitarum eſt, vbi cuncta Gallis & Anglis in me-
lius fuere.Mox vrbs corona cincta,foſſæ ductæ,quibus tecti ſub mœnia ſuccederent,& tor-
mentis vallum opponerent. VIII.Idus Septembres octo machinis æreis,quatuor ferreis ver-
beratio cœpta, quæ ad portam Imperatoris procederet.Miſſi ſpeculatum, qui de ruina co- D
gnoſcerent. Præſidiarij poſt mœnia foſſas duxerant , & puluere tormentario, ac bitumine
inſtruxerant,aduerſus quæ vt fieri amat , munimento ſumpto ſectarij à tergo ſcalas admo-
uent, vt pluribus locis diſtenti hoſtes impares eſſent, à fronte impetum faciunt,& gliſcente
pernicie recentium globos in feſſorum locum immittunt , contra Hiſpani obſtare, ſariſſâs
impingere, pilis plumbeis graſſari , donec magna incurrentium ſtrage impetus irritus fuit.
Sectarij cùm à Lumæo duo millia quingenti auxilio ſummiſſi eſſent , verberationem Siſ-
querchiam verterunt,quę rudibus & informibus ſaxorum compagibus diſtractis,tam vaſta
ruina hiauit,vt equiti aditus pateret. Libratoribus datum id negotij, vt ad ruinam diſiiciẽ-
dis præſidiariis fulminarent.Mox tribus ruinis, tripertito agmine impetus vno tempore fa-
ctus,quem Regij ſtrenuè refutarunt.cùm poſt ruinam noui aggeres de nocte excitati eſſent.
Quare Angli cuniculis agendum rati, tormentis faces incutere, ignes ad mœnia & propu- E
gnacula ſpargere , turres ſubruere conati , fruſtra fuere. Paceccus militiæ impiger infeſto
igne graſſari,contra cuniculos ducere,machinamenta hoſtium eludere.

Paceccus militia impiger.

Inter hæc Auila & Mondragonius Albani iuſſu in eo erant , vt ſubſidia in vrbem ſum-
mitterent , vna & altera tentatio ſecus fuit , demum re vltro citroque agitata compererc
Zuytheuelandam inſulam ante centum annos continentẽ fuiſſe , Scaldi amne à Brabantia
diuiſam,quam denique æſtus maris 24.horarum ſpatio,bino affluxu ac refluxu reciprocan-
tis,ſæuiente vento ruptis ad Reymerſuallem crepidinibus , & pilis inundarit, & aquis cum
altero ſinu Schaldis , quem Hontem indigetant , coniunctis in inſulæ formam per decem
amplius in ambitum milliaria operuerit.Ex eo Auilæ in mentem venit,in aliqua ſinus illius
parte vadum tranſmittendis auxiliis reperiri poſſe. Miſſus ordinum ductor Plommartius
Belga,cum duobus Hiſpanis , vado explorato , tuta omnia retulit. Tria peditum millia ex F
omni numero delecta, quæ cum pane nautico , puluere tormentario , æſtuarium vadarent.
Mondragonio duce ventum ad pagum Aggerium, qui militum animis firmatis, vir affecta

ætat

A æſtate cùm reflueret maris æſtus, exutis veſtibus, nudo corpore in aquas ſubiit. Non cum
Anglo, inquit, aut Gallo ſectario nobis, ſed cum vado res, me duce ad gloriam, & ſociorum
ſalutem enitimi, & cum dicto per aquas penetrat, reliqui periculum auſi, firmo pede ſequu-
ti ſunt, cùm quiſque buccellatum, puluerem igniarium, funes alendis ignibus idoneos cer-
uicibus implicuiſſet, longius progreſſi cymbulis aliquot amnium alueos tranſmiſêre, reli-
quum iter pedibus per aquas ex voto fecere, nouem in traiectu periere, cæteri incolumes
aggeres Yerſichenios tenuere, qui pagus quatuor paſſuũ millibus à Tergoa oppido abeſt. Ibi
accenſi ignes quibus Auila, qui in altera ripa ſubſederat, ſpem ſucceſſus, ac ſecuritatem ac-
ciperet. Eius rei fama paulò poſt apud hoſtes increbuit, qui facinoris audacia in ſtuporem
fixi reſtitere, nec in mentem iis venit homines tam difficili itinere fractos, nullo negotio
poſſe profligari. Tum verò vecordia agi, metu trepidare, in naues refugere.

B Sexcenti regij duce Vallegio, à Mondragone ſummiſſi ſunt, qui extremum hoſtium ag-
men carperent: multi in fuga cæſi, quidam manu capti deridiculo fuere. Vrbis munimen-
ta ſarta, curante Mondragonio, qui mox ad ſuos incolumis rediit, ne intercluſo ab hoſte iti-
nere annona conflictaretur.

Machlinia à Franciſco Toledano direpta.

Inter hæc Albanus Franciſcum Toledanum cum exercitu Machliniam mittit, vbi leui
prœlio cum præſidiariis conſerto, miles inter verba deditionis, quæ à ſacro ordine curaba-
tur in vrbem irrumpit, grauia ſæuitiæ & rapinarum edita exempla, vix à virginibus ſacris
libidinem abſtinuere. Vrbs opulens pœnæ, aut prædæ fuit. Ciues inopes miſeriis defor-
mati ſatis habuêre, ſi animas retinerent. Sacerdotes & opulenti mercatores deſtituti mini-
ſterio dignitatem ſuam non agnoſcebant, omnes adeſis fortunis paupertate non ſimulata,
ſed verè ſugebantur, præda vili pretio addicta per viros pios redemta in dominorum ma-
C nus eodem pretio venit.

Albanus ſcripto vulgato facti inuidiam exonerare fruſtra conatus eſt. Præda militi pro
ſtipendio fuit. Inde Dieſtum duxit, vnde ſectarij elapſi in fuga carpti ſunt, oppidanis com-
meatu imperato res integræ fuêre. Odenardum non mitius ab Hiſpanis, quàm à ſectariis
habitum. Mox Obtricenſe oppidum venit, Maſtrichũ vocãt, quò è multis vrbibus delegati
miſſi, qui facta diluerent, & quod peccatum erat neceſſitati tribuerent. Petentibus venia
data. Arauſionenſis in Holandia re deſperata quingentos equites dimiſit, & Ruremondæ
belli profligati reliquias fouêre ſtatuit.

Zutfeni ſitus.

Exeunte Octobri Albanus victorię inſtans, Nimegenum venit, vnde filium Fridericum in
Zutphaniam miſit, per quem Doesborchum, & Lochemum oppida munita citra ſangui-
nem potitus eſt. Fridericus cunctis ſupra votum fluentibus octauo Idus Nouembris Zut-
D fenum exercitu cinxit. Ea vrbs ſitu & opere munita ad occaſum Yſela fluuio alluitur, ad
ortum Berchio amne qui Lochemo ripis deſcendens vrbem ambit, & agrum Zutfenenſem
ſecat, priuſquam in Yſolam ſe exoneret, pluresq; lacunas & paludes efficit, quibus mœnia
operis antiqui muniuntur, & extra ictum ſunt, pars modica paludibus intacta tribus pro-
pugnaculis firma eſt. Fridericus ad portam Lochenſem, Hiergins Geldriæ Rector ad por-
tam Meerſenſem, caſtra poſuêre: fluuij frigore concreti conſilia eorum iuuêre, vtrinque ful-
minatio cœpta. Ruina facta miles in hoſtẽ ibat, cùm octingentos præſidiarios fuga ceſſiſſe
nuntiatum eſt. Animi Regiis creuêre, qui vrbe capta per auaritiam & libidinem hoſtilia pa-
trarunt. Pauci in furcam miſſi, oppidanis vita in integro fuit, fortunæ peſſum iêre. Rumore
vulgato direptæ vrbis omnia in maius accepta. Vamberghenſis Comes cum vxore, & filiis
in Germaniam ſe proripuit, quod idem ab aliis qui vitæ metuebant factitatum, Campi,
E Suola, Haſſeltum, Harderuichum, Scenuichum, Amersfortum ſectariis fuga elapſis, ſub im-
perium cecidêre. Præſidiis paſſim impoſitis Fridericus Naerdemum munitiſſimum in Ho-
landia ſectæ domicilium victrices copias rapit.

Naerdemi ſitus.

Ea vrbs amne Vechtio media ſecatur, qui circum paludoſus meat, vnde in ſinum Zui-
derſeenſem euoluitur. Præſidiarij tormentorum aſpectum, & ſonitum non ferentes vitam
pacti ſe dedidere quibus pacta in conuentione non præſtita. Pridie Kal. Decembres ad in-
ternecionem cæſi ſunt, ſacro ordini & Lamberto Hortenſio nobili Hiſtorico gratia facta.
Incendio templum vnum, & virginum cœnobium ſuperfuêre, cætera in cinerem ſubſedê-
re, quæ res in magna inuidia fuit. Ducem milites odio flagitiorum onerarunt. Nocuit
exemplum, & reliquas vrbes ad contumaciam firmauit. Ita res habet, miles in certamina
præceps, in victoria effrænis eſt, & atrox. Inde Fridericus cognito Amſtelrodamum à ſecta-
F riis obſeſſum in arcto eſſe, quæ vrbs à ſectæ opinionibus integra adhuc egerat, eò flectit.

Amſtelrodami deſcriptio.

Ea vrbs in Batauis, atque adeo toto Belgio maxima, & negotiationibus florentiſſima, ad
mare ſita, Venetæ ciuitati non abſimilis eſt, vbi canales frequentes mare per portas recipiãt,

quæ ea molitione facta ſunt, vt æſtu intumeſcente claudantur, recedente aperiantur. A

Id temporis per aſpera hyemis fluuij gelu paſſim conſtiterant, per quos indigenæ ferreis inducti ſoleis in lubrico cùm iubet præcipiti curſu labuntur, cùm lubet fugam ſiſtunt ferreo mucrone defixi. Albanus huiuſmodi galligas, in promptu ad omnes caſus habebat, ſpe Holandiæ potiundæ, vbi Palmarium vrbium robur in fluuiis, & æſtuariis erat, quibus glacie conſtrictis munimēta lababant. Sectarij ad Amſtelrodamum centum vrbis nauigiis exuſtis, cùm à fronte mœnibus, à tergo amne includerentur, ne ſolcati ferro hoſtes per glaciem lapſi terga cæderent, glaciem vncis candentibus abruperant, vt inſida lapſantibus decurſio eſſet.

Id temporis Harlemmienſes à Regiis per internuncios ſollicitati nutabant, cùm à Vibaldo Ripperda Friſone vrbis præfecto, grauibus Malinæ, Zutfenij & Naerdeni exemplis deterriti aduerſus imperia obduruêre. Tum verò præſidio Germanorum accepto, fidei Catholicæ ritus in vrbe vetuere. Fridericus factum ad iniuriam ſuam reuocans, Roderico Zapatæ, qui nuper inter Sparenudenum, & Sperandam ſecuros aditus euerſis hoſtium propugnaculis fecerat, negotium dat, vt munimentum obſtruendo itineri recens exſtructum ex hoſte recipiat. Zapatæ arcem ſpeculanti brachium plumbea glande transfactum, Hiſpani poſt leue prœliū ad propugnaculi foſſam aggere & vallo ſe clauſere, vnde ſummiſſa Haerlemmo ſubſidia reppulerunt. Amnis alueus gelu conſtrictus nulli ſectariis vſui erat, quare facta murorum ſtrage impetus tanta vi ad propugnaculum proceſſit, vt præſidiarij ad internecionem cæſi ſint. In Friderici exercitu ſexaginta quinque peditum ſigna, duo ſclopetariorum equitum vexilla, ducenti Loricati equites cenſi, numeris obſidioni munitiſſimę ſitu & opere totius Holandiæ vrbis impar, in qua mille præſidiarij manu ſtrenui, ſtipendio prompto feroces, oppidani armorum vſu validi. Quarto Idus Decembres Fridericus quingentos ſclopperarius duce Iacobo Carauagiale miſit, qui loca explorarent, & S. Lazari valetudinarium ad portam crucis defendendo frigori occuparent. Ibi cum hoſte velitarum, & Hiſpanis moræ iniectæ, qui infeſſo valetudinario, ad læuam flumium Sparemum babuêre, Germani ad viam quę Lugdunum Batauorum ducit, ſubſidere iuſſi, ſcloppetarij equites, & alij loricati haſtati ad Beueruichum infra Sparendam hoſpitia cæpere, vnde aditus Vaertelanda aduentantibus ex facili obſepiri potuit. Lumaius auxiliis in vrbem ſummittendis tria militum millia trahebat, quo per exploratores cognito Fridericus obuiam cum validis copiis profectus, nebula inumbrante latens, in primam aciem incurioſis vigiliis diſiectam, aut per alia militiæ munera diſperſam inuolat, & improuiſo caſu territam cædit, VII. ſigna hoſti erepta, vna equitum flammula, IIII. minora tormenta, vaſa, ſarcinæ, commeatus erepti, vnde apparuit Gallos in agmine inconſultos, in vigiliis ſegnes, in acie temerarios, ſpeculandis hoſtibus incurioſos, ſui ſecuros, vix vnquam pro nominis gloria virtute vti. Fuſo hoſte Fridericus animum ad ſubruenda mœnia adiecit. Verberatio ad portam crucis directa XV. Kal. Ianuarij cum tanta ſtrage, vt munimenta omnia conuulſa ſint. Sed de nocte ruina integrata conſultum ſecuritati militum, vt è ruina in turum ſe reciperent. Poſtridie à Porta S. Ioannis ad Pontem S. Catharinæ foſſæ impoſitum proximè fluuium qui ex eo loco ab vrbe diuerſus ad Sparendam incedit, fulminatio proceſſit, exiguo fructu, quòd munimentum reſiſtendis ictibus validum eſſet. Tertia die iaculatio atrocior fuit puluere tormentario, & pilis ferris deficientibus, quarum copioſior numerus Traiecti depoſitus erat. Quare de conſilij ſententia impetus temere factus cùm miles in arduum enitens ad ictus nudaretur. Tanta vis ignium ex vrbe exſilijt, tot fulmina tormentorum, vt in veſtigio ducenti Hiſpani ceciderint, in quibus aliquot magni nominis duces, quorum clade præſidiarij ingentes ſpiritus ſumpſêre, vt vltro periculum appeterent, & illorum ardori Hiſpania vileſceret. IIII. Kal. Ianuarij auxilia in vrbem à Seratſio ſubmiſſa, quibus animi ſectæ tumuêre. B C D E

Maximilianus Cæſar à fœdere cum Hungaris auerſus.

Cùm in eo eſſent Maximilianus Cęſar à fœdere quod Chriſtiani Principes auctore Pontifice percuſſerant, auerſus, vectigal annuum Hungariæ indictum Conſtantinopolim ad Turcam comportandum curat, & Rodolphum maiorem natu filium Hungariæ Regem corona XII. Kal. Octobres celebri pompa inaugurat. Hungari in eius verba iurarunt. Rodolphus ſolemnia regni Amborgi capeſſit.

Sub id à Polonis cum Turco pax modicè laceſſita, bellum in Moldauia geſtum, cuius origo à capite arceſſenda. Bogdanus Alexandri filius Moldauiæ Vaiuoda, quem belli ducem dixeris, cum Sigiſmondo Poloniæ Rege amiciriam inſtituerat, qui Moldauiam in Poloniæ regum patrocinio, & iuriſdictione iam olim fuiſſe defendebat. Id grauati Moldaui qui in Turci, à quo domiti erant, clientela eſſe, tutius iudicabant, aduerſus Bogdanum conſilia F

A filia ineunt, & cùm Ioannes Iuonia ex antiqua Vaiuodarum ſtirpe Conſtantinopoli mercaturam faceret, cum eo agunt, vt per Portam purpuratam (Baſchiam vocant) cui intimus erat, ſibi viam ad principatum ſterneret. Is cognito Bogdanum à Chriſtoforo Sborouio Palatino Cracouiæ in carcere attineri, conciliante Porta Moldauiæ Vaiuoda Selimi ſuffragio renunciatus, cùm antea duo tantum Soldaninorum millia (nummi aurei genus eſt, ſeguino Italico par) vectigalis nomine penderentur, ſexaginta millia ſpondet, iniunctaque imperij munera impigrè ſe obiturum promittit. Hac ſpe per conſcientiam Selymi exercitum ad viginti militum millia pecunia facit, & ineunte Februario Moldauiam ingreſſus ſecundo populi rumore excipitur, Coczyma vrbs vna reperta eſt, quæ impetium abnueret.

Bogdanus principatu exutus Sigiſmundi Poloniæ Regis opem implorat, qua ille in ſpe-
B ciem negata, ne pacta cum Turco exueret, clam proceres ſuos monuit, vt per cauſſam amicitiæ, aut affinitatis Bogdano ſubſidio eſſent. Puncto temporis quatuor equitum millia Nicolao Mielecio Palatino Podoliæ in armis fuere, ad quos alij Nicolao Scieniaſcio Striç præfecto, ductore ſe aggregarunt, qui Moldauiam ingreſſi ad Stepanuzzam caſtra poſuere, miſſis qui de rebus hoſtium cognoſcerent. Renunciatum Coccymum captam, hoſtes vadato Pruto amne ad Polonos iter flectere. Alij duces ſpeculatum miſſi cum in hoſtes incidiſſent, prœlium ſtrenue ſumpſerunt, & plurium cæde facta XXIIII. manu captos ad ſuos traxerunt, ex quibus conſilia hoſtium, & numerum comperêre. Mielecius ſummæ rei impoſitus, Ioannem Iordanum cum valida manu præire iuſſit, ipſe veſtigio ſecutus, cum vniuerſis copiis in conſpectū Iaſiæ vrbis venit, in iugo Stephanuſæ ſitæ, vnde hoſtium exercitū ſpeculatus, prœlio impar Prutū fluuiū tranſmiſit, vbi imminēre hoſte noctem in armis egit.

Bogdanus principatu exutus Poloniæ Regis opem implorat.

C · Albeſcente die inuolant Turci, quorum imperium Erbitus, cui prima acies credita excepit, & fuſos ad amnem vſque impulit. Inde verſo Choczymam itinere, inter eundum crebro velitatum eſt, donec vrbem tenuere, ſed augeſcente in dies Turcorum exercitu viribus impares occultis itineribus, ne iniuriæ opportuni eſſent in Poloniam regreſſi ſunt, vbi Sigiſmundus Rex XV. Kal. Auguſt. mortalitatem impleuit, vltimus gentis Iagellonæ, quæ 186. annos in Polonia rerum potita erat. Obiit Gniſſini in limite Lituaniæ, vir alta quadam, & diuina mente præditus, pietatis & bellicæ virtutis præcipuus, annos natus quinquaginta. Cracouiæ habitus ſupremis honor, & regia pompa vltimo mandatus eſt officio. Actum per interregnum de noui regis comitiis, quæ inſequuto anno Aprili exeunte proceſſere.

Sigiſmundi obitus.

Inter hæc Turcica expeditio incedebat. Columna, dux Meduanus Gallus, & Veneta claſſis Corcyram appulere, vbi à Iacobo Foſcareno cum plauſu, & publica lætitia excepti ſunt.
D vnde Kal. Auguſti Gomenizzas inſulas vela verterunt. Meduano Marci Molini triremis cum ardente laterna, quod imperij inſigne eſt, Gallicæ nobilitati, quæ ſe duci comitem præbuerat, Caroli Contareni liburnica attributa. Ioannes Moſſenicus ad Gomeniſſas inſulas cum iis ſe coniunxit, de quo didicere Vluſcialim maris præfectum ad Chium expediendis commeatibus, & militi parando conſediſſe. Quem nuntium per lætitiam accepere, cum ita vſu veniat, vt qui impetum facit conſilij certus, maioribus animis ruat, quam qui ex improuiſo appetitur. Rebus abundè compoſitis, portu Gomeniſſarum 140. triremes, 23. naues, ſex galeaſſæ, triginta phaſeli ſoluerunt, exeunte Auguſto, in quibus 23. millia ſociorum naualium.

Paulus Orſinus ſummum ius in Veneta claſſe habuit, cui accenturiati Proſper Columna, Ioannes Antonius, Aquauiuæus, Cæſar Caraffa, Fabius Pepolius, Ioannes Baptiſta Au-
E ria, Cæſar Penua, Franciſcus Marrinengus, & alij plerique. Primam aciem Marcus Quirinus duxit, mediam Columna cui ad dextram Ægidius Andradius, ad læuam Foſcarenus, in dextro cornu Soranzus, in læuo Canalis, vterque exercitus curator, adminiſtrabant. Ad auxilia præſto eſſe iuſſus Nicolaus coactarum triremium rector, cum 13. liburnicis, & 30. phaſelis. Marcus Quirinus exercitus curator cum 12. triremibus & 4. phaſelis ad Zacynthum cum reliquis ſe coniunxit. Inter eos actum vt ſexaginta triremibus Ægeum mare, archipelagum vocant, inſideretur, omneſq; inſulæ in poteſtatem venirent, vnde exitus liburnicis Turcicis ex anguſtiis freti Conſtantinopoleos, atque adeo commeatus omnis prohiberetur. Quod conſilium Venierus vertit, euicitq; vt Sanctæ Mauræ munimentum oppugnaretur, vnde maris imperium in Venetos recideret.

Paulus Orſinus Venetæ claſſi præfectus.

Id propugnaculum in anguſto ſinu Epiri ſitum eſt, cuius principium à promontorio A-
F ctiaco, clade M. Antonij nobili, (hodie Capoſigalam, & Lartæ anguſtias vocant) ab Aquilone ad ortum 30 paſſuū millia porrigitur. Ibi olim fretum fuit quo Leucas inſula cum continente iungebatur proximè Neſirum vrbem, ſed hominum manu & opere Cherſoneſus inſula

S. Mauræ ſitus.

A Turcorum munimento crebra fulminum iaculatione non peteretur, ſed Deo faciente citra noxam Catharum appulit. Ad Scopulum Stratiotarum Solomon, & tribunus Moretus, qui exſcenſione facta regionem ſpeculati erant, res ſuas ordinarunt. Paulo Orſino terreſtre imperium attributum, Moretus magiſter caſtrorum dictus, tormentis Gabriel caoalis impoſitus, Ludouicus Paſqualigus curator exercitus (commiſſarium vocant) Baptiſta Quirinus ſociorum naualium ductor. Ad eos ſe aggregarant Proſper Columna, Nicolaus Gambara, Comes Franciſcus Martinengus, vno impetu ſcalis admotis in munimentum inſiliere, vbi cùm fortè præferente facem Gilio ordinum ductore ignis in dolium pulueris tormentarij illapſus flammam cum ſonitu edidiſſet, præſidiarij exſternati terga vertere. Aliunde fortuna caſum adiuuit, & Venetos tantum non manu ſua in arcem intulit, Marioo Mammolo Signifero in mœnia enitenti Turcus ex alto ereptum haſta ſignum in aggere fixit, quo viſo Soranzus ſuos arce potiri ratus, exſcenſione facta milites in auxilium deſtinat, qui via facta in hoſtes inuolant, quorum alij cæſi, alij maou capti, X V I I. tormenta muralia in prædam venêre. Munimentum funditus euerſum eſt in ambitum centum quadraginta paſſus habens, forma quadrata, duabus cortinis imminens triremibus, alueum meuntibus, aut exeuntibus, tertia mare infeſtabat.

B

Inter hæc Veneti per Barbarum Baiulū Conſtantinopoli cum Turco in conuentionem, & fœderis leges eunt, res ſuas in tuto locant, fœderatis quorum ope Selimi decus bello afflictum erat, ſtudioſè conſulunt, Pontifice reclamante, & factum improbante. Ad ea pacta belli diuturni onera, pecuniarum inopia, ſuſpecta Hiſpanorum fides, quæſitæ in trahendo bello moræ, tenues è ſuperiori bello fructus, Selimi inexhauſtum terra mariq; robur, in futurum metus eos traxere. Miſſi Romam, & in Hiſpaniam legati, qui conſilium ſuum Pontifici & Regi probarent, vulgo improſpera fama fuêre. Illi ex copia rerum nihil ſibi amplius agitandum ſtatuebant, de futuro neminem ſatis callidum ſatiſq; prudentem eſſe rati.

C

Auſtriacus re cognita belli ſtudiis ardens, voluntate Hiſpaniæ Regis animum in Africam vertit, & Amidam Tuneti Regem à ſuis regno exactum in integrum reſtituendum ſuſcepit: quare in Siciliam 50. triremes duxit, vbi reliquam claſſem, quæ Meſſanæ agebat exſpectaret. In eo itinere naui roſtratæ maioris formæ, (galeonem vocant) res accidit quam in parte miraculi acceperunt. Ea tempeſtate depreſſa fuſis armamentis, gubernaculo diffracto, cum imo laxatu aquam admitteret, ac prope eſſet, vt profundo ſorberetur, omnes in preces & vota ierunt. Ibi diuina ope fulti cum exhauriendæ aquæ incumberent, & iam in imo paulum aquæ ſupereſſet, animaduertunt rimam quæ fluctibus patuerat, magni piſcis oppoſitu obſtructam, aditum aquæ negare, cuius rei votiuas tabulas in æde B. Mariæ Carmelitarum D Neapoli auxilij miraculo graphicè picto ſuſpendere.

Fuere id temporis turbæ Genuæ, cùm ob creandos magiſtratus Genuenſes in ſtudia diducti eſſent. Sed adnitente Hiſpaniæ Rege res compoſitæ ſunt. Arx Finalis vrgente Cæſare ab Hiſpanis derelicta eſt, Germanorum præſidio impoſito. A Pontifice Maximo in Sabaudia religio equitum S. Lazari Ducis Sabaudiæ imperio, & fidei commiſſa eſt, in quam certatim primariæ nobilitatis viri nomina dedêre. Legem dixit Pontifex, vt ea religio ſuis ſumptibus Niceæ duas triremes in promptu haberet, in qua ipſi equites rem gererent, qui Prouinciæ maria Turcicis myoparonibus infeſta, tradito Hieroſolymitanis equitibus more purgarent. *Genua in creãdo magiſtratu turbata.*

Eodem anno Dux Mantuæ Cæſaris affinis ſui beneficio Dux Montisferrati renuntiatus eſt, marchionis titulo in Ducem mutato. Mediolani præfectus vrbis Hiſpanus, quod iuriſ- E dictionem eccleſiaſticam imminueret, à Cardinali Borromeo viro ſanctiſſimo è cœtu piorū motus eſt, donec reſipiſceret, & bona fide pœnitentiam emendaret. *Dux Mãtuæ Dux Montisferrati renuntiatus.*

Cum in eo res Italiæ eſſent in Bodeniis, Podoliam vocant, & agro Barenſi Tartari aliquot pagos populati ſunt, vnde præda graues cùm ad ſuos recurrerent, à Buczacio Camieni præfecto intercepti, & ad internecionem cæſi ſunt.

In Polonia Sigiſmundo mortuo regia comitia acta, quorum non vna ſemper, & eadem ratio eſt, ſed ne candidati ambitu graſſentur, ſubinde mutatur. Comitiis præſunt Archiepiſcopi Gueſnæ, & Leopoleos, dux Pruſſiæ, tredecim Veſonui, 32. Palatini, tres Caſtellani primarij, mox alij 30. maiores, 49. minores Poloniæ, totidem Lituaniæ Caſtellani, quatuor Mareſchalli, Cancellarius vnus, Vicecancellarius vnus, duo theſaurorum Poloniæ & Lituaniæ Comites, & præcipua nobilitas, cuius ſuffragiis Regem confirmari neceſſe eſt. Archiepi- F ſcopus Gueſnæ legatus regni Poloniæ ordinatius eſt. Dux Pruſſiæ olim ordinis Teutonici, qui eam prouinciam fidei hoſtibus eripuerat, magiſter erat, imperij ſummus, Poloniæ legibus non obnoxius.

Albertus Brandeburgus leges Poloniæ accepit.

Sed anno 1526. Albertus Brandeburgus ordinis magiſter leges Poloniæ regis accepit, A
Ducis nomine contentus, cùm prius regio iure vteretur. Ducatus ſic ei addictus, vt
ad hæredes tranſiret, & Dux Pruſſiæ inter Senatores Poloniæ allegeretur. Is Senatus rei
Polonicæ viuo Rege arbitrium obtinet,& cuncta legum, ac magiſtratuum munia in ſe tra-
hit.Rex de capite viri nobilis niſi auctore Senatu ſtatuere nun poteſt.Bellum indicere, pa-
cem firmare,vectigalia inſtituere,fœdus cum aliquo principe inire,leges condere,nummos
percutere niſi annuente Senatu nequit Palatini militiam prouinciæ regunt,& ſi bellum in-
gruit,milites ductant, quare & Voieuoli vulgo dicti. Caſtellani maiores, palatinorum vbi
bellum ardet vicarij ſunt,& annua ſtipendia belli domiq; accipiunt,minoribus nihil pendi-
tur.Mareſcalli Regio palatio curant, legatos exterarum gentium ad Regem intromittunt,
iudicia regis ac ſenatus vulgant,quorum vnus regni Poloniæ,alter ducatus Lithuaniæ,ter-
tius aulæ Poloniæ,quartus aulę Lithuaniæ dicuntur.Cancellarius & Vicecancellarius olim B
eccleſiaſtici fuere,hodie alter laicus eſſe poteſt. Eorum munus eſt, vt in Senatu referant ea
de quibus agitur,& conſulta, decretaq; ſcribant,ſub quorum diſpoſitione ſunt epiſtulares,
& viri à ſecretis,ceteriq; regni actuarij.Theſauris pręfecti publicas pecunias curant,inſignia
regia ſeruant,ſtipendia militibus,& officiis numerant. Forma eligendi Regis ex præſcripto
Archiepiſcopi Gueſnæi procedit, qui ſacro miſſæ operatus eam dictat, mox eandem à qua-
tuor Mareſcallis firmari,vt rata ſit,oportet. Locus Comitiis in Polonia captus ad amnem
Viſtulam proximè Varſouiam vrbem, vbi in planitie multa tabernacula ornata, in quibus
vnum maius, vbi Senatus haberetur, equites circum diſpoſiti, qui turbas inhiberent. De-
nuntiatum legatis qui diuerſarum gentium principibus regnum ambiebant,vt Polonia ex-
cederent,ne ſuffragia redimerentur donec nominatim arceſſerentur.Cùm autem prius vo-
calia ſuffragia eſſent, decretum vt tabulæ clam in venas mitterentur, quibus ſuffragia pro- C
cederent,ne quid gratiæ datum videretur.

Res à VII.Idus Aprilis,ad Kal. Maias in conſilio vltro citroq; iactata, exitum non rep-
periebat, legati mox è regni finibus eo ordine quo venerant arceſſiti, in Senatu ſingulatim
auditi ſunt, quod à legato Regis Hiſpaniæ ingratè acceptum, qui cum Cæſaris legato ad-
mitti cupiebat,eoque negato legationem fungi abnuit. Primus intromiſſus legatus Ducis
Pruſſiæ,deinde orator Pontificis,tum oratores Cæſaris,Regis Franciæ, Suetiæ, Boëmiæ ſe-
ptemuirûm imperij, vltimo loco lectæ literæ Ducis Moſchouiæ, quarum faſtus inuidiam
habuit. Cùm in ſuffragia per tabulas itum eſſet, Dux Andium numero potior fuit,qui ta-
men iuſtus & legitimus minimè viſus.Cùm vererentur vt Piaſtus aliquis(ita principes indi-
genas vocant)Caluini ſectæ addictus.Rex eligeretur,datum negotium viris dicendi peritis,
vt fructus qui ex huius, vel illius electione maximi Poloniæ obuenturi eſſent, oratione in D
Senatu explicarent, penès quem eligendi arbitrium erat, vt ex bono publico de Rege ſta-
tuerent.

Die Pentecoſtes didita fama eſt,Ducem Andium ſuffragio ſuperiorem eſſe,quare Fier-
leorum factio,quæ Piaſto ſuffragabatur,ad arma iuit,& numeroſo equite ac tormentis bel-
licis freta,vim tentabat, cùm Tabuſchiorum gens proclamauit, vt qui Andinum Regem
depoſcerent,è pileo ramum pro inſigni gererent,& armis ſua ſuffragia propugnarent. Iux-
ta ventum erat, vt prœlio vtrinque decernerent, cùm Fierlei numero impares acquieuere,
& in partes Andini,vt malo caverent,tranſière, qui poſtridie vno omnium ore Rex Polo-
niæ,Dux Lithuaniæ,Ruſciæ,Pruſſiæ ab Archiepiſcopo Gueſnæo renuntiatus eſt. Lanſacus
per diſpoſitos equos curriculo in Franciam euolauit,vt hoc nuntio primus Caroli Regis au-
res imbueret qui per vrbes quà Polonis oratoribus iter fuit, vt honorifice exciperentur E
prouidit.

Vetteſteinū à Duce Moſchouiæ captum.

Inter hæc Dux Moſchouiæ Kal. Ianuarij in Liuonia oppidum Vetteſteinum Regi Sue-
tiæ obnoxium vi cepit, & valido præſidio inſedit, eo animo vt vniuerſam Liuoniam ſui iu-
ris faceret.

Sommeria aggreditur.

Id temporis Pariſienſi cæde ſectæ animis fractis paſſim in Gallia fidei hoſtes ad maio-
rum ſacra redierunt, & Miſſæ ſanctiſſimum ſacrificium oculis vſurparunt. In Septimania
Mummorantius Danuilla Prouinciæ præfectus Caluiſione, & Monpeſato occupatis, Som-
meriam ducit,& ineunte Februario IIII.peditum millibus obſidium cœptat. Oppidum à
monte in cuius radicibus ſitum eſt, nomen repperit, ſexto lapide à Monte peſſulano & Ne-
mauſo, arce in colle vitibus latè conſito munitum. Portis quinque initur, quarum vna ad
ortum pertinet,altera Borgetiana inter occaſum & ſeptemtrionem ſita eſt, reliquæ ad me- F
ridiem obuerſæ ſunt, Earum vna Pontana dicta à ponte antiqui operis, qui riuo mœnia al-
luenti impoſitus eſt.Eam vrbem propugnabant Gremianus,Sanclarius,Santauius, Monpe-
ſatus,

A ſatus, & plerique ſtrenui ordinum ductores. Poſtridie turris ponti impoſita fulminata eſt, & ignis portæ admotus irrito ictu, quòd ea pomœrio & aggere firmata eſſet. Triduò poſt ea pars VII. machinis afflicta, qua murus inde arcem, inde vinetum attingit, vbi turre deiecta ruina in ſe ſubſedit, nec in foſſam procubuit, qua re difficilior aditus oppugnantibus factus, qui ex alto vulneri expoſiti ipſas mulierum manus infeſtas experti ſunt, quæ cratibus, oleo, pice ardenti, tribulis ferreis, circulis candentibus graſſabantur. Regij pedem referre coacti ruborem fronte, vulnera tergo abſtulere. In oppido pulueris penuria, qui tandem cùm Danuilla obſidioni animum obfirmaſſet penè exhauſtus eſt. Verberatione ad portam Burgetianam repetita, cùm ruina latè procederet, obſeſſiq; decuſſata è colle fulminatione pro opere conſiſtere non poſſent, propius periculum ventum eſt, ſed irruptione in ſequentem diem dilata, cùm interea ſectarij aggere, vallo, & poſt ruinam foſſa ſe muniiſ-
B ſent, res corrupta eſt. Itaque vi facta regij cum clade repulſi retro iere.

Poſtridie Henricus Foxius Candala Damuillæ ſororius, qui 22. Vaſconum ſigna ſuppetias ad fratrem traxerat, vir animi præceps, alia parte impetu facto, re infecta occubuit. Quod in Danuillæ inuidiam tractum, cui verberatio integrata cùm fraudi fuiſſet, in deditionis leges ventum, vt rebus ſaluis milites, & oppidani liberum exitum haberent. Gremiano ex deditione dedecus promptum fuit. Danuilla militem diuturna obſidione languidum per præſidia diſtribuit. Sectarij otij procaces Florenſacum, & alia propter Narbonem loca occupant, Sanromanium natalium ſplendore clarum Geneua arceſſitum, quò ſuffugium è Pariſienſi cæde habuerat ſummæ rei præficiunt, Friderici Palatini Septemuiri auxilium implorant, Puſinum opere & ſitu validum caſtellum ad Rhodanum ex inſidiis capiunt, & Curſolum proximè Valentiam oppidum Rhodano impoſitum pridem diru-
C tum munire inſtituerunt, Villanouam in Viuarienſi agro clatris ferreis per quos aqua vrbem abluens effluit, refractis aſtu ceperunt, obuij quiq; trucidati, ſacerdotes in primis, qui eò ad Synodum conuenerant. Lugerius præſidio vrbis præfectus, domi per triduum obſeſſus, in hoſtium poteſtatem venit, cui nota proditæ vrbis hæſit. Vacra ordinum ductor Bollodinæum arcem bello vtilem intercepit, cui muniendæ intentus villaricos à quibus opera interrumpebantur, magna ſtrage concidit. Guiuardus Anicienſis Hiſpalium ex aduerſum Anicii fraude cepit, vbi ab ordinum ductore cæſus eſt, qui cùm capite occiſi claues ad Sanitalem Velaunotum præfectum attulit, magno Anicienſium fructu quibus ea vicinia exitialis erat. Monjoius Gondrini Valentiæ Cauarum ante decennium interfecti mortis reus, Faiæ arci in Viuarenſibus intercipiendæ intentus, inſidiis cum ſuis interceptus, & cæſus eſt.

D Id temporis Sanquintina, & Catuelia arces in Sanuitalis ius ac ditionem conceſſere. *Sãquintina & Catuelia.* Tenſa oppidum vi captum, ac direptum. Sectæ miniſtri in patibulum iêre. Præſidiarij Montij caſtri cùm interciſo fonte ſiti victi ſe dedidiſſent, contra pacta occidione cæſi ſunt. Quibus exemplis Sancti Viti oppidani fracti, cùm in faucibus belli eſſent, alij ſolum verterunt, non pauci ſecta eiurata maiorum ſacra repetierunt.

In Delphinatu Monbrunius Valentia, Montelio Adæmari & Creſto fruſtra tentatis, cum exigua manu populabundus eam prouinciam peragrauit. *Monbrunij graſſatio in Delphinatu.* Gordius Prouinciæ legatus Viuarienſes copias ad eum auxilio ſummiſſus in tranſitu Rhodani cecidit. In Dienſi diœceſi Oripetra, Serra, & aliæ arces in manus ſectæ venere. Diguierius, Morgius, Campolius Muram captam aggere & vallo firmarunt. In Aquitania belli feriæ non erant. Villarius Regis miſſu Terridam 120. præſidiariis inſeſſam deditione recepit, Farcius præſidij præfectus gu-
E la fracta ex arcis feneſtra pependit. Idem in Gordonij vicecomitis arces ſæuiit, qui furto belli extremum agmen carpebat. Cauſſadam Aueroni amni impoſitam, & Verfoliũ inani euentu tentauit, Montalbanum per literas, fidei in Regem & officij fruſtra monuit.

Rebus ſectæ afflictis, ac prope deſperatis, reliqua ſpes in Sancerræ, & Rupellæ opibus fuit. *Sãcerra arx aggreſſa.* Sancerra primùm lenibus conſultis ſine vi tentata, vbi res frumentaria per Gulielmum Ioanellum vrbis præfectum parum ſollicitè prouiſa. Mox tertio Nonas Ianuarij obſidio cœpta. V. Idus à Claudio Caſtræo, Biturigum præſide vrbs corona cincta eſt. In exercitu V. millia peditum, quadringenti equites cenſi, quibus acceſſêre 8. ſigna veteranarum cohortium duce Sarrizo, & XVII. ſigna foſſorũ, X. muralia tormenta, IIII. Colubrinæ. Quinto poſt die Caſtræus, per tubicinem deditionem imperat, qui contra fas gentium à Ioanello violatus eſt. Sancerra in Biturienſi agro Buchorum oppidum eſt, quarto à Ligeri lapide,
F quem ex alto infra poſitum deſpicit amphitheatri ſpecie vtrinque lunatum, nouem turribus infirmo muro, quatuor portis, duo millia paſſuum in ambitum habet. Pars vrbis clementi iugo aditu facilis ad auſtrum pertinet. Arx in vertice inter Cæſaream & Anſerinam

portam ſita eſt, cui alterum montis iugum cognomento Vlmilupinum ad metidiem immi- A
net. Ad Fontanæum Caſtræus propugnaculum exſtruit, adeo editum, vt ex eo in arcem deſpectus, & iaculatio facilis eſſet. Alterum in campo S. Lazati foſſa & vallo munit, quò decem tormenta per operas, ſex in montem Vlmi deportat, vnde X I. Kal. Mart. murum à vetere porta ad Andreanam quatriduum fulminat. Obſeſſi tutris Cæſareæ faſtigium vltro deiiciunt, ne ruina ipſis fraudi eſſet, infirma caſtelli opere firmant, & foſſam intus ducunt. Interim agger à Caſtreo ad foſſam oppidi productus eſt, quæ perforara eſt, ſtrato inſuper ponte ligneo, cratibus impoſitis, vt tectus miles ad mœnia ſuccederet. Cùm prope eſſent, vt murum ſuffoderent, oppidani eruptione facta pontem, & poſtridie alterum noctu ſtratum igne vaſtant, vtrinque per eruptiones crebra transfugia, reliquum perfidiæ certamen.

Cùm res cuniculis ageretur, obſeſſi ſeptem intus puteos effodiunt, quibus vis pulueris B
tormentarij exſpiraret. Cùm ruina late pateret XIII. Kal. Apriles tribus vno tempore locis vis facta, tum diuerſa parte ſcalæ admoræ, cùm interim ad ruinam machinæ fulminarent, quæ obſeſſos loco mouerent. Illi periculi ſecuti contra niti, pro ruina conſiſtere, manu rem gerere, hoſtem mœnibus ſummouere, qui pedem referre coactus eſt. Fœminę grauiter igne, oleo, bitumine, ollis ardentibus operatæ ſunt. Caſtræus aliud iter inſiſtendum ratus obſeſſos annonæ anguſtiis preſſos, ſame perdere ſtatuit. Itaque omnes exitus, aditusque propugnaculis ſtructis vndique obſtruit, quæ tormentis inſiderentur, vt neque commeatus in vrbem importari poſſet, neque locus effugio eſſet.

Fames magna Sancerræ. Cùm fame eò vſque fatigarentur vt feles, mures, talpæ cibo eſſent, & in diem libræ panis quadrans viritim attribueretur, emiſſi vrbe qui auxilia maturarent in Caſtræi manus venêre. C

Ineunte Quintili Coriis bubulis, pellibus agninis, equinis, caninis, latranti ſtomacho, vtcunque clauſum os, vt modeſtius ſtreperet. Ex aqua maceratæ, & ſubactæ frigebantur, vt vſui eſſent: pelli vitulinæ, vndecim aurei pretium: membranæ, chartæ iuridicæ, & litigioſæ, tympanorum, ac cribrorum pelles, paludamenta è bubulo corio confecta, capiſtra, antilenę, poſtilenæ, equorum ephippia, zunæ coriaceæ, ventralia, anſæ flabellorum, folles, amenta clitellarum, lagenarumq; è neruis bubulis, & cętera rerum portenta, dictu fœda, auditu aſpera ad partes venête, târa in vecordibus animis perfidiæ obſtinatio fuit: oſſa fimetis exeluſa, palea minutatim concıſa cum acere, cicuta, ſemen lini, buceratis, iuglandium putamina, imbrices, & tegulæ cærulei lapidis, quam ardoſiam vocant, molitæ, & ſubactæ pro pane erant: ex incerniculo ſebum, & axungia delitias faciebant, olerum per vicos ſedulo collectum, fimus equorum, veteramenta è fimetis effoſſa in cibum venêre. Puella triennis ex fame mor- D
tua, & condita, mox refoſſa ipſis parentibus alimento fuit. Ex inedia quadringenti amplius periêre, ducenti rabidi reperti. Sectæ miniſtri contumaciæ inuicti præſtigiis ſuis ad hanc vecordiam miſeros trahebant.

Rupellæ oppugnatio. Inter hæc Rupellæ quò reliquum ſectæ robur confluxerat, oppugnatio impigrè curabatur. In ea vrbe mille trecenti delecti milites præſidium agitabant, oppidanorum duo millia cenſa, omnes belli ſcientes, armis egregie ornati, quibus animos ſectæ miniſtri, funeſtæ Galliæ faces, ſupra bonum & æquum faciebant, tormenta muralia ænea quindecim, campeſtria 60. minora centum ferrea, pulueris tormentarij pondo ad 160. millia, tritici penuria conflictabantur, vini, buccellati, & reliqui commeatus abunde erant. Bironus de pace cum oppidanis ſermonem iecerat, Lanouius penès quem belli arbitrium, non abhorrebat, plures è Regio exercitu milites in ſpeciem fidem abrupetant, & in vrbem transfugerant, alij ex vr- E
be honeſto transfugio ad officium redierant, præmiis deſectorum veta fides, pudore proditionis plures exſolueτat, cùm Rupellani colloquij ſpecie ſuorum fidem tentari, intus proditionem adornari rati, perſugas aliquot per tormenta interrogant, quorum aſpectum, & vincla impatiens dolori non ferentes, inſidias iudicarunt. Illi veriti ne maiori ex diuerſo mercede miles ius, faſque exueret, colloquium abrumpunt, in coniuratos acerbè vindicant, & diſcuſſis pacis ſermonibus aperte bellum ſumunt. Mox de aduentu Andini, Regis Nauarræ, Condæi, & aliorum procerum allatum eſt, qui per curſores equos in manſionibus diſpoſitos iam Turonum vſque proceſſerant. Quo nuntio regij animis aucti, molatrinas proxime cuneam portam igne corrumpunt, & hoſtem in arcto habent, Is Angliæ Reginam ad auxilia fruſtra ſollicitat. Dum infeſtant inquietos irriti voti tormenta, de Andini ad exercitum aduentu accipiunt, quæ res eos per varias curas egit. Sectæ miniſtri, quorum vita bellum æternum, F
atq; anceps gerit, verbis animos firmabant, cauſam, ſpem partium, munimenta vrbis, commeatuum copiam oſtentabant.

Ciues

A Ciues Andini literis tentati, dies rerum verbis terendos eſſe negarunt, octauo Idus cùm
præſidiarij eruptione facta nauem in faucibus portus demerſam incendere conarentur,
ignes ab iis immiſſi à regiis reſtincti ſunt, commeantibus vtrinque per ſpatium inter duo
propugnacula in faucibus ſtructa recedente æſtu equitibus, quod vado peruium non pu-
tabatur: pugnatum & biduo poſt, ſed è naui demerſa præſidiarij fulminati cum clade pe-
dem retulêre. Carolus Lotaringius Meduanæ Marchio, Monlucius, Chauignius muni-
mentum ad piſtrinum Brandæ cognomento, quod ad portam Cuneam hoſtibus ereptum
erat conſtruendum recipiunt, ad quod productus agger pertinebat, & a Cunea porta paſſi-
bus 150. à foſſa vrbis 120 aberat.

Inter hæc colloquium ab oppidanis crebro diſcuſſum, tandem inſtitutum eſt, vbi multa
in vtramque partem iactata irrito ſucceſſu. Multi in vrbe ad conſilia pacis proni erant, ſed
B ea per artem à ſectæ miniſtris publicæ quietis hoſtibus diſcutiebantur, qui vt ſunt lingua
prodiga, & effræni, teterrima verborum colluuione, & æſtu diffluentes, nouos metus facie-
bant, & bello faces ſubiiciebant. Id genus hominum apud ſuos gratia, & auctoritate va-
let, fucata virtutum ſpecie, qui falſi, vultu compoſito, Dei cultum, & animarum ſalutem
obtendunt, cùm ambitione clam, & auaritia graſſentur, palliata mendicabula, qui regium
nomen exſtinctum velint, vt in ſe omnia trahant. Cùm in ſumma pacis colloquiis nihil
proficerent, machinæ in turrim portæ Cuneæ impoſitam proximè munimentum Euan-
gelij pridie Kal. Martias incubuerunt, quæ frequenti diſploſione conuulſa, oppidani ſaccis
lana oppletis ruinam farciunt, mox eruptione facta duce Lanouio ab equite regio durius
accepti reſiliêre. Eo prœlio Guiſij & Meduani fratris eius, quibus ſtatio ad vallum eo die
obuenerat opera laudata. Pacis conditiones denuò per Lanouium tentatæ, virum candidi
C animi, conſilio boni, manu ſtrenui, pari apud ſuos & hoſtes fama, in irritum ceſſere, cum
miniſtelli ambitu & cupidinibus flagrantes monachi plerique excucullati, pacis ſtudia in-
teruerterent, & è rebus turbidis quæſtum peterent.

Interim turris Cunea penè diruta cui colubrinæ impoſitæ confractæ. V. Nonas Martias Aumalij obitus.
inumbrante veſpera Aumalius colubrinæ fulmine tranſacto pluteo poſt quem latebat con-
foſſus eſt. Lanouius pace deſperata, repoſcente fidem eius Gondio, à quo Regis voluntate,
flectendis ciuium animis in vrbem ſummiſſus erat, cum Rupenardio, Compagnio, & Salla
honeſto transfugio ad Andinum tranſiit, factum à bonis omnibus probatum, à miniſtellis
vituperonibus, qui ſuæ rei, quàm publicæ fidei diligentiores erant, ex ambone ventilatum.
Illi ſcriptis editis cùm bonos omnes perditum irent, hoſtibus parci in hoc bello impium
eſſe capratis ſcripturæ teſtimoniis aſſeruerunt, homines improbi & inteſtabiles, Gallici no-
D minis dehoneſtamento, quorum vnus paucos ante dies eò vſque petulantiæ, vel potius fu-
roris prorupetat, vt poſt contumelioſas appellationes Lanouio pugnum in os impingeret,
qui ea moderatione fuit, vt iniuriam non acciperet, ſed fanatici valetudinem furorem an-
helantis vxori commendaret, quo eis paucos dies ille correptus, intemperias ſuas publico
ſpectaculo ſubiecit. Poſt Lanouij exceſſum verberatio repetita, Seuiri in vrbe dicti, qui
ſummæ rei præeſſent, crebræ eruptiones factæ, multa vtrinque cæde. Oppidani id vnum
operis habebant, vt ruinas tomento, fimo, aggeſta terra, tranſuerſariis lignis fartas ſolida-
rent, cùm regij diuerſa parte aggerem ad Paleraunum inchoatum ad labrum vſque foſſæ
producerent, & cratibus diſpoſitis firmarent, qui nocturna eruptione ab hoſte diſiectus eſt.

Crebræ verberationes iteratæ, nauci fuere XIII. millia fulminum à regiis miſſa in cen-
ſum venere. Cùm autem in exercitu annonæ anguſtiæ eſſent, lues ſæuiret, ſtipendia non
E procederent, ſenſim miles dilabi, nobilitas quia nullum adhuc operæ pretium extabat, tæ-
dio tentati nutare, fatiſcere, aduerſi rumores ſpargi, qui vt premerentur, oppugnationis
conſilium captum, cuius inſtruendæ negotium Niuernio datum. Is nihil intactum, neque
quietum pati, cuncta agitare, omnes res ex ſe quiſque ei feſſo, & maioribus obſtricto ſupe-
rauerant. In primis triginta corbes ceſpitibus refertos ad labrum foſſæ de nocte ſtatuit, &
quadringentos ſtationarios præſidio locat, qui ex vallo ad foſſam impunè irent. Cumque
euangelij munimentum frequenti pulſatione concidiſſet, in pede propugnaculi humiles ca-
ſæ aggere munitæ crebris ad iaculationem ſpeculatibus, (chaſmatas Græco vocabulo vo-
cant) extruerunt, quibus hoſtem proturbari neceſſe fuit, vt cuniculi agerentur, muri ſuffode-
rentur, agger perforaretur. Foſſa ad vmbilicum vſque tentantis militis æſtuante aqua, tri-
bulis & muricibus ſtrata erat: ad labrum in ſilice meatus 6. pedes lati ſcalpellis ægrè aperti
F ſunt, per quos demiſſus eſt miles, tomento, ſtoreis, aſſeribus comportatis. His rebus por-
tatilis valli vice miles ne in latus, aut à fronte peti poſſet tegebatur, & ad muri pedem, &
caſas ipſas inſidiarias tutius iter erat. Tum diſpoſita tormenta quibus obſeſſi mœnibus ar-

cerentur ne vim facientibus damnoſi eſſent. Dolia ducenta amplius rudèrato & arena ple- A
na per foramina in foſſam demiſſa.

Antonij Claromontij Talarij mors.

VII. Id. April. ſub meridiem vis facta, humilia propugnacula capta, Antonius Claromon-
tius Talarius Allubrox illuſtri genere, maximum munimentum vi cepit, vbi colubrinæ
glande lethali vulnere tranſactus eſt. Guiſius altero propugnaculo potitus diu inter ſacrum
& ſaxum fuit, cum pice & oleo ardenti, ſaxis glandibus plumbeis infeſtaretur, quo eum pe-
riculo Niuernius dum èxplicar, in læuo brachio vulnus tulit. Meduano crux ferro tranſa-
ctum, & vt omnia inconſulti impetus cœpta initio valida, ſpatio langueſcunt, nobilitatis te-
meritas initio valida, malo fine mulctata eſt, Gaſtius legionis tribunus, Caſtrouetus, & plu-
res alij via facta in ſummum euangelij munimentum euaſerant, primas ac ſumma valli rui-
na traxerãt, vnde in vrbem liber aditus erat, mulierculis aliquot obſtantibus, quibus in ad-
uerſa fronte valli opus ceſſerat, ſed auxiliis tardius aduentantibus, hoſte miſſilem ignem & B
glandes iaculante, ſariſſis & contis deturbati retro pedem tulere.

Poſtridie, ipſo conticinio præſidiarij ignem ad ruinam pice & bitumine admiſſo accen-
dunt, vt fumi, vaporiſq; nubilo dum ruinam ſarciunt muri conſpectum regiis auferrent. In-
de res ſcalis parum proſperè tentata. Mox cuniculis actum, quibus admoto igni munimen-
ti Euangelij extrema pars magno fragore diruta eſt.

Claſſis Anglica ad auxiliũ Andium venit.

XII. Kal. Maias Claſſis Anglia auxiliis Mongomerio duce ſummiſſa, in noſtrorum con-
ſpectum venit, in qua 53. naues numeratæ. Nihilo ſecius ad Euangelij munimentum ignis
cuniculis à noſtris ſubditus latè ſtragem dedit, ad Tadonem acriter pugnatum, poſtridie
vis facta fruſtra fuit. Quibus rebus è regiis quidam perculſi, fide exuta in vrbem transfugê-
re. Id temporis munitiones quæ in vrbem comportabantur, hoſti ereptæ ſunt. XVII. Kal. Iu-
nias octaua oppugnatio magna vi, ſed irrito ſucceſſu facta. Inter hæc dedita in caſtris de An- C
dium Duce in Regem Poloniæ electo fama iras vtrinque lenijt, & ſcena potius belli, quàm
verum, & ſerium bellum fuit. Brauius ſtrenuus ordinum ductor, per ſpeciem eruptionis
honeſto transfugio ad nos tranſit. Oppidani bello feſſi, fame fatigante ad deditionem proni
erant, in caſtris milites otium anhelabant, & aliquid de periculis remitti cupiebãt, omnium
ſenſus ad quietem verſi erant. Rex ipſe dubius belli, pacis rationes trahebat, & conditioni-
bus bellum poni poſſe ſperabat, cuius quocunq; modo componendi diligentiam per No-
uillium Villaregium Andino permiſit.

Pax inter Regem & Andiũ Ducem.

Detumeſcentibus odiis tabulæ fœderis ſcriptæ, & ſignatæ, leges dictæ, vt Nemauſi, Ru-
pellę, Montalbani libera ſectę miniſteria eſſent, Sancerranis quantùm ad conciones, preces,
ritus ſacrorum, omnia integra fierent, edicti tamen priuilegio excluderentur.

Pridie Nonas Quintiles vtrinque tormenta loco mota, & viminea dolia incenſa, quatri- D
duo poſt edictum pacis præconis voce, mandatu Bironis, qui epulo in publicis ædibus ex-
ceptus erat, promulgatum eſt, præteritorum memoria inducta, Catholica fides, templa, ſa-
cerdotia, ſacrorum vſus in integrum reſtituta, ſacerdotes, & exules poſtliminio reuerſi, pu-
blica lætitia agitata. Andinus nono Kal. Sextiles Regis fratris mandatu Aureliani per triũ-
phum, & regiam pompam exceptus eſt.

Poloni oratores Regi ſuo ambiendo Poloniã veniunt.

Inter hæc XIIII. Kal. Septemb. Poloni oratores regi ſuo ambiendo Lutetiam, ductore
Monlucio incolumes venere, quibus portis effuſi magiſtratus obuiam gratulantes exie-
runt, tum verò purpurati omnes, & aulæ proceres, Franciſcus Borbonius Delphinus Prin-
ceps regij ſanguinis adoleſcens, Guiſius, Meduanus frater, Carolus Aumaliæ Dux, Carolus
Ellebouij Marchio, quorum nomine verba ad eos Latinè fecit Paulus Foxius, vir eruditio-
ne, & ingenio clarus. Mox quinquaginta quadriiugis curribus porta Sammartiniana vrbem E
ineuntibus tanto concurſu populus Pariſienſis obuiam effuſus eſt, vt aduentantes aditum
vix explicare poſſent, quod illis in miraculi parte fuit. Contra plebeculę admirationi erant,
vultus inſolenti grauitate retorridi, promiſſæ, & rutilantes barbæ, pilei muribus hermelinis
farti, gemmatis capulis acinaces, ferratę ocreę, phaterę & arcus, cothurnatę tibiæ, faſciæ fe-
minales ferro aſperæ. Omnes Latinè ſciebant, quæ res illiteratis aulicis rubori fuit, quibus
aliis colloquentibus ſilentium promtum.

Sancerrani pacis conditiones accipiunt.

Eo ipſo die, quo Poloni Lutetiam iniere cum Sancerranis initæ pacis conditiones: vide-
res ora fame exanguia, tibias tumentes, exeſos & luridos macie vultus, plerique vix greſ-
ſum explicare poterant, & tamen moribundi in contumacia perſeuerabant, rupta patientia
extrema auſuri niſi æquas conditiones impetrarent, tum verò apud Polunos exiſtimationis
Regis intererat, vt omnia in tranquillo eſſent. Præterita omnia obliuione ſepulta, gratia F
perduellionis facta, res ſoli dominis in integro fuere, mobilia tantùm depenſis intra VI.
diem 40. nummûm millibus redimerent, editi beneficio vterentur, fruerentur. Conuicitioni
fides

A fides vtrinque ſtetit. Vitæ gratia facta Letio ſectæ miniſtro, qui militibus ad mœnia excubantibus auctor fuerat, vt lectos ſibi Braſilienſium more ſternerent, alligatis ad palos commodo loco vtrinque defixos culcitis, vt neque à pulicibus, & cimicibus vexarentur, neque madore ſoli debilitatis membris frangerentur. Quod fructui vigilibus fuit.

Roſa aurea ad Henricũ Regẽ Poloniæ à Põtifice miſſa.

Sub id à Gregorio XIII. Pontifice Max. miſſus Oliuarius Seraphinus ad Henricum Poloniæ Regem, qui ampliſſimum regnum meritis ipſius tam honorificè delatum gratularetur. Roſam auream dono Pontificis ei obtulit, qui honos non niſi Principibus de Catholica fide bene meritis à Pontifice habetur. Oratores Poloni tertio ab ingreſſu in vrbem die Luparam admiſſi, Caroli regis dexteram prono capite exoſculati, mox apud Poloniæ Regem honoris ſolemnibus defuncti ſunt, in quibus diutius morati operæ non eſt, quòd hiſtoriæ ſine inanibus ſatis turgeant. Solennibus tranſactis, præmiſſus Ioannes Sborouius in Po-
B loniam, qui Senatum certiorem faceret de actis legationis, & de tempore aduentus regis. Tum verò Nicolaus Angenęus Rambulierus ſummiſſus, multis iam legationibus cũ laude obitis clarus qui Caroli regis nomine beneuolentiæ officia impleret. Lutetiæ lætitia agitata, quæſitiſſimæ epulæ, oratoribus loca lautia, doctorum hominum colloquia, feſtiuitates, celebritates, haſtiludia, in armis decurſiones, comœdiæ, mimi dati, nudo capite Regi largiter ab oratoribus inter epulas propinatum. Poloni ipſi, togis auro textilibus lucentes, per vrbem mira grauitate incedebant, vt Romani Senatus maieſtatem vultu, inceſſuq́; redderent: frænati argento equi, habenæ gemmis interſtinctæ, ephippia auro lucentia, phaleræ vndulatæ ſerico inſignes, omnia ad ornatum compoſita, Senatus conſultum de Rege, arca aurea promtum, in concilij oculis recitatum, vtrinque iureiurando firmatum eſt.

Secundùm hæc à Carolo IX. rege munera legatis data, torques aurei, monilia pyropis &
C carchedoniis micantia, annuli adamantibus rutilantes, phaleræ, armillæ, vaſa aurea, & argentea. Mox Henricus animi æger, & patriæ deſiderio mœſtus inſtructo viatico, regia ſupellectile, amplo comitatu IIII. Kal. Octobr. Lutetia exceſſit, qui cum diem de die ducere, moras per vrbes nectere videretur, vt hyemem in Gallia extraheret, Rex ita commotior tergiuerſanti neceſſitatem abeundi fecit.

Id temporis ſectarij rebus acciſis, temeraria, & ridicula per ſupplicem libellum poſtulata Regi offerre auſi grauiter offenderunt. Delphinates onera noua, & inſolita deprecati verbis à Rege in ambiguum implicatis eluſi ſunt. Is animi ferox, iniuriæ ſupra quàm cuiquam credibile eſt memor, & impatiens, manu promptus, iræ properus, venatu continuus, nihil molle, aut languidum ſpirans, iurandi in ita præceps erat, cui ſi Deus annos produxiſſet, aut domeſtici, indoli eius parum æqui, non accepiſſent, Catholica iam in Gallia fides,
D ſectæ opinionibus exſtinctis placido itinere incederet. Libri tum plerique vulgati à perduellibus, quibus regia auctoritas infringeretur, & in ordinem cogeretur. Diuerſa parte repetitum apud Regem conſilium, quod Blœſis antequam Nauarræ Regina in aulam veniſſet biennio ante initum ferebatur, de Francia Turcici imperij inſtar abſoluta dominatione opprimenda. In eo erant Biragus Cancellarius, & Radeſianus Comes, à quorum ſententia Rex lenior a conſilia ſequutus alienior viſus. Poncetus quidam eam fabulam luſit, qui tamen amarulento libello crimen deprecatus eſt. Interim Rex qui fratrem ad regni vſque limitem producere ſtatuerat, in morbo cubare cœpit, quo ad exitium datus eſt, atrociore ſemper circa dominantium exitus fama. Regina filium Nanſium vſque & Blamontium in Lotharingia proſecuta eſt.

Rupella ex inſidijs tentata.

Sub id Reginæ factione per Bironium & Pigallatium Rupella ex inſidiis tentata. Con-
E iuratio cœpta, adulta, & reuicta eſt. Leontius coniurationis caput domi cæſus, conſcij Rupellæ capite luêre. Planta & Porta fractis in rota cruribus per artus exſpirauêre, Monbrunius in Delphinatu Nionium ad prouinciæ confinia, & in comitatu Venaſcinenſi Minerbium munitiſſimam arcem inuolat, agrum Gratianopolitanum latrociniis peragrat, Viriæũ opulentum cœnobium cæſo præſidio depeculatur. Glandagius qui ſectæ nomen non dederat, Arauſionis oppido & arce ex inſidiis potitus, Auenionenſem agrum populationibus vaſtat, in mercatores graſſatur, viri licentiæ bellorum aſſueti intra priuatos lares tenui victu domeſticas anguſtias ferre non poterant, induſtrios & ignauos pax in æquo tenet, militibus prædarum occaſio ſi non datur, quærenda eſt, leges & iudicia in pace formidantur.

Henrici in Poloniã cũ primaria Galliæ nobilitate expeditio.

Interea Henricum in Poloniam quingenti amplius è primaria Galliæ nobilitate ſequebantur. Per Taberoas epiſcopi Argentinenſis primariam ſedem, per Nemetes, & Vangio-
F nes Heildebergam ad Palatinum VII. virum ventum, vbi ei Colinius in tabula expreſſus in oculos incurrit, quod ſpectaculum cum dictis amarulentis ei Palatini hoſpitium ingratum & ſuſpectum fecit. Cùm feria ſexta ageretur cœna non piſcibus aut ouis, ſed carnibus ſolis

inſtructa eſt, quibus Rex abſtinuit, pane contentus. Poſt cœnam dimiſſi Comites in hoſpitia vrbana, Rex cum 4. cubicularijs in arce ad ſomnum manſit, quo inumbrante repente tantus fragor tormentorum auditus, vt omnia ruere viderentur. Ipſe in altitudinem conditus rem ſilentio tranſmiſit. Inde Francofordiam venit, ad Mœnum ſitam, cui à Francis nomen, per quos in Gallia Francorum regnum Pharamundo duce ſiniſtra aue, liquido auſpicio ſtabilitum eſt. A

Cùm per reliquas Germaniæ vrbes Helenopolim, ſeu Francofurtum ad Oderam amnem, qui & Viadrus, Polonorũ fines hodie à Germania diſparat, veniſſet, & vbiq. ſingulari magnificentia proceribus obuiam cum frequenti equitatu egreſſis exceptus eſſet. Miedzericum iter tendit. VIII. Kal. Februat. obuiam in itinere Polonorum turmam habuit, qui ex equis deſilientes Regem curru regio & aperto, vt omnibus conſpicuus eſſet vectum more gentis conſalutarunt. B

Ibi Senatus, & nobilitatis nomine Staniſlaus Carntouius Vladiſlauienſis epiſcopus oratione graui, & compoſita Regem appellauit, cui non minus ornatè à Vido Fabro Pibracio reſponſum eſt. Miedzerico Poſnauiam itum, vnde per diſiectas niues facta via, Cracouiam præmiſſo Radeſiarum Comite, qui nomine Regis exequiis Sigiſmundi Auguſti intereſſet. Sic enim apud Polonos obtinet, vt niſi ſupremis in demortuum officiis ritè perſolutis Rex auſpicato inaugurari non poſſit. Corpus defuncti Cniſinia Cracouiam deportatum fuerat, præcedebant legati ſingularum prouinciarum cum ſuo quiſque vexillo numero XXX. Tum primarij miniſtri, dein pomum orbis ſpeciem exhibens, ſceptrum, corona aurea inter Senatorum manus quibus id iuris fuit præferebantur.

Sequebatur corpus plumbeo loculo conditum, & ſerico velamine nigro obuolutum, octo iugi curru vectum, & poſt corpus fererra 32. cum inſignibus regiis, & equi 30. Sericis ephippiis, pullis, atratis frænis. Anna ſoror infaus anthracino amictu à legatis Pontificio & Veneto deducebatur, ſequebatur nobilitas, vrbis ſenatus, plebs ad quatuor millia, atrati omnes, cum cereis & funalibus. Ea functis pompa in arcem itum, vbi principe templo cereis vndique collucente ſolennia miſſarum peracta, mox à Megilenſi abbate laudatio habita. C

Poloni Hẽrico Regi aduentati honorẽ habẽt.

Deterſo funeris mœrore Regi aduentanti honos habitus. Præibant Archiepiſcopi ſplendido comitatu, ſequebantur Caſtellani, Palatini, & reliqui Lithuaniæ, & Ruſſiæ proceres viris auro, ſerico, monilibus, pellibus hermelinis hyberno cultu lautiſſimis, equis argento & ſerico inſignibus tanto numero, vt iuſtum prope exercitum facerent. Ad vrbem ſero diei ventum, quam funalibus noctem vincentibus in equo ſplendidè ſtrato Rex XII. Kal. Martias per S. Florani portam iniit, conſulibus conopeum præferentibus tubarum & tormentorum fragore omnium aures circumſonante, qua pompa per arcus viridibus, auro, argento, victoriolis, elogiis inſignes in arcem deductus eſt, aquila vbique alba obuia affabrè facta regem circumuolante, & alis applaudente. Inde poſt gratias in maiori templo Deo actas cœnæ primum, deinde quieti conſultum eſt. D

Sed dum in his ſolennibus immoramur, præter annalium ordinem vltra plantam euagati ſumus, & quia rei ſeries poſtulabat, in annum milleſimum 74. ſenſim excurrimus. R[illegible]deamus ad ſcamna, & intra cancellos nos teneamus In Germania Cæſar pace Turcos [illegible]ſtrinxerat, quam cùm illi prædandi ſtudio ſubinde laceſſerent, ipſe in Hungaria mun[illegible]tum extruit, & præſidio firmat, quod Selimus per Beglerbeos occultis nuntiis ſ[illegible]dum curat, præſidiarij ad vnum cæſi, factum Cæſare expoſtulante non agnouit Seli[illegible] ſuos inuidia onerauit, quod Cæſar quanquam infra fiduciam poſuit, animum tamen di[illegible]dentem fraudare, & dictis acquieſcere coactus eſt, hoſtilia non auſus. E

Alãſonius Dux Reginæ Angliæ nuptias ſequitur.

Id temporis princeps Alanſonius Caroli IX. Regis frater natu minimus Reginæ Angliæ nuptias ſecutus, verbis honorifice acceptus eſt. Illa floris rudimẽtũ, rumulo ſetuabat. Ab ea nos in Flandriam oculos reflectemus, & ſectarios Herlemini aduerſus Fridericum Toletanum ſupra ſpem, & fidem animoſos, & validos inſpiciemus. Hiſpanis tum in Belgio res retro ferri viſæ, & cùm initia ſecunda fuiſſent, finis improſpera fama fuit, adeo nihil eſt ſincerum in rebus humanis, ſed læta & triſtia, velut ex fœdere, inuicem ſuccedunt, faciente Deo vt in rebus cunctis quidam velut orbis tranſeat, & ſicuti temporum vices, ita & rerum vertantur.

Triſtia & læta velut ex fœdere inuicem ſuccedũt.

Machliniæ, Zutpheni, Naerdemi excidia reliquis animos fecerant, vt in armis vnicum præſidium haberent, vi fruſtra tentata Hiſpani ad fraudes animum vertêre. Miſſi corruptores qui exuendam ad fidem hoſtem emercarentur. Sed ij longè animi fruſtra fuêre. Mox Vallotecti mœnia ſuffodere, cuniculis graſſari, foſſam ad ruinam aggere complere aggreſſi F

exitum

Digitized by Google

A exitum non inueneret. Obſeſſi in Deum impij, vt ſupplicationum quas Catholici piè vſurpant ritum traducerent, cum crucibus & ſacris imaginibus longo ordine in pomœrio procedebant, easq; mox ſariſſis, aut plumbeis glandibus violabant. Bartholomæus Campius mechanicus, vt milites citra noxam ſub muros ſuccederent, non vt fieri tralatitium eſt, foſſas per anfractus & ambages flexuoſas duxit, ſed in lineam rectas, & vt petitiones è muro fruſtraretur, opticæ machinamento diſtinendis hoſtium oculis ad latera foſſæ æquali ſpatio duos ſtipites ſuſpenſis ſacculis terra fartis tabulatis impoſuit, quibus tormentorum ictus & oculi hoſtium eluſi.

Ad dexteram & læuam in foſſa quam duxerat loca crebra effodit, vnde tectus miles, hoſtem ſub ictum haberet, quo furto & foſſæ nullo negotio ad ſuperficiem ſoli æquatæ ſunt, & ad aggerem acceſſus in tuto fuit, vt cum hoſte ſariſſis, enſibus, verutis, ſcloppetis æquo lo-
B co confligerent. Quare munimento 13. Kal. Ianuarias ſectarij pulſi portam S. Crucis vallo, doliis, faſciculis, tignis tranſuerſariis, & valido pomœrio munierunt, rati Catholicos ruinam machinis facturos. Cognito Regios per alueum Naerdemi commeatum ſibi proſpicere, ne annonæ penuria eſſet, obſeſſi mille delectos Antonio pictore qui Montes prodiderat duce, aggeribus aluei conuellendis miſere. Is à Franciſco Verdugio, qui de re cognouerat, inſidiis interceptus, cum ſuis obtruncatus eſt, plerique aquis hauſti: vnde apparuit proditori non longe exitium eſſe. Caput eius viui bis mille, mortui mille aureis Albani denuntiatione addictum erat, quod cum titulo intra mœnia per machinam miſſum eſt. Qua re Haerlemenſes adeò exacerbati ſunt, vt captiuis duodecim gulam fregerint, quorum capita doliolo incluſa in regiorum vallum, cum hoc lemmate impulerunt *Haerlemenſes ad Albanum pro decimis nondum ſolutis hoc munus allegant, maiora in poſterum ſpondentes.* Quibus Regij vt ſua
C facta redderent, è furca in aggere captiuos aliquot eliſis faucibus ſuſpenderunt. Incruduere animis obſeſſi hoc ſpectaculo, & in decem Catholicos, ac puellam deuotæ virginitatis reſte ſæuierunt.

Inter hæc per rigorem hyemis fluuiis ſtupentibus, & glacie aſtrictis, ſectarij commeatu, & præſidiis aucti crebrò in perniciem regiorum erumpebant, vt Catholici ſpem potiundæ vrbis exuerent, à quibus in eo grauiter peccatum, quod nimia ſui fiducia obſidione cœptante, & modici laboris fuga tormenta ad alterum oppidi latus quod verberationi impar erat, non admouiſſent. Milites frigore perditi, nummis exhauſti, laboribus & tædio fracti, ſenſim dilabebantur. Contra numerus, animiq; ſectariis augebant, ad quos liber aditus ſubſidiis, & annonæ patebat, vt obſidentium numerus obſeſſorum numero vinceretur. Ad commeatus trincis vtebantur, plauſtella ſunt ſine rotis hac arte facta. E quatuor trabibus qua-
D drum faciunt, quarum iis quæ in latitudinem porrecta ſunt, lamina ferrea pari latitudine in medio tumens, & delumbata ſubiicitur, quæ equo ferratis calcibus plauſtrum ſupra glaciem trahente celeritatem adiuuet. Quadrum ipſum octo milites, aut quatuor dolia tritico plena capit. Quæ commeatuum itinera fruſtra intercludere conati regij, quòd ſtagnis in ambitum ea vrbs cincta ſit, cum ſtagno Lugduni Batauorum continuis, & aquæ vndique glacie rigeant. Quare Hiſpanis omnia infeſta erant, in quos de nocte porta Silia, quæ ad occaſum pertinet, ſexcenti Germani cùm erupiſſent, & totidem Belgæ porta S. Catharinæ ad Boream, vt munimentum ſibi à Catholicis ereptum, & ipſa tormenta reciperarent, tanta vi incubuerunt, vt penè res regiorum aceiſæ ſint. Aduolantibus tamen vndique auxiliis re infecta in vrbem compulſi ſunt. Deſiderati ex regiis Creſſonerius, Carauagiallus, Philippus Santaldegondæus, & alij plerique ſtrenui duces. Nihilo ſecius Fridericus inſtituti per- *Regiorum ſtrages.*
E tinax, per foſſores, & milites ſaccos terra madida fartos in munimentum inferri iubet, vnde momento nouum propugnaculum excitatum eſt tormentis aliquot impoſitis, quibus hoſtes ſi pro ruina conſiſterent, infenſarentur. Pridie Kal. Februar. impetus ad ruinam ſumma vi factus eſt, Hiſpani ducenti amplius è ſuis deſideratis pulſi ſunt, cùm obſeſſi ad ruinam cuniculis ignem admouiſſent. Mox re in deliberationem miſſa cognitum flagitium eſſe militiæ in ea obſidione diutius hærere, in qua hoſtes magis in dies conualeſcerent, obſidentes viribus & animis deficerent.

Cùm in eo eſſent, & Albanus animaduerteret, ex hac obſidione totius belli famam fortunamq; pendere, infecta enim re, ad rebellionem omnia prona erant, Albani gloria & armorum decus peſſum ierat, hoſtibus animi auxerant, per Bernardinum Mendozzam filio ſignificat, in eo conatu vincendum, aut moriendum, in quo ſi moriatur, ſe ſuccedaneum fo-
F re, qui ipſe ſi occubuerit, vxori ſuæ in eodem periculo exitum quærendum. Hæc mandata patris à Mendozza in conſeſſu Ducum filio palam enuntiata ſunt, qua denuntiatione militum animi tantum conualuere, vt ad mortem omnes, aut victoriam in ea tentatione ſe deuouerent.

uouerent cognito, omnes ſtrages è parum explotata ruina, & hoſtium munimentis, ortas, A
Hiſpanus è malo nauis quod forte occurterat, ſibi machinam finxit, quæ intra femora late-
ret, qua pro tempore inſcenſa pro grallis vteretur, & decem amplius pedes ſupra munimen-
tum emineret, vnde introrſus deſpicere, hoſtium munitiones explorare, glandes plumbeas
in hoſtem explaudere poſſet. Hac machina vſus animaduertit obſeſſos poſt ruinam ag-
gerem lunata forma vallaſſe, in quem pulſi ſe reciperent, & irrumpentibus incommo-
darent.

Mongom. auxilio ſectariorum mille milites trahit.

Id temporis variis rumoribus iactatum Mongomerium mille milites Gallos auxilio ſe-
ctariorum trahere, Anglos & Scotos vltro confluere, Arauſionenſem ex Hollandia & Ze-
landia numeroſum exercitum ductare, vt iuſto prœlio cum Catholicis experiretur. Tum
verò triremes Lugduno Batauorum, & aliis ex vrbibus ſummittebantur, quæ vim facerent,
& terrorem Hiſpanis inferrent. Quibus nuntiis commotus Albanus id operis maximè ha- B
buit, vt per Boſſuuium Amſterodami caruas, (nauigia ſunt, humilia & demiſſa ſulcãdis Ho-
landiæ ſtagnis, & æſtuariis opportuna) quam maximo numero inſtrueret, & triremes ali-
quor machinis tormentariis validas, quibus hoſtem nauali prœlio laceſſeret. Ante omnia
Sparenuudæ munimenta quibus aditus Harleemum obſtruebatur diſturbaret. Quare XII.
Kal. Mart. anno 1574. propugnaculum ex aduerſo Nieucherchi tentatum parum proſpere
hoſtibus incurrentibus, & Hiſpanorum impetum frangentibus. Mox ſexies mille foſſores
adhibiti, quorum opera milite aduitente aditus patefactus, & præſidio firmatus, Harleemi
ſtagna inſeſſa, vt terra, marique res gereretur. Hoſtium tamen claſſis firmior & expeditior
erat, quæ tormentis æneis graſſabatur.

V I I I. Kal. Mart. ipſo Paſchatis die ſectarij vrbe pluribus portis vno tempore eruptione
facta mirum quantum in Catholicos incubuerint, qui tamen animis & corporibus ob- C
nixi, non citra ſanguinem impetum retuderunt, Bartholomeo Campi Mechanico con-
foſſo. Triduo poſt, vt Germanos Erbeſtaino pago ad ſyluam quam inſederant deice-
rent, portis ſilij, æſtuarij, & Sancti Bernardini vno tempore eruperunt, tantis animis,
vt hoſtibus fugatis nouem ſigna, V I I. tormenta campeſtria eripuerint.

Interim claſſis Boſſuuij conualuerat, in qua 33. nauigia, quæ velo agerẽtur, ſex quæ remo
triremium inſtar fluctus impellerent, à quibus claſſis hoſtium fuſa propugnaculum fici, &
ſaſenam pro latebra tenuit. Boſſuuio cui pugna pro meliore fuerat maris imperium ceſſit.
Obſeſſi vt ſe expedirent, & aquæ latius ſe funderent, aluei aggerem excidere, ſed oppoſitis
ab Hiſpano crebris propugnaculis velut carcere incluſi ſunt. Proxime Harleemum ador-
tum inſula eſt, orbiculata, oui forma, quam Sparemius amnis in lacum euolutus ducto à
mœnibus vrbis alueo efficit. In inſulæ mucrone ad lacum prominente ſectarij munimen- D
tum fici cognomento extruxerant, ad læuam amnem è regione portæ S. Catharinæ, aliud
munierant, tertium ad portam Sancti Vicheri, in media inſula caſtellum quadrata forma,
foſſa & vallo firmarant.

Diuerſa parte Catholici inter Sancti Vicheri, & Fici propugnacula, munimentum ripæ
impoſuerant, & quinque alia extruxerant cùm in ipſa continente, tum ad Diccum, qua la-
cum & ortum ſpectat, quibus hoſti in vrbem aditus terra marique abruptus eſt. Tum verò
ad Erbeſtainam Syluam, vbi Germanis caſtra erant, ad portas Siliam, S. Ioannis, S. Crucis,
vbi ſe foſſa & aggere vallauerant.

Septimo Idus Aprilis cùm mille Burgundionibus exercitus auctus eſſet, Boſſuuius ad
propugnaculum fici noua clade hoſtium claſſem fregerat, quibus triremem, & carauellam
maioris formæ nauem in breuibus hærentes eripuerat, obſeſſis eruptio in Germanos fraudi E
fuerat, à quibus vulnera tergis impoſita in nauigia intulere. Interim ſectarij, vt ſecuritatem
annonæ ſuſtentarent, è mœnibus panes in Hiſpanorũ aggerẽ iaculabantur, aut pro mœni-
bus ſtatuebant, tum verò vt res ſacras deridiculo haberent, & ſacrilegio prophanarent San-
ctorum imagines ſacris ædibus exemptas, in pinnis murorum, & ruinis ad ictus expone-
bant, quam iniuriam non ferens Hiſpanus in ruinam inuolat, ſacram effigiem complexus
inter tela & plumbeas glandes inuiolatus abripit, Deo pietatem approbante. Arauſionenſis
obſidioni ſubleuãdæ nihil expeditius ratus quàm ſi hoſti famem machinaretur, & annonę
ſubſidia intercluderet, quæ Vtrectho per Amſtelrodamum ſummittebantur, quinque pedi-
tum ſigna Fiſio duce totidem foſſorum, & pleroſque alios milites, cum tormentis, & com-
meatibus nauigiis impoſuit, qui ad aggerẽ fluuij Vechtij ad Burguelium pagum quarto ab
Vtrechto lapide, propugnaculum extruerent. Id gnatum Traiecti Ioanni Baptiſtæ Taſſiſio F
annonæ in Holandia Regiæ curatori, qui præfecto vrbis Guiſbechio in morbo cubante in
Fiſium duxit, & exigua manu hoſte pulſo, foſſoribus cæſis, propugnaculi conſilium euertit.

Hoſtes

A Hoſtes ſe in caſtellum Burguelium fuga receperant, vbi vitam pacti in Saſſiſij manus venê-
re. Alij qui nondum exſcenderant retro propere ceſſere, & nuntium cladis ad ſuos detu-
lête. Arauſionenſis naualis prœlij conſilio capto, 130. nauigiis inſtructis in Boſſuuij claſ-
ſem inſilit, ſexaginta nauigiis incedentem, à qua intrepidè exceptus, fractusq; fugam ca-
peſcit, 20. amplius nauigiis amiſſis, quæ in poteſtatem Boſſuuij ceſſere, is victoria ferox pro-
pugnaculum Fiei deditione cepit, præſidiariis res ſaluas pactis.

Obſeſſi cùm mari, fluuiis, ſtagnis obſeptis fame conflictarétur, & palúdibus, cingerentur
quæ neque nauigiis peruiæ, neque pedibus limo hærentibus, & fixis vadari poterant, perti-
cas ſariſſæ magnitudine altera parte ferro ad pugnam armarunt, altera lignea talea ſe-
mipedem lata clauis confixa, ne altius in limum penetrarent, quibus adnixi, ſaltu fuſſis, &
breuibus tranſmiſſis, commeatum ſacculis dorſo impoſitis in vrbem inferebant: quod
B machinamenti genus Hiſpani mox pari exitu vſurparunt, & hoſtium ſubſidia prohibue-
runt, qui Italicis auxiliis, & firmo equitatu aucti Lopeſio Acugneo duce, nouum ad
ruinam impetum inſtruunt. Iterum obſeſſi nouis copiis Battemburgico Barone duce,
Vecthij amnis aggerem parum proſperè tentarunt, nauigia aliquot capta, fugati hoſtes pe-
dem retulere.

Inter hæc Anglus honeſto ad Catholicos transfugio Fridericum monuit impetum ab-
ſtineret, nihil eſſe opus vt ferro miles. & igni obiiceretur, hoſtes tam arcta penuria premi,
vt ægre octo dies extremis ſuperſint. Iamdiu canes, equos, mures, feles defeciſſe, ad coria
ventum, & panem è ſemine rapi, & canabis maceratum, cùm res eorum in extremo ſitæ
ſint periculo parcendum.

Sub id tempus Idib. Iunij Sarazus cohortis tribunus vrbe cum quatuor columbis égreſ-
C ſus eſt, quæ nuntiæ aduentantis auxilij remitterentur. Obſeſſi fame preſſi animos non fre-
gêre, ſed ex vrbe impreſſione facta ſemel atque iterum ſtrenuè pugnarunt. Tandem ad vl-
tima, & miſeranda coacti, per Vilerum Burgi magiſtrum belli ponendi rationes iniêre: de-
ditionis leges abſurdæ viſæ, verberatione integrata ex tranſuerſo iniectus obex, pontes ab
Hiſpanis ſtrati eruptione hoſtium deiecti ſunt: vis facta ad propugnaculum Goletæ cogno-
mento, quo aditus in vrbem præcluſus erat, in irritum ceſſit, hoſtes in vrbem cum ſtrage ſe-
mel atque iterum compulſi, donec de aduentu auxiliorum allatum eſt. In prima acie tria
peditum & equitum millia Hiſpano equitatui procubuêre: quo prœlio Baro Battembur-
genſis, Carlenius, Cletingius viri nobiles deſiderati, 14. ſigna, vexillum equitum, tormenta,
trecenta commeatuum plauſtra cum equis victori ceſſere, auxilia intempeſtiue prœlium
occuparunt. Conuenerat inter duces, vt ex vrbe obſeſſi eruptione facta hoſtem diſtine-
D rent, in quem auxilia tempori inuerterent: vota nimis præcipitata fefellerunt, impetus in
herba & flore effuſus fructum non tulit. Re deſperata Haerlemenſes Saguntinum exitum
incendio, vel Numantinum extrema vi parabant, rem ſubodoratus Toletanus miſericor-
diæ inſtinctu æquas conditiones offert. Cùm interim ordinum ductor Bordetus, qui Mon-
tibus emiſſus contra pacta ad arma ierat ſuo ictu mortem inuenit. XVI. Kal. Auguſti leges
dictæ, vt omnes ſe fidei Friderici permitterent, qui excidio vrbis abſtinuit. Ducena qua-
draginta millia florinorum indicta, multæ nomine, quorum centum millia eis 12. dies ſol-
uerentur, cętera in tertiũ menſem differrentur. Arma omnia iuſſu Romeri præfecti caſtrorũ
qui vrbem inierat, in palatium Academiæ comportata, oppidani in cœnobium Silij conceſ-
ſêre, fœminæ in primarium templum, præſidiarij per nationes diuiſi in ædes S. Vrſi, S. Ca-
tharinæ, & Blaſconis. Toletanus Germanis, qui mercede auxilia faciunt, & donis acceptis
E more gentis diuerſa induunt, vitæ gratiam fecit, Vibaldum Ripperdam præſidio ab Arau-
ſionenſi impoſitum ſecuri percutit, omnibus qui contra pacta Montibus emiſſi arma repe-
tierant gula fracta, ſectæ miniſtris eliſæ fauces, ad duo millia laqueo, ferro, vel aqua cis octo
dies periere, quod aſperius viſum quam pro benignitate victis oſtenſa, cùm vrbs ad dedi-
tionem humanitatis præſcriptione vocata eſſet. XVIII. Kal. Septemb. ipſa die aſſumptæ in
cælum Virginis ſanctiſſimum miſſæ ſacrificium in æde S. Bauonis à nouo Haerlemi Epiſco-
po celebratum eſt, grates gratiæ Deo actæ. In ea obſidione ſupra 4. obſidentium millia deſi-
derata, in quibus octingenti Hiſpani bellis exercitati, longè plures vulnerati.

Id temporis Alchemaerum munitum oppidum decimo ab Haerlemo lapide ſub ditionẽ
ſectæ cecidit, Ruichaueri cuiuſdam exulis factione, cùm Hiſpani milites ſeditione tumẽtes,
quod ſtipendia non procederent, Haerlemi deſidiæ, & contumaciæ ludum darent. Gnarũ id
F Frederico, qui duodecim Hiſpanorum ſigna, Germanorum nouem, duas Belgarũ cohortes
millenarias, cum duabus equitum turmis, & tribus tormentis muralibus Norquermio duce
obſidendæ vrbi, priùs quàm hoſtes conualeſcerent, tranſmittit. Sectarij hoſtibus impares pe-
dem

Alchamaerum ſub ditionẽ ſectæ cadit.

dem retulere. Interim Chiappini Vitellij induſtria mitigatis militum animis ſeditio ſopita, A
quatuor eis ſtipendia pro direptione vrbis in præſens expenſa.

Valcherenū inceſſum.

In Zelandia Valcherenum ab Hiſpanis inceſſum iuxta periculum fuit. Miſſus ab Albano
ſubſidio Auila, qui numero nauium impar prœliū non auſus Antuerpiā redut, vbi claſſe, &
milite auctus ad Fliſingenum X. Kal. Maias cum hoſte commiſit. Sed perincommodè ceci-
dit, vt eo tempore dolium pulueris in eius naue arſerit, quo in hoſtium prætoriam vim fa-
ciebat, quare verſi caſus, naues commeatu inſtructæ in hoſtium poteſtatem venêre, ipſe
Mildeburgum accepta clade refugit, mox Antuerpiam tenuit, vbi ab Albano mari Bello-
uaſius in Zelandia præfectus eſt. Sectarij Zelandiæ & Brabantiæ inhiantes, Tolenum Ze-
landiæ inſulam ad ortum modico alueo à Brabantia diuiſam, Berghæ, & Zoomo finitimam
animis deſtinant, quod ea portu amplo, & commodo, ager vberi ſolo eſſet. Belli negotium
Rolleto Canferæ præfecto datum, qui 7. militum ſignis in naues impoſitis Kal. Maiis Ra- B
meſualum inſulam appellit, vbi contubernium militum templi cuſtodiæ impoſitum, quia
deditionem abnuerat, cum ipſo templo ignibus ab hoſte ſubiectis arſit, quo exemplo territi
quinquaginta milites qui præſidio Martenſdyclū arcem inſederant, arbitrio ſe hoſtium per-
miſêre, à quibus contra fas gentium aquis merſi ſunt. Poſtridie Tolenū duxerunt, quod cen-
tū militum præſidio tenebatur Almonte duce. Berghæ, quæ vrbs præcipui ad res gerendas
momenti eſt, duo tantum ſigna præſidium agitabant, Gilio & Coruglia ducibus. Rulletius
quo vtriuſq; ab alterutris ſubſidij ſpē auferret, diccum inter vtramq; vrbem interiectum (ita
aggeres frænandæ aquæ extructos vocant,) ſui iuris facere aggreditur, vbi ab Hiſpanis du-
ce Mondragonio, ad quem Bredæ præfectus haſtatorum equitum turmam ſummiſerat,
ſtrenuè pugnatum eſt, ne aggeres ab hoſte ſubruerentur, quibus euerſis auxilia Tolenum
terra ſummitti non poterant. Sectarij ad eum aggerem munimentum exceptauerant, emiſ- C
ſariæ confugis aggere rupto tentabant, & tutamentis loco munito diſpoſitis rem gerere co-
gitabant, cùm Mondragonius trecentis peditibus auctus VIII. Idus Maias in hoſtē inuolat,
quem propugnaculo pulſum cædit, aut in aquas inſilire cogit. Agger ad Diccum com-
munitus eſt. Rulletius fuga elapſus cùm Tollemo, & Bergha excidiſſet, animum ad Sanger-
trudenbergam vertit, ita montem S. Gertrudis indigetant, quæ vrbs in Holandia magnæ
dignationis eſt, ſitu & opere firma, turbandis in Belgio rebus opportuna, ſi quis terra, aut
mari militem immittat. Modicum in ea Hiſpanorum præſidium fuit, ad duo ſigna contra-
ctum, quod ſectariis gnarum, qui Poietro duce ſcalis de nocte ad muros admotis, vrbem
ex improuiſo magna Catholicorum cæde capiunt, & Scratſium præſidio præficiunt. Addita
mox victoriæ, ignauia præſidij arx Rameekina, ſine qua res Mildeburgi, & Brabantiæ in tu-
to eſſe non poterant, vix credibile memoratu eſt, quantum militi ſocordiæ tum, aut verò D
perfidiæ adoleuerit, vbi pro labore ignauia inuaſit omnia fœda euenerunt. Bellouaſius tot
cladibus æger Kal. Auguſti cum Mondragonio Antuerpia ſoluit, Valcheremum cogitans,
& flexa per dextrum Schaldis ſinum velificatione Mildeburgum militem & commeatum
auxilio ſummiſit Mondragonio impoſito.

Maris imperium Albano à ſectariis ereptum.

Sectarij claſſe validi, maris imperium Albano eripuerant, ſine quo incaſſum Belgium à
Rege tentari potuit. Iidem aditum ad portum Amſtelredami partim depreſſis in faucibus
nauigiis, partim numeroſa claſſe occluſerant, vt vni tantum per vices nauigio iter pateret,
cui à pluribus oppugnato vix vlla ſalutis expediendæ ratio conſtabat. Cæteri portus in po-
teſtate ſectę erant, vna ſpes in Amſtelrodamo ſupererat, ſi forte Regis imperio cederet. An-
tuerpia modicam nauium ſpem, vt erat exhauſta, oſtentabat. Vicit tandem induſtria, &
ſumptu Albanus, vt duodecim maioris formæ naues ornaret, in quas Hiſpanorum quin- E
que ſigna, Boſſuuio duce, Germanorum & Belgarum totidem immiſſa. Pridie Idus Auguſti
ea claſſis portu ſoluit, & cum hoſte diu luctata eſt, qui periculum non auſus, in tutum refu-
git. Boſſuuius ſpei caſſus, milite in littus expoſito, duo propugnacula hoſtium ad Diccum
aluei ſtructa vi capit, & præſidiarios occidione occidit. Cùm in prœlij exitus ſpes Albani
ſitæ eſſent, hoſtes viribus aucti prœlium audent ad Enchuſam pridie Idus Septembr. Boſſu-
uij nauis Prætoria tantæ magnitudinis erat, vt in eo mari nulla vnquam pari mole graſſata
ſit, tormentis, viriſque valida, quam quatuor ſectæ nauigia corona cinctam, igne, calce, ſaxis
tanta vi inſiliebant, vt ſanguine, & cadaueribus proræ tabulata, & conſtratum nauis hærre-
ret. Hiſpanorum oculi calcis viuæ iniectu caligabant, ne impetum hoſtium ferrent, aut cer-
nerent. Certatum ipſa nocte ad vſque diluculum, quo Boſſuuius re deſperata raro milite, &
vulneribus defecto ad deditionem ab hoſte compulſus eſt. Repertus in naue miles, qui pul- F
ueri ſulphureo admouere ignes voluerit, vt eodem exitio ſecum hoſtem inuolueret. Sed à
Boſſuuio inhibitus eſt, qui ſtrenuos etiam contra fortunam ſpei inſiſtere, & maiori animo
tolera

A ſolerati aduerſa quàm relinqui dixit. Ita omnes Enckuſam ea lege ducti ſunt, vt vtrinque captiui inter ſe pro loco, & ordine commutarentur, cui legi fides præſtita non eſt, Boſſuuio quatuor annos in cuſtodia cubalite, qui tamē in vinculis pretio à ſe ſoluto ſocios cladis carcere exemit. Ea res immane quantum Albano inuidiæ impoſuerit, cuius facta, dictaq́; omnia Medina onerabat, & eius ſocordia Hiſpanis Belgij armamentarium, quod in aditu Amſtelrodami erat, periiſſe clamitabat. Albanus Haerlemi compoſitis ſuorũ animis, ſeditione ſidente, de Alchemaero per vim occupando ſeriò cogitauit, vt ſibi aditum Vatterlantium aperiret, cui Holandiæ tractui ab Aquis nomen inditum eſt, quod aquis maris inſiſtere creditur, & ab occaſu & ſeptentrione oceano, ab ortu freto Zuyderzeano cingitur, ſupereſt ad meridiem anguſtus per terram aditus, vbi Beueruichenſis ager ad freti littus, & alueum Titum Mudenum vſque ad auſtrum porrigitur, & cum freto Zuyderzeano coniungitur.

B Introrſum recedit Alchemaerum oppidum, opere munitum, quod in ſectæ poteſtate eſt. Initium igitur victoriæ ab Alchemaero ducendum erat, vt ad ea ordine, quæ longius ſummota eſſent, iretur.

Eo conſilio eductis Haerlemo copiis Fridericus Franciſcum Valdeſium cum valida manu præmiſit, qui aditus omnes Alchemaerum occuparet, hoſtiq́; auxilia intercluderet, quod Valdeſius cùm ſeduló curat, ducentos ſclopperarios Gaſparo Damplaſco duce interius ſubſiſtere iubet, qui hoſtium inſidiis intercepti exitum non inuenere. Valdeſius ipſe ad auxilium accurrens periculum obiit. Fridericus de nocte tam fœda tempeſtate deprehenſus eſt, vt milites ſuffugia quærentes vix in vnum coaleſcere potuerint, ſeptem militibus imbrium diluuio merſis, duobus ſignis amiſſis.

Vt Alchemaerum venit, quo ſpem auxilij per mare hoſti præcideret, munimentum in
C faucibus aluei, qui ab vrbe in ſtagnum Seermerium influit, per Iunicum Medinigliam ordinum ductorem vi capit. Tormēta ſerius ad obſidium promota rem corrupêre. Hyemis enim aſperis miles oppreſſus in opere curare, & vigiliis supereſſe non potuit. Ante omnia loca verberationi opportuna explorari placuit, fulminata vrbs duabus partibus, altera ad Portam Piſcariam, altera ad turrim ruſſatam 20. machinis maioribus. Ruina per Carauagialium explorata, ad impetum opportuna falsò renunciata eſt. Foſſa ponte quatuor cymbulis impoſito ſtrata eſt, cuius cuſtodiæ cùm nulla militum ſtatio excubaret, ex vrbe vrinator miſſus, terebratis cymbulis pontem ruina traxit. Alius ponte dolus incubuit, per quem præcipiti feſtinatione, ſigno quod conuenerat non expectato Carauagialius in ruina ſtrenue manu pugnans glandium procella obrutus eſt, ſexcenti amplius deſiderati, reliqui pedem retulêre, omnia in turbido fuere, milite imperia ducum ſtudio victoriæ præuertente.

Quare obſidio cum clade, & dedecore ſoluta eſt. Tormenta Romeri caſtrorum præfecti induſtria per paludes, & aquarum eluuiem in tutum recepta, potuit exercitus diluuio mergi, ſi aluei aggeres perfoſſi ab hoſte eſſent, ita imbribus intumuerat. XII. Kal. Nouembres in tutum euaſêre. Albani iuſſu Henricus Viennius Cleuereanus caſtello Agamontis. Vallonius finitimis locis cum firmo præſidio impoſiti ſunt, vt Alchemaerum cuſtodia quaſi carcere clauderent, & interim miles cuius in ære Albanus erat, quum ſtipendia multo iam tempore in mora habebantur, in hoſtico viueret, tum verò vt aquis glacie conſtrictis rei gerendæ caſus daretur. Valdeſium iuſſit per Harlemi aquas alterum in Holandiam aditum inſidere, vt miles ad occaſiones fidus in hibernis ageret. Reliqui Romero duce, per dunas (pilæ ſunt: & crepidines mari oppoſitæ) ad Hagam verterunt, & in tranſcurſu Noortuichum, Valchemburgium, Carauichum, VVaſſenaram, Vateringom, & Manſendi munimentum vi cœ-
E perunt, vbi præſidiariis omnibus exitium promptum fuit, Philippus Marnices Santaldegondæus ſub cuſtodia habitus eſt.

Inter hæc cùm Albanus podagra æger, tantæ rerum moli per ætatem impar apud Regem onus deprecaretur, Medina valetudinem excuſaret, ad Ludouicum Requeſenſium ordinis S. Iacobini principem (magnum Commendatorem vocant) Belgij Præfectura delata eſt, qui XV. Kal. Decemb. Bruxellas appulit, vnde Albanus domeſtico inſtrumento compoſito, cum quingentis equitibus egreſſus, Genuam venit vt in Hiſpaniam vela faceret. Ex ea prouincia plus inuidiæ, quàm gloriæ retulit, cùm eam bellorum incendio æſtuantem relinqueret, quam prope compoſitam inuenerat.

Cum Belgis potuit lenius agi, quos nimia acerbitate ad ſpes vltimas coegit. Vitia quibus implices ſunius diſſimulata, aut neglecta euaneſcunt, agnita & contrectata valent. Quan-
F quam vbi fides, & religio agitur diſſimulatio exitialis eſt. Datum famæ, decem & octo Belgarum millia carnificis manu Albano iubente exitio data, in quibus plerique viri princi-

Alchemaerũ tormẽtis tentatum.

Belgarũ decem & octo millia carnifitis manu extincta.

pes,hominis ſæuitiam experti. Sed à Belgio in Africam flectamus, & Ioannem Auſtriacum inſpiciamus.Is ſolutis è Sicilia anchoris VII.Idus Octobris,Goletam,Galaten vocarunt, renuit, vbi cognito Tuneti repentino aduentus eius nuntio territos Mauros fugam inijſſe, oblatæ occaſionis properus exſcenſione facta, expoſito exercitu Tunetum venit, vnde 4 ciuium,tria præſidiariorum Turcorum millia fuga exceſſerant, ex quibus quadringenti qui Vticam,Biſertam vocant, irrumpere tentarant, à Mauris aduentanti Regi fidis excluſi ſunt. Auſtriacus Rupem Tuneti à lana,butyro,oleo paratam,à milite imparatam reppérit. Mox inter Tunetum,& Goletam vt ſecuritati vtriuſq; vrbis conſuleret, munimentum aggere & vallo firmauit.Tum verò de conſilij ſententia pulſum ob ſæuitiam regno Amidam, qui patri Aſſano,& duobus fratribus Abdallæ & Nabaſſero oculos effoderat, regis nomine exuit, quod in Mehemetem eius patruelem Abdamaleci filium quem Amida puerum regno exturbarat, tranſtulit, & Amidam in Siciliam cum vxore & filiis relegauit. Mehemetes fide Hiſpaniæ Regi iureiurando firmata,annuo vectigali obſtrictus,vt imperium agnoſceret, regio paratu per ſpeciem triumphi Tuniſi ab oppidanis excipitur, qui ſalutis certi, penatibus ſe reddiderant,vbi in fronte ſtagni, quod ab alueo Goletæ initio ducto per decem milliaria ad Tuniſium porrigitur,arx ſex propugnaculis munita eſt, & præſidio duarum vrbium, ac nouæ arcis tria Hiſpanorum, totidem Italorum millia impoſita. Serbellono Portocarrero, Andrea Salazario, Pagano, Andreæ Auriæ fratre ducibus. Inde Auſtriacus re bene geſta Neapolim redut, vbi ſſdicto haſtarum certamine vulnus in manu dextera accepit, Ferdinandus Toletanus Albani filius in concurſu brachio rupto mox obiit.

Henricus Rex Poloniæ inauguratur,

Id temporis in Polonia Henricus Rex in eo erat,vt ſolemnia regni caperet, & de more inaugurararetur, cùm veteri conſuetudine receptum eſſet, vt pridie quàm ſolemnia regni procederet, Rex ſub veſperam cum epiſcopis compluribus,& Pontificis oratore,in Caſimiræ rupeculam veniret,& in S. Stanillai Polonorum patroni ędem ſe abderet,vt officia Denmi curantia fungeretur. Ipſo inaugurationis die cùm re diuina peracta Rex in ſublime pulpitum in medio templo ad eam rem inſtructum inſcendiſſet,& Archiepiſcopus Gueſnenſis ad precum ſolemnia iret, à Palatino Cracouienſi aliquid turbatum eſt. Rex per Pibracium Gueſnenſi imperat,vt neglectis inanibus inaugurationis ritum exſequeretur,qui aduerſarius in pœnitentiam mutatis placido itinere proceſſit, Rex ſacro oleo vnctus, corona indutus eſt.Cracouienſis haud ita multò poſt ſpei irritus meſtitia contabuit. Dum in Polonia Rex lætitiæ, ac publicis ſpectaculis operaretur, Ludouicus Naſſonius interim id agebat, vt D. Alenſonius Caroli regis frater ſectæ non iniquus, & Coſinio dum viueret fidus, ac continuus,bello Belgico præficeretur. Ad id adoleſcenti per ſe turbulento Mommorantij, qui in gratia regis parum valida erant, faces ſubdebant, ipſi ſe Politicos, & malecontentos vocitabant.

Nauarrus,& Condæus ad partes venerant. Malo cauieri potuit,ſi armorum ſumma, quam prius Henricus ornatus erat,Alenſonio delata eſſet, quod ne fieret Regina intercesſit, verita ne Carolo, cuius valetudo in extremis erat excedente, armorum iure Alenſonius regiam maieſtatem per Henrici abſentiam ſibi aſtrueret. Tunc & indictus Compendium conuentus in quo ſi viſus eſſet,ſuper habendis regni Comitiis ſtatueretur. Quod eo conſilio factum, querelæ de flagitioſa regni adminiſtratione premerentur. Alenſonius ſpeciem,& cauſam, lo quærens,per Franciſcum Mommorantium, virum antiqui,& probi moris, ſummum armorum imperium, quod Henrico fratri antea delatum erat, ſibi expetiit, quod ei volente Rege datum.

Inter hæc Guilius ad Germani fanum in regis Prætorio Ventabrenum,quemdam prodioſis artibus infamem,ſtricto gladio perſequi auſus in inuidiam fuit,& niſi regina Regis impetum mitigaſſet,periculū obibat. Arceſſitus & à Regina Dux Lotharingiæ gener,in quo armorum præfecturam inhiberet, qua re belli concitores Alenſonium exacerbatum nacti quo minore ſpe veniæ creſceret vinculum ſceleris, ducentis ferro ornatis equitibus ... Caluimontio Gaiterio duce ad S. Germani oppidum oſtentatis, eum ad partes trahere conatur.Is numerus maior erat,quàm vt fallere poſſet,minor quàm vt in eo tutum præſidium eſſet. Regina,quo omnia belle ſe haberent, Principum amicitias confouere ſatagebat, ... in dies coaleſcerent, proſpiciebat; animum Regis à ſuſpicionibus, quæ irrepſerant, ... num ſtudebat, odiorum ſemina, quà fieri poſſet, euellere tentabat, & ante omnia ... ficere, ne præfectura in Alenſonium collata, ipſa rerum ſumma euoluta in ordinem ... gereretur.

Gallica mo-

Interim noui motus per Galliam ..., pleraque oppida & caſtella in Pictonibus ...

A Lanouium capta, Caſa vir literarum & belli prudens cum Lanouio vnum ſpirans, per ſpe-
ciem colloquij à ruſticis ferrea glande tranſacto capite occubuit. In Velaunis Mongonius
Gondrinij cædis inſimulatus Anicio imminebat, Spalio arce valida in conſpectu vrbis per
Guiardum quendam ſcelcroſum hominem capto, qui dum populationibus ac cædibus graſ-
ſatur ab Anicientibus de nocte cum ſuis oppreſſus eſt, Mongonius ipſe inſidiis iugulum
dedit. Latrocinia paſſim à Monbrunio, & aliis eiuſdem farinæ hominibus in Viuarienſi agro,
& Allobrogibus à Mongomerio in Neuſtria facta ſunt, quæ legi aut commemorari nihil
attinet.

nis manibus infeſtatur.

Rex tamen vt latrocinia inhiberet per Matignonium in Neuſtria legendi militis curam
egit, in Aquitania per Munpenſerium patrem, in Septimania & Allobrogibus per Mon-
penſerium filium, cuius aduentu Danuilla Septimaniæ præſes caput ſuum peti ratus, Mon-
pleium, Lunellum, Belloquadrum, & Pezenacum occupat. Is per ſpeciem colloquij à San-
ſulpicio, Villaregio, regi à ſecretis, Sara Martinengo ſæpius appetitus, inſequentes varia fru-
ſtratione ludificatus eſt. Alençonius & Nauarrus inſidiatum in Regem ſuſpecti ſcripto edito
ſuſpiciones diluerunt.

Quæſtio de coniuratione à Chriſtophoro Thuano Senatus principe, & aliis delegatis iu-
dicibus habita, Iuonis Brinonis Pariſienſis iudicio multi in carcerem truſi, in quibus Boni-
facius Mola, Hannibal Coconaſſij Comes Inſuber, Laurentius Boſius Sammartinus, Petrus
Grantius regiæ menſæ ſtructor, Petrus & Franciſcus Turtæi.

III. Idus Aprilis Mula legibus apud iudices interrogatus, pernegauit. Coconaſ-
ſius apud Regem rei ordinem oculatus teſtis retexuit, cuius teſtimonio Mola ſtatim af-
flictus eſt. Is confeſſus conſilium initum, vt qua die Rex Sancti Germani oppido exce-
C deret, Alenſonius cum valida manu Sedanum abriperetur, vt ſe cum Ludouico Naſſau-
uio coniungeret, & coactis auxiliis in Aquitaniam reuerſus, cum ſectæ exercitu ſe con-
iungeret. Auditi biduo poſt Alenſonius, & Nauarrus ingenuè rem vt erat enuntiarunt,
ſed ſalute Regis nihil ſibi antiquius eſſe dixerunt, qui fiducia, quàm argumentis purgatio-
res dimiſſi.

Mola cum ſociis legibus interrogatur.

Cùm Molę defenſio labaret, & cum eo, aliiſq́; vinctis teſtes commiſſi eſſent, de conuictis,
vt de manifeſtis, & confeſſis ſupplicium ſumendum eſſe decernitur. Mola per tormenta in-
terrogatus ſuper icuncula cerea, quam magicis deuotionibus ab eo fictam, & acu in corde
ictam, pro vero erat, reſpondit ſe, vt puellæ amorem iniiceret, quam in prouincia deperibat,
id feciſſe, Coſmi Rugerij Florentini opera, qui mox vt veritatum artium ſciens compre-
henſus, raſuſq́;, ab vnco vindicatus eſt. Mola & Coconaſſius capite truncati, quorum corpo-
D ra in quatuor membra ſecta patibulis pro vrbis portis affixa ſunt. Turtæo rotæ impoſito
crura ferreo ſtipite fracta.

Hæc atque talia agitantibus, Regis valetudine augeſcente, nec medendo valeſcente,
Regina mater apud filium criminibus Mommorantium, & Coſſæum exonerare, eoſq́; vt ad
aulam arceſſeret, vrgere.

Eodem tempore Alenſonius, & Nauarrus in cuſtodiis liberis habiti ſunt. Condæus qui
Samarobrigæ in Ambianis erat, alieno vultu, cultuque Argentinam refugit. Iamque in
Gallia omnium animi bellicum ſpirabant, & armis ſcriptiſque in mutuam perniciem rue-
bant, Ioannes Haïus Pictauij vrbanus prætor loco nobili, ſed in tenui re natus, repulſæ ma-
giſterij ſupplicum libellorum, per Reginam impaticus, amicitiam cum Franciſco Lano-
uio, cui à Regina percuſſores ſummiſſi ferebantur, inſtituerat, vt in Aquitania turbas
E faceret, Neuſtria omnis armis ſtrepebat, Matignonus coniunctis cum Fetuacio copiis
Sancti Laudi oppidum, quod Mongomerius inſederat corona cingit, vnde ille cum equi-
tum globo nocte intempeſta perruptis hoſtium ſtationibus, amne vadato Danfronium
euadit.

Alenſonius & Nauarrus in cuſtodiis liberis habentur.

Ibi dum aduentantes ſuarum partium equites excipit, Ribetpratus cum aliquot equiti-
bus ad portas vſque Danfronij progreditur, & caſtris in colle poſitis regium exercitum ad-
uentantem præſtolatur, cuius aduentu leuibus prœliis vtrinque velitatum eſt. Regina cogni-
to Mongomerium Danfronio quaſi carcere attineri, ſedulò id curat, vt legiones vndi-
que ad obſidium conueniant. Cis paucos dies mille equitibus, quatuor peditum millibus
vrbs cincta.

Cum Mongomerio quinquaginta præter propter equites, nonaginta pedites erant. Vrbs
F in colle ſita, in quam ex duobus viciniis collibus intra ſtadium deſpectus eſt, muro debili,
quem Meduana amnis alluit.

Digitized by Google

Mongomerius, qui rem ſuã agi videret ipſe in operibus,ad vigilias multus adeſſe,noctu A
diuque ſtationes tentare,arma atque tela inſpicere,intendere,alios excubitum in portis mittere,alios ſuper vallum munimentis locare,vt militibus exæquatus cum duce labor volentibus eſſet.

X.Kal.Iunias ſex tormentis in oppidum, & arcem fulminantibus, cùm turris concidiſſet,Mongomerius in arcem ſe,ſuoſque recepit,vbi ruina edita impetus factus. Centum ex primaria nobilitate loricati teſtudine clypeis facta præibant, quingenti glandium libratores,& centum fariſſati ſequebantur, Mongomerius pugnando quinque amplius horas extraxit, ipſe ſaxi fragmine vulneratus, Broſſæus, Tetius, Menilius ſectæ miniſter, Vodoreus Salicetus,Lanous ſectarij interempti,è Catholicis aliquot deſiderati tertio poſt die Mongomerius in Matigoni poteſtatem venit, qui mox Reginæ mandatu à Vaſſæo Lutetiam ductus eſt. B

Fontenaium obſeſſum. Inter hæc Monpenſerius Fontenaium obſedit, Pigallarius Talemontium recepit. In Septimania Danuilla cognito fratris carcere ſuas res egregiè curabat. Cùm Rex in vltimis eſſet, III. Kal. Iunias ipſa die Pentecoſtes diploma conſcitur Alenſonio, Nauarro, & Carolo Borbonio Cardinali præſentibus, quo Rex matri Regentis titulum tribuebat, vt ſi quid ſibi humani accideret, eius auctoritate per fratris abſentiam regni adminiſtratio procederet.

Caroli IX. Regis obitus. Eo ipſo die Rex ſacro viatico ſumpto, omnibus pietatis officiis impletis, ſummo Dei ſenſu, animam egit, anno 24. menſe vndecimo ætatis, princeps in exemplum virtutis genitus, fidei Catholicæ inter paucos diligens, conſilij maturus, indole ad magna ſurgente florens. Veneni ſuſpicio non defuit, quæ in exceſſu principum per ſe occurrit. Statu fuit procero, retorridis oculis, toris lacertorum validis, robuſta totius corporis conformatione. C

In corpore à chirurgis aperto liuores reperti veneni ſuſpicionem auxêre. Fuit cibi & ſomni modici, venatu nimius, in Venerem minimè fractus, vt qui vnicæ puellæ Aurelianenſi ante legitimæ vxoris vſuram inſueuiſſe feratur, ex qua Carolum Aruernorum comitem ſuſtulerit: vxore ducta, quæ ſepta pudicitia contra ſæculi labem egit, omni aliena Venere abſtinuit, quod in Rege iuuene, & valido rarum, & mirandum, cùm vulgò Principes vel ſenio victi in Venerem conſuetudine ruant, quaſi fama Principatus in hoc cardine vertatur.

Coſmi Florentinorum & Senenſium Ducis mors. Hoc eodem anno XI.Kal. Maias Coſmus Florentinorum & Senenſium Dux,ex diuturno morbo exceſſit, anno ætatis 55. imperij 38. princeps ratis animi, & corporis dotibus,in quo fortuna,& virtus ita conuenerant,vt vtraque ſuum opus faceret, & penè diſcidium eſſet in euehendo. D

Imperium enim morte Alexandri nec opinanti ſibi delatum adoleſcens generosè cepit, & maiore conſtantia matre diſſuadente retinuit, vt in eo inſtar quoddam Auguſti Cæſaris eluceat, ſed vbi parto otio imperium conſtituit, & Senis, Florentiæ, ac in reliqua Hetruria ſummum ius magni Ducis nomine obtinuit,quod in pleriſque dominantium fieri amat, vt initia meliora ſint,finis inclinet,otium quò ſenum natura fert, reſolutus eſt , cùm in cæteris proſperiore fama eſſet.

Interim Genuę noui motus ardebant,nouæ & veteris nobilitatis obtentu,cùm vrbs opulenta opes quas ſtruxerat malè ſuſtineret,& præualidi ciuium opibus nimis vberem,& prolixam rem in pecunia,mercimoniis,fundis ſortiti, externorum Principum adminiculo omnia in ſe trahere vellent. E

Cuius malo origo à duobus nobilium factionibus ante annos trecentos fuerat, in quarum altera Spinolæ, & Auriæ, in altera Grimaldi, & Fliſchi,à quibus ſubinde vetus Reip. ſtatus, ciues cædibus & direptionibus vexati varios principes experti ſunt, donec anno 1344. pulſis vrbe Mediolani Vicecomitibus, qui remp. ceperant, Simon Buccanigra,cuius maximè ope tyrannidem diſcuſſerant, ſuffragiis populi Dux creatus eſt,in quo munere piè & ſanctè verſatus ſummum rerum arbitrium,ne paucorum ambitio gliſceret, penès populum eſſe voluit.

Vnde nobiles, quorum antea imperio res gerebantur, cùm in ordinem coactos ſe cernerent,& inter duas plebeias gentes rixæ exortæ eſſent, de compoſito alteri in alterius ſtudia tranſgreſſi ſunt,& turbis omnia miſcuerunt,vt iam à Mediolanenſibus,Piſanis,Gallis,iam à nobilibus indigenis opprimerentur. F

Andreas Demum anno 1528. Andreas Auria Rempub. excuſſo Gallorum iugo Caroli V. ope in liber

in libertatem aſſeruit, & iis legibus, quæ hodieque tenent, firmauit, quibus 12. ex vniuerſo populo ciues ſecunda fama electi ſunt, quorum ſex patricij, totidem plebeij, viginti octo ſu- ... tum patricias, tum plebeias quæ olim honoribus functæ eſſent, & ſingulæ ſex eiuſ- ... nominis, & genus in vrbe domo haberent, ad eas cognomento mutato adgregarunt, ... magiſtratus gerere poſſent.

Auria Rẽpublicã Genuenſem in libertatẽ aſſerit.

Ex illis 28. gentibus, 23. patriciæ, quinque plebeiæ fuêre, omnes qui allecti erant intra cẽ... m quadraginta ſtetere. Qua lege reliqui imperio excluſi ſunt. Alia lex dicta, vt Dux ex vtroque ordine plebeio & patricio peræquè eligi poſſet, cui octo procuratores ex vtroque ... in ordine ... conſilijs eſſent, quæ renuntiatio per 28. delectos, per quinque ſorte duc... os, & per conſilium maius in quo quadringenti erant, quotannis ſortito capti, procederet.

Placi itaq; re vtrinque agitata, vt quod olim obtinuerat, Reſpublica Nobilium diceretur, & quotannis e plebe decem honeſto loco, pari fama in Nobilium ordinem de Ducis, & Procuratorum ſententia cooptarentur.

Cum noua nobilitas hac ratione in annos creſceret, & veteri par, aut ſuperior eſſet, raroq; ex veterum nobilium ſententia, qui numero vincebantur, res procederet, ſenſim in ſtudia diduci cœperunt, nec per 20. annos vetus nobilitas paſſa eſt, vt affinitate & coniugiis nouæ ... tueretur, donec anno 1547. à Ioanne Fieſco in exitium cædæ Auriæ coniuratum, vnde ... alorum ſeges ingens.

In hoc turbatum æſtit, cùm ciues ab Auria ſtarent, cui plurimum Reſpublica debebat, octo nobiles cum ſummo imperio delecti ſunt, quatuor è veteri, totidem è noua nobilitate, a quibus decretum, vt è nobilibus trecenti tantùm quotannis in maius conſi-
C lium ſorte allegerentur, de centum aliis in ſuffragia iretur. Deinde è quadringentis illis denuò centum eligerentur, quod conſilium minus eſſet, cuius arbitratu ſumma res adminiſtraretur.

Ad minus illud conſilium accedere collegium XX. ciuium voluerunt præcipui nominis, & exiſtimationis, quod ex octo magiſtratibus S. Georgij, quinque Syndicis, ſeptem ex officio extraordinario conſtatum eſſet, qui viginti ciues præcipuæ dignationis à centum illis qui ſuffragio in maius conſilium allecti eſſent, eligerentur. Poteſtas autem eligendi Ducis, & aliorum magiſtratuum penes XX. ciues illos primariæ auctoritatis eſſet.

Ita vtrinque nobilitas vetus, & noua ſuis partibus conſtituiſſe viſa. Quæ diſciplina 23. annos obtinuit, non ſine faſtidio, cum à Iacobo Bonadonna magna acceſſio facta eſt, cùm ſcri-
D pta quæ ad ſeditionem faces ſubderent vulgaſſet.

Anno 1571. cùm rixæ augeſcerent, Ianottus Lomellinus Dux creatus inclementior fuit in Matthæum Senaregam, virum doctum, & vſu peritum, à ſecretis Reipubl. quod officium familiæ hæreditarium erat. Is ne iniuriæ obnoxius eſſet, officium eiurauit. Tum ſtatu quæſtio facta Baltazari Rotulo qui ſe veteri nobilitati & Pallauicinæ genti inſerebat cum per XXVIII. viros, de quibus ſupra diximus, in patricios cognomine mutato allectu eſſet.

Ad hos motus componendos Ioannes Auria è Sicilia redux omne ſtudium contulit. Iacobo Grimaldo Durazo Duce electo, an legitima electio eſſet dubitatum, miſſi à Rege Hiſpaniæ Ioannes Iacobus, & Sancius Padiglianus, qui diſcordias ſedarent, irrito ſucceſſu. Cùm enim Natalis Domini veniſſet, quo duo noui gubernatores creari ſoliti, milites à veteribus
E patriciis in vrbem ... miſſi ſunt, quorum opera potiores eſſent. Varij terrores in vrbe fuere, donec peregrini omnes Reipublicæ decreto exacti.

Anno 1574. cùm in vado res eſſe viderentur plebei per aliquot è ſuis audacia exercitatos à Senatu flagitant, vt trecentis è ſuo ordine ad honores aditus pateat, qui per iniuriam nobilibus erat interclusus, cùm ipſi onera belli, pacisq; ſuſtineant. Itaque tres derepente factiones extitère, veteris nobilitatis, nouæ, & plebeiorum.

Neapoli IX. Kal. Martias idem annus graui igne vrbem affecit, quo valetudinarium Annuntiationi Beatæ Virgini ſacrum deflagrauit. Eo nullum in orbe Chriſtiano locupletius, ... ut magnificentius fuit.

Incendium Neapolitanum & Venetum.

Venetiis item in Palatio Reipubl. mox in tabernis per nundinas in platea D. Marci ſtru... is incendium deſæuit, quo ſuper ædificia merces ad ſexcenta millia aureorum conflagrarunt. Tum verò aggeribus ruptis mare procella ſæuiente vrbem diluuio pene merſit, vt ... ci nauigarentur, & ædes publicæ & priuatæ inundarentur.

Veneti diluuio penè merſi.

Id remporis reperti qui Turcum nouo pataru Cretæ imminere variis rumoribus differ- A
rent, aduerſus quem Ponrificia, & Venera claſſis quanquam nuper ictum cum Selymo fœdus, nouis auxiliis ſe firmarunt, cùm in Selimo qui rories fidem rupiſſer, nihil fidei eſſe animis traherenr.

Tota belli moles in Africam incubuit, vbi Portacarrerus Hiſpaniæ Regis apud Galathen legarus omnia bello idonea inſtruxir Turci cùm exſcenſionem facere vellenr à Gaſparo Toraldo pulſi ſunr, qui vento & mari iactati, in Sicilia prædas egerunt. Inter hæc Guidobaldus Vrbini Dux vir recti peruicax, cunctis vitæ officiis æquabilis, qui ſummum apud Pontificem, mox apud Veneros armorum imperium cum laude geſſerat, diem ſuum obiit.

Guidobaldus Vrbini Dux diem ſuum obit.

* * *

IVLII

IVLII CÆSARIS BVLENGERI HISTORIARVM

LIBER QVINTVS.

A INTERIM in Gallia Catharina poſt Caroli IX. exceſſum id egit per Moricum Barbezerium Chemeraldum, vt Henricus filius Poloniæ Rex de obitu fratris certior fieret. Chemeraldus magnis itineribus XIIII. dierum ſpatio ſexcenta paſſuum millia amplius inuadit, & Cracouiam nuntium affert, quo accepto Henricus Iacobum Fauum Speſſæum Senatorem Pariſienſem expeditis itineribus in Galliam redire, & codicillos ad Reginam, quibus ei regentis dignitas à Carolo attributa, rata erat, deferre curriculo iubet, qui III. Nonas Iulij Pariſiis in Senatu promulgati ſunt. Tum verò de diſceſſu Regis in Galliam variis vtrinque ſententiis inter proceres agitatum. Optimates, qui regiæ ſtationi quam Henricus temperabat, & nomini Gallico conſultum cupiebant, regnum Poloniæ tam honorificè delatum, omnino retiuendum eſſe cenſebant.

Henricus Rex Poloniæ de obitu Caroli fratris certior fit.

B Renatus Villoclarius Regi pro libito Regio inſeruiens, vir alioquin vtcunque iocoſus atque hilaris, cum aliis pleriſque, qui dies per ſomnium, noctem inſomnem licitis oblectamentis, prout res volebat, tranſigerent, vt Regis animo reſponderent, qui legitimam regni ſui diſciplinam auebat, deliciis omnibus prætermiſſis, Sarmaticas niues exuendas profitebantur, atque in Galliam equis viriſq; recurrendum eſſe, auctores erant. Et ea ſententia, quia cum ingenio Regis congruebat, vicit, & inualuit.

Rex igitur XIIII. Cal. Quintil. intempeſta nocte ignaris Polonis Cracouia raro comite egreditur; quem in fuga Staniſlaus Sandiuogius Carnicouius, Plezinæ, in Poloniæ, & ditionis Auſtriacæ confinibus aſſecutus cùm Regem, vt in regnum rediret fruſtra obteſtatus
C eſſet, poſt acceptum magni pretij ab ipſo annulum, ſecto brachio, & exſucto ſanguine, fidem ſtupente Rege inuiolabilem ipſi addixit. Interim Rex cùm Viennæ aduentus eius nunciatus eſſet, Matthiam & Maximilianum Cæſaris filios obuios habuit, qui gaudio apud eum parentis nomine functi ſunt. Cæſar ipſe cum 60. curribus auro & ſerico ornatis, & trecentis equitibus obuiam proceſſit, inde ad fori Iulij limitem, V. Idus Iulias venit, vnde Margarum deductus eſt, vbi 60. Senatores Veneti in togis purpureis ſericis, cum totidem ciuibus purpuratis, obuios habuit, tum Muranum officinis vitrariis toto orbe celeberrimum municipium ventum, quò Sereniſſimus Reip. Dux Aloyſius Mocenicus magno Senatorum comitatu, ſalutatum ad eum viſit, inſtructis nauigiis regia magnificentia; quibus ad vrbem inuectus eſt, ſex Sancti Marci Procuratoribus, qui ſecundùm Ducem Principem locum tenent, Conopeum præferentibus, Rex arcubus triumphalibus cum victoriolis auro textis paſſim umbrantibus ad Bucentaurum inuſitatæ molis nauigium, ſerico ſtragulo auro intexto, [illegible]tum deductus eſt, tormentis, tubis, tympanis acclamationibus populi circumſtrepenti[illegible] [illegible]cto dies publicæ lætitiæ dati. Mox Patauij, Ferrari, Mantuæ, Auguſtæ Taurinorum ma[illegible] celebrita[illegible] [illegible] eſt.

Polonia à Rege Henrico clam deſeritur.

Dum in Italia Henrici aduentus hilaritate & ludo celebratur, in Neuſtria, quæ Galliæ ad ſeptentrionem regio eſt, Matiguo vir manu ſtrenuus, & militiæ felix Columbario Duce ad ruinam cæſo, Laudi fanum vi, Carentanum oppidum deditione capit. Lorgeo Mongomerij filio fugæ conſilia capienti, vacuum exitum aperuit, ne filius patri in partem pœnæ veniret. In Pictonibus aduentante Rege induciæ in duos menſes Lanouio conciliatore pactæ. In Delphinatu Monbrunius quadringentos regios, qui Franciſci Borbonij Aruernorum Delphini ductu incurioſas vigilias agebant, ex inſidiis oppreſſit, cui vicem Glandigius Diæ vrbis præfectus multo fœnore repoſuit exercitu eius maximam partem deleto, qui è clade ſuperfuere Alcij, quod exiguum in Delphinatu oppidum eſt, incendio conſumpti ſunt. In Vi[illegible]rienſi agro vtrinque furtis belli vexatum.

Mongomerius ſecuri percutitur. Inter hæc Lutetiæ Mongomerius Senatus decreto, perduellionis damnatus plau[illegible] per vrbem traductus eſt, mox in foro S. Ioannis ad arenas publico ſpectaculo ſecuri p[illegible] B V. Kal. Quintil. In ſecta ita obdurauerat, vt in pegmate ad ſupplicium ſtructo carn[illegible] pectum æquo animo tulerit, ſacerdotis Catholici non tulerit, vir manu promptu[illegible] properus, quem calamitas in ludicro cum Rege certamine, non v[illegible]untas ad cædem, au[illegible] etiam traxit.

Cùm in eo ſunt, Regina ruptis induciis in Pictonibus hoſtes nec opinantes per Monpenſerium, & Langoranum aliquot locis oppreſſit, quod ei non impurè fuit, ſ[illegible] tota Gallia hoſtilia auſis, & vltima conſilia ſequutis, quæ Henrici aduentantis fama paulum infracta ſunt. Is Auguſtæ Taurinorum à Margarita [illegible] Gulielmi Sabaudiæ Ducis vxore, quæ praua certamina communi vtilitate aboleuerat, perſuaſus cum Mommorátiis depoſita omni offenſione in gratiam rediit, & meditata pacis conſilia in Galliam attulit, quod Reginæ præter ſpem, & votum accidit. Qua re per Ceuerninum, qui mox C Cancellarius ſummum togæ faſtigium obtinuit, & Villoclarium egregium circumagendi herilis ingenij, & ferendi oti artificem, id egit, ne quid aure colloquium cum matre Rex de ſumma rerum ſtatueret, quod Danuilla, & Pibracius ſecùs, Belloguardius Danuillæ ſt[illegible] deret. Id Rex altiùs quàm oportuit in pectus demiſit, & à Danuilla, Belloguardio, Pibrac[illegible], quos antea gratiæ, & conſiliorum intimos pro multis in ſe officiis, & ſpectata fide hab[illegible]erat, alienior fuit, tanto procliuius eſt iniuriæ, quàm beneficio vicem exſoluere, quod gratia oneri, vltio in quæſtu habetur. Danuilla vt erat ingenij ſa[illegible]ax, perſpecto Regis animo, in Septimaniam repentinus abiit, & vt firmo præſidio muniretur, cum ſectariis fœdus init [illegible] in regni perniciem, ac fidei Catholicæ iniuriam erupit. Hoc f[illegible] [illegible]o non minus verendo ſubſequutum eſt, quo data eſt fides Sabaudi[illegible] Pr[illegible] & S[illegible] Subalpinæ regionis vrbibus, ac Peroſia valle ipſi r[illegible] D lippo Hiſpaniæ Rege pacem Henricus II. aliique R[illegible] controuerſiæ de aliis vrbibus, & ditionibus, quas à Sabaudo [illegible] te contendebant, vltimo iudicio deciderentur. Aduentanti [illegible] panis coctura nobilem vicum, ob vim occultam fontium [illegible], [illegible] proceſſit.

Rex Lugdunū venit. Inde Rex Lugdunum venit, vbi ante omnia in Conſiſtorio [illegible] conſciis, an bello & vltimis remediis, ad fidei Catholicæ conſ[illegible] cogen[illegible], an verò ille animorum morbus lenibus conſiliis mitigandus, ad pacis otium in regno firmandum ad tempus opinionibus indulgendum, & de Deo ſentiendi pro arbitrio licentia cuique danda eſſet. Nonnulli falſa per ſe euaneſcere, vera firma radice ſtare, [illegible] quæ à Deo ſunt hominum artibus aboleri poſſe defendebant: viros probos & eruditione p[illegible] paſſim per oppida ſpargendos, qui vitæ exemplo, & ſacris concionibus popul[illegible] Dei cultu firmarent, quæ in ſacro ordine vulgo peccantur, ea [illegible] melius [illegible] ſacerdotum moribus plebeculam adductam, vt patrios [illegible] mala germina penitus euellenda, rem eò loci eſſe, vt mollibus conſiliis nihil [illegible] cum ne corporis quidem morbos veteres, & diu auctos niſi per dura & aſpera [illegible] oſſ[illegible], corruptum ſimul, & corruptorem animum haud leuioribus remediis [illegible] endum eſſe, quàm libidinibus arderet. Pauſus Foxius ſectæ addictus [illegible] his nihil aliud actum oſtendit, quàm vt regni opes exhaurirentur, odia ſuccreſcerent, nobilitas concideret, ſanguine agri pingueſcerent, ſecta conualeſceret. O[illegible] ualida, & adulta vitia, quàm hoc aſſ[illegible], qui, vt palàm fieret, quibus viciis i[illegible]. Nihil ab Hiſpanis, aut Itali[illegible] quod explicandis belli rationibus ſatis ſit, expe[illegible] eadem F de cauſa tumultibus ardere, Germaniam arſiſſe, quæ ſopitis tandem [illegible] ad mitiora conſulta deducta ſit. In Polonia plur[illegible] cultu Dei [illegible] tolerari, vim om[illegible] abſtinen

A dam,aut coſdem turbarum exitus,qui adhuc fuerint exſpectandos.

Rex Pinarolii & Saulianũ Sabaudo tradit.

Interea Rex vt fidem liberaret, Niuernio Duce multùm repugnante,Pinarolium & Sa-
uilianum vrbes , Sabaudo tradidit. Mox Aueniονem itinere verſo res in turbido eſſe,regiæ
ſtationis paruam haberi rationem,ſibi nihil fidei tribui cognouit. Liberonis præſidiarij Bel-
lomontium intercipiunt,in eoque aliquot Heluetiorum ſigna,qui regi militabant oppreſſos
cedũt.Diuerſa parte Frãciſcus Borbonius Delphinus Pulſinium oppidum obſedit,tormen-
tis verberauit , & cùm noctis beneficio oppidani omnes vrbe deſerta in tutũ ſe recepiſſent,
poſtridie vacuum cepit, & incendit.Rex id temporis pietati attentus pœnitentium ſpecta-
culis oculos paſcebat. Erant ibi viri pietatis ſtudiis flagrantes, qui exemplo veterum , quos
anachoretas,& ſolitarios dixere,inedia ſe domi,caſtigandæ noxiæ, macerarent , foris vt iu-
ſtitiæ Dei ſeueræ , ac rigidæ pro noxiis ſatisfacerent , ſe publicè perſonatos , & ignorabiles
B virgis cæderent,memores S. Pauli,à quo dictum : Si nos ipſos iudicaremus , non vtique iu-
dicaremur. Caſtigo corpus meum,& in ſeruitutem redigo. Adimpleo quæ deſunt paſſioni-
bus Chriſti in corpore eius,quod eſt Eccleſia.

Caroli Cardinalis Lotaringi obitus.

Dum igitur Rex turbæ flagellantium ſe immiſcet , & eius exemplo aulæ proceres , Ca-
rolus Cardinalis Lotharingus in eo pietatis ſtudio contracto frigore pridie priuilegij Chri-
ſti Domini natalis , magno ſui relicto deſiderio , ex hac infelici ad meliorem vitam migra-
uit , vir temporum callidus , pietate inſignis , fidei columen , literarum decus , litteraro-
rum præſidium , ex quo ſeu perenni fonte in omnes bonarum artium cultores inexhau-
ſta benignæ fortunæ copia redundabat.Fama inceſſit eum veneno ex facis per noctem præ-
latæ peſtifero, fumo tentatum , mortis cauſam hauſiſſe. Alij ex marſupio infecto , quod illi
Mathurinus Garnerius Sanbartholomæus venenarius obtulerat , virus exhalaſſe,quod ce-
C rebrum percuſſerit.

Fontenaiũ à Mõpenſerio verber. atũ.

Inter hæc à Monpenſario Delphino Kal. Septembr. Fontenaium obſeſſum,verberatum,
& vt fit,non citra ſanguinem captum eſt. Molino ſectæ miniſtro , turbatum incentori gula
fracta. Inde Monpenſerius Luſinianum venit , in colle præcelſo ſitum ; anguſto,ſed porre-
cto,duplici oppido, inferiori & ſuperiori,inter quod & arcem quæ in ſummo eſt , lata pla-
nicies iacet , per quam ad arcem tendentibus porta Gotofredi cognomento,duabus turri-
bus,& foſſa profunda inter meridiem & occaſum occurrit. Arcem ingreſſis per Sublicium
pontem in lata area turris ſpeculæ , firma ſtructura ad læuam apparet. A Gotofredi porta
ad Meluſinæ turrem exterius duplex murus prætenditur. In ima turre fons Meluſinæ fa-
bulis famoſus ſcatet; iuxta quem poſticum eſt,per quod ad Vulnam ſubiectum amnem de-
ſcenditur , inde ad Vacatium munimentum per exterius foſſæ labrum itur. Tertia porta
D ſcalaria vocatur,in arce regij prætorij ruinæ viſuntur,& porticus quæ in ſeptum viridarium
ad Boream deſpectat.

Ex porta oppidi quà viridarium iter eſt , ager obiacet , cui Dominarum propugnacu-
lo nomen eſt , in fronte arcis ingens turris prominet Pictonicæ cognomento ; inferius op-
pidum amœnitate præcipuum , ne vſui regiis eſſet , incendio conflagrauit. Renatus Roa-
nus cum quingentis peditibus , & 40. equitibus locum inſederat , & excitata munitio-
ne , cui Leoni nomen fecit , ad Cephei fontem , id erat pagi nomen , aditum ad arcem oc-
cluſerat.

Ad portam Godofredi verberatio cœpta. III. Idus Octobr. & ſpeculatoria turris fulmi-
nata , tum è ſepto viridario quod regij inſederant , Vacaria munitio pulſata , mox impetus
factus in irritum ceſſit:quare pro bono & vtili fore viſum eſt , ſi vis abſtineretur, & machi-
E nata hoſti fame ; ac commeatuum penuria obſidio procederet. Inter quæ Ioannis Haij præ-
toris vrbani Pictauienſis copiæ , cuius fides vtrique parti ſuſpecta erat, iuſſu Monpenſerij à
Monſorello regulo deletæ ſunt,ipſe fugam expediuit.

Cùm tempus extraheretur , & aſpera hyeme res obſeſſorum in arcto eſſent , molatri-
na aquaria , quæ turri ſuberat ferreis pilis corrupta , verberatio tribus locis per aliquot
dies continuata eſt , mox impetus factus magna vtrinque clade , vbi Ioannes Coënius Lu-
cæus è primaria Cœnomanorum nobilitate iuuenis dieiſſimus deſideratus ; cuius Ioanna
ſoror ex aſſe bonorum hæres illuſtriſſimo Contij principi Franciſco Borbonio nupſit. De-
mùm obſeſſi octauo Kalend. Februarij anno 1575. fame & frigore perditi res ſaluas pa-
cti vrbem & arcem dedidere , quæ Regis iuſſu diruta eſt. Nihiloſecius eodem anno VII.
Idus Ianuarias ad Liberonem verberatio procedebat , cuius vt ſecuritatem obſeſſi ob-
F tenderent , per ludibrium fœmina in ruinam prodiit , quæ ſecuta , colo accincta digitis fu-
ſum torqueret.

Id tempo

Aquæ mortuæ à ſectariis captæ.

Id temporis Aquæ mortuæ, vrbs maritima, proximè Monpelium hoc aſtu à ſectariis captæ ſunt. Exules ſectæ fœderati, nocte concubia per tenebras & ſilentium intra duas portas effoſſa terra ſaccos pulueris ſulphurei abdunt, & fune ignito abdito ignem accendunt, qui vtraque porta perrupta in vrbem aditum ſectæ aperuit, vrbs militi prædæ fuit, præſidiarij in turrim Conſtantiam toto illo tractu celeberrimam & munitiſſimam euaſêre, quam inopia annonæ biduo poſt rebus integris, & vita ſalua dedere. A

Sub id tempus Rex pacis conſilia trahens, Liberonis obſidione ſoluta Durocortorum Remorum ad ſolemnia regni capeſſenda iter flexit, tum verò vt Aloiſiæ Lotaringæ Valdemontiæ virginis inter paucas ſpecioſæ, quam linea extrema deperibat, nuptiis operaretur. Inter quæ in Septimania leuibus prœliis inter regios & ſectarios crebro velitatum eſt, Iacobo Cruſſolio Vticenſium Duce ſecta eiurata melioribus auſpiciis ad partes regias traducto vtrinque compluria caſtella, & oppida vi, aut aſtu intercepta, quæ quia ignobilia & obſcura, ſilentio damnentur.

Erat res latrocinio, quàm bello propior. Nam auſi IIII. Idus Februarias fœdus inter politicos Catholicos, & ſectarios, flagitioſum, Danuillæ opera à perduellibus initum eſt, quo maieſtas regia violabatur. Fœdus id magno patrium flagitio, & dedecore publicatum, in quod omnes, ſi aliquid paternæ venæ reliquum eſſet, ſociatis conſiliis inſilire oportuerat. Leges fœderis hic aſcribere piget.

Aloiſia Lotharinga nupta cum Rege.

Mox die XV. Februarij Rex Durocortori inauguratus; poſtridie celebratæ cum Aloiſia Lotharinga nuptiæ cum Regia magnificentia, cùm interim Diuioduri, Mediomatricum præſidiarij & oppidani parum à mutua pernicie abeſſent, quòd militi ſtipendia non procederent, qui hoſpiti grauis, & iniurioſus eſſe cogebatur, cùm æs alienum diſſoluere, & ſumptum in diem expedire non poſſet. Aulici ſuas quiſque res agebant, ex alienis malis ventri atque libidini ſumptus ſufficiebant. Berengarius Gaſtius, & alij plerique, quibus animus oneri, corpus voluptati erat, omnia ex libidine agebant. Pudet, pigetque flagitiorum, luxuriès & ignauia peſſimæ artes iis qui coluêre eas Rempublicam perditum ibant.

Eliſabetha Anglorum Regina de pace Regem appellat.

Inde Rex Luteriam venit, quò à Condæo miſſi oratores qui de pacis conditionibus agerent. Tum ab omnibus Heluetiorum pagis legati, Regi nuper inaugurato fauſta regni auſpicia gratulati ſunt. Eliſabetha item Anglorum regina per oratorem ſuum de pace Regem appellat, omnia otij honeſtamenta arceſſit. Rex ipſe prima rerum quieti ſpeculatus otium capeſſit, ſectæ oratoribus benignè reſpondet, pacis tamen conditiones ſui arbitrij facit, quibus denique aſcriptum, vt ſectariis vbique locorum in regno ſuo liberè ac ſecurè eſſe, ac degere liceret, nihil ob ſectam periculi creari poſſet, & cætera talia, quæ hodieque in Gallia tenent. D

Paulò poſt Eliſabetha Caroli vxor vidua priſci & integri moris fœmina, cùm Regem, cuius coniugium in ſpe habuerat, nouis nuptiis illigatum videret, & laſciuiam aulæ ferre non poſſet, petito à Rege commeatu in Germaniam rediit, relicto in Gallia qui res ſuas curaret Augerio Gillenio Busbequio. Filia eius bimula paulò poſt obiit: ipſa donationis propter nuptias, quæ ampliſſima in Boiis, & Seguſianis attributa erat, adminiſtrationem Petro Gondio Pariſienſium Epiſcopo commiſerat; cui & hoc inſuper mandatum, vt publica munera viris idoneis, & integris nullo accepto pretio attribueret, quod religioſè ab eo ſeruatum eſt.

Inter hæc Henricus Turrius Turenæ regulus ſororis Danuillæ filius iuuenis, animi inquies, fidei procax, cui plures ſceleris cauſas natura adminiſtrabat, fœdo transfugio ad ſectam defecit; & cum iis conſilia ſociauit, quibus nulla ex honeſto ſpes, & publica mala in occaſionem gratiæ trahebantur. Eius ductu id temporis Veſuna Petrocoriorum vrbs, Briuate, & Vſarchium in Lemouicibus intercepta, & direpta ſunt. In Pictonibus & Ioannes Haius de intercipiendo Pictauio conſilium iniit. Sic autem res compoſita erat. Milites peregrinantium ob religionem habitu Pictauium introduci, & die paſſionis Dominicæ dum concio haberetur principium tumultus per conſcios in vrbe fieri, Catholicos in perniciem ſectæ concitari placuerat, mox plebe direptionibus intenta portam vrbis capi, per quam ſocij admiſſi arcem occuparent. Idem Fontepaium per cellas ſubterraneas, quæ occulto meatu ad foſſam vrbis pertinebant intercipere decreuerat. Sed res per conſcios vulgata fruſtra fuit. E

Mox ad eadem conſilia reuolutus captata Catharinæ beneuolentia plauſtra ſtramine onuſta, in quibus ſcloppetarij, & haſtati laterent in vrbem introducere ſtatuit, quæ ducenti F

delecti.

A [illegible] ſubſequerentur per portam Sancyprianam ingreſſuri, ſub cuius raſtro duo plauſtra [illegible]tis a[illegible] deſtituerentur, ne porta occludi poſſet, tum ſigno dato conſcij aliquot diuerſi[s] vrbis regionibus in domos marcia & luto accerato conſtructas ignem immitterent, cui [ex]tinguendo attenta plebe conſcij obuios quoſque trucidarent. Baſtardinus Centurio in conſcientiam ſumptus, amicum in vrbe monuerat, vt ad omnes caſus, quantum auri & pretioſæ ſuppellectilis haberet, abderet. Ille arcana bona fide ex eo expreſſit, & magiſtratui [r]em aperuit, qui per tormenta de Baſtardino re comperta in eum capite animaduertit. Nihilo ſecius Haius in vrbem irrepſit, mox à Vilheco molatrinæ Tiſonis quem fruſtra argento emercatus erat proditus; & vrbe pulſus aliquot è ſuis deſideratis in villam Begaudetiam ſe recepit, altero ab vrbe milliario, vbi tacito Catharinæ mandatu Haius ad necem deſignatus eſt, in quem de nocte oppidani facto impetu hominem trucidant, & mortuum plauſtro impoſitum in vrbem referunt, cuius corpus nudum, ac cruentum in veteri foro expoſitum, pectore venabulo confoſſo memini me vix puberem Pictauij vidiſſe. *Haius ad necem deſignatur.*

B

Inter hæc bellum in Pictonibus latrocinij ſpecie ſiebat, Rege ad pacis conuentiones attento. Caſtellum Sancti Ioannis in anguſto inter Pontium & Rupellam, Tongium ad Botonam non muro, ſed foſſa firmum municipium, à Lanouio, & Popelinerio ſectæ ducibus intercepta [ſunt]. Niortium à Lanouio, dum a Tornamina Hunaldæo Armoricæ regulo Regis [au]ctoritate cum Rupellanis pacis conuentiones aguntur, temere, & contra belli faſ [illegible] [illegible]. Benouia Tremolliorum arx, octauo à Rupella lapide, cuius præſidiarij excurſionibus infeſtum iter, & commeatum Rupellanis reddebant, à Popelinerio capta, mox à regijs ci[uibus] cum clade ſuorum erepta eſt. *Pictones bello & latrocinijs infeſtantur.*

C

[R]eta inſula Rupellæ oppoſita per Roaldum Landereum vi capta, mox eidem cum ſtrage ſuorum adempta. Ea inſula quarto à portu Santonum (Rupellam vocant) lapide diſſita, in longum decem millia porrigitur, in latum tria, ad meridiem qua mari alluitur aditum non habet, ad Boream tuta nauigijs ſtatio eſt, fœcundum terræ vber. Inſula ad S. Michaelis cœnobium pertinet; commeantibus pietatis ergo nobilis. Ludus erat fortunæ, iam ad hos, iam ad illos circulantis, ſed ſanguinatius & [illegible]. Tum Bemius Colonij percuſſor in reditu ex Hiſpania Lanouij iuſſu pugionibus confoſſus. Nec multo poſt Rupellanorum naues magna præda onuſtæ Rupellam appulerunt, capta ad Caſſiteridas, ſiue Aſoras inſulas Luſitana naue, in qua mille infecti auri pondo fuere. *Reta inſula ſum[pta].* *Bemius pugionibus confoſſus.*

Interim Maſſiliæ tumultuatum, ob teloneum nuper à Ludouico Diacceto Florentino inſtitutum, qui fœdere inter Principes Chriſtianos contra Turcum ſtante commercium orientis ad Gallos transferre ſatagebat. Tunc igitur oppidani coniunctis conſilijs conſu[l]umiuſſu ad ædes publicas conueniunt; commentaria publicanorum diripiunt, pondera confracta in mare abijciunt, telonei ædes occludunt; cuſtodias ad portas vrbis ſtatuunt. *Maſſiliæ tumultus.*

D

Pari licentia alijs in Prouincia locis oppidani in coactores regios ſæuiunt, quibus latebræ ſaluti fuere.

In eadem duæ factiones Carliſtarum, & raſotum, qui ex eo quod barbam raderent appellati, inter ſe contrariæ emerſere, quorum excurſionibus ruſtici maxime vexati ſunt. At in Allobrogibus Monbrunius Idibus Iunij coniunctis cum Franciſco Bona Diguierio copijs Bertrandum Simianam Gordium regium in ea prouincia legatum ad Dromam fluuium, non procul à Mongelone ad prœlium cogit, equite fugato, in Heluetios inuolat, quorum octingenti cæſi, XVIII. ſigna capta. Gordius ad Diam fuga euaſit. Tum & Coſtæ Benæ Comitis turma equitum, quæ Stellæ oppidulo proxime Liberonem præſidium agitabat, à Barrio & Turrio ad internecionem cæſa. Interim Monbrunius cognito quatuor loricatorum equitum turmas, & totidem ſclopetariorum cohortes cum aliquot leuis armaturæ vexillis Vrchio & Eſtano ducibus ad Gordium contendere pontem Geruanæ impoſitum, tranſmitti, Vrchianis ita diſpoſitis, vt cataphracti præirent, leuis armatura cum pedite ſequeretur, in vltimum agmen impetum facit, quo diffugiente cataphracti conuerſa fronte denſo agmine in hoſtem eunt, prœlium reſtituunt; feriunt, cædunt, terga fugientium [ur]gent, Monbrunium lapſu equi crure fracto iacentem capiunt, & Creſtum inter manus deferunt, vulneri fomenta admouent, ex quo nunquam conualuit. Is Regis iuſſu Gratiano[po]lim ductus, & perduellionis Senatus ſententia damnatus, ceruicem ſecuri præbuit. Digu[ierius] ſummæ rei profectus in Allobrogibus impoſitus eſt, iuuenis ſupra ætatem belli ſciens, prudentiæ ingens, in tenui re, fortunæ ſeſe inſerere auſus, & ad clariſſima quæque euaſurus, [ſi] à Catholica fide malo ambitu non deſciuiſſet.

E

Hoc anno Rex in Se[illegible] venit VI. Cal. Septembris, & pro tribunali ſedens diploma [illegible] quo Carolo Duci Lotharingiæ, excep[tis] ſupremi domini[j] &

[illegible] Bella

appellationis ad Lemouicenſem præfectum & Senatum Pariſienſem iure, alia omnia iura, A
maximè monetæ cudendæ in Ambarenſi Comitatu Carolus IX. ceſſerat.

Sub id tempus Franciſcus Alenſonius Regis frater qui poſt Henrici in Galliam reditum ampliſſimis dignitatibus auctus erat, nouis rebus materiam quærens, clam Lutetia profugit, & per diſpoſitos equos Drocium ditionis ſuæ oppidum euaſit, vnde conſilij ſui rationem ſcripto vulgat, & id vnum ſe agere oſtendit, vt omnia priſcum ad regni morem recidantur. Eius diſceſſu in aula res in turbido fuere, varia vbique fama, cùm alij ad ſectæ opes corroborandas, alij ad eaſdem vertendas factum acciperent. Condæus apud Germaniæ principes vicit, vt ſibi milites ſcribere in Germania liceret, qui mercede auctorarentur, & in Gallia ſectæ bellum agerent. Ei leges à Caſimiro dictæ, quibus expedire ſe nullis conditionibus poſſet, nec ſi venale caput ſuum haſtæ ſubiiceret.

Coſſæus Baſtilia emittitur. Interim Coſſæus per cauſſam morbi ſontici Baſtilia, vbi ſub cuſtodia habebatur, emittitur, Franciſcus Mommorantius cuius prudentia, & auctoritas Reginæ ſuſpecta erat, arctiùs habitus eſt. Aiunt datum negotium Ægidio Souteo regij cubiculi præfecto, vt ei fucos eliderer, ſparſo per Marcum Mytonem medicum rumore Mommorantium ictu ſanguinis, quo ſæpe tentari ſolitus eſſet, obiiſſe. Souteus homo integræ mentis & probi moris, moras tantiſper de induſtria nexuit, dū odio detumeſcente conſilia in mollius verterent, & Mommorantio ſalus in tuto eſſet, qui paulò poſt carcere ſolutus fidam regi operam præbuit, & iniuriæ memoria obliterata otio publico conſuluit. B

Inter hæc in Belgio Requeſentius præfectus in eo totus erat, vt Mondragonio Mildeburgi, & Ramuæ fame & obſidione laboranti opem ferret. In iis vrbibus res adeò in arcto erant, vt militi in dies duæ tantùm vnciæ panis è ſemine lini ſubminiſtrarentur. Tum verò Remeſuapum cuniculis ſuffoſſum in arbitrium ſectæ venerat, quo nuntio percuſſus Requeſentius Sancium Auilam cum triginta roſtratis nauibus, & Iulianum Romerum, ac Glimium Belloyaſij maris præfecti legatum, cum 60. minoris formæ nauigiis, & aliis pleriſque onerariis, quæ planæ carinis erant, vt ſine noxa ſiderent commeatui vehendo, Antuerpia ſoluere iuſſit, vnde Bergham ventum, & ad eam moræ tractæ, donec æſtus maris ſubſideret. Ibi Requeſentius claſſem luſtrans dum diſploſis machinis per lætitiam à claſſiariis, vti fieri amat, ſalutatur; nauis Franciſci Bobadigliæ egregiè ornata diſplauſu maioris catapultæ ſoluta, & hians profundo tam propere hauſta eſt, vt ipſe vix cum ſignifero, & paucis aliquot militibus naufragio ereptus ſit. Nihilominus refluente æſtu claſſis mari ſe commiſit & Romerſuali portum tenuit, quod ſectariis gnarum, à quibus centum nauigia inſtructa ſunt, inter quæ duo maioris formæ turrita, prætoriæ nauis loco, Ludouico Boiſoto maris præfecto miniſtrabant. Requeſentius aggeres Scacherloi ex aduerſum Romerſuali inſederat, & ſuos D
prælium capeſſere iuſſerat, ex cuius præſcripto Romerus Glimio primam aciem crediderat imperium abnuenti, quod iniquo loco rem in perniciem abire cerneret. Is vix ad teli iactum proceſſerat, cùm naucleri ſcelere in breuia & vada ſe induit, hoſte ferreis pilis fulminante, ollas bitumine, calce, ſulphure ſtillantes, & id genus miſſilium ignium iaculante, reliquæ Romeri naues in breuibus hærentes ad ictus & fulmina proſtabant, in quas immobiles & defixas è ſuperiori loco ſectarij impunè iaculabantur. Romerus reflantibus ventis, relabente æſtu ad Glimij auxilium properans in vada impegit, vbi clauda nauis & ſciſſa, cùm aquas hiatu admitteret, naufragio propior, Romerus natatu ad aggeres, in quibus Requeſentius conſederat, euaſit, Glimio glandibus confoſſo, naue incenſa, milite aqua, aut igni hauſto. Onerariæ naues commeatu opulentæ omnes in manus hoſtium venere, roſtratæ aliæ merſæ ſunt, aliæ captæ, quædam conflagrarunt. Mille Hiſpanis, aut Gallobelgis ea clades ſtetit, E
Sancius Auilla nuntio cladis accepto dum refugit, ad inſulam Zuitbeuelandam è claſſe nauis roſtrata littoribus impacta periit, claſſiarij ſubtracto ſolo in breuibus aut profundis diſiecti, obruti, intereunt, occurſant, hoſtes victoriæ inſiſtentes fugientem in inſulam Tergoen impellunt.

Cùm in eo ſunt Chriſtoforus Mondragonius ſpe ſubſidij conclamata ad deditionis leges adigitur, & res ſaluas pactus, quantum, fuit ſacerdotum & monachorum, ſecum Bergham in tutum recepit. Mildeburgum & Ramua hoſti ceſſere, quibus in ciuitatibus mille

Zelandia vniuerſa in fidē Arauſionenſis venit. quingenti amplius inedia confecti ſunt. Ea deditione vniuerſa Zelandia ſe ab imperio Philippi abrupit, & in fidem Arauſionenſis venit, qui centum millia aureorum à Mildeburgenſibus pœnæ nomine extorſit, & tantumdem è mercium ſectione reſecit, vnde ingentem exercitum pecunia parauit. Tum verò Ludouicus Naſſauuius, tria equitum millia, ſex peditum è Germania traxit, vt in Brabantiam per Sanctæ Gertrudis oppidum irrumperet.

A Inter hæc Gheuetanius Hiſpanos aliquot, & duo millia Gallobelgarum vicum Aſſem-
delſtium duxit, vbi ſectæ præſidium occidit, mox Armendichi octo vexilla hoſtium inſiluit,
& cæſo milite duo ſigna victor abſtulit. Tum verò Ludouicus Naſſauuius occaſione vſus
cùm duo millia Gallorum equitum, quæ honoris cauſa Henricum Valeſium in Poloniam
euntem longiùs produxerant, in reditu offendiſſet, ab iis vicit, vt per aſpera hyemis in Bra-
bantiam flecterent, vbi præda opima in manibus erat. Iamq; adeò ſexto à Maſtrichto lapide
vltra Moſam caſtra poſuerat, cùm à Requeſentio Bernardinus Mendoza cum validis co-
piis miſſus eſt, qui vrbem præſidio firmaret, & tranſitum Moſæ Ludouico abrumperet.
Mendoza III. Non. Martias vrbe exit, vt per ſe de hoſte cognoſceret, vbi ad pagum Ghel-
lerium tumultuaria hoſtium impreſſione pedem referre coactus eſt. Auila cognito ſectarios
nulla belli diſciplina temerario impetu in obuios ruere, Mendozzam in inſidiis quinto ab
B vrbe ſtadio ſtadio locat, eiq; trecentos ſcloppetarios attribuit, tum Aleonetum Mendozzæ
legatum cum quadraginta equitibus emittit, qui hoſtem laceſſeret, & per ſpeciem velitaris
pugnæ animis incaleſcentibus in inſidias traheret. Hoſtes à Naſſauuio moniti cùm ad lo-
cum inſidioſum propius ventum eſſet, impetum ſuſtinuêre, ne præcipites in exitium rue-
rent. Mox in pagis continentibus vt mutuas operas inter ſe præſtarent locati, noctem trãſi-
gunt. Auila cognito nullas extra vallum excubias, nullos in equis ſpeculatores eſſe, Mendo-
zæ id negotij dat, vt gallicinio in pagum Bomelenum proximè vrbem, vbi Teutones con-
ſederant, vim faceret, ille ignotatus incurioſis noctium vigiliis ſomno vinoq; ſepultos op-
primit, & antequam dies albeſceret, Teutones mille ducentos ſternit, mox fruſtra equite
inſequente ad ſuos ſe recepit.

Inter hæc Requeſentius vt Ludouico abſcinderet iter, Bracamontium cum duabus co-
C hortibus millenariis, Mondragonium cum ſedecim peditum ſignis Auilæ auxilio Maſtri-
chum oppidum quod Obtricenſe olim dictum volunt, ſummittit, quo III. Non. Aprilis om-
nes in vnum coaluerunt. Naſſauuius ſuis rebus deſperans cùm multi per hyemis iniuriam,
& commeatum inopiam quotidie dilaberentur, inter Moſam & Vaalim amnes iter Nime-
ghenum vertit, vt ad Arauſionenſem apud Bomelum ſe aggregaret, & ſocietatis viribus fa-
cilius belli exitum repperiret. Abeuntis veſtigia Sancius Auila impellebat, qui fluuio Gra-
ui tumultuario ex lintribus ponte ſtrato copias tranſmiſit, & cognito per ſpeculatores pri-
mam hoſtium aciem vix ab eo loco duûm millium ſpatio abeſſe, aliquot equites explora-
tum mittit, qui certò de hoſte cognoſcerent. Hi longius progreſſi ab equitibus Naſſauuij
ſpeculatum miſſis cæſi ſunt, qui fugientium tergis hærentes in Auilæ caſtra penetrarunt,
mox periculi metu immiſſis habenis ad Naſſauuium recurrerunt. Is vicinia hoſtium anxius
D in pago Mochereidos, quem alij Muchium vocant, caſtra metatus eſt. Poſtridie prima luce
vtrinque acies inſtruuntur, Auilæ copias locorum anguſtiæ ſtringebant, ne patentiore ſpa-
tio explicatæ, à Germanico equitatu circumfunderentur, cùm ad dextram fluuio tutæ eſ-
ſent, ad læuam effuſo hoſte pateſcebat agmen ſatiſſis, & ſcloperis validum, & firmo equite
ſeptum. Cùm in eo eſſent, commodum accidit, vt Hiergius, & Cheuerauius cum aliquot
veteranis Hiſpanorum cohortibus aduentarent, & tria Hiſpanorum millia in proximo eſſe
nuntiarent, quibus tamen non exſpectatis, quod pro ſe locus erat, milites imperium ni du-
cerentur arrepturi in apertum exeunt. Diuerſa parte Naſſauuius ſe foſſa & vallo munîuerat,
equitatu porior erat, qui locorum anguſtiis preſſus, in arctum per globos cogebatur. Miſſi
primum ab Auila velites qui hoſtes ad vallũ & foſſas laceſſerent, mox alij ſubſidio ſummiſſi
prœlium incenderunt. Auila Hiſpanos in primam aciem ſubducit, integros pro ſauciis ar-
E ceſſit, Naſſauuius fronte ſimul, & ſinu hoſtes excipit, gliſcente pernicie globos equitum
immittit, hos in teſtudinem conglobatos glandes tormentis, & haſtas incutere iubet, la-
bantes, perditasque vires ſuorum vi corrigit.

Diegus Monteſdocus centurio, primus in vallum inſiluit, vbi duabus glandibus con-
foſſus eſt. Cæteri exarſere animis, atque impetu perruptum hoſtem in aperta redigunt, cæ-
duntque, ſed ruente equite ſubſiſtere iuſſi, Hiſpano veliti aciem aperuêre, in quem Naſſau-
uius tanta vi incubuit, vt leuis armaturę equites fuderit, mox Ioannes Baptiſta Montius ha-
ſtatos loricatos trahens inclinatam aciem correxit, & perruptis hoſtium ordinibus inter ob-
ſtantes & armatos ferro viam patefecit, quem ſequutus Mendoza in latus hoſtem ſic impu-
lit, vt terga verteret, cuius impetum Vaſcones fortiter excepêre, & crebra glandium pro-
cella obruêre, vt fugientes in ſuos ordines reciperent, verùm Germano equite dila-
F pſo, Hiſpanis tota mole belli ingruentibus, & ipſi fugam expediunt, alij in aquas inſi-
liunt, quidam in ſyluas vicinas euadunt, equites è clade ſuperſtites Bomelum fuga euo-
lant.

Ludouicus & Henricus Naſſauiũ cadũt.

Peditum quatuor millia eo prœlio deſideta, equites quingenti, in quibus Ludouicus A
& Henricus Naſſauuij aduerſo pectore confoſſi cecidere. Equites haſtati victoriam peperê-
re, qui omnino ad perrumpendos equitum loricatorum ſcloppetis pugnantium ordines
neceſſarij ſunt, exiguo tamen numero, quia primi tantùm qui in fronte vim faciunt haſtas
intentant, poſteriores ruptis hoſtium ordinibus ſcloppetis & gladiis incumbunt. Victoriam
ſeditio militaris excipit, veteranis 30. menſium ſtipendia, quæ non proceſſerant, repoſcenti-
bus, quorum ferocia cùm non ſideret, iter Antuerpiam flectunt, aditum in vrbem moliun-
tur, Friderici Perenotti præſidio vrbis impoſiti domum diripiunt, & opulentorum ciuium
bona prædantur. Antuerpienſes vt gliſcentem perniciem premerent, quadringenta floreno-
rum millia expediunt, & tumultuantes donis mitigant, qui tandem pecuniis deliniti fero-
cia poſita, militiæ munia repetiuêre.

Interim Valdeſius caſtrorum præfectus, & Liquius iuſſi, ducere in Hollandiam, vt Lug- B
dunum Batauorum, & alia oppida in arcto haberent, Hagam & munimentum Vualchem-
burgium, vi cepere, mox Valdeſius proximè Alphenum pagum aqua vndique cinctum,
vnde in Holandiam aditus promptus eſt, conſedit. Is pagus ad læuam aluei poſitus eſt, per
quem Rhenus olim incedebat, qui, cùm oſtium quo in mare influebat, obſeptum eſſet, inru-
muit, & ad læuam in Lechum fluuium inſiluit, Lechus ipſe vſurarias Rheni aquas propter
agrum Citimpenum in Moſam euoluit. Antiquus autem Rheni alueus plurimum immi-
nutus, Traiectum, Voerdenum, Filfenum, Lugdunum alluit, & factis pluribus inſulis de-
mùm in occiduũ mare irrumpit. Ad læuam Alfeni quarto lapide Gudenſis ager iacet, ab al-
ueo Gudenſi nomen ſortitus, qui Alfenum vſque labitur, vbi pons cũ cataracta ſtructus eſt,
qua clauſa, vel aperta æſtus maris affluentis & refluentis gubernatur. Hunc aditum Ba-
uari foſſa, vallo, aggere, propugnaculis ab vtraque pontis parte muniuerant, vt iter in Ho- C
landiam occluderent, & quinque Anglorum vexilla præſidio impoſuerant, quos Valdeſius
admotis ad mœnia ſcalis tentare auſus Franciſco Lazaro & Ludouico Parmenſi dat nego-
rium, vt milites alligatis ad collum ſcloppetis, & pulueris igniarij capſulis natatu fluuium
tranſmittere iuberet, qui hoſtibus in alia diſtractis, diuerſa parte munimentum inſilirent,
quod ex ſententia ita ſucceſſit, vt Anglis ducentis oppreſſis, alios fugientes Lugdunum vſ-
que impulerint.

Idem mox arcẽ Maſencluſiã pugnãdo vicit, in cuius oppugnatione Ludouicus Caieta-
nus animam poſuit, poſtridie præſidiatij ſpe ſubſidij abrupta de nocte fugam capeſſunt, arx
Hiſpanis inſeſſa eſt: verum vt Hiſpanis in Holandia fortuna blandiri viſa, ſic ad Liloum ad-
uerſa & aſpera fuit, vbi quantum nauium in claſſe regia erat, Zelandiæ claſſi ceſſit, & maris
præfecti vicarius Adolphus Hanſtedus in manus hoſtium venit. D

Ea claſſis ne in Hiſpani militis qui turbas fecerat, arbitrium veniret, Antuerpia emiſſa
Liloum ſeceſſerat, fiducia arcis, quæ munita tormentis mari imperitabat, ſed cum à ſociis
naualibus, & claſſiariis parum firma eſſet, facilè in ius, & ditionem Arauſionenſis venit. Ad
eam recuperandam auxilia ſummiſſa fruſtra fuere, ea clades incomparabilis fuit, qua ne
vna quidem nauis in poteſtate Regis manſit, ita vniuerſa claſſe puncto temporis exu-
tus eſt.

Lugduni Batauorum ſitus & obſidium.

Interim propugnaculo Eſcluſæ Gudenſis capto Baldeſius incunte Iunio Lugdunum Ba-
tauorum corona cinxit. Ea vrbs ampla, populoſa, amœno cælo, commodo ſitu, Academia, &
doctorum hominum numero florens, pluribus aquarum alueis circumflua, commeatibus
parum conſuluerat, quod victoriam in Ludouici Naſſauuij manu eſſe confideret. Gnarum
id Baldeſio, qui annonæ ſubſidiis interclufis machinari obſeſſis famem, eoſque non aperta E
vi, quod vrbs oppugnatione ſuperior videretur, ſed anguſtiis commeatuum ad ſuas leges
trahere conabatur. Ad eam rem ad omnes aditus vrbis XXII. propugnacula ſtruxerat, in
quibus primo loco fuere, Norda, Leiderdamum, Soetuoda, Lierdopum, Lammenium. Ma-
gna erat Hiſpanorum alacritas, qui prædam animis præceperant, tum verò rumor inceſ-
ſerat claſſem Regiam numeroſam, & validam ex Cantabris aduentare, quæ Brillam primo
impetu perruptura eſſet, vnde militi Hiſpano ex facili auxilia per vniuerſam Hulandiam
ſummitterentur, Iamq; ab Hiſpaniæ Rege millies centies aureorum claſſi expediendæ col-
locatum erat, cùm eius cõſilij ſuaſores iidem, & diſſuaſores fuere, magno regiarum partium
detrimento, quòd in Holandia quinque ampliùs nauium millia in anchoris ſtare didiciſ-
ſent, quarum quingentas claſſiariis & omnibus armamentis inſtruere Batauis in aperto erat,
cum Hiſpaniæ Regi vix centum nauium claſſis in manu eſſet, quare cognito id conſilium F
non procedere, Antuerpia Hiſpani ſeditione ſopita repræſentatis ſtipendiis Chiapino Vitel-
lio, & Iuliano Romero ducibus, in Holandiam flexêre, & in tranſcurſu Vandriconem, Co-

mitis

A mitis Hornonij oppidum vi cepêre. Inde Leidenum Comitis Burranij municipium,& Ni-
ciportum deditione capiunt. Bommelio propter ſæua hyemis abſtinuerunt, Chiapinns An-
tuerpiam rediit, Romerus ad Baldeſium Lugduni obſidionem vrgentem ſe aggregauit, à
quo auerſo vultu exceptus eſt, quòd ſe parato decori abſtrahi, alium in partem vocari nol-
let. Is commeantibus nunciis obſeſſos ad commercia pacis & fidei ſollicitabat, à quibus
hoc vnum reſponſum eſt, *Fiſtula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.*

Inter hæc XXX. obſeſſorum lembi commeatibus onuſti duas Hiſpanorum lintres
commeatu, & tormentis bellicis inſtructiſſimas cepêre, quas præſidiarij Lierdorpi ad pon-
tem Silium ne victoribus eriperent, obſeſſi eruptione facta prohibuerunt, & lembis ſuis
aditum in vrbem explicarunt. Cùm autem ex regiorum propugnaculo Valdingheno plu-
rimùm infenſarentur, Ioannes Duſa literis, & militiæ bonus, & alij plerique ſtrenui du-
B ces, ac milites terra, marique vrbe egreſſi, tanto impetu in propugnaculum ignes miſſi-
les, & lecythos vitreos ſulphureo puluere plenos funibus ardentibus accinctos iaculati
ſunt, vt puncto temporis & munimentum, & præſidiarij omnes cum Carrione duce ſuo
conflagrarint, & ruina hauſti ſunt. Tres iam obſidij menſes abierant, & annona grauis
in oppido erat, cùm Arauſionenſis re in conſilio agitata, Diccos, pilas, aggeres, & am-
nium alueorúmque clauſtra per foſſores 25. locis & amplius aperit, quibus maris, & flu-
uiorum aquæ, longè lateque per 24. millia emiſſæ tanta eluuione iacentes agros inunda-
uêre, vt nauigationi opportuni eſſent, qua incomparabili clade tot ſumptus in aggeres,
tot annorum labor in cohibendo mari corruptus eſt. Tum vero inſtructæ naues carinis pla-
næ, quæ vado & breuibus iuuarent. Miſſus ex vrbe nuncius caueam in qua duæ colum-
bæ erant, detulit, quarum vna cum literis remiſſa, quibus ſignificatum Principem (ſic
C enim Arauſionenſem vocant) ad primum ab vrbe lapidem cum claſſe per abrupta & in-
uia multis exantlatis laboribus penetraſſe, aſpera omnia peruaſiſſe, vt vrbi ſubſidio eſſet.
Obſtiterant Hiſpani ad alueum, qui intra duo propugnacula ſub ictum ſcloppetorũ erant,
& quantum nauium fuit oppoſuerant, ſed aſpirante Belgis vento tantus aquarum auctus
fuit, vt alueus exundaret, & vallum ab Hiſpanis erectum deiiceretur.

Interim Belgæ duce Boiſſoto ineunte Octobri multo iam noctis, præcipiti in occaſum
die in alueum aqua reſtagnantem nauigia impellunt, quibus irrumpentibus Hiſpanorum
lembi in vadis hærent, ipſi in continentem euadunt, Belgæ tormentis hinc inde ad propu-
gnacula fulminant, nauigia ſua longius promouent, & in amplum canalem cognomento
Meerburgum viam aperiunt. Hiſpanorum lintres capiunt, fugant, profundis hauriunt, Bal-
deſius receptui cauere, & obſidium ſoluere coactus, ſe in breuia induit, vbi augeſcentibus
D aquis multi paludibus hauſti, ad Mordam præſidiarij omnes cæſi, ipſe Baldeſius ægrè per
aquas lignorum faſciculis ſubiectis ſalutem expediuit.

Supererat propugnaculum longe munitiſſimum cognomento Lammenium, quò ſe Bal- *Lammeniũ*
deſius cum omnibus copiis receperat, cùm vnico tantum canali, eoq́; perangusto, & v- *propugna-*
nius nauigij capaci, adiri poſſet. Ad id Boiſſotus exſcenſioue facta verberationem inſtuit, *culum ver-*
oppidani fame perditi hortatore vno ex Burgimagiſtris ſimul incumbunt, & ad propugna- *beratur.*
culum quod ab Hiſpanis derelictum erat vim ſine periculo faciunt, nemine intus obſtan-
te, tum in vrbem nauigiis impunè commeatus illati ſummam plebi lætitiam fecêre, cu-
ius ad ſex millia fames exhauſerat. Baldeſius fuga Hayam ſe recepit, in propugnacnlo Le-
yerdorpio delineatio vrbis cum hoc titulo reperta, *Vale ciuitas, valete caſtella, nos non ho-
ſtium armis, ſed diluuio pulſi cedimus.* Milites mox ſeditio inceſſit, à qnibus Baldeſius in
E vincula datus eſt, donec ſtipendiis acceptis reſedêre, & Maſtrichtum Requeſentij manda-
tu conceſſere.

Interea Rex Albano, cuius ſæuitia offenſæ Belgis fuerat, in Hiſpaniam retracto, & in- *Albanus in*
ducta præteritorum memoria conſilia pacis agitabat, quæ ex ſententia proceſſura vide- *Hiſpaniam*
bantur, ſi Albaui ſupplicio depoſcentibus Belgis ſatisfactum eſſet. Iam verò Requeſentij *retractus.*
comitas, qui Albano in Belgio ſuffectus erat, ficta, & compoſita viſa, cuius reſponſa in am-
biguum implicabantur. Ad omnia enim, contra Belgarum ingenium, aliter atque animo
gereret placidè reſpondebat. Nec æquis animis honorem Comitis Barlamontio delatum
accipiebant, quòd pari dolore commoda aliena, & ſuas iniurias metirentur: vulgò enim
hominibus inſitum eſt, vt recentem aliorum felicitatem ægris oculis introſpiciant, & mo-
dum fortunæ à nullis magis exigant, quàm quos in æquo vidêre. Venia quam Rex obten-
F debat, parum apud efferatos animos poterat, quod eius præſcriptio ſemel antea fraudi
fuiſſet.

Actum deinde per Imperatorem de conditionibus pacis, in quas conueniri non potuit,

P 2

Digitized by Google

Pax inter Belgas & Hiſpanos ab Imperatore procuratur.

quòd Hiſpaniæ Rex variam & miſcellam in ditione ſua religionem abnueret, auitam, quæ A
ſola catholica & orthodoxa eſt vigere vellet, tanta in eo conſtantia obtinendæ religionis
fuit, ſectarij licentiam in cultu Dei cuique liberam, & vacuam eſſe, tum verò ante omnia
Hiſpanos Belgio ſummoueri cuperent. Itaque relictis pacis conſiliis hoſtilia vtrimque cœ-
ptarunt. Hiergius Holandiæ à Requeſentio impoſitus, decem millia peditum Butenum du-
xit, oppidum ditionis Arauſionēſis, arce munitum, & ruina facta foſſam tumultuario ponte
ſtrauit, per quem irruptio facta, præſidiariis in arcem refugientibus, quæ mox deditione in
poteſtatem venit.

Anduaterū aggreſſum, expugnatū, & incendio deletum.

Inde palàm Bomelum iter affectans derepente Anduaterum vertit, & ex improuiſo co-
rona cinxit. Ea vrbs foſſis mœnibus, turribus, paludibus, & aquæ coercendæ molibus, quos
Diccos vocant, in ambitum cincta eſt, oppidani circulos è ſtuppa pice oblitos inſtruxerant,
vaſa calce & aqua feruentia, alia oleo & plumbo liquefacto incenſa, ollas ſulphureo pulue- B
re ardentes, aſſeres clauis & muricibus horrentes, trabes mucronibus ſpiculatas, quæ rotis
hinc inde voluentibus è ruina in obuios præcipitarentur, & alia refutandis hoſtibus adhi-
beri ſolita compoſuerant, quæ ducentis Hiſpanis exitio fuêre, vnde alij aſperati vrbe vi
capta tantam ſtragem edidêre, vt ægrè vicenis capitibus ſalus conſtiterit. Vrbs ipſa incendio
deleta eſt.

Vordenū & Traiectum deditionis leges vltrò accipiunt.

Mox Hiergius palam Vordenum, & Traiectum ad ictum deſtinans militem eò pro-
perantem ex improuiſo Sconouenum trahit, & obſidionem cœptat. Id oppidum qua
parte fluuio alluitur imbecillum eſt, qua muris & aggeribus procul à fluuio munitur vali-
dum, in quo plures Catholici leges deditionis vltro arripuere, cæteri eaſdem ſequi coacti
ſunt.

Requeſentius animū ad Zelandiam vertit.

Inter hæc Requeſentius cùm cerneret oppida Holandiæ valida fruſtra tentari, inualida C
non citra ſanguinem obtineri, bellū Bauaricum nullo vſui, maximo diſpēdio eſſe, animum
ad Zelandiā vertit, in quā Hiſpaniæ nauigatio & negotiatio prompta erat. Contracto igitur
exercitu Bergham vrbem Zoomo fluuio impoſitam, inde Tolenum duxit, cum multis lin-
tribus, pontonibus, & phaſelis, quibus aquæ tranſmitti poſſent. Cùm ad vada Sancti Philip-
pi ventum eſſet, quibus traiiciendis pontones, & nauigia nullo vſui erant, Ioannes Oſorius,
qui vada & breuia pedibus tentanda cenſuerat, vt ad Duuelandam inſulam miles eniterc-
tur, corpore nudo aquas ſubit, cuius veſtigia premebant Iſidorus Pacierus Guſij, Seroquer-
quius Berghæ pręfecti, milites Perones quiſque, & ſaccum, caſeo, buccellato, & puluere tor-
mentario plenum è collo ſuſpenderant. Pari iugo tres per aquas in lineam incedebant, ex-
ploratores qui vada tentauerant anguſto calle præibant, cùm ad læuam & dextram profun-
da eſſent, & pectore tenus aquis extabant. Tranſmittendo ęſtuario id temporis captum, quo D
æſtus maris refluebant, ipſa nocte præuigilij S. Michaelis.

Interim Arauſionenſis diſpoſitis hinc inde nauigiis, & catapultis vadantes infeſtabat,
tum verò milites cum ſariſſis, & ſcloppettis aditus inſidere iuſſit, qui accedentes repellerent.
Oſorius tamen inter tot aſpera inclinata iam, & præcipiti nocte aggeres inſulę Duuellandæ
incolumis tenuit. Pleríque Germani & Gallobelgæ affluente æſtu periêre, pauci foſſores in
tutum euaſêre, Paciecus ferrea tormenti glande laniatus, Peralta qui extremum agmen
ducebat adlabente æſtu pedem referre cum ſuis coactus eſt. Oſorius aquis egreſſus obuium
ad aggeres habuit Carolum Boiſotum valida militum manu ſeptum, in quem ſariſſatus
incubuit tanta vi, vt Boiſoto confoſſo cæteri fugam capeſſerent. Ita Hiſpanis exitus ex aquis
munitus fuit, cum quibus Sancius Auila maris præfectus, Mondragonius, Peralta nauigiis
vecti non ita multò poſt ſe coniunxêre, & omnia inſulæ propugnacula ſui arbitrij fecê- E
re. Supererant breuia pedibus tentanda, quibus Scuuenum, Zarichzeam inſulam vocant,
tranſmitterent. Hæc tentatio Mondragonio impoſita, quem Oſorius Auila, & alij plerique
duces, ac milites ſequuti in ripam euaſêre, vnde hoſtem ſariſſis, & haſtis nullo negotio Za-
richzeam vſque impulêre munitiones omnes vi aut deditione cæpêre.

Ad Zarichzeam vrbem munitiſſimam, & Bomeni propugnaculum plus negotij fuit. Sub
arce Bomeni portus erat amplus, Arauſionenſi opportunus, in quem ante omnia Hiſpano-
rum impetus incubuit. In arce trecenti Galli fuêre, Liſio Gallo præſidij præfecto, quam
Auila foſſa, & vallo vndique cinxit, & tres totos dies pilis ferreis verberauit, ruina facta de
honeſta deditione ſermones à Liſio iacti, quem Hiſpani tot proſperis feroces non Gallum,
ſed Gallinam eſſe exprobrarunt, inter quę belli commercia ſignifer Paciecei ad ruinam cum
ſua centuria ex improuiſo impetum fecit, eo ſucceſſu vt ipſe ante alios, & quadraginta Hi- F
ſpani ſariſſis tranſacti ſint, cęteri terga verterint, poſtridie iterum vis facta, & fracta, Hiſpano-
rum 180. deſiderati, trecenti vulnerati. Tertia irruptio Hiſpanis luctuoſior fuit, quarta vtriſ-
que

A que funeſta ſed præſidiariis, & indigenis fetalis, qui omnes, cùm lintribus effugiũ in prom-
ptu eſſet, in veſtigio aduerſis pectoribus occumbere, quàm terga vertere maluerunt. Inde
Pacieco, Ghapino, Vitellio, & Peraira ducibus mortuis, Sancius Auila Zirichzeam vertit,
cuius præſidio Vandendorpius impoſitus erat. Is aduentantes Hiſpanos aggeribus ruptis,
& immiſſo longè lateq; mari penè merſit, & per canalem ſummiſſa auxilia, & commeatus
accepit: quare Sancius Auila tumultuario ponte ſubſtratis cymbis, ac lintribus, & vallo
ſtructo, canalis aditum obſtruendum curauit. Mondragonius Diccos, & aggeres cum exer-
citu inſedit, ne ab indigenis aquæ emitterentur, Auila maria nauigiis obſedit, vt famem &
inopiam obſeſſis faceret, Requeſcentius cum Oſorio Antuerpiam rediit, & ex Hiſpania au-
xilia nauigiis arceſſenda curauit.

Inter hæc Arauſionenſis ſedulò id agebat, ne auxiliis ex Hiſpania ſummiſſis vllius por-
B tus copia eſſet: quare Brillam operibus muniit ineunte anno 1576. & Crimpenum propu-
gnaculum à regiis inſeſſum obſidione cinxit: tum verò vt ſpem auxiliorum præcideret, ma-
ria in iacentes agros emiſit, vnde annonæ penuria propugnaculum ad deditionem co-
actum eſt.

Cùm in eo ſunt, Belgij ordines, quibus in Rege nulla ſpes, ad res ſuas præſidio firmandas
animum verterunt, Cæſaris opes parum certæ viſæ, quòd Philippi affinitate attineretur.
Aliorum Germaniæ Principum res ad tanti belli molem parum validæ. Frãcia ſuſpecta erat,
ob lanienam die S. Bartholomæi Pariſiis editam. In Anglia plus præſidij fuit, cum qua reli-
gionis conſenſio, regionum vicinitas, commerciorum vſus erat. Addebant Regem Daniæ
ad belli ſocietatem facilè venturum. Ad exitum rei explicandum, miſſi in Angliam legati
qui ordinum nomine vniuerſum Belgium in fidem & clientelam Reginæ dederent, camq;
C ſummo iure principem, ac dominam agnoſcerent, quòd à Philippa filia Gulielmi tertij Co-
mitis Analtij, & Holandiæ genus duceret. Ea legatio fruſtra fuit, quòd regina pacis ſtudia
coleret, nec ſe turbis aduerſus Hiſpaniæ Regem immiſcere vellet.

Belgij res, ſuas præſidio firmant.

Id temporis equites leuis armaturæ in Hiſpaniæ exercitu tumultuati ſunt, & populatio-
nibus agros vaſtarunt, quod ſolemne peditibus & equitibus, quoties ſtipendia non proce-
dunt. Tum quoque Requeſentius Belgij protex animi ægritudine, quòd imparem ſe tanto
oneri ſentiret, hominem exuit. Fuit vir ſumma integritate, pacis ſtudio inſignis, ſed impro-
ſpera bellicæ rei fama. Eius morte ſumma rerum penès conſilium ſanctius fuit, à quo Pe-
trus Erneſtus Mansfeltius militiæ impoſitus eſt. Rex Hiſpaniæ Requeſentio bene cupie-
bat, ſi fieri poteſt, vt Reges cuiquam bene cupiant, certè intimum habebat, & conſiliorum
omnium participem, cuius morte imperij ſummam conſilio Belgico variis hominum inge-
D niis conflato permiſit, à quo regiæ partes afflictæ.

Requeſenij obitus.

Inter hæc Mondragonius arcta obſidione Zirichzeam preſſerat, clauſis annonæ ſubſidiis,
cui princeps, vt commeatum proſpiceret, duo maiora nauigia, cum centum minoribus, ad
aggeres quos inſederat Mondragonius, admouit, & crebra verberatione Hiſpanum loco
mouere conatus eſt, qui foſſa tectus exſcenſionem inhibuit: quare æſtu relabente roſtrata
nauis vna in breuia impegit, vbi pilis ferreis fulminata claſſiarios omnes, & ipſum adeò Lu-
douicum Boiſorum maris præfectum ruina trahit. Oppidani ſpe ſubſidij deiecti ad pacta
deditionis deſcendunt, ducena millia florinorum militaribus ſtipendiis numerant, mille
præſidiarij rebus ſaluis in tutum auehuntur.

Actum id Kal. Iulij anno 1576. quo tempore Hiſpani, quia ſtipendia non repræſentaban-
tur tranſmiſſo Scaldi Aloſtum in Flandria frequens oppidum interceptum muniunt, agros
E populantur: Bruxellis tum omnia in turbido erant, indigenæ aduerſus Hiſpanus in arma
ruebant, inter conſilij proceres parum conueniebat, aliis alia ſentientibus, & æmulatiuncu-
lis malo more intercurrentibus, quibus bona conſilia peſſum ibant. Cùm certatim Belgæ
viuida odia in Hiſpanos inferrent, Iulianus Romerus, Sancius Auila, Hieronymus Roda-
nus, Alphonſus Vergaſius, Carolus Foccatius, & alij duces, cum turbulentis in vnum coa-
luerunt, ne diuerſi locis iniuriæ opportuni eſſent, & in Brabantiam proximè Antuerpiæ ar-
cem, munitiſſimum omnium propugnaculum, cuius præſidio impoſitus Auila, conuene-
runt. Tum Ferdinandum Toletanum, & alios in Holandia cohortium tribunos monent,
vt quàm maximis, & tutiſſimis itineribus Antuerpiam properent, ſi ſuis rationibus conſul-
tum voluit, quod grauiter factum. Scloppetarij equites duce Alconneta in traiectu Scaldis
abarmatis villaticis durius accepti, tandem ad alios ſe aggregarunt. Hos Hiſpanorum
F conuentus conſilij proceres ingratè ferentes, Auilam per litteras defectionis incuſarunt.
Ille ſe Regi fidem ſuam ante approbaſſe, & adhuc approbaturum reſpondit: ſibi facti ratio-
nem conſtare.

Bruxellis omnia in turbido ſũt.

Cùm in eo ſunt, de conſilij ſententia viri aliquot principes in cuſtodiam dantur, Arau- A
ſionenſi conſcio, qui maximè id agebat, vt omnis conſilio Belgio fides, & auctoritas apud
Regem abrogaretur, & ita res Hiſpaniæ in Belgio peſſum irent. Nec in eo conſilij vis ſtetit,
ſed Comite Laingio Analtij præfecto adminiſtro, Franciſcus Valeſius Henrici tertij Galliæ
Regis frater in partes vocatus eſt, qui iuuenta, & malo ambitu ardens, ignoratus exiguo co-
mitatu Montes aduolat, & cum Comite Laingio conſilia coit, quæ propter inteſtina Galliæ
diſcidia exitum non repperêre: quare impetus aliò verſus, & Flãdria, Arteſia, Leodium Dua-
cum, Orchieſium, Tornacum, & aliæ ciuitates fœdere perpetuo Hiſpanis Belgio pellendis
obſtrictæ ſunt. Lucemburgium, Namurium, Maſtrichtum fide manſêre. Iulianus Romerus
Liram arcem opere & natura munitam obtinuit. Arces Valencianæ, Vtrechti, Viennent, &
Gandaui ab Hiſpanis inſeſſæ ſunt, reliqua omnia propugnacula derelicta.

Conſilij Belgici furor in perniciem cauſæ regiæ graſſatur.

Interea conſilij furor in perniciem cauſæ Regiæ graſſabatur, & omnia ſuſque deque Hi- B
ſpanorum odio ferebat, à quo equites Louanin, & Bruxellis nulli magna ſtrage deleti ſunt,
Vargaſio & Romero terga fugientium impellentibus, quę tentatio bis millies quingẽtis ca-
pitibus ſtetit. Mox quatuor Gallobelgarum ſigna Duce Fertio Louanienſi patricio cùm
Valenium pagum inter Machliniam, & Antuerpiam ordinum mandatu pergerent, vt pon-
tem Hades fluento impoſitum ſui iuris facerent, à Iuliano Romero intercepta clade inſigni-
ta ſunt. Nihilo ſecius Maſtrichtum in verba ordinum, & conſilij iurauit, Franciſco Monteſ-
docha vrbis præfecto in vincula dato, quòd mox à Vargaſio, & Ferdinando captum, dire-
ptum incenſum eſt.

Hoc nuntio Hiſpaniæ Rex perculſus, animi anceps, cùm rem in lubrico eſſe cerneret, in-
ter iram & metum contatus, de inſtituendo Belgij præfecto, cui regij ſanguinis reuerentia
eſſet, ſeriò cogitauit. In hac animi iactatione nihil pro tempore cõmodius eſſe ratus, quàm C
ſi Ioannem Auſtriam eodem ſecum patre natum, iuuenem Lepantica victoria clarum huic
bello præficeret, Codicillos, pecunias, comitatum regium fratri expediuit, non adeò tam vt
nominis maieſtate Belgas flecteret, quàm vt iuuenem opum modicum, regios animos ge-
rentem, ſumptibus immodicis, ſibi grauem, procul amiſſum periculis obiiceret. Reges
enim parum æquis oculis eos aſpiciunt, qui ſecum de maieſtate, & dignatione
certant.

Inter hæc, conſilij proceres Hiſpani infeſti nouas in dies arces, & oppida ſub leges mitte-
bant Cameracum ineũte Octobri Liquio ereptum, Inchio patricio Belgæ commendarunt,
Liquium carcere damnarunt. Ciampagnium Antuerpiæ præfectum ad ſuas partes traduxe-
runt, cuius opera mox Philippum Egmontium, Hezeum, Berſelleum, & alios proceres nu-
meroſo milite ſeptos in vrbem admiſerunt, quod Auila arci præfectus tam dolenter acce- D
pit, vt illico tormentis ex arce vrbis domos verberarit. Contra oppidani foſſa vallo, aggeri-
bus vicos munire, ſaccos lana & tomento fartos, culcitas, viminea dolia terra oppleta ver-
berationi opponere, excubias in porta locare, quæ tamen ab Ortiſco Hiſpano eruptione ex
arce facta peſſimè habitæ ſunt, aliquot ædes incendio corruptæ. Mox Auila Romerum, To-
letanum Ficcarium, Puluillerium, Hiſpanos turbulentos, Germanos ſuis partibus addictos
per literas Antuerpiam acceſſit, qui expeditis itineribus omnes ad diem præſto fuêre. Tur-
bulenti de via feſſi quos Auila curando corpori aliquid tribuere cupiebat, abnuerunt, ſé-
que nuſquam alibi, quam Antuerpiæ cibum capere poſſe reſponderunt, quare impetu facto
munitiones euertunt, & quanquam numero impares, obuios quoſque trucidant, domos in-
cendunt, prætorium publicum quò ſe oppidani receperant, igne vaſtant. Sexcentæ merca-
torum ædes, & ampliùs, omne genus mercibus plenæ conflagrarunt, tres totos dies Antuer- E
piæ populationi ſuffecit, in qua quod in libidine & ſæuitia vltimum eſt, ciues experti ſunt,
nihil adeò ſanctum, aut munitum fuit, quod vim & laſciuiam non pateretur: fœminæ pudi-
citia imminuta vngulis ferreis, laminis ardentibus, funibus ad colla & femora reſtrictis tor-
tæ, vt theſauros ſi qui defoſſi eſſent, indicarent, aperta vt ſeuia tranſibant, operta & clauſa ri-
mabantur. Videres homines nauci, panniceis & centonibus aſſuetos, auro & gemmis ful-
gurantes, & non modò veſtibus auro textis amictos, ſed auro loricatos, enſes capulis gem-
matis clauſi, balthei carchedoniis conſtellati, ad latera gregariorum accincti erant.

Brabantia cum Belgij prouinciis fœdus init.

Inter hæc ordines in Brabantia propoſiti tenaces belli rebus attenti erant, arcem Ganda-
ui, & Valencianæ obſederant, & quia peccata quo grauiora ſunt, eo minore veniæ ſpe, aut
ſupplicij metu patrantur, id ſedulò agebant, vt eo loco res ſuas ſtatuerent, quo neque venia,
neque ſupplicium pertineret. Quare cùm Holandia, & aliis Belgij prouinciis fœdus ictum, F
cuius leges in commune dictæ, & probatæ ſunt. In primis vt omnes magnis animis ad Hi-
ſpanos Belgio pellendos, incumberent, quibus pulſis ſua Hiſpaniæ Regi iura in integro eſ-
ſent,

A ſent, Catholicæ fidei exercitia non niſi cuique, quàm ſectæ miniſteria libera manerent, ſacris ædibus, ſacerdotibus, cœnobiis iura conſtarent: ſacerdotia illibata eſſent, captiui gratis liberarentur, in primis Boſſutio certas integra eſſet, & alia pleraque, quæ carceri nullum rerum, famæve diſpendium eſt. Secundùm hæc, vt commercia vltro citroque ex Holandia in Brabantiam, & alias prouincias commearent, quia ſolita velificatio per Scaldim, & Antuerpiam ab Hiſpanis occluſa erat, aggeres in Flandria duobus locis ſupra & infra Antuerpiam inciſi ſunt, quibus nauigia vtrinque tutò tranſmitterent.

Tum verò Comiti Reuxio Flandriæ præfecto negotium datum, vt arcem Gandaui à Maldonaro Mondragonij legato inſeſſam obſidione cingeret. Ea arx quadrato opere quatuor propugnaculis valida, qua Gandauo Antuerpiam itur in plano ſita, ad lapidis iactum ab vrbe diſſita eſt, à qua intercurrente alueo duobus pontibus ſtrato diuiditur, qua planities
B ſolo vliginoſo, & fluitanti iacet, tormenta verberandæ arci locari non poſſunt, à ſuburbio S. Bauonis tumuloſo, qui arci infra poſitæ imminet, & ad foſſam vſque pertinet, tum verò ab vrbe verberatio procedere poteſt. Perſpecto ſitu Comes Reuxius XIII. Non. Septemb. anno 1576. in ſuburbio caſtra poſuit, & cum præſidiariis qui lignatum exierant leue prælium tentauit, mox tranſuerſis foſſis ductis aliquot domos arci vicinas terræ aggeſtu cumulat, & munimentum in ſummo planum tam è exaggerat, vt arx omnis ſub ictum eſſet. Aliud propugnaculum ad alueum & pontem erigit, vnde arcem fulminaret. Tam verò in S. Ioannis turre ſcloppetarios aliquot locat, qui præſidiarios infeſtarent, 22. duobus tormentis arce verberata munimentum S. Georgij latè ſectum eſt, & ruina edita, inclinato iam die duobus locis impetus factus, quem Maldonatus bellandi vetus, facilè fregit, verùm annonæ penuria cùm bellum diutius trahi non poſſet, ad pacta, & deditionem ventum, militi
C inermi vita in integro fuit. Eam arcem Carolus Quintus frænandæ vrbi ad turbas præcipiti exſtruxerat. Mox etiam à Georgio Laingio Comite Renenbergenſi Valencianæ arx Hiſpanis per deditionem erepta eſt.

Id temporis Gaſpar Robleſius Luſitanus Friſiæ præfectus Gruninghæ à præſidiariis proditus, & in vincula datus eſt, milites in verba ordinum, & Arauſionenſis vltro iurarunt. Ferdinandus Lopeſius, Chriſtophorus Vaſquius, & alij plerique Hiſpani duces diſſimulato in ſacerdotes & monachus habitu, barba raſa, deprehenſi, & in cuſtodia habiti ſunt: exemplo moti milites qui præſidium in arce Damia & caſtello Delfzielo agitabant fidem ordinem ſequuti ſunt, & duces ſuos carceri mancıparunt, muris ad tranſitionem hortantibus crebra paſſim transfugia, reliquum perfidiæ certamen, præmiis defectorum vera fides, pudor proditionis fluxus erat. Ordines Comitem Rheneubergenſem Robleſio abdicato
D Friſiæ præfecerunt. Exeunte anno 1576. toto Belgio Hiſpani eiecti erant, duæ tantùm vrbes fide manſerant, Lucemburgum, & Namurium, tres per vim obtinebantur Antuerpia, Lira, Maſtrichrum.

Sub id tempus Ioannes Auſtria Philippi frater alieno cultu, deſolatus ſeruilibus miniſteriis, ne dignitatem ſuam agnoſceret, Octauio Gonzagua Comite Lutetiam venit, vbi de Belgiis rebus à Iacobo Zuniguæo Philippi oratore abundè doctus eſt, inde cum ſummo imperio Lucemburgum venit. Ad eum Narius prouinciæ præfectus ſalutatum vicit, oppidani aduenientem magna celebritate excepere. Ante omnia Regis mandata vulgauit, in quibus palmarium fuit, vt præterita obliuione ſepelirentur, venia perduellibus rata eſſet, conſilium Belgicum à Duce Albano inſtitutum deleretur, priuilegia ſua prouinciis conſtarent, pax vbique ſanciretur, vni Arauſionenſi pax & venia negata, quod ingratè vulgo ac-
E ptum eſt.

Interim concilij proceres fœdus inter ſe aduerſus impotentem Hiſpanorum dominatum Bruxellis firmarũt, parum de Ioanne Auſtria ſolliciti cuius verba ſuſpectabant, quòd fidem, & imperium in eundem hominem vix conuenire poſſe crederent. Fœderis verba fuere; *Nos Eccleſiaſtici, Nobiles, Magiſtratus Belgij Bruxellis agentes Philippi Hiſpanorum Regis Principis noſtri ſubditi, certum, teſtatumq́; facimus, amore patriæ inteſtabili ſæuitia Hiſpanorum in exitium ruentis ductos, fœdus inter nos coiuiſſe, & mutuarias operas aduerſus Hiſpanorum tyrannidem pactos eſſe, quos Belgij hoſtes, perduellionis compertos ex conſilij Belgici à Rege inſtituti ſententia pronuntiamus. Hoc fœdus certa & inuiolata fide ſanctum, & integrum nos in perpetuum ſeruaturos eſſe, in fructum Catholicæ eccleſiæ & fidei, quæ regi noſtro debetur, iurati ſpondemus, & rei firmandæ nomina noſtra huic fœderi adſcribimus.* Fœdere firmato, vt ſolemnia fungerentur conſilij proceres Ioannem Fun-
F chium Traiecti præfectum ad Auſtriam miſerunt, qui ſuo nomine aduentum gratularetur, & de rebus Belgij eum doceret. Ordines quoque totius Belgij, fœdere Gandaui de mutuis auxiliis firmato, ad eundem oratores miſere, qui gaudio fungerentur, & eius conſilia explo-

Gãdani arcis ſitus.

Gaſpar Robleſius à præſidiarijs proditur.

Fœdus inter conſilij Belgici proceres aduerſus Hiſpanorum dominatum.

rarent. Ii obnixè Auſtriam rogarunt, vt Hiſpanos Belgio pelleret, & pacta de pace Gandaui A
conuenta rata haberet, quæ plerique Theologi Catholici, viri pij, & eruditi, in fructum &
bonum Catholicæ eccleſiæ eſſe teſtimonio ſuo comprobarant.

Ille acceptis ſuper ea re à Rege literis benignè, liberaliter reſpondit, & ſpem pacifica-
tionis fecit. Epiſcopus Leodienſis, Baro Vittenbergenſis, & Doctor Gaillus Cæſaris orato-
res Lucemburgi pacis conſilia vrgebant, Auſtria ordinibus hortantibus, & corporis custo-
des arbitratu eius aſſignantibus Marciam firmandæ paci venit, ineunte Februario, anno
1577. multæ conditiones paci aſcriptæ edicti perpetui præſcriptione, quas quia ſtatim eua-
nuerunt hic adſcribere operæ non eſt. Alteri alteris fraudes machinabantur, neutris inte-
gra fides fuit. Pecuniæ ab ordinibus repræſentatæ non comparebant, Dux Areſcotius prę-
toriæ Auſtriæ cohorti impoſitus erat, cui Antverpiæ arcis cuſtodia magna Sancij Auilæ in-
iuria Hiſpanis exactis, Gallobelgis ſuccedētibus tradita. Hiſpanis ſtipendia numerata ſunt, B
quorum plerique ad ſeditionem proni Mansfeldio duce in Italiam iter verterunt. Auſtria
Louanij ad tertium vſque Kal. Maias egit, de Bruxellis regia pompa exceptus eſt, cùm
Belgæ omnes ſacramento Hiſpaniæ Regis adſtriſſent.

Inter hæc pacis commercia, Arauſionenſis animi impotens ad ordines literas dedit, qui-
bus ſuſpiciones, inſidias, pauores, & omnia dira furtim inſerebat, nihil in Rege Hiſpa-
niæ fidum, nihil in Auſtria tutum eſſe, pereuntem Belgio, exitium proceribus quæri, ſtan-
dum in vigilia, & occulta Hiſpaniæ conſilia introſpicienda, priùs aquam mari defore, quàm
Hiſpano fraudes.

In animo Regis reuoluente iras memoriam valere, etiamſi impetus offenſionis langue-
ret. Eum ad pacis conditiones per vim à fœderis ſuis adactum in tempore redditarum. Hæ
literę ſi rebus integris ad ordines allatæ eſſent, velut fulmen quoddam otio publico iniectum C
nouos motus allaturæ erant, ſed re confecta in irritum ceſſere. Opinio fuit Arauſionenſem
domeſtica mala publico exitio redimere voluiſſe, quod turbidi rebus comploratis factitare
ſolent. Idem alias ad ordines literas ſubiunxit, quibus eos quaſi patriæ proditores, infamia
& flagitio onerabat, animus eius à pace abhorrebat, quod in Holandia Regem ageret ſoluſ-
que cum ſummo imperio ciuitates vectigalia, exercitus arbitratu ſuo regeret, & ſupra ipſum
Hiſpaniæ Regem ſcanderet, vitio humani ingenij, quod inquies & indomitum ſemper in
certamine gloriæ, aut dominationis agit. Quare neque perpetuo edicto, neque paci Ganda-
uiſ firmatæ ſtabat, Catholicos in Holandiam edicti auctoritate redeuntes, varijs moleſtijs
exercebat, ſacerdotiorum annuos prouentus ſectæ miniſtris addicebat, templa euertebat,
ſacram ſupellectilem ſub haſta vendebat, è templorum ruinis Sparedani, & Crimpeni mu-
nimenta inſtaurabat denique omnia mouere quàm conſidere, & quieſcere malebat. Ordi- D
nes Holandię & Brabantię, in verba Arauſionenſis iurarant, à quibus diſcedere nefas, & re-
ligionis ſpecie extraneis ſeruire, quàm Philippo legitimo ſuo Principi aliquid concedere,
potius habebant, idque Duci Areſcotio ordinum, & Auſtriæ oratori coram in os ſignifica-
runt: quod gnarum Auſtriæ, qui per literas ad Regem, Hiſpaniæ imperium Belgij detre-
ctat, in quo ſine ſanguine, & cæde nulla ſpes otij appareat. His literis ordines offenſi ab Au-
ſtria magis in dies abhorrebant, neque ſedulò id agebant, vt fidem in conuentione datam li-
berarent. Tum verò Auſtria inani fama perculſus, cùm ſibi vincula & carcerem intentari
crederet, pacis conſilia vno impetu abrupit, & ab ordinum ſocietate prudens ſe abſcidit, vn-
de res Philippi in Belgio penitus afflictę ſunt: quatuor enim Germanorum cohortes, quibus
ad diem repræſentati ſtipendia non erant, & Gallobelgas pleroſque qui in armis ſtabant,
cum ducibus ſibi adſciuit, ad Antuerpiam & arcem animum adiecit, in quibus belli ſumma E
fore videbatur, futuri ſecurus, dummodo prauam libidinem expleret. Eo enim animo erat,
vt imperium ſibi in arctu eſſe, & leges ab ordinibus dici, ferre non poſſet. Tum verò illæ
conſultationes quæ non niſi mora valebant, ab eius ingenio imperij, & gloriæ auido alie-
næ erant.

Eo igitur animo Machliniā profectus Germanos ad ſe traxit, tum vt eorum fidei arcem
Antuerpienſem permitteret, Principem Cimaienſem Ducis Areſcotij filium ſuis partibus
minùs æquum honeſta ſpecie arcis præſidio ſummouit, quaſi eum ſibi comitem in ſalutan-
da Bearni Principis ſorore, quæ ad aquas Spaias aduentabat, depoſceret, mox Namurcum
profectus eſt, vbi Bearnenſem virginem regio paratu excepit. Inde venatum egreſſus in re-
ditu in arcem Namurij irrepſit, quam nouo pręſidio firmatam obtinuit. Tum apud ordines,
& conſilij proceres inſidias cauſatus, ſe, vt ſaluti ſuæ conſuleret, & præfecti Belgij auctorita- F
tem à Rege ſibi traditam vſurpare inciperet, in hanc arcem recepiſſe oſtendit. Fa res con-
ſilij proceres anxius habuit, qui prolixè omnia polliciti ſunt, veniret modò Bruxellas, &

quod

A quod adhuc fecerat Belgio pacem faceret.

Antuerpiẽſis arx euertitur.

Inter hæc, conſilia eius de arce Antuerpiæ occupanda deprenſa euanuerunt, arx plebeculæ concurſu euerſa eſt, Germani Belgio exacti, omnes qui ab Auſtriaco ſtabant durius habiti. Arces Gandaui, Valencianæ, Lillæ, tumultu populi ſolo æquatæ, omnes penè vrbes præſidiis regiis inſeſſæ ad ordines tranſgreſſæ ſunt. Interim Arauſionenſis captata occaſione imperiũ longiùs in dies proferebat, Amſtelrodamum terra mariq; veluti cuſtodia clauſerat, Harlemum præſidio firmarat, Catholicæ fidei ritus inhibuerat, Traiectum munitam vrbem arce diruta irrepſerat, eamq; ſuas leges accipere coegerat, cùm inter hæc Auſtria & ordines ſcriptis editis inter ſe velificarentur, & ſuas quiſque partes iuſti & æqui initamentis tueri tenderent. Dum res Belgij variis ſeditionum flabris ventilantur, in Africa belli faces ardebant, Tuneti arx validis propugnaculis aduerſus Turcos munita erat, qui ſecundo
B Nonas Iulij, anno 1574. obſidionem adornarunt. Pro Rege Hiſpaniæ Gabriel Serbellonus ſummæ rei tum præerat, à quo Tuneti præſidio bis mille Hiſpani, totidem Itali impoſiti ſunt, Goletam Hiſpanorum duo millia inſedere. Vtraque vrbe pulſi omnes qui bello inepti erant. Tum verò Turci ad quindecim millia per agros vagi & palantes ſparſi, qui commeatus & annonam corraderent, mare trecentis biremibus Turcicis, duodecim roſtratis nauibus, ſedecim maonibus, (onerarias vocant) ſex caramuſſalinis, 60. phaſelis verſum ſtridebat, Vluccialio maris præfecto, terreſtris exercitus, Sinano Sclauo purpurato, Sultani genero commiſſus erat. Is Aidato purpurato Caroani, Tuneti oppugnationem mandauit, ipſe Goletam verberandam ſibi ſumpſit. Aidatus ad ſuburbij portam vim fecit, vnde à Pagano Auria ſubitò irrumpente non citra noxam pulſus eſt. Mox tamen Serbelloni iuſſu derelicto ſuburbio in munitionem omnes impunè ſe recepêre.

Goleta à Sinano aggreſſa & verberata.

C Diuerſa parte Sinanus pedites ſupra 30. millia Goletam traxerat, & quia ſtruendis aggeribus terra deerat, nauigiis lanam, & vidulos vacuos, qui arena oppleti aggeres & tumulos efficerent comportarat, vnde verberatio 40. tormentis procederet. Goletæ propugnaculum quadrata forma quatuor ab occaſu munimentis firmatum erat, quorum validiſſimum, S. Petri nomine inſignitum, ab ortu duobus aggeribus planis in ſummo munitum erat, quibus foſſæ cum ſubterraneis caſis, (chaſmata vocant) prætenſæ. Paganus Auria Andreas Salazarius, & alij ſtrenui duces frequentibus eruptionibus tantum terrorem hoſtibus iniecerant, vt neque oculis, qui primi in omni prœlio vincuntur, neque animis competerent. Ex Tuneto Goletam, ex Goleta Tunetum vltro citroq; milites pro loco & tempore commeabant, quod vbi Turcis innotuit, canalem, quà traiectus erat, occuparunt, & eiuſmodi commercia inhibuerunt. Portocarrerus auctor erat, vt copiæ omnes è Tuneto Goletam, in qua
D rei ſumma vertebatur, cum Serbellono tranſirent, cui conſilio ſi locus fuiſſet Philippi rebus melius conſulebatur, cùm Tuneti arx inchoata tãtùm, & commeatuum inops ſuis viribus ſtare non poſſet, Goleta copiis abundans coniunctis viribus facilius hoſtium opes fregiſſet. Serbellonus laborantibus quadringentos pedites Martino Acugnæo, Iacobo Maldonato, & Hercule Piſano ducibus auxilio ſummiſit, qui nocte adulta mille paſſuum ſpatio vadatis paludibus ne in hoſtes inciderent, incolumes Goletam ſecundo Kal Septembr. euaſerunt. Poſtridie Turci ad propugnaculum S. Petri vim faciunt, vnde cum ingenti ſtrage pulſi, fugatique ſunt. Mox à Serbellono quadringenti alij Garſia Toletano & Montano Salazaro ducibus ſuppetias miſſi, qui in itinere, leui prœlio cum hoſte defuncti, nullo ex ſuis deſiderato incolumes appulerunt. Nono Kal. Septembr. impetus ad ruinam factus tantis animis, vt obſeſſi penè omnes ceciderint, trecenti cùm viri, tum pueri, & fœminæ ſuper-
E ſtites, in quibus & Portocarrerus, in manus hoſtium venerint. Arx Sinani iuſſu ſolo æquata, ducenta tormenta capta, tum opulenti commeatus omnis generis in naues illati.

Tuneti arx à Turcis aggreſſa.

Mox omnis impetus per 12. dies in arcem Tuneti incubuit, cuniculi, puteis in arce apertis, ſulphureo puluere incenſo, terræ aggeres in Turcos reuoluere, 7. Idus Septembr. vis ad ruinam facta, ſcalis pluribus locis admotis, vt Hiſpanorum vires diſtraherentur, multa hoſtium ſtrage proceſſit. V. & tertio Idus renouati impetus Turcis exitio fuêre. Poſtridie propugnacula omnia capta, Serbellonus poſt diuturnum certamen vulneribus confectus viuus in poteſtatem Sinani venit. Senaguera cum trecentis militibus turri Siclæ impoſitus vitam pactus in Siciliam vela fecit, Sinanus per triumphum Conſtantinopolim, victoria & præda lætus ingreſſus eſt, vbi proximè palatium Selimi, ſeptum tam graui igne arſit, vt decem auri millionibus & amplius id damnum ſteterit.

Selimus diẽ ſuum obit. Amurathes Selimo patri ſuccedit.

E Eo anno III. Idus Decembris Selimus obiit, crapula, & luxu perditus, cùm imperij ſui tempus octo annis definitum à mathematico accepiſſet, cui ſucceſſit Amurathes filius 27. annos natus Humacaduna matre, quæ patre nobili Veneto infans in ſeptum captiua deportata

portata

portata eſt, vbi Mahometi ritibus imbuta Selimo in thori conſortium venit. Amurathes A Idibus Decemb.quinq; fratribus fauces in oculis ſuis tradito Turcis more elidi iuſſit, in Solimani fratris natu minimi morte lachrymis non temperauit.

Ioánes Moldauiæ Vaiuoda ad Chriſti fidē transgreditur.

Inter hęc Ioannes Moldauię Vaiuoda eiuratis Mahometi ritibus ad Chriſti fidem transgreſſus eſt, cuius rei fama Petrus Vaiuodæ Valachiæ frater, ad portam vbi omnia venalia ſunt, per purpuratos muneribus corruptos apud Selimum euicit, vt annuo centum & 20. millium Soltaninorum vectigali pacto Moldauiæ Vaiuoda crearetur, qui coniunctis cum fratre Valachiæ Vaiuoda copiis, ſexaginta militum millia refecit: mox tranſmiſſo fluuio Moldana, cùm de via feſſi milites in tuto ſe eſſe rati corpora curarent, Ioannes Moldauiæ Princeps validiſſima Coſaccorum manu ſeptus (ita Polonos vocant, qui populationibus ſueti perpetuò in armis excubant,) in hoſtes nec opinantes tantis animis impreſſionem fecit, vt omnes penè ferro, aut aquis, ceciderint, Valachia victori prædæ fuit, Petrus & Vaiuoda frater in arcem Brailam à Turcis inſeſſam fuga euaſêre, quam Ioannes obſidio cinxit, B petiitq́; vt ſibi Petrus dederetur. Præſidij præfectus ad Ioannem 20. ſclopettos per famulos miſit, monuitq́; vt abſcederet, niſi eiuſmodi muneribus è propinquo excipi vellet. Ioannes ira percitus naribus, auribus, labris nuntios truncatos, & altero pede ex palo ſuſpenſos iiſdem ſclopetis in conſpectu arcis confodit, & ſcalis ad muros admotis in oppidum inſiluit, quo igne corrupto præſidiarios omnes excidit. Inde Coſacci Suerxio Duce XII Turcorum millia quæ ex finitimis præſidiis concurrerant, deleuêre, mox alios totidem exitio dedêre. Arcem tormentorum penuria intactam reliquere, Teinum vrbem incendêre. Tum ad mare maius in quod Danubius multis oſtiis influit Bialogrodum oppidum opulentum intercepêre. Inde inter Teinum & Bialogrodum X X. Tartarorum & Turcorum millia fudêre, caſtris exuêre, opima ſpolia capto duce retulêre, qui cum ducentis captiuis Ioannis iuſſu falcibus fœniſecis omnes diſſecti ſunt. C Cùm Ioanni omnia ſupra votum fluerent, Zaruieuicio Barcabalo præfecto dat negotium, vt tranſitu Danubij Turcos aduentantes prohiberet, qui pecunia corruptus aditum patefecit, & cùm ducenta millia eſſent, numerum plus iuſta parte imminuit, & dena millia eſſe Ioanni renuntiauit: quare in pago vbi ſe foſſa & vallo muniuerat Ioannes ad deditionem coactus contra fas gentium artuatim laniatus eſt, Coſacchi & Moldaui ad XXX. millia contra fidem in conuentione datam cæſi ſunt. Moldauia, & Valachia ſub poteſtatem Selimi cecidit.

Iubilæi annus Romæ celebratus.

Anno 1575. ineunte Romæ annus Iubilæi ſanctus celebratus eſt: eius origo à Bonifacio V I I I. Pontifice Max. ſub annum 1300. à quo ad noſtra tempora deductus eſt. Tanta frequentia eo anno peregrinorum Romę fuit, vt 120. millia numerata ſint. Boniſacius centeſimo quoque anno iubileum inſtituerat, Clemens VI. anno 1350. ad quinquageſimum reuocarat. D Anno 1475 annis 25. definitus eſt.

Genuana ſeditio.

Id temporis Genuæ ſeditio grauis inceſſit, quòd iam quindecim annis nemo plebeius in patricios allectus eſſet, cùm ex decreto anni 1528. quotannis decem è plebe in patricios cooptandi eſſent. Plebes malis moribus imbuta, & in artes, vitaſque varias diſpalata inter ſe minimè congruens, de nocte vaga per vrbem arma quatiebat, & partium conſcios ad tumultum vocabat, ſed vicit Reip. fortuna, vt plures otium agerent, & malo publico abſtinerent, patricij tamen veteres populi factione vrbe pulſi arcem finalem ſe recepêre, quibus Ioannes Andreas Auria ducem ſe præbuit. Maximilianus Cæſar Philippus Hiſpaniæ Rex, Ioannes Auſtria Philippi frater ad hos motus ſedandos auctoritatem ſuam interpoſuêre. Henricus III. Galliæ Rex Marium Biragum Genuam miſit, qui Reip. ſuis verbis libertati aſſerendæ omnia prolixè oſtentaret. Is ſumma populi lætitia exceptus, & auditus eſt, vt omnium ſtudia in Regem Galliæ prona viderentur. E Gregorius X I I I. per oratores ſuos id maximè operis habuit, vt ita animum detumeſceret, diſcordiæ ſopirentur. Sed in tanta animorum iactatione labor irritus erat, Noui patricij à veteribus, plebeij ab vtriſque diſſidebant. Pleríque omnes in popularе impetium conſentiebant. Ioannes Auria belli ſummæ cum ampliſſimo imperio præpoſitus, triremes aliquot à Ioanne Auſtria precario expreſſerat, arma vbique ſtrepebant, res in neruum erupturæ videbantur. Hiſpani & Germani à patriciis veteribus ſtabant, Franciſcus magnus Hetruriæ Dux à nouis, quiſque partibus ſuis impendio fauebat. Auria portum Veneris ſui iuris fecit, portui Spetiæ, Chiauaro, Rapullo, Seſtrio ius veteris nobilitatis impoſuit, & Genuam inſeſſo mari velut in cuſtodiam tradidit, occluſis annonæ ſubſidiis. Nauis vna tritico onuſta, ſale altera, tertia lana, captę, Gauium & Nouieum vrbes deditione occupatæ.

Veſaium à Petro Cabella direptum.

Diuerſa parte Petrus Cabella nouæ nobilitatis auſpiciis Veſaium contra deditionis pacta diripuit. F Demum admitentibus Italiæ, Germaniæ, Hiſpaniæ principibus, maximè verò

Duca-

A Duca Gennæ, qui recèns inauguratus & coronatus erat, in pacis faciem ventum 7. Kal. No-
uemb. veteres & noui patricij inter ſe, tum verò cum plebe in gratiam rediêre: leges paci-
ficationi dictæ, vt Reſpublica Genuenſis in poſterum ab vno tantum nobilitatis ordine age-
retur, vt cùm olim octo Reip. rectores fuiſſent, XII. in poſterum eſſent, vt centum XX. ci-
ues eligerentur è maiori conſilio, vnde rectores & procuratores ſorte ducerentur; & cetera
talia quæ hodieq; Genuæ obtinent.

Dum res Italiæ in eo ſunt, Maximilianus Cæſar in Germania id egit, vt Rodolphus na-
tu maior filius Rex Boemiæ primùm, mox Rex Romanorum renuntiaretur. A Cæſare Fran-
ciſcus magnus Hetruriæ Dux, Ioanne Baptiſta Concino oratore apud Maximilianum ne-
gorium ſedulò vrgente expreſſit, vt eius voluntate magnus Hetruriæ Dux, quem titulum
Coſmus I. à Pio quinto acceperat, appellaretur. Cæſar iura omnia quibus Florentiam ſi-
B bi deuinctam eſſe aiebat, 5. Idus Nouembr. Franciſco ceſſit, & ſuper ea re ſententiam ple-
nam ferri paſſus eſt. Concini in eo negotio diligentia maximè enituit.

Inter hæc in Polonia per fugam, & exaugurationem Henrici III. Galliæ Regis ad noua
comitia regni ventum, quibus re variis contentionibus agitata Anna Sigiſmondi demortui
Regis ſoror, Sigiſmondi deceſſoris eius filia, quæ ſola è gente Iagellonis ſuperabat, Regina
renuntiata eſt, ea lege, vt Stephano Bartorio Tranſſyluano nuberet, qui per vxorem re-
gnum occepit. Id Amurathi Sultano acceptum, cui præcipua cura, ne Maximilianus Cæ-
ſar ei regno præficeretur. Is vt anxios ſui Polonos haberet, Tartaros ad centum 50. millia
in Ruſciam immiſit, à quibus ducenta Polonicæ nobilitatis prætoria, innumeri pagi incen-
ſi, præda ingens auecta, Coſacchi viri ſtrenui abeuntium tergis hærentes, extremum agmen
carpſêre, vbi ad fluuium Neſterem Tartarus gigas interemptus, tam ſtupendi ſtatus,
C vt frons eius 24. digitos pateret, iacens mortui corpus ad vmbilicum erecti hominis per-
tineret.

Anna Sigiſmundi Regis vxor, Regina Poloniæ renũciatur,

Amurathes id temporis otij amans, à bello alienus, in Chriſti fidem pronior regni ſui au-
ſpiciis XII. & lampades aureas Hieroſolymas honeſtando Chriſti Domini ſepulcro miſe-
rat. Is maſculam ac præpoſteram Venerem grauibus ſuppliciis damnarat, vxorum multitu-
dinem edicto vetuerat, ipſe vna contentus, cæteras quæ in ſepto habebantur vitis elocaue-
rat, pondera mercatorum iniqua, & menſuras per ſe explorarat, & correxerat, annonæ pre-
tium ex æquo & bono poſuerat, dardanarios in furcam egerat. Ei annonam curanti du-
centa nauigia tritico & copiis onuſta graui Africo in Ægeo mari, Archielagum vocant,
afflicta, XX. triremes profundis hauſtæ, viginti quaſſatæ, varia nauigia merſa, mille ampliùs
annonæ adminiſtri naufragio periêre.

Amurathes in Chriſti fidẽ pronior,

D Sub id tempus in Africa Harmetus Xeriſeus, & Mehemetus Xequius fratres obſcuris
natalibus in regno Doræ nati, qui ſe à Maſamedo genus ducere gloriabantur, arcana ſectæ
Mahometanæ in regno Ferzano docti, cùm apud Regem Doræ magna doctrinæ & pietatis
exiſtimatione eſſent, in regnum Suſſium ab eo miſſi ſunt, vt labentem ſectæ diſciplinam, &
ſacrorum ritus reſtituerent, quod illi ſingulari ſolertia, magna populi fama, & gratia perfe-
cêre. Id cùm ex voto flueret vulgi ſtudiis concurrentibus ante omnia Suſij, mox Doræ &
Tafileri regna ſui iuris ac iudicij fecere.

Hatmetus Xeriſeus & Mehemetus Xequius in regnũ Suſſiũ à Dora Rege mittũtur

Inde fortuna cum ambitu gliſcente ſecundo populi rumore regnum Fetzanum, & Ma-
roccium ſub imperium cœpere, capti in fidem ac ditionem imperantium conceſſere, tam
pronis omnium animis, vt finitimis terrori eſſent. Sed quibus concordibus res ex ſenten-
tia ſucceſſerant, iiſdem diſcordibus cùm ex ſublimi eſſent dilapſæ ſunt. Hatmetus Xeriſeus
E natu maior pari iugo cum fratre incedere abnuebat, Xequius cuius induſtria par fuerat,
imperium impar detrectabat, quare ad arma ventum, & fortunæ belli res permiſſæ, quæ
Xequio pro meliori fuit, Xeriſeus prœlio captus regnis Doræ & Tafileri fratri ceſſit. Ite-
rum noui Xeriſeo belli paratus, noua clades fuit, quia non minùs humanitate, quàm armis
à fratre victus eſt, à quo tamen otium capeſſere, & in rebus lætis ac prolixis Taliſeri regno
vti, frui iuſſus eſt. Mox Xequius à Rege Fetzano, Turcorum, & Regis Algerij auxiliis la-
ceſſitus eſt, quibus adnitentibus pulſus, regno Fetzano ceſſit, & aduerſus Xeripheum fra-
trem extrema conſilia ſequutum duxit, quo ſecuri percuſſo Taliſerum populatus eſt. Ea
victoria elatus in Regem Fetzanum flexit, & Abdalam filium, interempto Rege, guberna-
culis admouit, qui patre Xequio ſuorum proditione interfecto rerum latè potitus eſt. Is
Xerifi cognomentum ſibi ſumpſit quod à Xeriſo Maſamedi nepote ortus eſſet. Abdalæ
F mortuo Muleius Mehemetus Xeriſeus filius, patruis pulſis, in regnum ſucceſſit, & è fratri-
bus alterum neci dedit, alterum ſub cuſtodia habuit. Cùm autem ſæuitia graſſaretur, Mu-
leius Malueus patruus eius, ad Amurathem perfugium habuit, à quo 13. Kal. April. anno
1595.

ſ 595.in regnum,copiis Xeriphei profligatis, reſtitutus eſt.Is Fezę inauguratus ſummo po- A
puli ſtudio,& coronatus,altero prœlio Xerifeum pridie Calend. Iulias vicit,& 16.Kal. Se-
ptembris,Marocci Rex ſalutatus,ac inauguratus eſt.

Sodales S. Auguſtini aditum ſibi in Sinas aperiunt.

Id temporis Sodales S.Auguſtini aditum ſibi in Sinas aperuerunt, & de regni illius inſti-
tutis mira prodiderunt.Dum in eo ſunt anno 1576. peſtis in Italia contactu ſerpebat, cuius
origo Tridenti fuit in Italiæ & Germaniæ confinio , per cauſam nundinarum , & panegy-
reos , quæ menſe Iunio in ea vrbe magna frequentia & celebritate totius Europæ agitaba-
tur.Cauſa cõtagij à Veſpillonibus & Sandapilariis, perditis nebulonibus facta,quos Veneti
Nettesinos,à veſtibus tergendis , Hetruſci Buccamortes, & Becchioos, quaſi parabolanos,
mortuales , & omni ſpurcitia inquinatos vocant , quòd in domos peſte vaſtas ſubeunt , &
deſperata audacia lintea , veſtes, ſudaria tabo & ſanie infecta purgant , mox quaſi pura pro
integris venditant, vnde publico malo priuatum bonum faciunt,& ditiſſimas domos cum B
puluiſculo conuertunt Hæc hominum propudia è Germania Tridentum ad nundinas lin-
tea carbaſina,& linea varij operis,& veſtes bõbycinas,multicias,& pellucidas contagio vio-
latas comportarant,quas in publico venales expoſuerunt, vnde peſtis per Italiam, Siciliam
Inſubres & Ligures diſſeminara,Venetiis maximè ſęuiit,tam celeri incendio,vt ęgri ſine yl-
laſpe remedij ſiti vſti,phreneſi correpti,furiata mente,morti ſtatim concederent.In ea vrbe
ſupra 70.millia funerum fuere.Patauium,Vincentia,Verona,Papia Mantua,Breſſia,Medio-
lanum,pari clade peſſum iere.

Peſtis in Italia, Sicilia Venetiis, &c.

Inter hæc Albericus Dioſa , qui infans à Turcis captus Chriſti fidem Conſtantinopoli
eiurarat,cùm Raiſio Turco myoparonis nauclero, qui Ægeum mare latrociniis infeſtabat,
in delitiis eſſet,coniuratione inita cum remigibus Chriſtianis,Raiſium ſomno ſopitum ob-
truncat,& incolumis Neapolim 30.Turcos compedibus vinctos trahit,Chriſtianis remigi- C
bus Raiſij ſuppellex argentea prædio fuit.

Id temporis Maximilianus Germanię comitiis Ratisbonam indictis apud imperij proce-
res de Poloniś conqueſtus eſt,à quibus infra Battorium habitus erat. Ad eum Cæſar Moſ-
chus literas aureo vaſe incluſas cum opulentis muneribus miſit , quibus ſocia arma aduer-
ſus Polonos oſtentabat.Sed ſocietatem mors Maximiliani diremit:mortui corpus apertum
eſt,In corde durities reperta lapidi non abſimilis , vnde perpetua cordis palpitatio mortem
ei conſciuit:quinque patri filij ſuperſtites fuêre,Rudolphus,Erneſtus,Mathias,Maximilia-
nus,& Albertus Iiſdem comitiis Rudolphus filius natu maximus 24.annos natus Cæſar re-
nunciatus eſt.Diuerſa parte Stephanus Battorius 7.Cal.Maias anno 1576. Cracouiæ , Rex
Poloniæ cum Anna vxore iunctus , & coronatus eſt , à quo Ioannes Baſilius Moſchus ad
officia pacis fruſtra vocatus.Is repulſæ dolore ardens in Liuoniam cum exercitu irrupit , & D
torrentis more obuia quęque vertens ſtragem per agros edidit,cuius impetum ad Veodam
oppidum nobile Liuonenſes deleto eius exercitu fregête.

Tama Rex Perſidis moritur.

Cùm in eo ſunt iu Perſide Tama Rege mortuo , Iſmael , in quem ſumma rerum recide-
rat,belli in Turcas conſilia ſumpſit, de quo priuſquam agam pauca de Turcorum & Perſa-
rum ritibus & inter ſe odiis ſubiicienda ſunt.Saraceni non à Sara monte,aut Sarra Abrahæ
vxore , quod vulgus hiſtoricorum exiſtimat , ſed à Saraca regiune Arabiæ Nabathæis fini-
tima dicti ſunt , auctore Stephano . Ptolemæus primus omnium Sarracenorum meminit,
quos Ammianus Scenitas Arabas eſſe ait,certè Sarak Arabum lingua prædonem ſignificat,
vnde Saraceoi prædones Arabes dicti , vt Cimbrones latrones Cimbri, Scoti, & Scotobri-
gantes,olim prædones Britanni , qui loca ditionis Romanæ populabantur. Saracenos Epi-
phanius Agatenos,& Iſmaelitas fuiſſe ſcribit , quorum 12.tribus fuerint. Eos S. Hierony-
mus Luciferum,& Venerem coluiſſe prodit. Gens adeò vilis, auctore Ammiano,vt eorum E
amicitia nec Romanis expetenda,nec inimicitia metuenda fuerit. Deſidente imperio prin-
cipibus Romanis interdum & Perſis mercede militarunt , vt Agathias & Zonaras
ſcribunt.

Sepulchrũ ferreũ Mahometa in aëre nullo fulcro vi magnetis ſuſpenſum.

Sub Heraclio Mahometes Saracenus ex Arabia felice emerſit , vbi Mecha frequens em-
porium , Mecharam Ptolomæus vocat,Mahometæ patria, & Tanalbi ciuitas prophetæ ſe-
pulchro ferreo nobilis,quod in aëre nullo pede aut fulcro vi magnetis ſuſpẽditur.Eo quo-
tannis vndique Saraceni, & Turci peregrinationes religionis ergò ſuſcipiunt , vt natale ſo-
lum Mahometæ viſant, quo ſpectaculo ſupra humanum gaudium læti plerique ſibi oculos
effodiunt, quod nihil aliud oculis ſuis dignum occurrere poſſe ſperent. Fundata lege deci-
mo ſui principatus anno Mahometes,ſub annum Chriſti 623.mortuus eſt, cùm natus eſſet F
anno 597.ei ſucceſſit Euboëara,qui ei Ebubachar,& Addalla. Is Calipha dictus , quæ vox
Pontificem,aut religionis principem ſonat,à quo reliqui Arabes ſub imperium miſſi, Gaza,
& Rama,

A & Rama, pluresque aliæ vrbes vi captæ. III. Calipha fuit Aumar, à quo Paleſtina Heraclio
erepta, Hieroſolymæ captæ, Syria, Phœnicia, Ægyptus, Damaſcus, Meſopotamia vecti-
gales effectæ, Cyprus & Rhodus, & ipſa Perſis Ormiſda Rege Choſrois filio cæſo oppreſſæ.
Is à Poſſa Almigra libellum ſupplicem offerente confoſſus eſt, IIII. Calipha Oſmanus
in Africam irrupit, vbi Mahometæ leges in quatuor libros deſcripſit, & Alcoranum indi-
gerauit. Moauia legatus eius Coloſſum Rhodium afflixit, cuius fragmentis nongenti ca-
meli onuſti, Conſtantem principem nauali prœlio vicit. Oſmano ſucceſſit Alius percuſſor
eius, Mahometæ gener, à quo Alcorani leges plurimum immutatæ, vt Gulielmus Tyrius
ſcribit, vnde duæ ſectæ natæ, altera Mahometæ, quam Sungorum vocant, altera Alij, quæ
Siorum dicta. Alio interempto in Arabia ſuffectus Alharemus filius, Calipha Sextus, qui
prœlio victus à Moauia. VII. Calipha & cæſus eſt. Is Conſtantino Conſtantis filio an-
B nui vectigalis tria millia auri pondu, & 50. equos pependit, 50. captiuos reſtituit. Com-
mentarios libros in Alchoranum, qui adeò excreuerant, vt 200. cameli vix ferendo
eſſent, ad duos recidit, vt ſex Alchorani libri eſſent. VIII. Calipha Ieſin, qui & Gi-
ſid Moauiæ filius, ſub quo Mutat, prophetam ſe ferens in Perſide, cœlum terræ miſcuit.
Gizido ſucceſſit filius Amet, Calipha IX. Abimelechus Calipha X. Vlid XI. Zulcimin
XII. Aumar XIII. Gidid XIV. Eulid XV. Gidid XVI. Hiceus XVII. Marna XVIII.
Sub quo Abdalla Mahometæ nepos, Meſopotamiam, Abubala frater eius Perſidem, Se-
limus Alij filius Ægyptum, Abdalla frater eius Syriam obtinuit. Abubalæ Caliphæ ho-
nor attributus, mox Abdalæ Alij filio, qui XX. Calipha cenſetur. Madis Abdalæ fi-
lius XXI. Moiſes Madis filius XXII. Aaron frater XXIII. Muhamat, ſiue Mahome-
tem-mauis, Aaronis filius, in veteris Babyloniæ ruinis Baldachum vrbem, quæ & Baga-
C da dicta, exſtruxit, & Calipha Baldachi nuncupatus eſt, Abdalla Alij Mahometæ gene-
ri nepos, Mehedi vocatus, id eſt, exæquator, quòd diuerſas ſectæ opiniones ad vnam
æquabilem reuocaret concionibus ſuis in Africa omnia in ſe traxit, vbi Mehomediam vr-
bem regni Africæ caput condidit, & Caliphan Africæ ac Siciliæ ſe pronuntianit, qui ti-
tulus filiis eius ſtetit. Abutamin qui Elcain, nepos eius Ægyptum ſui arbitrij fecit, &
Cairum vrbem infra Alexandriam exſtruxit, Calipha Ægypti dictus, mox vt maieſtas gliſ-
ceret ipſe bello abſtinuit, & Sultanum rei bellicæ præfecit, anno 1173. Sultanus Seladi-
nus Calipha cæſo ipſe principatum arripuit, Caliphæ ſucceſſoribus Pontificium, & ſacer-
dotium reliquit, imperium abrogauit. Seladino in imperium ſucceſſit Sephadinus fra-
ter, 12. Seladini filiis interſectis. Sephadino filius Melchadinus, Melchadino Melechius
Sala, quem Mamaluchi ſtipatores, quales hodie apud Turcam Ianiſſeri, oppreſſerunt,
D inſtitueruntq́; , ne quis niſi ſuis ſuffragiis Sultanus fieret, ne principatus hereditario iure
obueniret, ne magiſtratus niſi ex ſuo ordine legerentur, in quem ſoli Chriſtiani fidei de-
ſertores allecti, Iudæi & Sarraceni excluſi: quod inſtitutum valuit ad annum 1517. quo Se-
limus Turcus Tonombeio Ægypti Sultano victo, & capto fauces eliſit: quemadmodum
autem anno 117. per Seladinum Ægypti Caliphæ exſtincti ſunt, ita & anno 1260. Caliphæ
Baldachi per Hoalamim Chami Tartari fratrem exoleuère, à quo capto Baldacho, Cali-
pha auri plus æquo diligens, inter theſauros fame necatus eſt. Tartari Baldacho pulſi ſunt
ab Ottomanis, qui ad eam magnitudinem in qua hodie poſiti, trecentorum annorum ſpa-
tio exceſſere.

Id temporis Seich Heider, qui & Secaidar dictus in Perſide Mahometæ legem nouis in-
terpretationibus interpolauit: eum nonnulli Harduelem vocant, alij Harduelem nobilem
E Secaidari amicum fuiſſe volunt, cui Vſumcaſſanus Rex Perſidis Mattham filiam colloca-
rit, ex qua Iſmaelem Sophi ſuſceperit, qui Vſumcaſſano tandem regnum eripuerit, & in
ſummam claritudinem euaſerit. Sophi Arabes lanam vocant, quòd ij qui Vlij ſectam ſe-
querentur, cydarim non ex byſſo, ſed ex lana humilitatis ergo gererent. Memini tamen
apud Cedrinum me legere Sophiam Perſis dici principem, aut præfectum, eiuſmodi capi-
tis inuolucra 12. plagulis rubris intexebant, vnde dicti Ciſelbaſſi, & Cheſelbaſſi, quaſi dicas,
capita rubra, & Enarſſerlarij, quæ vox duodecim plagulas ſignificat. Iſmaelem filius Tha-
mas, ſeu Sciactamas excepit, quæ vox regem Tamas ſignat, quem ſuperiori anno mortuum
oſtendimus. Is à Solimano Tauriſo, quam Ecbatanam eſſe volunt, aut Tigrananam, prin-
cipe vrbe Perſidis, & Meſopotamia pulſus quadrageſimo imperij anno exceſſit, relictis XI.
filiis maribus, quorum maximus natu Muhametes, quia totum ſe in litteras abdiderat,
F imperij molem reſpuit, vt cultui Dei vacaret, quare & Codabanda, quæ vox Dei ſeruum ſo-
nat, vocatus. Inde ſummæ rei Haidar Mirſes tertio loco natus, voluntate patris, & Muha-

Seich Heider Mahometæ legem nouis interpretationibus interpolauit.

meris impoſitus eſt. Iſmael ſecundogenitus, quia truculentior à patre in arcem Cahacam A
relegatus erat vix XV. dies abierant, cùm factione Peria Cononæ ſororis Haidaro capite truncato, Iſmael ad regnum aſſumptus eſt, qui Casbinum regiam vrbem in Media, quam nonnulli Europam Nicatoris, & Arſaciam Parthorum fuiſſe volunt, aduenrans, ſolennia regni capeſſit, vbi ſtatim exempla innatæ ſæuitię prodidit, reliquis fratribus, excepto Muhamete, interemptis, & omnibus aliis, qui à fratre Haidaro fecerant. Quæ barbaries inaudita Perſis, & inuſitata priùs fuerat. Belli cauſæ cum Turcis fuère, non quòd Iſmael à Calipha Bagdati coronatus fuerit, ſed quia Curdum Amurathi inuiſum omnibus officiis complexus eſſet. Curdos veteribus Chaldæos eſſe volũt, quibus Curdus Sangiaccus impoſitus, mox à Selimo ad portam arceſſitus, cùm caput ſuum agi videret, ad Iſmaelem refugerit, qui aduerſus Selimum, & Amurathem eum tutatus ſit. Alij bella religionis aſpectu inter Amurathem & Iſmaelem atiſſe volũt. Amurathes ne in multa diſtraheretur, cum Rodolpho Cæſare fœdus ad octo annus firmauit. B

Ieſuitæ fidẽ Chriſti in Bungo propagant.

Id temporis Sodales Societatis Ieſu fidem Chriſti in Bungo Iaponenſi prouincia propagarunt. Rex Bungi Franciſcus, filiòs, & pleroſque principes viros, ſacro baptiſmatis fonte tingendos curauit, Reges Arimæ & Omura Chriſto ſacramento dixère, quibus nomina Andreæ & Bartholomæi condita.

Franciſcus Alenſonius turbas mouet.

Inter hæc in Gallia, res in turbido erant, anno 1575. Ad eos motus ſedandos Regina Mommorantio, & Coſſæo Comitibus in Turones pergit, vt illa ad meliora flectat. Thoræus ad Alenſonium è Germania duo millia equitum, quadringentos ſclopetarios Gallos, centum equites loricatos è nobilitate Gallica trahit, quos in Campaniam Matrona amne tranſmiſſo longiùs progreſſos, Henricus Guiſius ad Theodorici caſtrum mille equitibus cataphractis, 14. peditum millibus ſeptus, ad prœlium inuitos coegit. Dux Meduanus irruptione in pedites facta, Guiſius in Germanos equites latè fugam cient, Halfeſteinius cum legato exitio datus, Claudius Antonius Viennenſis Clarauentius è fuga retractus precariam vitam ab hoſte obtinuit, Guiſius à milite, quem ardentius inſequebatur, confoſſa globo plumbeo ſiniſtra mala grauiter acceptus eſt. Thoræus improſpera fama cum Antonio filio Rupipotio ad Alenſonium fuga euaſit. Mox ad Campiniacum Monpenſerij arcem, quia pax conuenire non poterat, induciæ ſemeſtres factæ. Aliquot vrbes turbidorum ſecuritati attributæ. C

Id temporis cùm Lutetiæ Rex ab oppidanis 80. aureorum millia in cauſam crediti peteret, per libellum ſupplicem oſtenſum quindecim annorum ſpatio bellorum ciuilium præſcriptione duodecies centena millia aureorum ex vrbe expreſſa eſſe, duplo maiorem ſummam facto ordini extortam, quæ vis nummorum in regni perniciem expẽſa ſit. Nupera obſidione Rupellæ nongenta aureorum millia largitionibus profuſa, anno ſequenti ſeptingenta, hoc anno, ſex menſium ſpatio trecenta millia inutili ſumptu expatrata, in penſiones quotannis 200. amplius aureorum millia prodigi, quibus ſumptibus ærarium exhauſtum, per ſcelera ſuppleri neceſſe ſit. D

Noua tributa in publicam perniciem cottidie inuehi, quorum exteri, regni hirudines, ac vomicæ, mancipes ſint, hoc libello immane dictu eſt quantum Rex exarſerit, quod tamen vt inferius maieſtate Principis, graui & diſſimulata offenſione abdidit, Villoclaro in contumelias ruenti ſilentium imperauit, ipſe cùm ſubditi oueta exuerent, pecunias aliunde refecit.

Alenſonius ſe furtim bello peti animaduertit.

Secundùm hæc, cùm Alenſonius ſe furtim & cuniculis bello peti animaduerteret, equites è Germania, pedites ex Heluetiis in ſe arceſſi, & ipſe armatos e Germania in Gallias Cõdæo & Caſimiro ducibus immiſit anno 1576. In exercitu 6. equitum millia erant, quibus cum ſummo imperio Caſimirus præerat, Gallorum duo millia, qui ſe cum Condæo in limite coniunxerant, totidem Germanorum peditum, Belgarum tria millia, IV. maiora, XV. minora tormenta, Heluetiorum VI. millia, quos Condæus in Biſſiniacum agrum traxit. Inde Nuiſium in Burgundionibus obſidet, quod rebus ſaluis deditum, Germani pactorum ſecuri diripiunt, obuios trucidant, Cœnobium Chartuſianorum proximè Belnam, & Cabilonem incendunt. E

Nauarrus ex aula excedit.

Sub id Idib. Februar Nauarrus per ſpeciem venationis ex aula exceſſit, & in Aquitaniam cui præfectus erat, euaſit, Geidanus tribunus, qui publico malo priuatum quæſtum faciebat, Viuarium, principem Viuarienſis pagi vrbem, & epiſcopi ſedem Danullæ auſpiciis aſtu intercipit, quod & à Catholicis & ſectariis indignè pariter acceptum, qui cùm in eo eſſent, vt coniunctis viribus in Geidanum incumberent, ille Viuario exceſſit. Interea Germani Ligeri

tranſ

A tranſmiſſo ad Vichium caſtra ponunt, quibus Dux Meduanus Molinium vſque obuiam
init, ſed viribus impar manus abſtinuit, ad Chartuſiam in Aruernis Alẽſonij exercitus cum
Germanis coaluit. In eo triginta millia militum cenſa. Inde Molinium ventum, vbi de con-
ſilij ſententia, libellus ſupplex regi oblatus, quo varia poſtulata comprehenſa, quæ quia in
irritum ceciderunt ſilentio damnanda reor. Regina mater Turonas ad filium venit, vbi in
Belliloci cœnobio iuxta Lochias res vtcumq; compoſitæ, Condæus placatus Picardiæ præ-
fecturæ ſpe, aſſignata domicilio eius Perona muniriſſima prouinciæ vrbs. Alençonio Bitu-
riges, Turones, & Andes hæreditatiæ ſortis ſupplemento additi, exules ſectæ nomine in in-
tegrum reſtituti, Caſimiro 14. millium aureorum penſio attributa, principatus Caſtri Theo-
dorici datus, quibus de rebus edictum menſe Maio Lutetiæ promulgatum. Tantus exerci-
tus à Sanuerrino oppidulo in agro Niuernenſi ruina facta cum clade ſemel atque iterum
B repulſus eſt. Tandem inter verba deditionis Heluetij impetu facto contra fas gentium op-
pidulum diripiunt, & incendunt.

Marauẽſis inſula à Rupellanis occupata.

Rupellani ne perduellionis crimine vacarent, id temporis Marauenſem inſulam quæſitis
auxiliis ſub imperium cœpêre. Mox à Rege; Franciſci Mommorantij exiſtimationi conſul-
tum. Is à falſis delationibus, quibus ſub Carolo Rege circumuentus erat, Senatuſconſulto
purgatus eſt.

Inter hæc edictum pacificationis, vt fidei Catholicæ iniquum, vbique in Francia impro-
batum, quo ſectæ opes cum Romana & Catholica religione pari iugo incedebant, multi
Lutetiæ, & in ceteris vrbibus dolorem ſuum teſtari ad infringendas ſectæ opes ſtudio pie-
tatis animum adiecerunt. Ad eam rem fœdus per viros pios Lutetiæ initum, qui viuida
odia in ſectarios intulêre. In primis Iacobus Humerius Picardiæ Prouinciæ Regulus vir il-
C luſtri genere, Peronæ, Montis deſiderij: & Roiæ præfectus, Condæum Perona, quæ in do-
micilium ei aſſignata erat, excluſit, omnes bonarum partium ſacramento ſponte adacti, in
perniciem exitioſæ ſectæ, quæ Galliam, Belgium, Germaniam, Angliam, Scotiam, Polo-
niam, bellorum, errorumq; incendio fœdaſſet, coniurarunt. Ludouicus Tremolius Thoar-
ſius Dux Pictonicæ nobilitatis facilè princeps, in eam coniurationem cum Rupibariteo,
Carolo Landereo, Pigallario, & frequenti nobilitate nomen vltrò dedit. Rotomagi Caro-
lo Borbonio Cardinale incentore, ſectæ coitionum licentia abrupta, Lutetiæ probra & vul-
nera coeuntibus impoſita, quamquam ad quartum ab vrbe lapidem longè amandati erant.
Petrus Gondius epiſcopus Pariſienſis Romam orator miſſus eſt, vt bona Pontificis Maximi
venia 50. millia aureorum annui reditus ex ſacro patrimonio alienare poſſet? quibus re-
bus effectum, vt ſectarij in ſe deſcenderent, & hos paratus in ſuum exitium fieri ſuſpe-
D ctarent.

Henricus Nauarrus fidẽ Catholicam exuit.

Id temporis Henricus Nauarrus Niortij fidem Catholicam exuit, & per Fernacium Ca-
tharinam ſororem voluntate Regis ex aula Rupellam acciuit. Fernacium ſectariis inuiſum
comitatu ſuo, vbi honeſtiſſimo loco erat, amouere coactus eſt. Alençonius Andegaui fir-
mandæ arci per literas à Rupellanis tormenta nuper Maraui capta, & pecunias mera fide,
nullis tabulis fruſtra expetiit. Rupellam Boſſerius Barnabæ Briſſonij V. C. frater ſummiſ-
ſus eſt, qui diſcidia inter ciues fereret, & intercipiendæ vrbis occaſionem captaret. Is re in-
fecta hoc tantùm à Rupellanis expreſſit, vt Catholico ritu ſacrum miſſæ in vrbe, iam inde à
tempore obſidionis intermiſſum, inſtauraretur, & templum quod ſacrilegio pollutum con-
flandis machinis aſſignatum erat, ad rei diuinæ officia inauguraretur. Interim Condæus S.
Ioannis Angelici vrbem irrepſit, illudq; ſectæ miniſteriis in hunc vſque diem addixit. Inde
E Neracum in Labretanis ad Nauarrum venit, vt Caſimirum, qui magna prouinciæ clade,
dum pecuniæ à Rege promiſſæ repræſentarentur, in Heduis graſſabantur, ad Galliæ perni-
ciem incenderet.

Is per Ioannem Vierum oratorem apud Regem de fluxa fide, & ſectæ vexatione conque-
ſtus eſt, Rex benignè reſpondit, & miſſis per Pomponium Belleureum pecuniis, tum ingen-
tis pretij gemmis, & obſidibus, abitum Caſimiro perſuaſit, & Carolum Lotharingię Ducem
ſororium dedit, cum quo ſponſio fieret, quadringenta aureorum millia certis penſionibus,
ſtatis temporibus Francofurti perſolutum iri, adeò Regi res in arcto fuêre, vt hoc nomen
ſuis opibus expedire non poſſet: lenta vel mala nomina eſſe oportuit, quæ vix appellata
ſoluerent.

Interea Nauarrus Aquitaniæ rector Burdigala vrbe prouinciæ principe præter ſpem ex-
F cluſus eſt. Condæus Broagium ad mare ſitum oppidum ſalinis opulentum, quod Iacobus
Pontius Mirambellus loci dominus muris & propugnaculis muniuerat, ſui iuris facit, eique

Montacutium imponit, mox Rupellam ea lege exiguo comitatu admiſſus eſt, ne vrbi pręfectum imponeret, quo priuilegio iam olim ciues à regibus donati erant. Ibi cum decurionibus in commune conſultat, ſuſpiciones auget, fidem Regis incuſat, comitia in exitium ſectæ Blœſis indicta oſtendit, omnem denique lapidem mouet, vt oppidanos ad res nouas incendat, in pace ſpes ſuas iacere, in bello erigi ratus. A

Septimania motibus agitatur.

Iam dies comitiorum venerat, cùm motus in Septimania nunciati ſunt. Deloinius ordinum ductor præſidio caſtelli Sancti Spiritus ad Rhodanum impoſitus, Thoreum & alios partium candidatos vrbe pellit. Danuilla Thoræi frater factum ingratè accepit, & Nauarro hortatore Deloinium ad ſupplicium depoſcit. Santones & Pictones arma expediût, aliquot oppida præſidiis ſectæ occupant. Rex comitia Blœſas ad 16. Kal. Decembres indixerat, ad quæ vndique concurrebatur. S. Saluatoris ædem ſacro ordini aſſignarat, Nobilitati vrbis palatium, plebeio ordini publicas ædes. Poſt ſupplicationes per vrbem habitas, & ieiunia indicta, vt res bene verteret, 8. Idus Decembris loco in arce opportuno factũ comitiis initium. Rex in ſolio ſublimi ſub vrañiſco ſedebat, cæteris ad dextram & læuam pro dignitate & loco ſeſſio attributa. In imo pegmate Renatus Biragus Cancellarius erat. Subſelliis infra diſpoſitis ad dextram ſacer ordo, ad læuam nobilitas, paulò inferius plebes ſedebat. Ibi Rex compoſitam & meditatam orationem habuit, qua de pietate in Deum, de caritate in ſubditos, de pacis ſtudio pauca præfatus, conuentuum proceres hortatus eſt, vt ſine fuco & fallaciis ex animi ſui ſententia in commune quiſque conſuleret, & pietati primùm, tum verò otio publico proſpicerent. B

Perorantem Regem excepit Biragus Cancellarius, & excuſata in homine peregrino Galliæ rerum inſcitia, quod in eo qui ſummum togæ arbitrium obtineret, flagitium fuit, multa de ſanctitate regij nominis, plura de reginæ prudentia, & publicæ quietis ſtudio præfatus, ad ſententias liberè promendas, & nauandam Regi in communi regni cauſſa operam excitauit. C

Pridie idus Decemb. plebeio ordine præeunte Rex rogatus eſt, vt quod cõcordibus Ordinum ſuffragiis decerneretur, id ratum eſſet, in quo diſſiderent, id à Rege ex Principum, & Franciæ Parium, ac 12. delegatorum ſententia decideretur. Quod Rex cùm in animum reuocaſſet, vt erat ingenij ſagax, facilè animaduertit, id agi, vt tuendæ fidei aſpectu ſumpto bello ipſe in Ordinem cogeretur, & in alium ſummum armorum imperium transferretur. Ad eam rem Dauid quidam in Curia Pariſienſi cauſidicus Romam miſſus erat, qui Reges à Capeto ortos parum fidei Catholicæ, & Romanæ ſedis ſtudioſos fuiſſe oſtenderet, in cuius perniciem libertates Gallicanæ eccleſiæ innexerint, Albigeis, & pauperibus Lugdunenſibus perfugio fuerint, Lutheranis & Caluiniſtis bello victis plura indulſerint, quàm victores expetere auſi eſſent. D

Regem Galliæ Henricum liberorum ſpe deiectum eſſe, fratrem Alenſonium palã à partibus ſectæ facere, Nauarrum, & Borbonios Catholicam fidem eiuraſſe, Monpenſerium patrem ætate confecta eſſe, filium mente deminutum, ſupereſſe viros rerum ſummæ pares è Caroli magni gente, ſedi Apoſtolicæ addictiſſimos, corporibus & animis florentes, cùm Capeti gens afflicta, & penitus proſtrata ſit.

Hoc initium fœderis illius, quod poſtea Henrico Guiſio, & fratri eius Cardinali Blœſis exitio fuit, & funeſtum bellorum incendium in Gallia excitauit, quod tandem auſpice Deo per Henricum IV. Borbonium Galliæ & Nauarræ Regem patratum, ac profligatum eſt. His mandatis Dauid cauſidicus in ſinum Nicolai Pelleuæi Cardinalis Romæ depoſitis in reditu diem ſuum obiit, quibus per initia Rex, quo in Guiſios animo, & in ſectam odio erat, fidem abnuit, ſed accepto à Ioanne Vinono Sangoartio Regis in Hiſpania oratore literarum exẽplo, quæ ſuper ea re ad Philippum Hiſpaniæ Regem miſſæ erant, fidem habuit; & de fœdere labefactando ſerio cogitauit, cui ſe principem pro Guiſio aſcripſit, & ei omnes qui comitiis intererant ſacramento dicere voluit. E

XVIII. Kal. Ianuar. referente Petro Verſorio, in comitiis actum, vt omnes Regiæ ditioni ſubditi ad fidem Catholicam, Apoſtolicam, Romanam, vi, precatio, leni, vel aſpera via adigerentur, Ioannes Bodinus qui comitiis pro Veromanduis delegatus aderat, exclamauit, ea petitione violari edicta, quibus violatis claſſicum cani: vicit ſententia, duas in eodem regno religiones ſine regni exitio ferri non poſſe, pleriſq; fruſtra reclamantibus, & intercedẽtibus, decretum ſuper ea re ad Nauarrũ, Condeum Danuillam miſſum, cui parere iuberentur. Lotharingi rem non tam laudabant, quàm vrgebant, & vt Rex non ſolùm ſtipendiariis ſuis, ſed etiã clandeſtinis illis delectibus, quos ſociales vulgo vocant, ad id bellũ vteretur, ſuadebant. F

Eorum

A Eorum Rex, quia cùm Principibus regij ſanguinis Durocortori Remorum in ſolennibus
regni capeſcendis de dignitate certabant, quod olim in Carolo I X. inaugurando Remis à
Franciſco patre eorum cœptarum erat, vt ambitum infringeret, edictum anno exeunte po-
ſuit, vt conſanguinei principes, cæteros Franciæ pares, quamuis dignitatis anterioris præ-
rogatiua nitantur, vbique in regnum inaugurationibus, & reliquis publicis ceremoniis præ-
cedant, & principe loco ſint. Actum & de Tridentina Synodo promulganda irrito ſucceſ-
ſu. Multa iis comitiis agitata, quæ quia exitum non repperetunt omittenda ſunt. Iam om-
nia in Santonibus, Aginnenſi agro, & Vaſconibus turbis ardebant.

Ioãnes Fabatus bellis Turcicis à puero ſuetus.

Ineunte anno 1577. Ioannes Fabatus bellis Turcicis à puero ſuetus, Vaſatum in Nouem-
populonia captum diripuerat, & Turcica feritate imbutus templum maius euerterat, Re-
gulam oppidum Garumnæ impoſitum, cœnobio nobile, à quo vrbi nomen, admotis ſcalis
B ferro vaſtarat, Langoranus Macarij ſanum cum dedecore & clade tentauerat. Diuerſa par-
te Concarneum in Armorica portu firmum oppidum à regiis receptum, ſectarij omnes cęſi,
aut in ſurcam acti erant.

Inter hæc ad plebeium ordinem relatum de 12. è numero ſuo deligendis, quos Rex de
poſtulatis à plebe ſibi factis in conſilium adhiberet. Bodinus re in deliberationem miſſa
oſtendit lubricum & anceps eſſe, quod vniuerſorum in poſtulando fuerit, id paucorum ar-
bitrio in decernendo permittere, Ludouicum X I. paucorum hominum opera, quibus no-
men ordinum & auctoritatem arrogarat, regnum ad libidinem circumegiſſe, futurum vt
ordinum poteſtas quæ temporibus, locis, ac perſonis circumſcripta prius fuerat, deinde
perpetua & ambulatoria eſſet, quæ ſententia obtinuit, vnde in Bodinum rex offenſior vi-
ſus. Mox delegatis abitum parantibus iniecta mora, quorum ſuffragio Rex centum aureo-
C rum annuorum millia ex regio patrimonio in perpetuum alienare decreuerat. Æmarus
Burdigalenſis præſes ordinum nomine reſpondit, regni patrimonium à Rege diſtrahi non
poſſe, cuius ſolus vſus fructus ipſi liber eſſet, Ioannem Regem in Anglia captiuum eo ab-
ſtinuiſſe, quaſi ſacro & inuiolabili aſylo, quo Regni opes niterentur.

Caſimirus per oratores fidem Regis repoſcit.

Id temporis miſſi à Caſimiro oratores qui fidem regis repoſcerent, & ad pacis conſilia
eum retraherent, dum debitas pecunias flagitarent. Is de pecuniis rem breui confectam
iri, de bello rem integram non eſſe reſpondit, quòd ordinum decreto ſumatur.

Inter hæc belli negotium Meduano Duci mandatum, cuius aduentu in Santonibus &
Pictonibus pleraque oppida capta. Alençonius penes quem ſummum armorum imperium
erat, cum exercitu in Biturigas & Aruernos flexit, & Charitæum ante omnia obſedit, vbi
I X. Kalend. Maias Sarra Martinengus anno 1577. vi ad pontem facta globo ferreo con-
D foſſus eſt.

Iſſoriaci ſitus.

Pridie Kal. Mart. vrbs deditione capta. Mox Iſſoriacum ductum oppidum ad radices
montis loco irriguo & amœno ſitum, amni impoſitum, mercatoribus frequens. Ab ea vr-
be mille paſſuum ſpatio Clauer fluuius labitur, qui vallem mediam inter oppidum & Per-
uſam arcem diuidit. Vrbs tribus locis à Guiſio, Duce Mercurij, Aloiſiæ reginæ fratre, &
Ludouico Gonzaga Niuernio I I I. Idus Iunij pluribus tormentis verberata. In ea obſidio-
ne adoleſcens ſub Duce Mercurij militaui, vbi glande plumbea latus medicabili vulnere
mihi confoſſum eſt, Iacobus Claromontius Buſſij iunior frater, Mola nobilis ordinum du-
ctor, Monmorinus vi ad ruinam facta cæſi ſunt, mox obſeſſi ſpe abrupta viribus impares in
fidem Alençonij ſe tradidêre: vrbs direpta & incenſa, mulierum pudori conſultum, quæ
in turum abductæ, ſectæ miniſter è furca pependit, Chauaniaco præſidij præfecto vitæ gra-
E tia facta. Inde Ambatum duci placuit, quod deditione citra ſanguinem in poteſtatem
venit.

Cùm in eo ſunt, Mongomerius filius Olonenſes Arenas ducit. In eo portu 25. Luſitanæ
naues frumento onuſtæ in anchoris ſtabant, Arenas primo appulſu & Calamæum occupat,
præcipua Olonenſium oppida, interiecto portu à ſe inuicem diuiſa, qui recedente mari in
ſicco deſtituitur. Calamæo arx imminet, in quam Ballæus cum quinquaginta oppidanis ſe
recipit: ea cùm verberationi impar eſſet, præſidiarij vitam pacti ſe dedunt, quibus fides à
perduelli milite præſtita non eſt, ſed omnes in exitium dati, oppida libidine & direptione
vaſtata, 25. naues contra ius commerciorum in prædam & lacerationem ceſſêre. Interea
Meduanus Tonæum ad Carentonum amnem catapultis æreis verberat, oppidum infe-
rius & ſuperius cum arce deditionis leges ſubiere, Lucas centurio præſidio impoſitus in fu-
E ga confectus eſt. Rufaſortium citra ſanguinem in Meduani manus venit, fortuna contra
dante, quæ in ratione belli vtramque paginam facit, ſectarij Condæum deſerere, è ſignis di-
labi, ad regios transfugere, maximè politici, qui à ſectæ ſtudiis abhorrebant, & priuatis oſ-

fenſionibus ad eam ſe applicuerant. Monferrandus Langoranus Veſimæ Petracoriotum A
præfectura remotus, iniuriam defectione ad regios vltus eſt.

Claſſis Burdigalæ inſtructa.

Sub id tempus Burdigalæ claſſis à regiis inſtructa eſt, eo conſilio vt mari inceſſo Rupellæ
ſubſidia annonæ obſtuerentur, ſalinarum vſus adimeretur, inſulæ omnes circum inſiderentur,
Meduanius terreſtri exercitu vrbem in anguſtum cogeret, & copiarum penuria obnoxiam
faceret. Eo terrore Rupellaui claſſem inſtruunt. 20. nauium, vt maria, & inſulas in poteſtate
habeát. Meduanius pridie Non. Maias ad Maranum caſtra ponit, quam vrbem vorticoſis
paludibus vndiq; cinctam ſupra oſtendimus, ad Baſtiliam propugnaculum pontem molitur, in
hoſtium muniriones imperum patat, quibus rebus perculſi præſidiarij Rupellam refugiunt, hos
inſecutus Meduanius fugientium terga impellit, & in ore Condæi cædit, quem ad haſtæ
certamen per laſciuiam prouocat. Reſpondit ille, einſmodi commiſſiones inter pares
ſuſcipi, diſparem vtriuſque gradum & locum eſſe. B

Interea claſſis 60. nauium Burdigalæ inſtructa Duce Vido Sangelaſio Lanſaco Retenſem
inſulam, & Vliarum irrito ſucceſſu tentauit, recedentem claſſis hoſtium ad Fauces vſque
aſinorum inſecuta eſt. Id loco nomen in oſtio æſtuarij Garumnæ breuibus & vadis infeſto,
vbi tantus fragor vndis ad arenas alliſis, & latrantibus editur, vt aſinos rudere credas.
Oſtium Garumnæ toto mari oceano pulcherrimum & ampliſſimum eſt. Scopulis impoſita turris
Cordoana Alexandrinæ pharo non abſimilis, quæ nauigantibus ſecundùm Medullorom littus, &
Santonum, Aſinorumque fauces accenſis funalibus viam allucet. Ea fuga Lanſaci exiſtimatio
apud ſuos plurimum minuit, hoſtes meliori fama fuêre.

Henricus Sabaudus principem Geneuenſẽ ſe tulit.

Id temporis interceptus eſt Henricus Sabaudus Franciſcæ Roanæ Renati Vicecomitis
Roani ſororis filius, qui ſe principẽ Geneuenſem, & Iacobi Nemoroſij Ducis filium ferebat,
& ad Meduanium adductus. Hunc ille non pro vano hoſte, ſed accurate & diligenter ha- C
buit, & aduerſa valetudine omni medicorum arte procurauit, qua re magnam fidei, in cauſſa
ad matris decus pertinente, religioſè ſeruatæ laudem obtinuit. Is mox Broagium corona
cingit, diſtributis ad Herſam vicum ſubiectum copiis, à quo per aggerem hinc inde
paludibus ſalinariis cinctum anguſto calle ad oppidum itur, interiecto ad latus ſaltu
voluptuario, vnde obſeſſi duriùs habiti ſunt. Broagio nomen à fluuio in Santonibus factum,
quod oppidum nuper conditum ſolo paludoſo, æſtum maris excipiente, nauigiis ad ſalis longè
optimi copiam confluentibus, & Saburram eodem loci exonerantibus auctum eſt, cùm tumulus
in mari Saburra creuiſſet, forma quadrata 120. ampliùs paſſuum ſpatio, qui vallo
& foſſa primùm à Iacobo Pontio Mirambello ſeptus, à quo & Iacopoli nomen factum eſt,
dein poſt Moucontutianam pugnam ab Hardaino Villerio Rinerio Pitallerio propu-
gnaculis, & aggeribus munitus eſt, demum inſulanis concurrentibus oppidum amplum D
effectum.

Ad occaſum obiacet Vliatus inſula vberi ſolo, cuius ambitus ad 20. milliaria patet. Campetus,
qui Roianum obtinebat, Sangeoni ad Sudram Philibertum Guichium, & Iacobum Leuium Cheluſium
intercipit, quinquaginta è regiis militibus obtruncat, in reditu peſſimè mulctatus eſt,
altero fratre cæſo, altero graui vulnere ſauciato. S. Ioanni Angelici vrbe ſectarij egreſſi
Iacobum Haruillam Palariolum, præſtanti indole iuuenem nocturno impetu ad S. Eparchij fanum,
proxime Engoliſmam de via feſſum, nec opinantem opprimunt, turmam equitum leuis armaturæ,
armis & equis exuunt.

Inter hæc Lanſacus expedita claſſe in Broagij canalem deflexit, quò mox Claromontius
ſectæ claſſi præfectus eum inſequutus, aliquot nauibus ad breuia alliſis in altum ſe ſubdu-
xit, vnde quatuor mediocria nauigia funibus inter ſe deuincta æſtu impellente, & remulco, E
quæ ignibus ſulphureis in regiam claſſem graſſarentur, immiſit, irrito conatu: demùm
Claromontius prœlium auſus tota claſſe in regios incubuit, vbi prætoria eius nauis à
triremibus regiis fulminata eſt, centum amplius ſectæ claſſiariis deſideratis, armamentis
fuſis, malis & antennis deiectis, cùm laboranti inter breuia reliquæ naues opem ferre non
poſſent, quæ ipſæ procella iactatæ & confractæ ſunt, Lanſacus Vliarum deditione in fidem
accipit, & præſidiis firmat, Rex Pictauium ingreſſus Heluerios ad Meduanium mittit, à quo
propugnaculum Lupipaſſum vi captum, cui nomen à lupis, quibus aditus Broagium ea parte in
aperto erat, Manducagius oppido præfectus IX. Kal. Sextiles interemptus eſt, nauis hoſtium
princeps dicta igne à Lanſaco ad Baiæ promontorium immiſſo conflagrauit: quatuor tormenta
æſtu relabente recepta.

Florida nauis in einſdem manus venit, qui mox ad Broagij portum proprius amouit. Va- F
laſergus Sereus Broagio præfectus ſectæ nomine cùm annonam in arcto eſſe cerneret intere-
rulas lineas ſectæ ſociis induit, & eruptione cum cataphractis & ſclopetariis facta, in Hel-

uetios

A uetios incumbit, à quibus circumuentus & cæſus eſt, pauci capti ex primaria nobilitate, plures interempti. Quare deditio in has leges ſecuta, vt duces, nobiles, & milites rebus integris, ſignis complicatis, tympanis ſilentibus, funibus accenſis dimitterentur: inſulis & oppidanis omnia ſalua & integra eſſent. Fides pactis præſtita eſt.

Inter hæc Danuilla ſectæ inuidia offenſus, ab eius concordia ſe abrumpit, & Monpelium vnde iniurioſè excluſus fuerat, vltione ardens, Rogerius Sanlarius Bellogardius Franciæ Mareſchallus Nemauſum, Lanſaeus Retam inſulam, obſidione cingunt. In tranſcurſu Lanſacus 60. naues Anglicanas ad ſalis ſubuectionem contra priuilegia coegit, quod indignè accepit Eliſabetha Angliæ Regina & omnes Galliæ naues per Angliæ littora ſiſti iuſſit, mox compoſitis vtrimque rebus commercij ſecuritas reſtituta eſt.

Interim Birono ad Regem, & ſectæ principes vltro citroq; commeante pacis rationes B initæ, edictumq; Pictauij conditum, menſe Septembri, quo mitigatis ſuperiorum edictorum conditionibus æquabile ius inter omnes conſtitutum eſt. Inter alia de locis in Venaſcinenſi comitatu Pontificiæ ditionis, quæ ſectarij occuparant, quamprimum reſtituendis principatu Arauſionenſi Naſſouiis conſeruando cautum. Sacerdotum & monachorum, qui ordinem & monachos per ſacrilegium exuerant, matrimonia contra ius gentium & fidei Catholicæ ritus probata, filij ad hereditatem patrum legitimo iure ſeruandam peſſimo exemplo vocati. Coniugia inter conſanguineos ad ſecundum, & tertium gradum ſine Pontificis Romani auctoritate tolerata, & à ſecta probata ſunt, quòd ex veteri inſtrumento ea res exempla traheret. Id edictum ſumma ſectæ lætitia, facibus publicè accenſis Rupellæ celebratum eſt. *Bironus pacis rationes init.*

Id temporis Lutetiæ de conſilij ſententia decretum, vt certa aureæ contra argenteam C monetam proportio eſſet, & abolito librarum Francicarum vſu in contractibus omnia aureis æſtimarentur. Aureus qui ſex Gallicis libris indicatus fuerat ad tres libras, id eſt ſexaginta ſolidos Turonenſes contractus eſt. *Edictũ Lutetiæ de monetis.*

Eo anno B. Monlucius Franciæ Mareſcallus vir conſilio, rei militaris ſcientia, felicitate, animi robore, maximis ſæculi ſui ducibus par, exceſſit. Dum res in Gallia pacem & otium ſpirant, Ludouicus Mocenigus Venetiarum dux, prudentiæ & fidei præclarus mortalitatis huius exuuias depoſuit, in cuius locum publico ſuffragio ſuffectus eſt Sebaſtianus Venierus anno 1577. III. Idus Iunij, vir rerum geſtarum gloria, & natalium ſplendore conſpicuus. Hic locus flagitat vt pauca de creandis in nobiliſſima, & omnium antiquiſſima, quotquot hodie toto terrarum orbe ſunt, Republica pauca ſubiiciamus, quæ ſub Valentiniano tertio, Ærio, Meroueo Francorum duce, Attila Hunnorum Rege fundamenta maximæ molis im-D perij iecit, & ceteris imperiis, ac regnis varia ſorte dilabentibus, in eodem veſtigio perſeuerauit, aut longius latiuſque felicibus auſpiciis imperium protulit.

In ea Rep. per initia Duces & principes populi ſuffragiis creati, ad annum vſque Chriſti 1172. quo tempore decretum, vt 12. Senatorum arbitratu Dux eligeretur, in quem nouem ſuffragia conſentirent. Decretum id 6. annos obtinuit, quibus elapſis X X X. viri, qui præcipuus in vrbe magiſtratus fuit, quatuor viros crearunt, quorum ſinguli decem nominarent, à quibus Dux renuntiaretur. Cùm ea electio turbas pareret anno 1268. decretum, vt Dux à maiori conſilio diceretur, in quod nemo 30. annis minor allegeretur. Maioris conſilij ſenatores ſinguli tabellas albas in vrnam (capellum vocant) coniiciunt, mox 30. tabellas inauratas in eandem mittunt, quas ſorte deinde ducunt, ea lege, vt qui tabellas inauratas ſortiti ſint. Iterum tabellas in vrnam mittere, & ſortiri poſſint. Illi igitur nouæ ſortitionis E compotes, 30. tabellas albas in vrnam mittunt, & nouem auratas, quas qui ſortiti fuerint, quadraginta Senatores maioris conſilij eligunt, per quos electio procedat: quadraginta illi per tabellas albas & inauratas 12. ex eodem conſilio eligunt, à duodecim electis 25. eodem modo ſorte trahuntur, à viginti quinque ſorte ductis, alij 40. nominatim ſine ſorte eliguntur, ex quo numero 28. ſorte inaurata capiuntur, ex quibus vndecim ſorte veniunt, qui quadraginta, & vnum nominatim dicunt, à quibus duo viginti quinque ſuffragiis, non paucioribus, creatur. Illi quadraginta & vnus è maiori conſilio confirmati in cœnaculo palatij tam arcte habentur, vt ea quæ intus agunt foris ignorentur, quæ foris fiunt, ipſi ignorent, nec vltro citroq; conſulta commeent, quod priores (ita ſuffragiorum cuſtodes vocant,) è loco ſuperiori maximè curant. Priuſquam in ſuffragia eant, omnes ſanctè iurant, ſe ex animi ſententia ſine gratia & odio in commune conſulturos. Ex iis quibus ius eligendi eſt, quiſ-F que in tabella nomen eius aſcribit cui ſuffragium ſuum arrogat. Priores tabellas ignoratas in vrnam mittunt, miſcentque, mox vt quæque promitur, nomen electi ſemel norant, licet à multis renuntiatus ſit. Pro numero eorum qui renuntiati ſunt, vaſa ponuntur eadem ſerie,

In quæ ſuffragia diſcoloria mittuotur, Prioribus ſpectantibus, quorũ alia honorem arrogãt, A
alia abrogãt: in ſingulis vaſis duo loculi ſunt, alter ſuffragiis honorem addicẽtibus, alter abiudicãtibus: quod tam ſecretũ fit, vt qui eligitur, à quibus reiectus, à quibus electus ſit ignoret, vt nemini gratiam aut odium debeat. Tot ſubſtitutiones fiunt, vt ambitu reciſo, aut eluſo ſuffragia in meteorem inclinent. Nemo ſibi ipſi, aut patri, aut filiu, aut fratri ſuffragatur. Is Dux ſalutatur, qui 25. ſuffragia cõſequutus, ceteris numero ſuperior eſt. Singula ſcrutinia, ita ſingula comitia ſuffragiis ferendis vocant, ſingulis diebus tranſiguntur, nec ea interrumpi, aut interpellari fas eſt.

Venerius Dux creatus.

Id temporis trium horarum ſpatio Venierius omnibus ſuffragiis Dux creatus eſt, mox ad populum renũtiatus, cui electio volenti fuit. Poſtridie in æde S. Marci ſolemnia imperij capeſſit. Ad quem Pontifex roſam auream miſit, quæ non niſi bene meritis de fide Chriſtiana,
& ſede Apoſtolica Principibus indulgetur. Quadringentis ante annis Sebaſtianus Zianius B
Dux eodem munere ab Alexandro tertio donatus erat. Publicæ huic lætitiæ repentinum incendium plurimũ derogauit, quo ſcrutinij aula primùm, deinde ſenaculum 12. tum curia 25. tabularium publicum, in quo vetera inſtrumenta, cœnaculum quadraginta recens, demum aula maioris conſilij deflagrauit, vbi picturæ veterum & recentiorum artificum incomparabiles arſerunt. Cuius cladis cometam eo anno prænuntium fuiſſe volunt, mira magnitudine, incredibili ſplendore, pyramidis inſtar, in cuius baſi, aureus color, in cuſpide argenteus elucebat.

Id temporis Gallia cladem incomparabilem accepit, de qua prius quàm dico de Luſitania pauca ſubiicere libet.

Luſitania, Hiſpaniæ pars ad oram Oceani ſita, ab ortu Caſtellam (veteres Bardulos & Ba-
ſtitanos dixêre) attingit, ab occaſu Oceanũm, à Septentrione Galeciam, à meridie mare At- C
lanticum, & Vandaliam, ſeu Andaluſiam appellatam. Diuiditur in ſex partes, Comarchias vocant, vltra Tagum Eſtremadura eſt, quæ olim Beturria fuit, intra Durium (Dorium vocãt) & Mignoum fluuios (vetus Luſitania fuit, ſi eum tractum adiunxeris, qui ad Conimbricam vſque pertinet,) ponè moores Beiram & Algarbam, à quo Regnum Algarbiæ dictum. Omnis Luſitania octingenta quinquaginta millia paſſuum in ambitum habet, quadringentis ad mare pertinet, quadringenis quinquaginta continentem ſpectat. Figura regionis longior, & anguſtior eſt. In ea decem & octo ſunt ciuitates, oppida, & caſtella ſupra quadringenta ſexaginta, tres ciuitates metropoles, in quibus Archiepiſcopis ſedes, Braga, Olyſippone, Enora. Nouem aliæ ciuitates Epiſcopos habent, Conimbrica, Lamegoa, Viſcoa, Portoa, Mintanda, Purtalegra, Guarda, Leiria, Eluaſia. Quinque ciuitates epiſcopis carent, Bragan-
za, Tauira, Lagoſia, Faroa, Syluæ. Quarum poſtremæ quatuor in regno ſunt Algarbico, qui- D
bus Algarbicus epiſcopus præeſt. Luſitania pluribus fluuiis alluitur, quorum nobiliſſimi Tagus qui mœnia Vlyſſiponæ lambit, & ſexto ab ea lapide in mare ſe exonerat, & Durius, qui ciuitatem Portoam alludit, & altero ab ea milliario in oceanum irrumpit. Hi duo amnes ab oſtiis quibus in mare influunt Vlyſſiponam vſque & Portoam non amnes, ſed ſinus maris capaciſſimi, & tutiſſimi nauigiis maximus portus eſſe videntur. Præter duos iſtos portus eſt & Settualis vigeſimo ab Olyſſipone lapide ad meridiem turre in aditu munitus, numeroſis & magnis nauibus opportunus.

In Algarbia, Tauira, Lagoſa, & Villanoua tres ſunt commodi portus, & plures alij paſſim minores. Luſitania igitur multis & populoſis regnis, ac prouinciis ambitur, in quarum medio ſita eſt. Ab occaſu enim ad dextram habet Galeciam, Biſcaiam (Cantabros eſſe volunt)
Franciam, Angliam, Germaniam. In fronte inſulas Azoras, ſeu Accipitrarias, Tertias, Fortunatas, & Indiam Occidentalem. Ad læuam Vandaliam, & fretum Gaditanum, quod Gibel E
terram vocant, quæ in mare mediterraneum tranſmittitur, vt in Italiam & Græciam velificatio expedita ſit. Quod ſi fretum Gaditanum traiicere nolis, & Africam legas, multæ gentes veteribus ignotæ ſub zona torrida occurrunt, quam illi habitabilem negarunt, tum verò ex India Orientali opulentus Olyſſiponam nauium appulſus eſt: à tergo Caſtella incumbit commerciis cum Luſitania coniuncta.

Vlyſſipona ſitus.

Vlyſſipona regni caput, ciuitas ampliſſima, quæ ſecundùm Pariſios Franciæ matricem vrbem totius Europæ maximè populoſa eſt. Ea vrbs amœno & ſalubri cœlo 39. gradibus ab æquatore abeſt, æſtus oceani affluentis & refluentis ſtatos accipit, qui tota Luſitania frequẽtes ſunt. Situs vrbis æquabilis, & planus quinque collibus conſitus eſt, inter quos planities
ad fluuium vſque porrigitur. Olim muris cincta fuit, hodie pars vrbis frequentiſſima extra F
muros eſt.

In colle omnium editiſſimo arx eſt antiqua ſine militum præſidio, quæ nobilitati male-

ficæ

Google

A ſicæ pro cuſtodia relicta. In faucibus Tagi Rupes eſt S.Iuliani munitiſſima, quæ fluuij adi-
tum præcludit, regio tritici ac vini ferax. Plures in eo regno ſacrorum equitum ſunt ordi-
nes, vnus S.Iacobo ſacer, cruce rubra inſignitus, alter S.Benedicto cruce viridi, quem Alcan-
taræ, ſeu Auiſij à loco vocant: tertius equitum Chriſti, cruce rubra, albo diſtincta aduerſus
infideles, Chriſti hoſtes coniuratus, & id temporis inſtitutus, quo Templariorum ordo dele-
tus eſt. Huic ordini Alexander ſextus Pontifex Maximus coniugij vſum liberum fecit, in
quem viri nobiles certatim nomina dant. Maxima Luſitanię pars olim Caſtellę regno attri-
buta erat, ſed anno Chriſti 1110. Alphonſo ſexto Rege, Luſitania Septemtrionalis Caſtilia
diuiſa eſt, & Henrico notho Vizantij Sequanorum, Comitis Burgundiæ nepoti attributa,
quo tempore Taregiam filiam notham Alphonſi ſexti vxorem duxit, quod è Francia cum
Raimundo Comite Toloſano, qui poſtea Comes Galeciæ fuit, patruo ſuo Mauros bello in-
B terreno infeſtaſſet. Hunc Henricum nonnulli Hungarum, alij Taraconenſem eſſe volunt:
ſed vt magnorum amnium oſtia nota, origo ignota, ita & plerunque regum.

Luſitaniæ obſcuritas & ignobilitas.

Id temporis Luſitania obſcura, ignobilis, anguſtis terminis incluſa erat, quos Alphonſus
Henrici primi Comitis filius longè lateq; Mauris eiectis propugnauit, & ad Ourichum
agrum victoria parta Rex à ſuis ſalutatus eſt. Mox victoriæ inſtans S. Aremi fanum, & Olyſ-
ſiponam ex hoſtibus recepit, & ab Alexandro Romano Pontifice regis titulo modici vecti-
galis pactione donatus eſt. Alphonſus tertius Luſitaniæ Rex quintus, pomœrium & regni
fines protulit, qui Mathildi Picardæ, Boloniæ Comitiſſæ, quam ante regni auſpicia vxorem
duxerat, contra fas nuntium remiſit, & Beatrice Alphonſi decimi Caſtellæ Regis notha filia
ducta regnum Algarbinum dotale conſecutus eſt. Luſitani victis Mauris Regem Caſtellæ
bello tentare auſi ſunt, vnde natum odium illud internicinum, quo Luſitani ab Hiſpanis ho-
C dieq; diſſident, quanquam bellis inter vtroſque inteſtinis modica alterutrius gentis poten-
tiæ acceſſio facta eſt.

Ea tamen armorum cum finitimis exercitatio Luſitanorum animos à luxu & delitiis
quibus magna imperia conſeneſcunt, ad vim bellicam traduxit, & ſub Henrico Ioannis pri-
mi filio impetum dedit, vt in Africa Mauros armis laceſſerent, quibus in Mauritania Tin-
gitana, Ceutam, Tangerum, Arſillam, & alia pleraque oppida eripuerunt, mox in faucibus
freti Gaditani Mazagonium munimentum, vt Mauris aditum in Hiſpaniam abrumperent,
ædificarunt, Maderam, & Tertias inſulas octingentis 50. milliaribus Olyſſipona diſſitas, ve-
teribus ignoratas aperuerunt, & in intimam Æthiopiam, ac nouam vrbem felici nauigatio-
ne penetrarunt, quibus regni opes in immenſum exaggeratæ ſunt, maximè ſub annum
1482. quo ſub Ferdinando magno, & Iſabella, Iudæis regno Caſtellæ exactis perfugium in
D Luſitaniam ea lege datum eſt, vt in capita quiſque aureos octo penderet, & omnes ad diem
regno excederent, qui cùm veniſſet, alij ſeruituti mancipati ſunt, alij cùm facto fonte ſe tin-
gi paterentur, in nobilium familias ſenſim irrepſerunt, & magnam auri vim in rationes Re-
gum intulerunt.

Caſtellæ & Luſitaniæ regum affinitas.

Sub Emanuele XIV. Rege anno 1495. cùm affinitatibus Caſtellæ & Luſitaniæ rege inter
ſe deuincti eſſent, & ad centum annos inter vtroſque pax conueniſſet, Luſitani ad Arghi-
num ſecundùm Africæ littora munitione exſtructa Heſperidas inſulas ad caput viride inſe-
derunt. In Æthiopia arcem S. Georgij exſtruxerunt, Minam vocant, inſulas Principis & S.
Thomæ ſub æquatore aperuerunt, Reges Congi & Angollę in Æthiopia fœdere obſtrinxe-
rũt, promontoriũ bonæ ſpei, & inſulã S.Laurentij tranſmiſerunt, Soffallam, Muſambichum,
Melinden ſub imperium ceperunt, fauces maris rubri traiecerunt, in Sucotra, & Calaiate
E negotiati ſunt, in Indiam penetrarunt, in Calechutum, & Cochinum victricia arma intule-
runt, Alfonſo Albuquerquio duce Goam inſulam regni Accemi, proximè Idalcanum obti-
nuerunt, vbi hodieq; archiepiſcopi, & proregis ſedes, vnde ad ſinum vſque Perſicum varia
propugnacula exſtruxerunt, inſulam Ormuſiam, Chaulum, Damanem, Bazainum, Diuum
occuparunt. Ad oram Malabaris, & promontorium Comerium proximè ſinum Gangeti-
cum commercia factitarunt, Zeilanum inſulam quam Taprobanam eſſe volunt, vbi opti-
mum cinnamomum (fruticis odorati genus eſt) legitur, & toto orbe circumfertur, propu-
gnaculis munierunt. Ad ortum Gangis faucibus tranſmiſſis auream Cherſoneſum inierunt,
Malacam ſui arbitrij fecerunt, quæ 25. paſſuum millibus à Somatra maxima inſula diſſita
eſt. longius progreſſi regnum Peguanum, maiorem Giauam, Chinas, inſulas Moluchas, vn-
de Caryophyllum, & nuces moſcharas referunt, Iapanam inſulam obierunt. Sub Manuele
F in conſpectu Æthiopiæ & promontorij bonæ ſpei Braſiliam S. Crucis prouinciam Peruano
regno proximam repperetunt.

Ex iis regionibus hodie frequentiſſimis, & maximè populoſis naues ſaccharo, ſpeciebus,

atoma

Digitized by Google

aromatibus, lapillis, gemmis refertæ quotannis in Luſitaniam appellunt. Luſitani omni A
laude in eo digni ſunt, quòd cùm in anguſtias regni ſterilis, ac infœcundi coniecti eſſent,
induſtria ſua prouinciam horrido & maligno ſolo infelicem ac imbecillam adeò validam
effecere, vt Caſtellam diuturno bello æquo marte exercuerit. In nauigationibus autem qui-
bus nouum orbem obtinuerunt, tantum ſolertiæ, & bellicæ virtutis attulerunt, vt modica
manu ingentes hoſtium copias ceciderint, & victorias incredibiles, ac miraculo propiores
reportarint.

Tum verò quod caput eſt, Ieſuitarum patrum, quos Indiæ Apoſtolos vocant, miniſterio
fidem Chriſti per eum orbem adeò propagarunt, vt ampliſſima regna noſtra ætate Pontifici
Romano Chriſti vicario pareant, & vero vnius Dei lumine illuſtrentur. Sed in iſtis nauiga-
tionibus initia meliora, finis aduerſo rumore fuit. Luſitani enim rem feciſſe, aurum argen-
tum, eximias merces ex India reportaſſe, & opes quibus delitiis indulgerent, extruxiſſe B
contenti, in ipſa Indiæ vitalia penetrare detrectarunt, ſed oras legere, promontoria inſidere,
ad littora maris munitiones moliri, in quas ſpolia victarum gentium reciperent ſatis habu-
re, de pietate proſeminanda parùm ſollicitì, tum verò luxui ſe totos manciparunt, & par-
to fruendem rati, remota ſcrutati, abdita rimari, diſſita veſtigare abnuerunt, & quod perfi-
diæ in Deum genus eſt, rerum geſtarum gloria tumidi tantos ſpiritus ſumpſerunt, vt à victis
gentibus eos honores qui ſoli Deo debentur ſibi exhiberi vellent.

Hæc mali labes regni Sebaſtiani auſpiciis Aſiatico luxu latiùs in dies ſerpebat, nobili-
tas in malum otium reſoluta molibus villarum inſidebat, mancipiorum cohortibus, ve-
ſtibus ſericis vndulatis auro textis, plumatis aureis Babylonicis ſuperba, cœnis dapſilibus,
vnguentis, & aromatis perfluens, corpus otio, animum libidinibus imminuebat, vt bonas
artes, quibus imperium & opes pepererat, dediſceret, & illicitas raperet voluptates, non ar- C
ma, non peregrinationes, non induſtria in oculis erant, ſed pro labore quies, & ſupinum
otium ſucceſſerat.

Quod ingratè acceptum patribus Ieſuitis, qui huic morbo medicinam facere aggreſſi in
limine offenderunt. Dum enim præpropere mali cauſas ſtirpitus euellere cupiunt, leges
ſumptuarias adeò aſtrinxêre, vt in illa vetere Lacedæmone minùs aſtrictæ fuerint. Opor-
tuerat viria adulta & corroborata quaſi vetera vlcera lenibus remediis curare, ardorem ſen-
ſim reſtinguere, vitioſos humores ſine noxa demere, quædam ferre, alia tollere, animos diu-
turna ægritudine labefactos molli manu tractare. Sed dum vno impetu ſimul omnia reſe-
cant, malum incendunt, peſtem exaſperant, vt medendo ægreſcāt. Patres itaque pietate mo-
ti cibos, pannos, mancipia, equos, & res alias quorum in dies vulgus vſum habet, anguſtiùs
definiunt, & non modò ſuperflua & inania, verum & vtilia, ac neceſſaria, quibus negotiatio D
procedit, adimunt.

Quare violenta illa conſilia ludibrio fuêre, quibus oraculo politico fides facta eſt, denun-
tianti, homines facri ordinis non minùs ad ciuilia, quàm magiſtratus ciuiles ad res eccleſiæ
moderandas ineptos eſſe. In ampliſſimo regno ea illi obtinere volebant, quæ in anguſtis
cœnobiis nullis artibus rata efficere poſſint.

Luſitani Mauris addicti.

Luſitani qui rebus ſupra votum fluentibus adeò intumuerant, vt reliquos mortales infra
poſitos deſpicerent, quo tempore apicem omnis fortunæ tenere, & in rotæ vertice ſtare pu-
tabantur, occulto Dei iudicio de rerum faſtigio quaſi quodam turbine deuoluti ſunt, & qui
Mauris ac Indis imperitabant, puncto temporis mancipio Mauris addicti, mox ſub Hiſpa-
niæ, à qua maximè diſſidebant, ditionem ceciderunt. Res autem Luſitaniæ luxu & delitiis
iamdudum afflictæ ſub Sebaſtiano Rege in ueruum erupere, cùm is vigeſimo ætatis anno E
ambitu & fiducia, quod gentile vitium eſt, ferox, aureos montes, & noua imperia ſpe co-
queret.

Is cùm ſe finitimis regibus robore imparem eſſe cerneret, longinqua tentare ſtatuit, & vt
præcipitare ſe cupienti omnia in procliui ſunt, quia belli Indici conſilia per amicos abrupta
erant, bellum Africanũ in oculis fuit, qua parte Ceuta, Taugetum, Mazagon, Luſitanæ mu-
nitiones in Mauritaniæ Tangitanæ limite Maurorum excurſionibus perpetuò infeſtabātur.
Sed in Indica expeditione minus periculi, quàm in Africana futurum erat, quòd Indi Luſi-
tanorum metu mandata facturi, aut parum negotij, tot iam regionibus domitis allaturi, vi-
derentur. Mauri armorum vſu, & militum numero validi, non ſine periculo tentari pote-
rant. Conſilij huius inuidia in patres Ieſuitas vertit, quorum fidei ac prudentiæ inſtitutio
regis à Catharina regina commendata erat, cui pietatis ſtudio Chriſti hoſtium odium, & F
fidei propagandæ ambitum inſtillarant. Ea cogitatio tantum apud eum potuit, vt Ieſuitæ
ipſi, cùm maximè vellent, præcipitata eius conſilia infringere, Regemque ab Africæ expe-
ditione,

A ditione, quæ in regni perniciem exitura parabatur, abducere non potuerint, maximè cùm
id temporis ab eorum amicitia Rex frigore tactus paulatim intepuiſſet.
Is igitur vt ea quæ belli erant longè ante inſtrueret, cohortes aliquot iuuenum Vlyſſipo-
næ militaribus ſtudiis imbuebat, alios ſatiſſas quatere, ſclopetis rem certo ictu gerere, deſti-
nata petere, haſtas vibrare, rotare enſes, agitare equos, decurrere, ordines ſeruare, mandata
audire, & alia in campo exercitia vſurpare iubebat. Erant in armis campi doctores, qui ve-
teri inſtituto dictata darent, & petitiones docerent, diceres Laniſtæ ludum eſſe, aut in cam-
po Martio Romæ palæſtra agi, ita iuuentus in armis exultabat. Ipſe cum agilibus ſaltu, cum
validis vecte, cũ velocibus curſu certare, calcaribus equi armos fodere, aduerſis haſtis cum
obuiis concurrere, ſclopperos explaudere, manu ferire, & omnia militis munia diligenter
obire. Meminerat Heraclium olim è tyronibus inuictum exercitum Conſtantinopoli ad-
B uerſus Perſas eiuſmodi ſtudiis effeciſſe.
Anno 1564. vt ſui periculum faceret, & res hoſtium per ſe ſpecularetur, quatuor roſtratis
maioris formæ nauibus, & pluribus aliis minoribus nauigiis inſtructis magna animo agitans
in Africam traiecerat, & quod in iuuene per inſcitiam & inuſum frequens eſt, animum
inani ſpe lactans Mauritaniam oculis, ac voto præceperat. Ibi ſæpe cum hoſte leuibus præ-
liis velitatus eſt, & præter decorum regibus, militis more manu conflixit. Sed cùm viribus
inferior eſſet Vlyſſiponam rediit, vbi totus in armorum exercitatione fuit, nemine iuue-
nem ab inſano belli ſtudio deterrere auſo. Cardinalis patruus eius, & regina Catharina,
apud quos nullus adulationi locus eſſe debuerat, ne gratiam aut potentiam infringerent,
ſecundas agebãt, & iuuenem cerebroſo, ac ſui arbitrij in rebus quæ ſtationis Regiæ non erant
plus æquo exultanti fauebant: omnes Regem, vt in eius gratia validi eſſent, in manifeſtum
C exitium ruere patiebantur. Ruentem impulit Petri Alcaſouæ iniuria, hominis vſu callidi, &
rerum tractatione periti, qui diu à ſecretis regni fuerat, intimus & continuus Ioanni regi
& Catharinæ reginæ habitus, quem Henricus Prorex cùm Sebaſtiano gubernacula trade-
ret, magiſtratu abire iuſſerat. Sed ita in aulicis qui gratia excidunt vſuuenit, vt eorum pec-
cata, magis quàm pœna ambitum aliorum exonerent. Alcaſoua qua prudentia fuit, diſſi-
mulata offenſione domi latens in re prolixa & vberi contumeliam tulit, cui cùm Martinus
Gonſales Patrum Ieſuitarum opera in munus ſuffectus eſſet, eodem aſtu quo alios deiece-
rat, ipſe de ſtatu deiectus eſt.
Aluarus enim Caſtræus flagrantiſſima Regis amicitia pollens Regi perſuaſit Patres Ie-
ſuitas ciuilium rerum rudes, & Martinum Gonſalem eorum emiſſarium legibus illis ſum-
tuariis commercia euertiſſe, belli neruos inciđiſſe, pauperiem & miſeriam Luſitaniæ intu-
D liſſe, quæ pecuniis exhauſta belli ſumptibus ſupereſſe nequeat. Si belli conſilia procedere
velit, leges illas refigendas, commercia reſtituenda, ſuperioris æui delitias ferendas, aut ve-
rò reuocandas. Et quod ad perniciem impetum dedit, Regi ſpiritus altos gerenti, & ceruì-
coſo ſubiunxit regni ſummam in Luſitania non penès Regem, ſed penès Ieſuitas, & Marti-
num Gonſalem eſſe, ipſos rerum potiri, & in arce imperij ſtare. Id etiam aſtu perfecerunt,
vt cùm per abſentiam Regis libellum ſupplicem ſcribæ cuidam regij cubiculi obſcuri no-
minis ſubſcribendum offerrent, ab eo verba expreſſerint, quæ maieſtatem regiam immi-
nuerent. Is enim Luſitano ſupercilio reſpondit, regia auctoritate in ſubſcribendo libello ſi-
bi nihil opus eſſe: per abſentiam enim Regis ſe regiam vicem fungi, & per ſe quæ vellet,
probare, aut improbare poſſe. Hac arte rex à Ieſuitis, & Martino alienior factus eſt.
Mox Aluaro Caſtræo mortuo, qui Regis animum pro libidine circumagebat, ſolus Ma- *Aluari Ca-*
E nuel Quareſima conſiliorum eius ſocius, ſed oneri impar, mercimoniis, & expediendis ne- *ſtræi obitus.*
gotiis impoſitus eſt. Petrus Alcaſoua cognita hominis ignauia per ſuos id egit, vt in priſti-
num reſtitueretur. Is vt rationes ſuas firmiùs ſtabiliret, Chriſtophori Taboræ, qui in flagran-
ti gratia Regis erat, ſororis nuptias filio ſuo conciliauit, hominemque affinitate deuinxit.
Qui mox cùm in conſilio Regis intimus eſſet, eius libidini velificatus, pecuniæ faciendæ ra-
tiones ad belli onera expediuit: vnde cubiculo regio præfectus potiori loco, quàm antea
fuit. Aliud deinde occurrit quod Regis conſilia impelleret.
In Africa aliquot ante annis, vt ſupra oſtendimus, Muleius Mahametes Xariffeus obie-
rat, is, quo faciente Feſſanum, Marocchium, Turedantinum, & alia regna in vnum coalue-
rant, quæ priùs inter eum, & fratrem Moleium Hamettum diuiſa fuerant. Illi in has leges
conuenerant, vt filij ſuperſtites in hereditario regni iure nepotibus anteponerentur, quibus
ex priuilegio ætatis ſucceſſionis prærogatiua eſſet. Ea ratione non filius patri, ſed frater fratri
F ſuccedaneus erat.
Abdala Mahametis filius, quo Rege pax inconcuſſa, aut modicè laceſſita eſt, patrueles
omnes

omnes ſuos ferro exſecutus erat. Is decem,& ſeptem annos in imperio fuit, & tribus fratri- A
bus infantibus vitæ gratiam fecit, quorum vnus ætate iam adulta fuga ſaluti conſuluit, &
ad Turcorum Principem ſe recepit, alter ad Arabes. Abdala cùm ex regni lege fratres fra-
tribus ſuccedere deberent, id à regni ordinibus expugnauit, vt Mahametes filius eius pri-
mogenitus Rex renuntiaretur, qui nihil prius habuit, quàm vt patruos exitio daret. Quare
alterum eorum Tremiſennæ, vbi à Turco ſplendidè alebatur, per Maurum ſibi fidum ſagit-
ta confodit. Alter patruus Moleius Moluccus, qui in Zilia Tangitanæ Mauritaniæ princi-
pe vrbe (Algerum vocant) agebat, Conſtantinopolim refugit, vbi cùm operam ſuam Sultano
ad Nauatinum probaſſet, ab eo numeroſo milite inſtructus in Africam rediit, tribus prœ-
liis Mahametis nepotis copias attriuit, nouiſſima pugna ſexaginta equitum, decem peditum
millia deleuit, Moleius Mahametes ſummis rebus ob ſcelera euolutus, Regis Hiſpaniæ
opem implorauit, à quo neglectus ad Sebaſtiani genua procidit, & regnum Marocci vltro B
pollicitus eſt, ſi ſua opera in integrum reſtitueretur. Is Ioanni Luſitano patri poſthumus
natus eſt, qui anno ætatis 17. Catharina Caroli V. Cæſaris filia vxore prægnante ex-
ceſſit.

Sebaſtiani Luſitaniæ Regis mores.

Sebaſtianus natura ferox, animi nimius, bellorum auidus, militaribus ſtudiis ardens, ve-
natu, ſaltu, iactu, equitando ætatem agebat, à fœminis, & delitiis alienus, in oculis atauum
ſuum Emanuelem gerens, cuius victoriæ de Mauris celebrantur. Cùm igitur bellicum ſpi-
raret, occaſionem rei gerendæ nactus Xeripho omnia liberaliter ſpondet, & ſuam, ſuorum-
que operam pollicetur. Xeriphus modicis auxiliis rem melius proceſſuram oſtendit, quod
Mauros ad arma pronos habeat, qui ſi numeroſas è Luſitania copias in Africam aducentan-
tes viderint, direptionis, & ſeruitutis metu ad hoſtes tranſgreſſuri ſint. Nihilo ſecius Seba-
ſtianus cogendo militi comitia procerum habet, quibus animum ſuum indicat, maiorum C
exempla proponit, qui Mauris profligandis in ſummam claritudinem exceſſerint, Alphon-
ſum primum pugna Orchieſa quinque Reges Mauros vita, & caſtris ſpoliaſſe, vnde inſignia
ſua quinque clypeolis cæruleis argento ſparſis diſtinxerit, Alphonſum IIII. vno die qua-
dringenta millia Maurorum cecidiſſe. Ioannem in Mauritaniam tranſmiſiſſe, vbi Septam
ciuitatem munitiſſimam obtinuerit.

Alphonſum V. Tangerum, Arzillam, Alcazaram, vrbes amplas Mauris eripuiſſe, Ema-
nuelem Alphonſi nepotem tot victoriis inſignitum, Indias ad ortum, & Malacam vrbem
ſui arbitrij feciſſe, ſe maiorum veſtigiis inſiſtentem non minoribus animis ad fidem Chriſti
propagandam, non impari voto ferri. Sapientiſſimi quique è proceribus incerta belli, Mau-
rorum ingenium, inſidum & fallax obtendêrunt. Bella neceſſitate, non animi impetu, aut
gloriæ ſtudio capeſſenda. Alphonſum I. à Mauris quos in ſinu hoſtes habebat, ad belli ne- D
ceſſitatem adactum. Regem Ioannem II. fidei propagandæ præſcriptione bellum Mauris
indixiſſe, quod ipſe non per ſe Luſitania derelicta, ſed per ſuos duces ſtrenuè geſſerit, idem
ab Emanuele factitatum. Ioannem I. cùm expeditionem in Africam moueret, vt Mauris
tranſitum in Luſitaniam abſcinderet, filiis regni adminiſtrationem reliquiſſe, qui iam impe-
rio pares erant. Philippum Hiſpaniæ Regem, & Malluco, & Xeripho Mauris opem implo-
rantibus abnuiſſe, cuius regnandi veteris exemplo moueri debeat.

Hæc & talia pleraque conſilij proceres ſubiunxêre, quibus ille à ſtudio belli deterreri non
potuit, ſed magis in dies ardens, cùm res in iuuenum animis caleret, Vaſco Sylueiræ, Fran-
ciſco Taboræ, Michaeli Longno, Diego, Lopeſio Siqueiræ viris natalium ſplendore claris,
ſed militiæ expertibus, legendi militis negotium dat, illi per Comarchas dilectum habent,
in quem ij certatim nomina dabant, qui rem bellicam nunquam attigerant. Ad munia bel- F
lica inſtituebantur ab iis qui belli imperiti erant, qui neque vnquam in acie ſteterant, neque
cum hoſte ſigna contulerant, neque excidia vrbium viderant, neque oppugnandis, aut
propugnandis vrbibus operam dederant, ne claſſicum quidem, aut fremitum equorum
audierant.

Filia Philippi Hiſpaniarũ Regis à Sebaſtiano Luſitaniæ Rege expetitur.

Id temporis miſſi à Rege in Hiſpaniam oratores qui Philippi filiæ nuptias Sebaſtiano
ambirent, & eum ad belli ſocietatem flecterent. De filia Philippus annuit, expeditionem in
Africam diſſuaſit, & eius belli ſocietatem abnuit. Tanti Regis auctoritate à belli conſiliis
Sebaſtianus demoueri non potuit, cui nummi, qui belli neruus eſt, Germano & Italo militi
ſcribendo cùm deeſſent, vt exercitum pecunia faceret, noua onera ſubditis, atque adeò ipſi
nobilitati eius rei inſolenti grauia impoſuit, quibus ſuorum animos offenſiores habuit. Mu-
leius Malaccus Rex tanto belli paratu cognito per literas Sebaſtianum leniter, de iure ſuo
aliquid decidere, oppida, arces, annua vectigalia paci emercandæ offerre, Philippi amici-
tiam tentare, quibus ferox iuuenis animus infringi, aut flecti non potuit.

Iater

Google

A Inter hæc Arzilla in finibus Luſitaniæ munita ciuitas à Mauris dedita ſub Sebaſtiani di-
tionem cecidit, quod Rex ſupra mortale gaudium accepit, cui non venit in mentem eam
vrbem ab auo ſuo Mauris traditam, quòd Luſitaniæ regibus oneri & ſumptui, non fru-
ctui eſſet.

Arzilla ſub Sebaſtiani ditionē cadit.

Sub id tempus Hiſpaniæ Rex cum Amurathe trium annorum inducias pactus eſt, vt Bel-
gij oneribus ſufficeret, quod indignè acceptum à Sebaſtiano, qui ab armis Chriſtianorum
Turcis perpetuum metum eſſe oportere aiebat. Eidem à Philippo ad Bellum Africum au-
xilia negata, quòd dies conuentionis exiiſſet. Interim claſſis Indica auro onuſta Vlyſſipo-
nam appulit, quæ Regis animum maximè erexit, & belli conſilia impulit, cùm ad ſtipendia
militum abunde pecuniarum eſſet. Pontifex vt iuueni animos faceret, bullam cruciatæ præ-
ter Luſitaniæ morem indulſit, vnde Rex centum aureorum millia fremente populo expreſ-
B ſit. Idem ad eum ſexcentos pedites Italos Tomaſo Stucleo duce auxilio ſummiſit, Arauſio-
nēſis tria peditū millia Martino Burgundione duce. Vlyſſiponam XV. millia peditum man-
datu Regis conuenêre, quibus Chriſtophorus Tabora dux ſtrenuus impoſitus eſt, Georgius
Lenclaſtrus Dux Aueri mille equites cataphractos, quingentos Mauros ductauit. In exerci-
tu maiora XII. tormenta fuere: mille foſſores. Vnus erat Ludouicus Dataidus belli prudens,
ſummo armorum imperio par, quem Rex per inſcitiam, aut Aulicorum inuidiam Proregis
nomine in Indias relegauit, & firmiſſimum militiæ munimentum ſibi detraxit, quaſique
caput corpori abſcidit. Idem abiturieus quatuor viros in Luſitania ſummæ rei præfecit,
Georgium Almedam Archiepiſcopum Olyſſiponenſem, Petrum Alcaſonam, Franciſcum
Sadam, Ioannem Maſcaregnam. Mox Vlyſſiponæ re diuina peracta vexillum mains album
cruce rubra inſignitum per Archiepiſcopum precibus conceptis Deo ſacrauit, & Ludouico
C Meneſeſio commendauit.

Vicesimoquarto Iunij die S. Ioannis decollationi ſacro, claſſis quatuor triremibus, quin-
quaginta nauigiis, nongentis nauigiolis, quibus milites, equi & commeatus veherentur,
portu ſoluit, primaria nobilitas Regi ſe comitem infelicis expeditionis præbuit, ſummo ſi-
lentio, & inſolita mœſtitia ſtupens, quam non votis & acclamationibus pro more amici,
ſed lacrymis abeuntem proſequuti. Tranſmiſſo freto Gaditano Rex ad Arzillam milites
ſuos exſcenſione facta in continentem expoſuit, eosq; nauſea graues, moleſtia maris fractos
hoſtibus obiecit. Optima fortuna erat oranda, vt miles fluctu, fame, ſolis inſolito ardore,
ſiti languens recentes hoſtium copias, numero ſuperiores non dicam frangere, ſed tota mo-
le ingruentes ſuſtinere poſſet. Hoc autem ordine res proceſſit. Sebaſtianus Tangiarum in
Tingitana Mauritania appulſus, miſit ſalutatum ad Mahometum, qui iam cum filio Muleio
D Xequio eò appulerat, & 300. equites Mauros coegerat. Is primùm de hoſtibus cognoſcen-
dum, Laracham obſidione premendam, & vbi in poteſtatem veniſſet præſidio firmandam
eſſe, tum relictis auxiliis abitum regi maturandum, cætera ſibi curæ fore aiebat. Cauendum
Sebaſtiano, ne rem in diſcrimen mitteret, hoſtes equitatu potiores, à quibus vix vllum Lu-
ſitanis effugium eſſe poſſit. Hunc nuntium Rex ingratè tulit, de exiſtimatione ſua multum
detrahi ratus, ſi Laracha oppido capto in Luſitaniam re infecta rediret.

Laracha veteribus Lariſſa, & Liſſa dicta ad oceanum amni luco impoſita eſt, portu amplo
munita, qui facile propugnari, ægrè oppugnari poteſt, quòd ei arx immineat propugnacu-
lis firma, & aditum in portum propter anguſtias inhibeat. Rex re vltro citroq; magnis con-
tentionibus in conſilio iactata, cùm alij pedem referendum tam inualidis Muhameti opi-
bus, alij extrema omnia tentanda dicerent, propoſiti peruicax pridie Kal. Auguſti Alqua-
E zarquiuirum in penetrali Africa oppidum mouet, qui itinere ſecundis caſtris à Franciſco
Aldano Hiſpano belli ſcienti duce deprehenſus literas à Duce Albano accepit, quibus mo-
nebatur incepta omnia ſubiti impetus parum conſilio prouiſa vaneſcere, aut infauſto exitu
claudi, Mauritaniam regionem eſſe ſitu planam, pagis & vicis inanem, in qua extremum
exercitus agmen ne ab hoſte carperetur, vallo & aggere muniendum ſit; in prima acie ſclop-
petarios habendos, in munitiſſimis locis tormenta diſponenda, ſeruatis ordinibus in hoſtem
incurrendum, neque fugientibus ita inſtandum, vt ordines peruertantur. Quintis Caſtris
in conſpectum hoſtium ventum III. Non. Auguſti primo ab Alcazarquiuiro lapide, in pla-
nicie cognomento Tamita, quam interfluit Mahazenus amnis. Hunc amnem nullo pro-
hibente tranſmiſêre Luſitani, vt in patenti camporum æquore opportuni iniuriæ eſſent, &
ex facili ab equitatu Mauro, qui numeroſus fuit, circumuenirentur. Tribus diebus vtrin-
F que inſtructæ acies manus abſtinuere, Malueco graui morbo decumbente. Rex prœlium
vrgebat, quod ſi duos dies dilatum eſſet, morte Malueci victoria citra periculum penès Lu-
ſitanos erat. Sed iuuenis animi immodicus, flagitium militiæ ratus tot dies in conſpectu

Laracha ſitus.

hoſtis ab armis feriari, Aldanæ dat negotium, vt aciem inſtruat, ille in certamine exitium A promptum eſſe reſpondet, manus abſtinendas, & tempori ſeruiendum.

Aldanus Regis iuſſu aciem adornat.

Cùm Rex vehementius iuſtaret, Aldanus aciem adornat. In fronte Volones Hiſpanos, Germanos, Italos Mendocio duce locat. In ſecunda acie Luſitanos, & Regem Tamuſigę, in vltimo agmine ſcloppetarios pleruſque Luſitanos. Tormenta decem in prima acie, in vltima duo conſtituit, Rex equitatum ductabat. In Malucci exercitu, ſi Ludouico Hoſedano teſti oculato fides, 64. millia equitum, 44. peditum fuere, acies inſtar lunæ dimidiæ fuit, pedites in medio, quadratam aciem effecerant, equites hinc inde flexuoſum arcum reddebant, in cornibus 24. tormenta fulminabant. Robur exercitus in deſertoribus fidei Chriſtianæ fuit. Maluccus morbo languens in equum tamen inſiluit, & in exemplum manu & voce conſpicuus equitauit. Tum tormenta tempori explaudi iuſſit, quibus tantus terror cum clade in Luſitanos incubuit, vt plerique fugam capeſſerent. Tormenta Luſitana, quia B opportuno loco poſita non erant, nulli vſui fuêre. Fidi exploratores non fuerant, qui de tormentis hoſtium cognuſcerent, vt eorum fulminario vitaretur. Tum in eo peccatum, quòd altera verberatio exſpectata eſt, quam anteuenire & in hoſtes tempori inſilire oportuerat. Sebaſtianus cognito ſuorum terrore per globos & cuneos inequitans animos ſuis faciebat, exclamans, *Quò priſtina virtus, & gentis gloria Luſitanæ? Itáne verò puncto temporis vetera decora vertetis. Pugnam capeſſite, gradum inferte, obuios perrumpite*, & cum dicto in equites Mauros tanto impetu inuolat, vt terga verterent, nec minor impreſſio Ducis Aueri fuit, qui ad dextram obios præcipites egit. Hoc ſucceſſu prima acies animis aucta in medios prorupit, quam alij ſequuti rem ſtrenuè geſſere.

Sebaſtianus militibus ſuis animos facit.

Malucci obitus.

Maluccus è ſuorum fuga tanto animi dolore ictus eſt, vt exanimis ex equo repente lapſus ſit. Transfugæ ad Luſitanos morte Malucci didita, audaciam victoribus addidêre, qui C tergis fugientium hærentes ab hoſtium equitatu circumuenti conſiſtere, & vim ingruentium defendere coacti ſunt. Vtque diſiectis ordinibus longius ſparſi, & diſtracti erant, numero contra ruentium oppreſſi, & ad internecionem cæſi ſunt, Sebaſtianus in extremo agmine reſtituta pugna cùm media acies iners ſtaret, in Alcaydam aduentantem flexit, eumque lancea confodit: mox deiecto hoſte cùm obſtantib. inſtaret, equo confoſſo, glande plûbea ictus, in recentem equum inſilit, & ſtragem hoſtium latè edidit, alios haſta, quoſdam acinace confecit, vbi vexillifero interẽptu, ignoratus cum paucis è prima nobilitate manu fortiter faciendo, ſibi viam ad mediam aciem aperire fruſtra conatus eſt. Ignauia Silueyræ, & Diegui Lopeſij rem afflixit, qui mediam aciem ductabant. Hi pedes, quàm manum mouere, & aduerſum iugulum hoſti, quàm cuſpides obtendere maluerunt. Aldanus qui ſæpius aciẽ inclinatam reſtituerat fortiter pugnans aduerſo pectore cecidit. Rex perruptis hoſtium glo- D bis ad vltimum ſuorum agmen enixus prœlio inſtaurato tantum pugnę ardorem ſuis iniecit vt hoſtes in veſtigio ſtarẽt, ad quem Chriſtophorus Taboras, Mi Rex, inquit, vnde auxilium in tanto hoſtiũ numero ſpectandum? A Deo, reſpondit ille, ſi meremur, & cum dicto in confertos irrumpit, ferit, cædit, hoſte manum abſtinente, vt viuum caperet, Taboras impetum Regis adiuuabat, cui mors captiuitate optabilior erat.

Sebaſtiani Regis obitus.

Inter hæc dum Mauri de gloria capti Regis inter ſe digladiantur, Alcayda quidam acinace nudum regis caput diuidit, quo ictu collabentem Regem Maſcarena qui viuus in poteſtatem hoſtium venit, ſe vidiſſe teſtatus eſt, per æſtum diei, & ſolis ardorem vehementiſſimum quinque horas ita prœlij deſæuiit. Mahumettus inclinata ſuorum acie, & complorata victoria fugam capeſſit, quem Maurus ex intima amicitia ad fluuium Muſalienum aſſecutus monet redeat, Maluccum Regem exceſſiſſe, ad regnum ſe omnium voto peti, E abnuit ille, & admiſſo equo in fluuium inſiluit, quo intumeſcente profundis hauſtus eſt.

Eo prœlio Luſitanorum 8. millia deſiderata, totidem manu capta, Hametus è fuga retractus, quam ineunte prœlio abſciſſa ſpe iniuerat, ſummæ rei impoſitus eſt. Alcaydæ omnes in eius verba iurarunt, milite acclamante, *Adſpiret Deus Muleio Hameto, filio Muley Xequy magno Miramolino, Marocci imperatori, Regi Felzæ, Domino Turbiantis.* Mox ipſe manum ad oſcula volentibus præbuit, Muhameti cadauer è fluuio quo merſus erat promptum iuſſu Hameti ſpoliatũ. quod ſalitum & ſtramine inductum per vrbes circumlatum eſt. Tum corpus Sebaſtiani allatum à Sebaſtiano Reſendio, Melchiore Amaralio regis intimo, Conſtantino Bracanzano, Ferrando Caſtreo Maſcarena, Lorogna caſtrorum præfecto, Edoardo Meneſco agnitum, & comploratum eſt. F

Henricus Cardinalis

Cladis fama per Luſitaniam didita Henricus Cardinalis Regis patruus ad gubernacola vocatus eſt, per Georgium Serranum Ieſuitam, ne res vulgo innoteſceret. Mox vulgato

tumore

A timore Vlyſſiponæ vaſtus ſilentio dies, nox queſtu inquies, omnia planctu perſonare, iuta
ſtare, feralia paſſim indici, alij atrati procedere, plerique domi lugere, complorare, donec 5.
Cal. Septemb. Regi mortuo ſolemnia parentalium proceſſere, quæ in eo ſunt, vt nobiles ali-
quot tria ſcuta nigra humeris per vrbem circumferant, mox ad gradus maioris Eccleſiæ,
templi B. Virginis Oliueræ, & Xenodochij ea diſtumpant. Tranſactis ſolemnibus ab Hiſpa-
niæ Rege oratores miſſi qui Luſitanorum animos tentarent, & Henricũ Regem emereren-
tur, vt Hiſpaniæ Rex in ſe omnia traheret, quod arduum viſum eſt, quia parum inter Luſita-
nos & Hiſpanos conueniat, & vtriuſque gentis animi à ſe inuicem inteſtinis odiis diſſideant.
Malucco mortuo Hametes frater in eius locum ſuffectus Philippi amicitiam expetiuit, cui
Sebaſtiani corpus ſe repræſentaturum ſpopondit. Philippus cum eo egit, vt Luſitanis Zeutæ
id traderetur, & Ioannes Sylua, & Dux Barcelloſius octennis puer bello capti liberarentur.
B Henricus Rex ante omnia Petrum Alcaſonam exilio multauit, quia Regi præcipuus expe-
ditionis auctor fuerat, & alios pleroſque fidei fluxæ magiſtratibus ſummouit.

ad gubernacula regni Luſitani vocatur.

Interea Philippus, cui filius cognominis natus erat, ſenſim animis Luſitanorum per blan-
ditias adrepebat. Adhibiti Iuriſconſulti, qui eum ante Henricum Cardinalem in cernenda
hereditate eſſe vellent, & vt ingenia hominum in ambitum, & adulationem prona ſunt, qui
legum & iuris ſpecie falſa quæque defenderent. Tum verò Gaſparum Chirogam Cardina-
lem Toletanum, & Franciſcum Pacecum Cardinalem Burgenſem Vlyſſiponam miſit, vt
apud Henricum Regem & Senatum Vlyſſiponenſem, qui principem in regno locum tenet,
de regni iure in Philippum transferendo agerent. Hi parum æquis animis in Luſitania viſi,
improſpero apud Henricum rumore fuêre, literæ Philippi ad Senatum Vlyſſiponenſem vul-
gatæ Luſitanos ab Hiſpaniæ ſtudiis alienarunt.

C Dum in Africa moramur res Belgij penè nobis exciderant, vbi anno 1577. Antuerpiæ ar-
cem exciſam ordinum decreto ſupra memorauimus. Duabus arcibus parcitum, Tornacenſi
& Cameracenſi, quòd altera præfecti vrbis domicilio dicata eſſet, in altera ſibi Cæſar ius &
imperium vindicaret. Cùm inuiſum principem ſeu benè, ſeu malè facta premerent, ordines
V I I. Cal. Septembr. per literas Ioannem Auſtriam, in primis verò Eſcouedum, qui ei à ſe-
crètis erat, inuidia inundarunt, pulſo Lichio Inſium arci Cameracenſi impoſuerunt, Au-
ſtriam vt ſibi ea munimenta & oppida permitteret, quæ præſidiis inſederat, flagitarunt, ob-
ſides quos dare rogabantur, abnuerunt.

Inter hæc V I I. Septemb. Ordines ad Arauſionenſem legatos Baronem Campignium,
Abbatem S. Gertrudis, Doctorem Leouinum, & aduocatum Lieſfeltium, miſerant, qui
cum eo de teſtituenda in Holandia & Zelandia Catholica fide, & de iugo Hiſpaniæ excu-
D tiendo agerent. Idem per Comitem Holacium Germanos, & eorum Ducem Oberſtenum
pecunia munerata Bolduco exegerunt, Bredam corrupto pecunia præſidio interceperunt,
Fronsberghium tribunum, & Chinſecum ordinum ductores vrbe expulerunt, vbi mox A-
rauſionenſis cum vxore Carlota Borbonia, tum verò Antuerpiæ regio paratu, fauſtis om-
nium acclamationibus exceptus eſt. Inde Bruxellas ab ordinibus vocatus, cuius faſtum ac
ſupercilium plerique cùm ferre non poſſent, Archiducem Matthiam Cæſaris Rodolphi
fratrem adoleſcentem per Malſteam oratorem Vienna arceſſendum curarunt, qui de no-
cte I I I. Non. Octob. raro comite ſe in viam dedit, & per diſpoſitos equos Linam venit, Cę-
ſare fruſtra fugitiuum retrahente.

Ordines ad Arauſionẽſem de reſtituenda Catholica fide legatos mittunt.

Interim Arauſionenſis ſtudio Areſcottio Flandriæ præfectura defertur, qui mox eiuſ-
dem factione Gandauum profectus, vt præfectum ageret tertio Kal. Octobres cum plera-
E que nobilitate in carcerem, ea præſcriptione coniectus eſt, quaſi Arauſionenſi poteſtatem
abrogare, Archiducem Matthiam Teuermondam admittere, Gandauum præſidio contra
priuilegia inſidere conatus eſſet, reuera, vt imperium penes ſolum Arauſionenſem eſſet, à
quo non ita multo poſt Areſcottius carcere exemptus eſt. Tum verò actum cum Archidu-
ce Matthia de Namurio Numerocernam vocarunt, expugnando, vt Hiſpanis aditus in Bel-
gium intercluderetur. Is Antuerpiæ regia pompa I I. Kal. Decembres exceptus eſt: quibus
rebus incenſus Ioannes Auſtria mandatu Regis Mediolano cohortes Hiſpanas, & Italas,
Neapoli turmas equitum, Parma principem Parmenſem, cuius operam bello Turcico pro-
barat, arceſſit. Pontifex militibus in Belgio ſectam oppugnantibus pleniſſimas indulgen-
tias largitus eſt, qua peccatis confeſſione expiatis ſub exitum vitæ fruerentur. Auſtria fir-
mato præſidiis Namurio, vt aduentantes Hiſpanos exciperet, Lucemburgum ſe recipit.
F Bouignæ à Gallobelgis proditæ, V I I I. à Namurio lapide in poteſtatem Ordinum venêre,
qui Bruxellis Auſtriam maieſtatis reum pronuntiarunt, fœdus in ea vrbe ictum integra-
runt, qui ſectarios in ſuam clientelam & patrocinium receperunt, ſectarij Catholicæ fidei

Areſcottio Flandriæ præfectura defertur.

ſacra miniſteria in ſuis vrbibus libera eſſe voluerunt. In Matthiam Belgij præfectum ea le- A
ge conſenſerunt, vt in leges fœderis iuraret, cum quo Arauſionenſis conſulta omnia integra ſe habere profeſſus, capita contulit, inde rebus egregiè prouiſis exercitu Schaldim promoto, Gandauum iuit, quo ſub conopeo ſerico belluati operis ſingulari celebritate exeunte anno, ignibus ipſo meridie per vicos accenſis, lucernis è domuum faſtigio lucẽtibus exceptus eſt. Tum Alençonius in Francia Henrici III. frater, ad partes vocatus, Regina Angliæ fœdere obſtricta, quæ ducena millia angelotorum Ordinibus ſine fœnore mutuata eſt, quinque millia peditum, equites mille ſpopondit, quibus Belgarum ſtipendia procederent, ea lege, ne quid in ſumma pacis, niſi Regina auctoritatem interponente conſieret. Ipſa ſcripto vulgaro profeſſa eſt, ſe Ordines opibus fouere, ne anguſtiis preſſi abdicato Hiſpaniæ imperio in fidem alterius principis concederent.

Amſtelrodamum obſidionis anguſtiis preſſum.

Id temporis Amſtelrodamum obſidionis anguſtiis preſſum in eo erar, vt deditionis leges B
acciperet, ſed & Campignius Rutemondam obſederat, in qua Poluilierius, ope Germanorum, ſtrenuè Regi operam nauabat, cui Auſtria Germanos alios auxilio ſummiſit, à quibus Campignij milites ex improuiſo malè habiti, tum per Mondragonium & Hiergium fugienti Campinio calcaria ſubdita, commeatus, & tria tormenta erepta ſunt. Nec interim omiſſa ab Auſtria pacis conſilia; qui apud Cæſarem, & imperij Principes de Archiduce Matthia queſtus expugnauit, ne auxiliis eum iuuarent. Archidux ab Ordinibus iuſiurandum adactus eſt, ſe Arauſionenſem legatum & vicarium capturum, ex Ordinum conſilio omnia geſturum, Ordinibus cognitionem & iudicationem de peccatis aulicorum ſuorum fore, tributa non indicturum, de pace aut bello ſine Ordinum Belgij comitiis non acturum, de litteris quæ ad res Belgij pertinerent, ad Ordines relaturum, priuilegia antiqua Belgij ſeruaturum, in fœdus Gandani ictum conſenſurum: quibus iureiurando firmatis Arauſio- C
nenſis Archidùcem Machliniam, & Bruxellas auſpicandæ præfecturæ deduxit, exeunte Ianuario, anno 1598. vbi honorificentiſſimè exceptus eſt.

Areſcottius Friſiæ præfectura deturbatus.

Inter hæc Georgius Laignius Reuemberghius, Ordinum nomine Areſcottium & Boſſutium Friſiæ præfectura deturbat, præſidiarios pecunia corrumpit, arces Ooſtamaornam, & Lammeram demolitur, nouas excitat, inter patricios & plebeios ſemina turbarum iacit, Friſiæ tres ſunt præcipuæ partes, Groninga, quæ prima dignatione eſt, Ommelanda quæ ſecunda, & Septem ſyluæ quæ tertia, cùm in iis vrbibus ſeditiones gliſcerent, Ommelandenſes Groningæ peſſimè habiti ſunt, arx Ommelandę diruta, vnde 30. tormẽta XI. Kal. Ianuarij Groningam ducta: quæ res in aperta odia, & belli ſpeciem erupit, cui componendæ miſſis oratoribus Ordines incubuêre, vt coniiictis animis Namurium obſiderent, quod ab Auſtria firmo Borgundionum præſidio munitum erat. D

Montignius cohortis tribunus obſidium cœptauit, cui acceſſere, Goignius Caſtrorum præfectus, Laignius peditum, Vicecomes Gandaui equitum magiſter, Morta tormentis præfectus, à quibus ſociatis copiis Spontini arx in confinio Lucemburgi vi capta, mox ad Lucemburgum tentatis leui prœlio animis æqua manu diſceſſum. Obſeſſi globis eruptionem ſemel atque iterum tentarunt, Duce Baltazaro Accontario, nobili Burgundo, cuius virtus ante alios enituit. Tertia eruptio Barlemourio capite ſterit, qui totam ætatem regiæ militiæ crediderat. Ea clades altera cumulata, cæſa regiorum cohorte, quæ vado tranſmiſſo Lucemburgum propetabat.

Caſimirus ex Germania copias pro Ordinibus ducit.

Interea Auſtria conflato exercitu cùm acri annona fatigaretur, prœlij occaſionem captabat, priuſquam Caſimiri ex Germania manus cum Ordinum copiis coaleſceret: quare ſecundo Kal. Februar. Namurium tenuit. In eius exercitu erant 16. millia peditum, duo mil- E
lia equitum, quibus hoſte abeunte Gelburſium, duo caſtella in itinere, ſitu & opere munita, rei gerendæ maximè opportuna occupat.

In Ordinum exercitu ductore Coignio 56. peditum ſigna fuere, quatuor loricatorum equitum vexilla, & ſexcenti leuis armaturæ ſcloppetarij. Tum ad manum Auſtriæ mille tantùm ſcloppetarij pedites erant, ducenti ſariſſati, nouem haſtatorum equitum turmæ, & 6. ſcloppetariorum equitum vexillationes. Ipſo gallicinio quadringentos pedites Burgundiones Barone Cheuranio, & Ernaudo Acoſta ducibus, centum Hiſpanos pedites, trecentos Gallobelgas ſcloppetarios, centum 50. ſariſſaros Germanos præmittit, qui fauces itineris, & clauſtra occuparent. Coignius orto iam ſole aliquot tormenta Gelburſum conuehenda curat, & tabernaculis caſtrorum pro more incenſis itineri ac prœlio incedit.

In primo agmine duæ cohortes millenariæ Gallobelgarum præibant, mediam aciem to- F
tidem cohortes implebant, vltimum agmen Agamontis, & Lumaij copiæ claudebant, & quindecim Arauſionẽſis Gallorum & Scotorum ſigna equitatus latera quaſi alis vtrinque tegebant.

A tegebant. Auſtria equitum tres globos in hoſtes immittit, qui in colle acie inſtructa conſtitêre,& latera ſylux oppoſitu texêre. Cùm in collem equites eniti non poſſent, pedites ſclopetarij Antonio Oliuera,& Pagano ducibus impetum fecêre, hoſtéſque ad fluuium impeditè transmiſſu difficilem, quos Dux Parmenſis,& Octauius Gonzaga equeſtri procella obtuunt, fundunt, fugant. Flandri pedites plus 10 pedibus præſidij, quàm in manibus habuete, extremum agmen abequite perruptum, & obtritum eſt, ſex millia hoſtium cæſa, aut capta, quorum ſexceuti publico ſpectaculo Namurij, vt perduelles in furcam ierunt. Montignius & Balfurius Anglus fugam expediuere. Coignius caſtrorum præfectus in vltima acie captus eſt: vexillis Auſtriaci titulus hic ad crucem adſcriptus, *In hoc ſigno vici Turcos, in hoc ſigno vincam hæreticos*. E Catholicis duo tantùm deſiderati, ſex vulnerati, equites ſectæ omnes penè illæſi euaſerunt. Auſtria victoriæ inſtans ad Gelburſium fugientes aſſecutus

B eſt,qui acie inſtructa ſpem prœlij dabant, ſed vbi victores propiùs irruentes animaduerterunt, admiſſis equis Bruxellas Montignio duce properarunt, quæ ad 15.lapidem aberant, fugientes nox aduerſæ pugnæ exemit. Gelburſium præſidiarij vitam, & res ſaluas pacti dedidêre, Inde Auſtria Louaoium deditione recepit, Arauſionenſis impoſito Bruxellis Boſſutio Antuerpiam refugit. Ab Auſtria in eo peccatum, quòd in oppidis minimi momenti expugnandis plus iuſto hæſit, cùm victoria caleret, nec ad Antuerpiam, Bruxellas,reliquáſque grauioris rei vrbes animum adiecit.

Id temporis Amſtelodamum commeatuum inopia 6. Idus Februarij anno 1578. leges Ordinum, & ius ſubiit. Vnde pulſi religioſi ordines, ſacra ſuppellex in prophanos vſus ſacrilegio verſa. Hiergius Bouignas deditione cepit. Parmenſis Areſcottium & Tilemontem, in Sicheno oppido parum monito, paucis præſidiariis plus operis fuit, vbi ſemel,& iterum impetus ad ruinam factus, & ſtrenuè refutatus eſt, tertius vrbem multo ſanguine obtinuit, capti è feneſtris laqueo pependere. Dieſtum oppidum munitiſſimum ditionis Arauſionenſis citra ſanguinem deditum, militi res ſaluæ fuere. Inde Auſtria Niuellom duxit, validum ſitu & manu oppidum, quatuor militum ſignis præſidio impoſitis, Villierio duce, qui ruina facta irrumpentes duobus prœliis deturbarunt,mox rebus ſaluis deditio facta pridie Idus Martias. Inde Reuſſium,Goignium, Binſium, Soignium, Bellomontium, Vualcurtium, Mabugium,Hannoniæ, Analtium vocant,oppida recepta. *Amſtelrodamū leges Ordinū & ius ſubit.*

C

Inter hæc Norquermius ex Hiſpania à Rege miſſus eſt, cum literis ad Ordines, quibus imperabat, vt rerum actu decederent, priuati otium colerent, Ioanni Auſtriæ præfecto Belgij parerent, niſi extrema omnia experiri vellent. Reſponderunt illi ſibi cum Auſtria non conuenire, nec alium præfectum quàm Archiducem Matthiam ferre poſſe,qui vltro in fœdus Gandauenſe iurarit, quod vt integrum & firmum maneat ſe animam poſituros, cùm nulla alia otij publici ratio oſtendatur. *Norquermus ex Hiſpania à Rege ad Ordines miſſus, & ad quid.*

D

Sub id tempus Machliniæ turbæ fuere, cùm alij Regem, alij ſectam & Ordines appeterent,à quibus Auſtria excluſus,cuius incuria Maſtrichtum in fidem Ordinum abiit, cùm in Regem inclinaret. Apud leues Belgarum animos in celeritate omnia poſita erant, ne vulgatis conſiliis in alia omnia irent. *Machliniæ turbæ.*

Mox Philippolis tentata,in qua Glinius à partibus Regis non abhorrebat. Id munimentum anno 1555.extructum vt Mariamburgo, quod à Gallis obtinebatur immineret,ſubſidiis annonæ obſtructis in manus Auſtriæ deditiooe venit decimo Kal. Iunias. Secundùm hæc tu mor inceſſit quadringentos è Gallia pedites Ordinum auxilio ſummiſſos Barlemontem io limite Hannoniæ pagum conueniſſe,quos Octauius Gonzaga valido equitatu & pedite Hiſpano firmus imparatos maximam partem oppreſſit, reliqui in arcem refugêre, & Gonzagam vim facientem reppulêre. Princeps Parmenſis Limburgum duxit,& in tranſcurſu arcem firmiſſimam in ſaxo ſitam aqua in ambitum, & foſſa munitam proditione cepit. Inde Limburgum obſidio cinxit, vnde ruina facta præſidiarij plerique ad Parmenſem tranſfugêre, præſidio præfectus animi interritus in arcem rupi impoſitam ad ripam Veſæ fluuij, foſſa alta & lata cinctam, cum 4.militibus euaſit, qui animi defecti, Duci neceſſitatem deditionis attulêre, is res ſaluas pactus cum vxore & liberis Traiectum deductus eſt. Mox Parmæ Dux per Gibranium, arcem Falchemburgenſem, oppidum Erchentoium,& Dalemum non citra ſanguinem ſub leges miſit. Arauſionenſis qui rerum in Belgio potiri, & principe loco eſſe cuperet, Archiducis Matthiæ præſentiam grauabatur, Caſimiri cum numeroſo exercitu aduentum ſuſpectabat, & id ſedulò agebat, ne Regina Angliæ maritima oppida ſui iuris faceret, vel Belgium dominatu premeret, quare ſibi auxilia è Gallia duce Alenſonio arceſſenda putabat, quibus ſe contra Caſimiri & Eliſabethæ potentiam muniret, & auctoritatem ſuam, quam plerique labefactam cupiebant integram retineret. *Philippopolis tentata.*

E

F

Ordinum ea mens erat, vt pulſo Hiſpano Belgium ſuis legibus populari imperio viueret. A

Aldegonda ab Ordinibus in Germaniam miſſus, & ad quid.

Sub hæc ab Ordinibus Aldegonda in Germaniam miſſus, qui apud Imperij Principes Comitiis Vormatiam indictis(dietam vocant)impotentem Hiſpaniæ dominatum criminaretur,Hiſpaniæ Regem odio ſubiiceret, Albani tyrannidem inſectaretur,Belgij miſerias exponeret, Belgas affinitate, moribus, vicinia cum Germania coniunctos opibus iuuandos oſtenderet. Sed apud animos à partibus alienos, & otij diligentes ea oratio parum potuit.

Id temporis vectigal ad belli onera Ordinum decreto mercibus impoſitum eſt, quod legitimi Principes difficili tempore indicere nunquam auſi erant. Omnes Belgij accolæ, & inquilini in verba Ordinum ſolemni exſecratione adacti,ſacramentũ Auſtriæ exuerũt, quod Ieſuitæ,& plerique Franciſcani cùm facere detrectarent Belgio exacti ſunt. Gandaui ex ordine mendicantium pleriquc trucidati,alij vrbe pulſi, Antuerpiæ,Bruxellis,Machliniæ,Berghæ Bredæ,Liræ,Brugis ſectæ miniſteria libera facta, ſectariis templa attributa,in quæ conuenirent,magno bonorum omnium dolore. B

Secundùm hæc Alenſonius ſcripto vulgauit ſe in Belgium præter voluntatem Henrici III.Regis Galliæ fratris exercitum rapere,non vt perduellibus aduerſus legitimum principem, aut ſectariis aduerſus Catholicam fidem auxilio. ſit, ſed vt antiqua Belgij priuilegia, quæ maximam partem à Galliæ Regibus profecta ſunt, tueatur, & laborantibus aduerſus impotentem Hiſpaniç dominatum opem ferat:miſſus ab Auſtria Cheutius in Burgundiam cum tribus peditum millibus, qui Gallos tranſitu prohiberet, ne ſe cum Caſimiro coniungerent.

Diſſidia inter Groningam & Ommelanos oppidanos compoſita.

Inter hæc in Friſia Arauſionenſis opera, diſſidiis inter Groninghæ & Ommelandæ oppidanos quæ diu arſerant compoſitis,Renenberghius per vrbes prouinciæ primarias, Leeuardenum, Veſtergoiam, Septem ſyluas,vbi Friſiæ ſenatus fuit,proceres omnes qui à Rege Hiſpaniæ facti erant carceri mancipauit, & in eorum locum alios ſubſtituit, Cumerum Petreium vrbis epiſcopum in vincula dedit. Oueri ſelum prouinciam vltra Selum fluuium Friſiæ ad occaſum conterminam, Comitatum Zutfeni, Veſtfaliam prouincias Regis fidem ſequutas ex improuiſo tentauit. C

Ante omnia Daneuterum matricem vrbem,& Campenum oppidum, quæ Regis nomine Germanorum præſidiis Poluilerio Duce inſidebantur, Batauorum ope inſiluit. Vis in Campenum incubuit,quod tormẽtis verberatum,mox cuniculis ſuffoſſum, demum ad deditionem coactum eſt. Eæ leges dedirioni dictæ II. Kal. Auguſti,vt præſidiarij ſaluis rebus emitterentur,oppidani Ordinibus ſacramento dicerent,& præſidium acciperent. Inde Renenberghus Dauenterum duxit,vbi plus negotij fuit.Exeunte Iulio Caſimirus nouem millia equitum, 20. peditum recenſuit, & Brabantem ingreſſus Dieſtum ab Auſtria nuper captum obſedit,& ad deditionem coegit. D

Alenſonius Belgium attingit.

Sub id tempus Alẽſonius Belgium attigit, cui Dux Arſcotius obuiam factus Ordinum nomine titulum Belgij protectoris attribuit,& Arauſionenſem ei vicariũ dixit. Leges dictæ, vt ſuis ſumptibus tres totos menſes duo millia equitum, 10. millia peditum aleret, quæ armis ſubiiceret vltra Moſam ea Ordinibus cederent, quæ citra, ipſi Alenſonio, verbi cauſſa, Ducatus Lucemburgius, Comitatus Burgundiæ,ſi Hiſpaniæ Rege repudiato in alterius fidem concederent, Alenſonij ratio præ cæteris haberetur, & cætera talia quæ exitum non repperernnt.

Cùm in eo ſunt Salentinus Comes Iſemburgicus,Coloniæ Archiepiſcopus,Imperij Septemuir,ſtudio propagandæ gentis,quæ ſe improle defecerat, ſacro magiſtratu ſe abdicauit Idib.Septemb.anno 1577.cùm nondum ſacris initiatus eſſet,aut ſubdiaconum induiſſet,vt rei vxoriæ operam daret. E

Caniſa arx in Hungaria de cœlo tacta igne conflagrat.

Eodem anno pridie Idus Apriles arx Caniſa in Hungaria, in qua puluerei tormentarij copiæ aſſeruabantur,de cœlo tacta igne conflagrauit.

Sub id Poloniç Rex Danzicum Pomeraniç oppidum,imperij contumax,vi armorũ ad obſequiũ ſaluis priuilegiis coegit. Ea vrbs ad Viſtulam cùm olim à Teutonicis Pruſſiæ equitibus durius haberetur,vltro in fidem Poloniæ Regis conceſſit,ea lege vt ſuis legibus viueret, dicis cauſa,per ſpeciẽ clientelæ regiũ nomen agnoſceret.Ea hodie opibus, ædificiis, ciuibus frequens eſt,vbi horologium viſitur tam ſolerti opere ſtructum,vt eius pulſu muſici concentus reddantur,qui pro tempore & loco moderatoris arbitratu mutantur.Ea vrbs quia Germanis ciuibus miſcellæ ſectæ ſequacibus pleraque incolitur,excluſum Poloniæ regno Cæſarem indignata, fidem exuerat, Grebinum arcem interceptam præſidio firmarat, quam F

Rex

A Rex armis recepit, præſidiarios exitio dedit, quare Danſicani incenſi pagos aliquot epiſcopi Vladiſlauiæ incendio vaſtarunt, Monaſteriũ Olineſium, in quo vetera pomeraniæ Principum heroa, & monumenta erant, & aliud nobile cœnobium igne corrupetunt, cuius ſacrilegij à Rege pacis ſtudio venia auctoribus data eſt, oppidani ſacramentum Regis adacti ſunt, quod intemperiis acti protinus exuerunt, Derſauiam ipſo Paſchatis die, 6. Idus Apriles mouerunt, ſed cùm diem cæleſtes minæ vltra ſolitum turbaſſent, procellæ vi, & turbinum de equis deturbari, & ſolo afflicti pedem retulêre. Aliquot dies abierant cùm iterum vrbe exercitum emittunt, & in Sbarouium, qui Regis copias ductabat, ad Rocithcheum oppidum vim faciunt. Sbaronius ne hoſtium numero circumueniretur, intra quoſdam aquarum alueos ſe clauſerat, & æquo loco aciem inſtruxerat, vnde Coſacchos leuis armaturæ equites emiſit, qui à Germanis equitibus cataphractis cùm laborarent, equites ali- B quot Hungari, & Poloni ſubſidio miſſi hoſtium impetum fregêre. Dancinani ad 12. millia, velut ad prædam eruperant, quibus Sbarouius duo tantùm millia oppoſuerat. Interv-trumque exercitum fluebat amnis ponte ſtratus, quem Poloni inſederaut. Tum lacus interiectus, cuius obiectu Sbarouius ſuos muniuerat. Dux hoſtium vt regios circumueniret flexu tetendit ſecundùm lacus ripam, & à tergo inſiluit, Sbarouius re cognita ponte diruto ſuos recolligit, & tota belli mole in hoſtem ingruit, à quo tormentis maioribus è colle fulminatus eſt. Poloni ne iterum tormentis obnoxij eſſent, abiectis ſcloppetis curſu in hoſtem inuolant, cominùs rem gladiis gerunt, feriunt, fugant, tormenta vi capiunt, fugientes in mediam aciem impellunt, quæ perculſa verſis ordinibus terga dedit, & in lacum inſilit. Danſicani qui nauigiis ad opem properabant, cùm exſcendere vellent, cognita ſuorum ſtrage in naues refugiunt, ſed ventis reflantibus, pleriqueperiêre, nox fugientes aduerſo prœlio C exemit. Octo millia hoſtium, & amplius deſiderata, 7. ærea tormenta capta, 13. ferrea Campeſtria, è regiis 90. tantùm cecidêre.

Mox vrbs obſidione fatigata exeunte anno in poteſtatem venit, his legibus, vt omnia nomina Sigiſmondi II. Regis demortui Danſicani expedirent, 12. tormenta muralia arbitratu Regis darent, quatuor cataphractorum equitum turmas ad vſum eius inſtructas ſemper haberent, munitionem ad fluminis ripam euerterent.

Dãſicani in Hiſpania Regis potestatē venit.

Inter hæc Iſmael Rex Perſidis à Perianconcona ſorore veneno primùm tentatus, mox quia res in longum extrahebatur, faucibus in balneo eliſis interemptus eſt 7. Kal. Decembris, in cuius locum Mahumetes Codabanda frater demortui, interſecta venenaria Periancocona, factione Salmæ Mizirei primarij Sultani ſuffectus eſt. In eius verba Caſbini, vrbe matrice, proceres iurarunt, qui conſcij necis Iſmaelis fuerant ad Amurathen transfugerunt, D à quo ingens expeditio in Iſmaelem mota erat.

Iſmael Rex Perſidis à ſorore faucibus eliſis intermitur.

Id temporis per ſodales S. Auguſtini China cognita & luſtrata eſt, vbi tormenta muralia ante octingentos annos in vſu fuiſſe produnt, quæ in Europa anno 1330. reperta, per Bertholdum Schuarthzium monachum alchymiſtam, mox ad bella pugna Creſſiaca aduerſus Gallos ſub annum 1346. ab Anglis tranſlata, tum à Danis & Veneris anno 1354. vſurpata ſunt. Sic nobiles illæ formæ quibus libri typis excuduntur anno 1440. in Europa per Ioannem Guitembergham repertæ, & Mogontij primùm exercitæ, in China ante mille annos viguêre. Rex raro publico ſe dat, vt regij nominis maior ſit ſanctitas, & pro Deo habeatur, nemo niſi per internuntios, à quibus magno numero ſuccedentibus res ante expenditur, cum Rege agit. Eius Regia non inſulis, ſed continenti creditur, ad quam exteri nunquam admittuntur, ſi quando agendum cum oratoribus externorum Principum, E Rex mari ſe committit, & cum iis agit, ne in regnum admiſſi, opes moreſq; ſubditorum explorent.

China ab Auguſtini ſodalibus cognita & luſtrata.

Tormenta à quo primùm inuenta.

Typographia à quo reperta.

Hodie tamen ratio mutata, vt exteri benignè excipiantur, & de fide Chriſti differentes audiantur. Procero ſtatu ſunt, paruis oculis, ſerica veſte, vaſis murrhinis vulgo vtuntur, porcellanas vocant, quæ venena reſpuunt. Ea ita conſiunt, è limacibus marinis, ouis, & arena maſſas temperatas terræ mandant, quæ centum annis calore ſolis excoquuntur, & à patribus in filios pro hæredio tranſmittuntur. Argento, gemmis, ſerico, moſcho, rhabarbaro abundant. Ea Regio ab ortu oceano clauditur, & per mille paſſuum millia ad Guanchinchinam, & Nanquium porrigitur, ab occaſu Cataium, & Scras habet, à Borea regnum Mangium.

Interea ineũte anno 1578. Sebaſtianus Venierius ipſis ſui principatus auſpiciis fato con- F ceſſit, in cuius locum Nicolaus Pontius patricius multis publicis muneribus cum laude functus, 80. annos natus, ſuffectus eſt. In Italia eo anno paludes inter Bononiam & Ferrariam ſiccatæ, & alia leuioris negotij, quàm vt in litteras mitti debeant.

Venierius fato concedit.

Inter hæc in Belgio Archidux Matthias 17. Kal. Auguſti Liræ exercitum recenſuit, in A
quo Germanorum equitum 4. vexilla, X I I. cataphractorum qui haſtis concurrerent, 44. ſi-
gna peditum. Auſtria per Hiergium quem ſpeculatum miſerat de Archiduce cognouit, lu-
ſtratoque exercitu 6. equitum millia, 12. peditum cenſa, quibus fretus in hoſtem duxit, &
acie inſtructa prœlij copiam fecit. Boſſutius Caſtrorum præfectus tormentis in regios ful-
minabat, qui Anglos loco mouerant, & in vallum, ac caſtra compulerant. Abſcedentium
extremum agmẽ locis impeditis Boſſutius carpere potuerat, ſed equitum alis pedites inum-
brantibus abſtinere ſatius viſum.

Id temporis Gallobelgæ, quos Vallonas vocant, in Arteſia & Hannonia inclinatam, aut
potiùs ruentem torrentis more in Belgio Catholicam fidem ſuſtentarunt, à ſecta inuiolati,
& cum Rege Hiſpaniç religionis vinculo coniuncti. Hannoniç Vicecomes Araſcottium vr-
bem Ordinum nomine vi cepit, & præſidiarios occidione cæcidit. Caſimiri copiæ prœlium B
abnuebant priuſquam ſtipendia procederent. Alenſono fides ab Ordinibus præſtita non
erat, quòd pecuniæ in arcto eſſent.

Auſtria potẽtia aucta.

Interim Auſtriæ potentia gliſcebat, qui cognito de inteſtinis hoſtium diſcordiis, cùm du-
ces inter ſe æmuli eſſent, & parum alteri alteris fiderent, in priſtinis ad Namurium caſtris
veſtigium fixit, ratus id quod erat, Ordinum copias commeatuũ, & pecuniarum inopia bre-
ui dilapſuras. Caſimirus Gandauum per triumphi pompam init, vbi ciues per laſciuiam
eius auctoritate cœnobia euerterunt, templa prophanarunt, ſacras effigies conſciderunt, ſa-
cerdotes vrbe exegerunt, ſacram ſuppellectilem in ſtipendia Germanorum contulerunt,
quod Alenſonio, & Arauſionenſi ingratè acceptum eſt. Diuerſa parte in Hannonia Guliel-
mus Mommorantius Heezius, & Eduardus Bernouilius Capreſius Meninium oppidum
occupant, aggerem iaciunt, & in eo turres & propugnacula exſtruunt, eoſque ad ſe inuitãt, C

Malecontẽti qui.

quibus & ordinum, & Hiſpanorum impotens dominatus odio erat. Ij vulgo Male contenti
indigetati, ad quos Lainius Montinius, & Motta Grouelingę præfectus fidei Catholicę ſtu-
dio ſe aggregarunt. Quibus Hiſpaniæ Rex eo nuntio lætus per litteras gratias egit, quod in
fide Catholica firmi ſtarent, vetera omnia priuilegia rata fecit, & vltro annuit, vt eæ prouin-
ciæ, quæ priſtinæ fidei tenaces eſſent, à ſolis indigenis regerentur, aliis præfectis, aut militi-
bus obnoxij non eſſent. Arauſionenſis, vt diſcidia ſarciter, & animi coaleſcerent, Aldegon-
dam Gandauum miſit, qui ſacerdotes in integrum reſtitueret, iiſque 4. templa attribueret,
quem Burgomagiſtri per contumeliam expulerunt, & in ſacrilegio de induſtria obdurue-
runt, populumque in proteruia & laſciuia firmarunt. Brugæ, Iprinum, Terremonda, Ode-
nardum, Aloſtum, & alia pleraq; Flandriæ oppida Gandauenſium ſectam exſequuta erant,

Ioãnis Auſtriæ obitus.

& in nobilitatem animis exarſerant, quam gubernaculis deiectam cupiebant, vt populari D
imperio ſtarent.

Contra Malecontenti numero pariter atque viribus gliſcebant, Bellam, Toperingam,
Mortauiam in Tornacenſi agro interceperant, Gandauenſi agro imminebant. Alenſonius
exeunte Septembri Biuſium à Diego Gaona inſeſſum obſederat, & irruptione facta, inter
colloquium vrbem diripuerat, tam opulenta præda; vt ſectarij qui ſtipendiis eius mere-
bant, centum aureorum millia & amplius, ſacra ſupellectile expilata, & vendita refecerint,
trecenti Gallobelgæ cæſi indignante Alenſonio, qui ceterorum ſaluti conſuluit.

Id temporis Ioannes Auſtria Kal Octob. annos 30. & vnum natus diem ſuum obiit, iu-
uenis in exemplum virtutis genitus, gloriæ ingens, belli felix, conſilij maturus, primam intra
iuuentam claritudine inter paucos ſenum. Nimia credulitas ei in crimen vertit, quod in
delatores pronior eſſet, & quæ prima opinio hæſerat, ea vix ex animo exuri poſſet, quòd in E
viro principe perniciale eſt, tum verò quòd malo ambitu ardens bella ex bellis ſerere cupe-
ret, à pacis rationibus alienior. Eum Carolus V. è Germana Nobili, cui nomen Plombeanæ
fuit, ſuſceperat, & Philippo de meliori nota moriens commendarat.

Interea Gandauenſes impetu ad res nouas ferri ſoliti, IIII. Non. Octob. in carceres inuo-
lant, Iacobum Neſſelium, & Veſſium viros dignitate præcipuos in plauſtrum impoſitos ex-
tra vrbem rapiunt, & ex arbore laqueo ſuſpendunt. Tum Caſimirum vrbe excipiunt V I.
Idus Octob. promiſſis oneratum, eique centum 70. millia florinorum numerant, quibus ille
acceptis ad ſuos rediit. Boſſutius & Lanouius Caſimirum ſtipendiis ſolutis dimittendum
eſſe ſtatuebant, quòd Germani non partibus, ſed ſtipendiis militent, quæ ſi ad diem non re-
præſententur, ad hoſtes quibus pecuniæ in promptu ſint facilè tranſgrediantur.

Nicolaus Goſſonius capite truncatur.

Sub id Caprius cum Duchio vrbis præfecto de Rigiaco, Attrebatum, & Araſſum vo- F
cant, ad ſtudia Regis flectendo irrito conatu egit, Nicolaus Goſſonius conſilij conſcius
exeunte Octobri capite truncatus eſt. Parmenſis in locum Auſtriæ ſuffectus id omni ope
agebat,

A agebat, vt Malecontentos ad ſuas partes traheret, Alenſonio iam abitum parante, quòd res ob inteſtina diſſidia parum ex ſententia procederet.

Diuerſa parte Arauſionenſis in eo erat, vt diſſidentes Belgarum animos inter ſe componeret, & vtrinque gratiam facitet. Gandauenſes in has leges adacti ſunt, vt ſacerdotes in integrum reſtituerent, aliquot templa Catholicis ad miniſteria ſacra attribuerent, ducena plus minus aureorum millia cæteris prouinciis exhauſtis in cauſam expenderent.

Interim Renembergus Dauentorum ad deditionis pacta coegit. Præſidiarij rebus ſaluis egreſſi, 10 Kal. Decembr. ad Parmenſem tranſierunt, qui vt aditum in Germaniam ſibi aperiret, Maſtrichtum, & Campenum arcem obſedit, quæ vtraque Lanouius Arauſionenſis vicarius præſidijs firmarat. *Dauentoriũ deditum.*

B Id temporis 10. Kalend. Ianuarij Comes Boſſutius mortalitatem expleuit, quo tempore Alenſonio in Galliam redeunte Pontius ordinum ductor in pago Becottio apud Villaticum hoſpitium ſortitus, ſplendidè pro fortuna, & loco ab eo exceptus eſt. Et tres filiæ erant forma liberali, quas vt in Gallia moris eſt, hoſpitibus miniſtrare iuſſit. Pontius vt vino incaluit, puellæ natu maioris cupidine illectus, patrem domo exigit, puellæ vim adfert, quæ animi ægra, probri impatiens cultello è menſa rapto ſtupratoris latus confodit, & hominem neci dedit, milites puellam ad palum alligatam plumbeis glandibus peremere. Pater doloris immodicus manu ruſticorum facta ducentos milites opprimit & cædit. *Comes Boſſutius moritur.*

Cùm in eo ſunt anno 1578. Cæſar Moſchouiæ 20. millia militum Vendam Poloniæ oppidum duxit, vbi à Stephano Rege exigua militum manu deletus eſt, vigintiquatuor C muralia tormenta capta, Moſcho inducias flagiranti bellum atrox indictum, quod ſuo loco reddemus. *Cæſar Moſchouiæ ſternitur.*

Inter hæc Amurathes Muſtapham purpuratum cum ſummo imperio bello Perſico præfecerat, qui apud Erſitum in Armenia proximè Eufratem (veteres Simbram dixere,) ducenta millia militum coegit. Exeunte Auguſto Perſidis limitem inuaſit, cui Rex Tomacum (alij Docmacum vocant) Riuano Armeniæ oppido præfectum oppoſuit. Is 20. millia equitum tumultuario dilectu collegit, vt conſilia hoſtium exploraret. Cùm Muſtapha ad Chiederum montem in planitie caſtra poſuiſſet, & pleroſque ex ſuis tumulos & colles inſidere iuſſiſſet, Perſæ in eos vim faciunt, à quibus ſeptem Sangiaci cæſi, Turcorum acies inclinata, ſed Muſtapha equitum globos immittente pugna reſtituta æquis manibus abſceſſum, decem Turcorum, VI. Perſarum millia cecidêre. In eo tractu eſt Georgia, veD teres Iberiam dixêre, ad Caucaſi radices, vbi Alexander, & Manuchus Dedeſimitæ viduæ fœminæ ditiſſimæ filij arcem Turcis opportunam obtinebant, quam Muſtaphæ vltrò dediderunt. Is ad Archichelecum exercitu promoto, & cenſo ſibi iam 40. millia militum periiſſe cognouit. *Amurathes aciẽ in Perſas mittit.*

Inde Teſtiſum Armeniæ vrbem pertexit, quæ à Dauto Georgiano, quia propugnationi impar erat, derelicta à Muſtapha propugnaculis, & præſidio firmata eſt. Mox duodecimis caſtris Situanum appulit, quam veteres Mediam Attopatiam vocarunt. Ad confluenta Canaci, & Ataxis amnium, Togmaco, & Emito Chamo, Perſarum ducibus plerique Turci pabulatum & frumentatum egreſſi deleti ſunt, ſed fugientium ſtrepitu audito Muſtapha equites ſubſidio miſit, à quibus acies reſtituta, fuſi Perſæ in Canacum inſilire coacti ſunt.

E Eo belli furto Turcarum octo, Perſarum 4. millia deſiderata. Tum cymbis ac lintribus Muſtapha Canacum tranſmiſit. Idibus Octobris Canachus fluuius imbribus auctus, ita intumuit, vt in tranſmiſſu 16. Turcorum millia profundis hauſta ſint. Reliqui vado explorato impunè tranſmiſerunt, & in alteram ripam tormenta deportarunt, quò appulſi cùm omnia conſulto à Perſis vaſta eſſent, annona conflictati, vltima conſilia ceperunt, donec ad Ereſum venerum oppidum rerum omnium inops, & conſulto deſolatum, ne hoſtibus vſui eſſet.

Inde Summachium, & Derbenrum oppida munita vltro Turcis in poteſtatem venêre. Cùm hyems ſæuiret Muſtapha impetum ſuſtinuit, & Teſtiſum afflictas fame, & montium aſperis copias retraxit, vbi præſidiarios inedia, aut inſidiis circumuentos periiſſe animaduertit.

F Tum verò Conſtantinopolim, amiſſo exercitu, pecuniis exhauſtis venit, ſed in tranſcurſu Tartaros Perecopeſos argento emercatus in Perſas immiſit. Ii Tauricam Peninſulam obti *Muſtapha amiſſo exercitu & pe-*

tunius exhauſtis Cōſtantinopolim venit.

obtinent, & Chamum Regem habent, cui Tartati Bialogrodeſi, Olſoneſi, Nogaueſi, & A alij ad mare Hircanum, Boriſthenem, quem Neperum vocant, Tanaim, & Volgam fluuios parent.

Abſceſſu Mulſtaphæ Mehemetus Sophi oppida omnia à Turcis inceſſa recepit, Tartaros, & Turcos cæcidit, vt Amurathis & Muſtuphæ labor in irritum ceſſerit, ipſe pro victore ſe geſſerit.

Daciæ motus ſopiti.

Ob religionem & magnus hoc anno tumultus in Dacia ſopitus eſt. Ingens erat iis locis diuerſa & abſurda in religione ſentientium licentia, ſub Ioanne Scepuſio Tranſſyluano adulta, & à Georgio Blandrata corroborata, qui Geneuâ pulſus in Poloniam refugerat. Huius diſcipulus Franciſcus Dauid damnatos Arij errores integrarat, & leues hominum mentes in fraudem induxerat, quem Chriſtophorus Batoreus Stephani regis frater, capite damnauit. Dauid B ex conſcientiæ morſu intempetus actus inter aſſidua maniarum tetricula, dum latebras fruſtra quærit, miſerabili exitu anxiam vitam clauſit.

***

IVLII

IVLII CÆSARIS BVLENGERI HISTORIARVM

Liber ſextus.

A DVM hæc in Flandria, Perſide, Dacia, rerum facies varia for-
tuna voluitur, in Gallia poſt edicta pacis vltimo Septembris
condita, in Delphinatu, & Septimania ſtudia partium, Bello-
gardio Tribuno equitum, & Gordio Borbonij Delphini prin-
cipis legato adnitentibus ſiderunt. Omnes in verba Regis ad-
acti pacem obuiis vlnis amplexi ſunt. Gordius pacis propoſi-
tum vrgens ad Montelium Adæmari ſontico morbo correptus
hominem exuit, in cuius locum Laurentius Maugironus Fran-
ciſci filij, qui in Regis Henrici animum validus erat, commen-
datione ſuffectus eſt. Is vt præfecturæ ſuæ auſpiciis comitatis
famam captaret, Franciſc. Bonæ Diguierijs gratiæ id dedit, vt donec edicto fides integra
B conſtaret, ſectarij in Delphinatu loca quæ inſederant, retinerent, & duo millia aureorum
in ſingulos menſes alendis præſidiis à Rege acciperent, quod Rex iniquo animo tulit, & in
aula improſpero tumore acceptum eſt. Caſtrodupli in Dienſi diœceſi Prada quidam ſectæ
nomine ferox, latrociniis infamis, à Maugirono captus capite luit. Nauarrus item quoſdam
ex ſuis prædatoribus famoſos in furcam egit.

Partiũ ſtudia in Gallia quieſcũt.

Interim Regina Margaritam filiam, Nauarri vxorem, quæ in aula viro abſcedente reſti-
terat, ſecum ad virum traxit, Burdigalæ regio paratu in gratiam Nauarri excepta eſt. Tum
& Idib. Iulij tripertita quam vocant camera Aginni Nitiobrigum inſtituta XII. ſenatori-
bus, & duobus præſidibus, altero Catholicæ fidei, altero ſectæ addicto conſtans, quæ ita ius
diceret, vt tertia pars in ſingulis iudiciis ſectariorum eſſet.

Quæ dum in Aquitania procul aguntur, longè alia rerum facies in aula erat, vbi Alen-
C ſonius vt malo caueret, de nocte aula exceſſit, decimoquinto Februarij, & Alenſonium
in Aulercis concedit, vnde excuſata fuga per literas ad Regem in fide ſe futurum polli-
citus eſt.

Iacobo Leuio Antonij Cailuſij in Ruthenis reguli filio, liberali ſpecie iuueni, cùm Caro-
lo Balſaco Dunenſi ſimultas intercedebat. Ii horam & locum duello condicunt, & duos
quiſque ſecum certaminis, & periculi ſocios trahunt. A Leuij partibus ſtabant Franciſcus
Maugironus, & Ioannes Darſius Liuarotus, à Dunenſi Deidius Riberacus, & Georgius
Scombergius, qui taciti, re diſſimulata, V. Kal. Maij, in foro equorum venalium ipſo dilucu-
lo mu

Iacobi Leuij cum Carolo Balſaco duellum.

lo mutuis vulneribus in aduerſos enſes ſe induerunt. Maugironus à Riberaco, Scomber- A
gius à Liuaroto confoſſi. Leuius & Riberacius lethali vulnere decubuère. Rex eo caſu perculſus plures dies publico abſtinuit.

Id temporis Idib. Nouembris cùm Comitia Diuione haberentur, libellus ſupplex ad Regem perſcriptus eſt, quo noua onera Ordines deprecabantur, quem Rex ingratè, & diſſimulata offenſione accepit, veritus ne res in tumultum erumperet.

Factionum res in Principatu Arauſionenſi.

Interim in Venaſcenſi comitatu, & principatu Arauſionenſi factionum res erat, quòd Pontifex Max. in ditionis ſuæ oppidis, & agris ſectæ nihil indulgere vellet. Minerbiam caſtellum munitiſſimum Albertus Papa Santalbanus cum XXX. delectis equitibus amicitiæ ſpecie ingreſſus, Ferrerio præſidij duce pugione confoſſo obtinuit.

Tandem Nemauſi per Thoræum Danuillæ fratrem, & Franciſcum Colinium Gaſparis filium, aliosque primariæ nobilitatis viros conuenit, vt Pontificiæ ditionis vrbes, & pa- B
gi à ſectæ miniſteris inuiolati eſſent, exceptis Pilis, & Minerbia, quorum libertati ac licentiæ conſultum eſt. Cautum vt Caprarienſes, aliique vicani nullam ſectæ nomine moleſtiam paterentur, qui Pontificia ditione excedere vellent, iis prædia iuſto pretio vendere liberum eſſet.

Poſtremò conuentum, vt conditiones à Pontificiæ ditionis ordinibus ratæ haberentur, & iureiurando firmarentur, quod deinde bona fide factum. In arcano conuentum, Danuilla ſponſore, ne Pontifex ad iniquas conditiones cogi videretur, vt Auenionenſes ob damna Arauſionenſibus data ad ſarciendas eorum ruinas, & præſidij neceſſitatem leuandam, 6. millia aureorum quotannis penderent, quod diu poſtea tenuit. Iacobus Gobio Matignonus inferioris Neuſtriæ præſes Franciſci Oi ſtudio, qui in gratia Regis flagrantiſſimus erat, & eam prouinciam ſui beneficij facere cupiebat, tri- C
bunus equitum à Rege creatus eſt, Philippi Huralti Chiuernij fidei ſigilla permiſſa, Renato Birago, qui Nonis Februarij in collegium Cardinalium cooptatus erat, onus deprecante.

Collegiũ S. Spiritus inſtitutum.

Pridie Kal. Ian. Rex Conchuliato ordine S. Michaelis obſoleſcente quòd in indignos conferretur, nouum equitum collegium S. Spiritus titulo, 100. equitibus deſtinatum inſtituit, cuius ipſe Princeps dictus.

In eum ordinem IIII. Cardinales, IIII. Antiſtites eccleſiaſtici, inſuper magnus Eleemoſynarius, Cancellarius, Præfectus cerimoniarum, magnus Theſaurarius, Scriba, Fecialis, Oſtiarius allecti. Commendatorum nomine dicti equites, quòd Rex ex opulentis cœnobiis vectigalia demere, & Commendas Hiſpanienſium exemplo erigere, quadriennio antè agitaſſet. D

Turenæ Vicecomes duellũ Roſano & Duracio fratribus indicit.

Id temporis cùm Regina Aginnum veniſſet decimoſexto Kalendas Aprilis Henricus Turrius, Turenæ Vicecomes, Nauarri in Aquitania vicarius, quòd Caſtrogeloſij Labretani principatus oppidi aditu à Durfortio Roſano vrbis præfecto excluſus eſſet, duellum Roſano, & Duracio fratribus indixit, ipſe Ioannem Gontaldum Bironum Salignacum certaminis ſocium ſibi ſumpſit, & albeſcente die extra vrbem ad arenarias in ripa Garumnæ deſcendit, vbi vir procero ſtatu à Roſano breuis ſtaturæ homuncione multis vulneribus onuſtus pro mortuo iacuit, tandem medicorum ope in regni perniciem conualuit.

Ioãnis Mõlucij obitus.

Inde Regina Toloſam tenuit, vbi Ioannes Monlucius Valentiæ Epiſcopus, vir ingenij, & doctrinæ præclarus, multis ampliſque legationibus cum ſumma prudentiæ fama functus obiit, improſpero rumore, quòd aulicis auſibus, plus quàm epiſcopum deceret, E
imbutus, minùs de Deo & pietate, quàm pro Catholico homine ſentiret. Quem mox ſecutus eſt Franciſcus Mommorantius, vir publicæ quietis amans, animi integer, & Regi fidus.

Sub id Nauarrus Mazeram in Foxenſi principatu conuentum indicit, quò quinto Idus Nouembres Mommorantius Danuilla venit, vbi de ſectariis conqueſtus eſt, qui circa Pezenacum pleraque caſtella inſederant, vnde latrocinius vicina loca infeſtabant.

Itaque cùm primis petebat, vt rebelliones iſtos bona Regis Nauarri venia ferro perſequi, & in eos iure belli agere liceret, cuius rei poteſtas ei facta. Eius diſceſſu ſectarij Nauarrum ad belli conſilia impulère, quod Regiis edictis fidem conſtare negarent, facto tacito decreto Nauarrus Antonium Plexium Lecham Septimaniæ, & Sofredum Calignonem Delphi- F
natus

A natus delegatos remotis arbitris euocat, & duobus aureis in duas partes confractis, alteram
penès ſe retinuit, alteram ad Franciſcum Colinium, Caſtellionæum, & ad Bonam Diguie-
rium perferendam dedit, additis mandatis, vt à quocunque alteræ duæ dimidiæ ad ipſos
poſtea afferrentur, ei de die, & ratione belli inchoandi fidem haberent.
Interea Kalend. Sextilibus Alenſonius, qui in gratiam cum Rege bona fide redierat, exi-
guo comitatu in Britanniam, vt Eliſabethæ nuptias ambiret, vela fecit, à qua peramanter
exceptus eſt.
Sub Idus Sextiles delecti ſunt, ex ſenatu Pariſienſi, qui præſide Achille Harlæo viro eru-
ditione, prudentia, integritate præſtanti, rebus in Curia prolatis, per ferias æſtiuas Picta-
uiis, & in aliis prouinciis ius dicerent, quorum iuriſdictio ad natalem vſque Domini pro-
rogata eſt. Magnos dies Pictauienſes vulgo vocitarunt, quòd in capita facinoroſorum ſe-
B ueré anquireretur, Andreas Bellouallius Pimpeanus natalium ſplendore clarus, cædis &
aliorum criminum compertus capite luit. Dum Iuridici dies aguntur Henricus Borbonius
Condæus ignoratus pernicibus equis, Faram Veromanduorum ad Eſiam oppidum muni-
tiſſimum hoc vaframento intercipit. Genuenſem virum ſtrenuum cum tribus ex ſuis præ-
mittit, qui ad portam cum vno ex ſtationariis, quaſi de via incertus ſermone habito homi-
nem eò vſque detinuit dum ſocii in propinquo eſſent, tum miſſo in terram aureo dum ad
illum colligendum excubitores accurrunt ſcloppeti diſploſi ſigno coniurati adſunt, & vr-
bem ingreſſi oppidanos aduentu Condæi principis ſecuros eſſe iubent, cui prouinciæ præ-
fecturam Rex attribuerit.
Sub id, ſacri ordinis proceres conuentu Meloduni habito per Arnoldum Pontacum Va-
ſatenſem epiſcopum virum pietate & doctrina illuſtrem, apud Regem de Synodo Triden-
C tina promulganda ſedulò agunt, & vt antiſtites tanto munere digni per diœceſes conſti-
tuantur flagitant, oſtenduntque XXVIII. Epiſcopatus in regno præſulibus carere, quo-
rum reditus prophani homines fruantur; cœnobia innúmera eſſe, quæ in prædam pueris,
fœminis, nobilitati dentur, in iudicia familiæ erciſcundæ cœnobia, prioratus, & opima be-
neficia venire, in ipſo principis conſiſtorio epiſcopatum illuſtri matronæ, quaſi rem in com-
mercio poſitam, adiudicatum eſſe. Sacrum patrimonium equitibus commendari in rei ec-
cleſiaſticæ perniciem. V. Non. Octobr. cum Nicolaus Angelerius Sancti Brioci in Armo-
rica epiſcopus de concordatis inter Leonem X. Pontificem, & Franciſcum I. Regem Gal-
liæ abolendis, & præſulibus collegiorum ſuffragio eligendis ſermonem feciſſet, Rex ad om-
nia benignè reſpondit, & re infecta dimiſit.
Actum & de contractibus cum vrbe Pariſienſi anno 1561. Poſſiaci, & ſexennio poſt Lu-
D tetiæ cum clero factis reſcindendis, quo facto in prætorio Decurionum vrbis æs publicum,
quod quadringenta milia aureorum amplius annui reditus reficiebat, & fides publica
conſidebat, viduæ, pupilli, pauperes, quorum vniuerſam ſubſtantiam ærarium vrbis hauſe-
rat, iugulabantur. Quare tumultuante plebe grauia conſulta à Senatu in clerum facta ſunt,
vnde conſilium permutationis diiectum, fides publica refecta eſt.
Hoc eodem anno 1579. patrocinium Geneuæ à Rege ſuſceptum eſt, in qua vrbe clau-
ſtra regni Gallici poſita ſunt, vt liber in Galliam aditus poſſidenti aperto ſit. Soloduri 8.
Idus Martias per Altafortium, & Nicolaum Harlæum Sancium Regis apud Heluetios ora-
torem tranſactum, vt Rex ad ditiones Bernatibus à Sabaudo vltima inter eos pacificatio-
ne conceſſas, perinde ac ſi fœdere generali inter Reges deceſſores & Heluetios inito no-
minatim comprehenſæ eſſent, defendendas obligaretur, in gratiam Bernatum Geneua
E eo fœdere veniret. Geneuenſes copiis regiis iter vacuum pro loco & tempore patefacie-
rent. XVI. Kalend. Decembris in Senatu diploma publicatum eſt, quo Lodunenſis ager
titulo Ducatus decorabatur, eoque Franciſca Roana, quæ litem de matrimonio Iacobo Sa-
baudo Nemoroſii Duci fecerat ornata eſt, vrgente Anna Areſtina Guiſianorum matre, quæ
Nemoroſio nupſerat, ea lege, vt conceptis fidei à Nemoroſio datæ documentis iuri om-
ni renuntiaret.
Eodem anno Ioannes Aumontius natalibus clarus, virtute & fide clarior equitum tri-
bunus creatus eſt, anno 1580. teſſeræ à Nauarro ad Franciſcum Colinium & Antonium
Plexium Grenianum in Septimaniam, ad Diguierium in Delphinatum miſſæ, quibus
belli faces præferebantur, & claſſicum canebatur. Septimani turbas abnuere, Diguierius
in arma præceps ferri, Cadurcorum & Aginnenſium præfecturæ nuper Margaritæ Na-
F uarri vxori nouo more dotis nomine attributæ fuerant, quòd Rex dotem in nummis re-
præſentare non poſſet. Iura etiam regia in eam tranſcripſerat, vt ad epiſcopatus, & cœ-
S

Alenſonius in Britanniam Eliſabethæ nuptias ambit.

Magni dies.

Conuentus Melodun.

Geneua patrocinium à Rege Gallo ſuſceptum.

Ioann. Aumontius equitum tribunus creatur.

nobia quos vellet, nominare poſſet. Vidus Faber Pibracius Curiæ Pariſienſis Præſes e-
dem Cancellarius attributus. Margaritæ cùm Cadurcum dotalem ciuitatem intrare velle
aditus negatus.

Cadurci ſitus. Ea vrbs Cadurcorum metropolis Oltæ amni impoſita eſt, qui in Gabalis ortus per Ru-
tenos in Cadurcos labitur, & vrbem tribus partibus alluit: quarta pars per terram & Barre-
ſem portam aditur: fluuius tribus pontibus ſternitur, vetere, Celandrio, & nouo, qui ru-
duabus portis clauditur, ſine vllo ponte penſili, tandem in medio duobus propugnaculis in-
Cadurcũ à Nauarro expugnatũ. ter ſe aduerſis munitur. Nauarrus vxoris iniuria exacerbatus ex improuiſo per eum pontem
vim facit, admotis noui generis tormentis, petartos, à pedito, & crepitu ventris vocant. Ea
ſunt vaſa ferrea 20. librarum pulueris ſulphurei capacia, quorum os decuſſatis laminis fer-
reis obſtruitur, cum portæ refringendæ applicantur, admotoque è propinquo per funes igni-
rios incendio diſploſa, obuia cuncta perrumpunt, ac proſternunt. Diſiecta priore in ingreſſu
pontis porta Bironus Salignacus, per ruinam irrumpit, & diſpoſitas in propugnaculis ſtatio-
nes proturbat, inde alteram portam cum mœnibus continentem diſploſis crepitaculis ſter-
Veſinij obitus. nit, quorum fragore Veſinius vrbi præfectus, vir belli prudens, qui oppidanos ad 1500. armi
inſtructos penès ſe ſemper habebat, in forum nudus proſilit, & cum Salignaco ſtrenuè ...
num conſerit, cuius morte oppidani animis exarſere; & Salignacum & Antonium Rupi...
reum nobilitatis duces vulneribus confectos ſtrauere, Sammartinum Nauarri ſtipatoribu
præpoſitum cecidere, ſed Petro Chuppio Lodunenſi viro nobili cum ſuo cuneo irruent-
oppidani pedem retulere. Is cum ducentis delectis impreſſione facta quadringentos ſclop-
petarios obuios dolia per vicos terra exaggerantes primo impetu fudit, eoſque fugientes, ...
ædes vſque publicas in quibus tria tormenta erant inſecutus eſt, quas & cepit, & ca...
præſidio firmauit.

Inde cognito ciues in academiæ ſcholas parietibus firmas refugiſſe, eò pergit, & vall...
cto eas obſidet, vicinas ædes occupat, vnde ignes & plumbeas glandes iaculatus Na...
ipſo in medio diſcrimine verſante, ſcholarum fores incendit. Appetente die cùm auxilia
vrbem aduentarent, Chupius cum Petro Pideo Neda ordinum ductore obuiam factus ho-
ſtes fugat, mox ſcalis admotis in ſcholas irrumpit, oppidanis in vrbem refugientibus, & a-
geres è doliis ſtruentibus, quibus perruptis vrbs capta, & direpta eſt, ædes ſacræ expila...
Chartuſianorum cœnobium incenſum, III. Non. Maias, virginibus & matronis pudicitia
imminuta, omnia pro nefario ſectæ more ſacra & prophana pariter habita, quod facinus
Rege in deterius acceptum eſt, vt Pibracius, qui omnia in tranquillo per Nauarrum fo-
ſpoponderat minimum à capitis periculo abfuerit.

Exeunte anno 1579. Matthæus Merula Mimatum Gabalorum metropolim ipſo natal...
Domini peruigilio intempeſta nocte ex inſidiis ceperat, cùm ad tintinabuli pulſum quod i...
maiore vrbis templo immenſæ magnitudinis erat, acre inter vicinos montes perſonan...
ſtrepitus armorum ægrè percipi poſſet. Is Marologio præfectis ex improuiſo ſcalas admo-
uet, per quas enixi milites vrbem potiuntur, oppidum direptum, templa incendio vaſta fu-
re. Idem cùm latrociniis finitimos pagos infeſtaret, vrbis præſidio à Franciſco Colinio ſu...
motus eandem iterum aſtu intercepit, vnde milites eius lymphatis furore animis finitim...
oppida cædibus, & rapinis fœdarunt.

Inter hæc Condæus Belgio & Britannia fruſtra peragratis ad auxilia arceſſenda in Se-
Spanacum à Merula captum. mania ſummæ belli impoſitus, Merulæ dat negotium, vt Spanacum duceret, quò Gon...
nus & Porcarius per abrupta 20. boum paribus aliquot tormenta tranſuexere, quibus ru-
Ceſacũ capitur. na facta ſuburbium captum, mox præſidiariis dilapſis oppidum in Merulæ poteſtatem ve-
nit. Inde Ceſacum vi cepit, Beduam oppidum mœnibus firmum verberauit, & deditio...
recepit, præſidiariis gula contra conuentionis fidem fracta: pleraque alia oppida in Septima-
nia vi, aut aſtu capta, & direpta, quæ pace inter Alenſonium, & Nauarrum conuenta reſtitu-
ta ſunt. In Delphinatu ruſtici tumultuati in nobilitatem, & alios Ordines exarſere, qui ...
Morenam à præfectis regiis peſſimè habiti, & ad deditionem coacti ſunt.

Diuerſa parte Diguierius S. Quintini fanum regias cohortes victis ruſticis temere pa...
tes intercipit, & intra Tuſſinum compulſas admotis ſcalis expugnat, & cædit. Rex tot ...
uerſis ingruentibus, vt peſti pullulanti obuiam iret, Armandum Bironum equitum tr...
bunum in Aquitaniam cum exercitu mittit, Meduanum in Delphinatum, Matignono Fa...
Veromanduorum obſidendæ negotium dat. Meduanus Muram oppidum loco tumuloſo
ſitum, quod clementi iugo adiri poteſt, à Diguierio foſſa munitum, obſidet, & cuniculi...
propugnacula vrbis euertit, quibus ex obſeſſis centum & 20. obruti ſunt, 130. milites ...

arcem

A arcem ſe recepere, quinque munimentis ſpecie forcipum in colle firmatam, mox aquæ penuria fatigati ſe dedidere.

Interea Meduanus qui nobiles genere ſplendidiores ſummum Diguietio ſectæ imperium in Delphinatu à Nauarro mandatum, indignè accipere sciret, obuia humanitate prenſando cuncta in ſe traxit, & Prouinciam ex facili delinitis, aut fractis ſectæ animis Regi obnoxiam fecit, tantumq; fidei apud eos poſſedit, vt Meduani fides in prouerbium abiret. Diguietius ipſe apud eum præſens in honore & gratia fuit.

Eodem tempore Bironus in Aquitania res ſectæ acciderat, Nauarrum in arcto habuerat, Rupellanis, & ipſo Lanouio bellum vt iniuſtum deprecantibus. Ante omnia Gontaldum in Aginnatibus exiguum oppidum, à quo gentilium ipſi Birono nomen vi captum, & incenſum eſt, III. Idus Quintil. Mox ad Moſſerabellum quarto à Neraco lapide pugna com-
B miſſa, Gurſoni, & Flexij Comites, Gaſtonis Foxij Tranij Marchionis filij, qui à ſecta alieni cognationis aſpectu ad Nauarri partes tranſierant, deſiderati ſunt. Bertrandus Balleolius Poiana, ex Prouinciæ nobilitate, vir ſtrenuus, Aquis Tarbellicis præfectus, Marſanum, Principem Nauarri ditionis vrbem, hoc aſtu intercepit.

Ipſo diluculo XIV. Kal. Octobr. per Baliſam amnem, qui Neraco labens medium oppidum interfluit, & inde ad Baionam in oceanum ſe exonerat, corrupto pecunia piſtrinario ſcalis admotis Molatrinam cum 30. delectis occupat, cumq; vigiles ſummotarentur, porta maioris vrbis in qua arx eſt à cuſtodibus, qui pro more ad piſtrinum vinum empturi ventitabant aperta, irrumpit, & ducentis militibus flumo vadato ſuccedentibus vrbe potitus à rapinis abſtinet. Memmiin primario ciue in [illegible] refugiente Bironus cum tormentis aduolat, & Memmium rebus ſaluis ad deditionem cogit. Inde Neracum prætervectus, vbi Marga-
C rita Nauarri vxor erat, in tranſcurſu Mercadoani portam ferrea glande verberauit, quod generoſa fœmina ad iniuriam reuocauit, & vlturam ſe muliebri impotentia denuntiauit. Omnia in Septimania Bironi fortunæ cedebant, qui ad Iordani inſulam equi in lubrico lapſantis caſu eodem illo crure ex quo iampridem claudicabat duobus locis confracto belli muniis impar, imperium in Carolum filium vix puberem, vt ducum ambitum & diſſidia premeret, tranſtulit. Is in ea ætate tanto oneri ſe parem præbuit, & partem animi fiducia, & belli conſiliis aute fuit.

Id temporis Duſſacius ex Petrocoria nobilitate, vir literis, & militia clarus, Regulæ ad Garumnam oppidi præſidio à Nauarro impoſitus, eierata ſecta, honeſto transfugio ad fidem Catholicam, & Regis obſequium tranſgreſſus eſt, cui ſe, vrbem & arcem addixit, mox inſigni torquis conchyliati à Rege donatus eſt.

D Inter hæc Matignonus, Annas Ioyoſa Arcuenſis, & Ludouicus Nogaretus Valeta, quos conſpirantia ſtudia validiores in amicitia Principis fecerant, cùm ex intimis conſiliis aſſumpti eſſent, in Picardiam miſſi ſunt. Non. Quintil. Fera circumſeſſa, ſuburbia incenſa ſunt, cataractæ vrbis, & munitiones oppoſitæ captæ, Idibus Septemb. obſeſſi res ſaluas pacti leges accepere, quibus fides præſtita eſt.

Mox res in Gallia compoſitæ, Alenſonio militum tot annis cædibus & rapinis inſuetorum colluuiem, veluti ſaniem & ſanguinem, ægro regni corpore emittendam, & in Belgas traducendam cenſuerant. Flexiæ in Petracoriis quæ arx Gaſtonis Flexij Marchionis Trani erat, colloquium habitum, quò Alenſonius, Ludouicus Borbonius, Monpenſerij Dux, Pomponius Bellieurus Regis nomine conuenere. Sectæ querelis ſatisfactum. Ad preces Margaritæ Nauarri vxoris Bironus Aquitaniæ præfectura remotus eſt. Lues Lutetiæ 40. millia ca-
E pitum abſtulit, graui ignis Franciſcanorum cœnobium afflicit, & templum ſtructura conſpicuum abſumpſit, Laoduni in Veromanduis annus morbis inſignitus, nulla cęli intemperie, quæ occurreret oculis, ſex capitum millibus ſtetit. Huic peſti morbus præiuit Veruecinus in Italia dictus, in oriente & Hiſpania letalis, apud nos initio, à quibus Coquelucha dictus, quæ vox ſub Ludouico XII. Galliæ Rege nata eſt. Ea tabes non tam mortifera vi, quàm celeritate contagij, & progreſſu metuenda erat. Primo inferiorem dorſi ſpinam horrore impetebat, ſuccedebat grauedo capitis, frequens tuſſis, & langor membra reſoluens, pectori imprimis grauis, in febrem letiferam ſæpe flectens. Is morbus mihi Pictauiis laboranti neglectus in melius vertit, qui medicando, & ſanguinem mittendo ægreſcebat, quòd noxius humor à capite in pectus incumberet. Sanguinis è naribus fluxus pleriſque ſalutaris fuit.

F Id temporis regnum penè ſciſſum eſt, rixa inter Monpenſerium ætatis affectæ, ſed animi validum principem & Ludouicum Gonſagam Niuernij Ducem exorta, amicis hinc inde ad vtriuſque partes tranſeuntibus, quæ mox Rege, ac Regina conciliatoribus ſopita eſt, Niuer-

Marſanum quomodo interceptum.

Duſſacius Regulæ oppidi præſidio impoſitus.

Lues Lutetiæ [illegible]

Coquelucha morbus qualis.

Monpenſerij & Niuernij Ducis rixa Gall. infeſtiſſima.

nio mendacij contumeliam, qua Monpenſerium a[illegible] [illegible] Alen[illegible] nius Colloquio Flexię habito pace firmata ſcriptum [illegible]ulgat, quo [illegible] Belgij libertate oſtendit, & ad Curiam literas ea ſpecie ſcribit, qu[illegible] S[illegible] rus ex Chriſtophori Thuani ſententia ad Regem mittit. Nihilo[illegible] Alenſonius [illegible] Octob. ann. 1581. quatuor millia equitum ex pr[illegible] Regni nobilitatę, decem pe[illegible]tum [illegible] Belgij limitem applicuit, Cameracum obſeptis ann[illegible] in arcto erat, & equo[illegible] felium, glirium carnibus famem coquebat: quibus Alenſonius, vt animos faceret, H[illegible] cum Turrium Turenę Vicecomitem, & Gilbertum Legium Volrę Comitem, Gilberti V[illegible] tadurij Ducis filium, auxilio ſummiſit.

Illi à viæ ductoribus in Proregis Hiſpaniæ manus ded[illegible] ſunt, quibus Voltanus [illegible] elapſus; Turenius quinquaginta aureorum millibus red[illegible]ptus eſt. Prorex ab Alenſo[illegible] perturbatus, obſidione ſoluta Valencenas conceſſit. A[illegible]nſonius per triump[illegible] ſpeciem v[illegible] bem ingreſſus bonam copiam pulſa inedia ſecum intulit: mox Aren[illegible], & Sluſ[illegible] fugato flectit, Caſtrum Cameracenſe, id oppido nomen vbi Cameraci epiſcopi ſedes e[illegible] ſedit, & deditione cepit. Ioannes Monlucius Balanius Monlucij Valentiæ epiſcopi filiu[illegible] ci Cameraci ab Alenſonio impoſitus eſt, cui femur glande plumbea confo[illegible] H[illegible] virtutis ſpecimine bello ſatisfactum Alenſonius ratus, in Angliam ad Regi[illegible] fecit.

Edictũ pacificationis Flexiæ anno 1581. habitum recitatur.

Hoc eodem anno 1581. Septimo Kal. Februarij editum p[illegible]cationis Flexiæ [illegible] P[illegible] coris factum, in Senatu recitatum, ac promulgatum eſt. A qu[illegible] tempore per quinqu[illegible] fere toto regno alta quies fuit, auerſo bellis exc[illegible] internecino malo, quo tempor[illegible] ciſcus Borbonius Delphinatus Princeps ad conciliandas Alenſonio Reginæ An[illegible] ptias Princeps legationis miſſus, ab Eliſabetha perhonorifice ex[illegible]ptus eſt, [illegible] ho[illegible] ctæ vt illuſtriſſimus Dux, & familiares Catholicis ritibus domi vti poſſent, quibus [illegible] Angli & Hiberni Reginæ ſubditi excluderentur Dux vxori operatus regio n[illegible] ne fr[illegible] tur, beneficia, officia, vectigal[illegible] non attingeret, quorum diſpenſatio pen[illegible] Regin[illegible] Diplomata, & publica acta Sereniſſimæ Reginæ, & illuſtriſſimi Ducis nominibus in[illegible] rentur, & cætera talia quæ intrico ſu[illegible] ceſſu in pacta vene[illegible]unt. Conf[illegible] nuptiarum ta[illegible] Alenſonius ſoluta Cameraci obſidione in Britanniam ad Reginam [illegible], v[illegible] que pignoris locu annuli dati, magna Belgij lætitia, que[illegible] hunc rebus ſuis portum [illegible] ſpexerat.

Interea Rex Galliæ Henricus III. qui animum pietati dabat, Ioiuſam Ducem Franci[illegible] rem creauerat, [illegible] Margaritæ Aloiſiæ Reginæ ſororis nuptiis co[illegible], Vale[illegible] Eſpern[illegible], quod oppidum in Carnutibus Nauarræ ditionis, ip[illegible] emerat, Duc[illegible] crearet.

[illegible] Lu[illegible] gus Dux Pinei creatur

Eodem tempore XII. Kal. Ianuarij Franciſcus Lu[illegible] Dux Pine[illegible] & Par Franciæ in Senatu ſacramentu adactus eſt. Ma[illegible]nus Aquitaniæ le[illegible] cu[illegible] ius prudentia Prouincia pacata. Veſuua Petro[illegible] matrix [illegible] intercepta, & direpta eſt, Præſidiarij [illegible].

Argentina ab Henrico Guiſio fruſtra tentata.

Subid Argentina in Germania Hen[illegible] fruſtra te[illegible] conſilio per [illegible] præcipuos conſcios denunciato.

Luſitana expeditio.

Anno 1582. Luſitana expeditio R[illegible] Regina[illegible], faciente [illegible] hoc ordine proc[illegible] Philippus ſuperiore anno Luſitani[illegible] fere citra nego[illegible] potitus, in eo erat, v[illegible] in regno conſtitueret, & quia [illegible] Ordinum [illegible], tum innume[illegible] flagitationes, tribunal conſcientiæ inſtituerat, cuius ſpecie importunas petitiones el[illegible] Aut enim Philippo quaſi legitimo ſucceſſori ex animi ſententia operam dederant, v[illegible] & bono ſatisfacerent, & ita nihil à Philippo ſibi deberi agnoſcebant, aut contra [illegible] tentiam præter æquum, & bonum, cum alij potiores iure eſſent [illegible] rant, quo caſu caſtigandi, non præmiis honeſtandi erant. [illegible] aucuparetur, & odia inter æmulos ſereret, quibuſdam in ſidgciarias dignitates [illegible] beneficiis perticbatur, quod ita ingenium Luſitanorum eſſe ſciret, vt pari do[illegible] ore [illegible] ſuas iniurias acciperent.

Interim inſulis, & Indicis prouinciis quibus fere Luſitani [illegible], maximè [illegible] ſoris ſeu acci[illegible] ratiis inhiabat. Et ab auibus rapacibus nomen [illegible], olim G[illegible] dictæ in[illegible] Arlatico, quibus polos 38. gradus attollitur. Bete[illegible] primum a[illegible] & Luſitanis pre[illegible] addi[illegible], ante nouũ orbem a Chriſtophoro Colum[illegible] ro ſunt nouem [illegible] S. Mariæ nomine inſignita eſt, ſupra q[illegible] 40. [illegible] tera S. Michaeli ſacra inſula occurrit, epiſcopi ſedes, c[illegible] ambitu, centum [illegible]

A paſſium [illegible]. Tertia 40. milliaria in ambitum patet, tritici & vini ferax, culturæ
patiens, [illegible] copioſa. Vrbs matrix Angra, ſito commodo, quæ Braſilio
promontorio protegitur. Inſula S. Georgij X X. milliaribus à Tertia diſtat, cuius latus à Se-
ptentrione Gratioſa X V. milliaribus diſſita tegit, ab occaſu Fagua fagis abundans, & Pica
omnium minima, cui nomen à monte cognomine, vnde flammarum vortices ſæpe erum-
punt. Ab ea inſula Coruina centum milliarium interuallo abeſt, & vltima Florida ſeptem mil-
liaribus ſummouetur. Naues Indicis mercibus onuſtæ in reditu ad has inſulas appellunt, vnde
Olyſſiponam petunt: qui Americam vela faciunt Aſſoras inſulas prætereuecti ſtatim cimici-
bus, pulicibus, pediculis liberantur, nec ea peſte niſi in reditu eaſdem inſulas tranſmiſerint,
infeſtantur. S. Michaelis inſulam Epiſcopus, cui in ea ſedes, in Philippi fide eſſe iuſſerat, ter-
tiam Antonij nothi patriarij inſedebant, quas vtraſq. qui potitur, cæteras in poteſtate habet.
B Poſt cladem ab Hiſpanis ad Tertiam acceptam, de qua ſuo loco dicemus, Cyprianus Fige-
redus Tertiæ cum ſummo imperio præfectus, quoniam plebis furor euaderet incertus, res in
tranquillo conſtituere, & animos contumaces componere ſtuduerat, & Angrenſibus auctor
fuerat, vt cum Ieſuitis, qui quaſi cuſtodia attinebantur, & cum Ioanne Betencurio mitiùs
agerent, quod illi in deterius interpretati, quaſi à Philippo ſtaret, imperium eius abnuebant,
Figeredos Antonium in Gallia tunc agentem per literas hortatur, vt ad ſe quamprimum
veniat, ſi res ſaluas cupit.

Diuerſa parte inſulani Antonio per internuntios Figeredi fidem ſuſpectam faciunt. An-
tonius Emanuelem Syluam turris viridis Comitem mittit cum mãdatis; vt Figeredo impe-
rium abrogatum in ſe transferret: quod à Sylua probè curatum eſt, qui 300. Gallos duce Ca-
tolo Burdigalenſi, & totidem Anglos cum aliquot Luſitanis ſecum aduexerat: quod gna-
C rum Philippo, à quo per Ferdinandum Toletanum Albani nothum delectus militum habi-
ti. Miſſus Sanctacrucius Hiſpalim qui claſſem inſtrueret. Mandatum & Neapolitano prore-
gi, & Mediolanenſi præſidi vt 6. millia peditum Italorum conſcriberent: ſed & 16. Germa-
norum millia contracti.

Diuerſa parte Antonius à Catharina Medices claſſem auxiliarem extorſerat, cui Philip-
pus Stroſſius cum ſummo imperio impoſitus, vir ſtrenuus, Gallici nominis ſtudioſus, odio
Hiſpanorum hæreditario imbutus, à quibus auus Stroſſius interemptus erat. Dum claſſis
Burdigalæ inſtruitur præmiſſus Roaldus Landereus rei maritimæ prudens, cum nouem na-
uibus, in quibus octingenti bellatores. Is cùm in Tertia inſula omnia factionibus & turbis
afflicta cerneret, Syluam pulſo Figeredo vecordia furentem admonuit, vt modeſto imperio
ageret, ſeque ad belli munera pararet, claſſem Hiſpanicam imminere, quæ tumultuantes niſi
D otio conſulant, oppreſſura ſit. Sylua prudentis monita in peius accepit, & ſui muneris ſibi ra-
tionem conſtare dixit. Mox Landereum cum VI. nauibus recuperandæ S. Michaelis inſulæ mit-
tit, qui cum Hiſpanis nauibus quæ Pixoto duce graſſabantur prœlium conſerit. Ea nox ad-
uerſæ pugnæ ſubduxit. Tum in Tertiam inſulam ingreſſus ſummiſſis à Sylua percuſſoribus,
deinde veneno ſemel atque iterum tentatus eſt.

Sub id, claſſis Hiſpanica S. Vincentij promontorio duce Aluaro Baſſano S. Crucis Mar-
chione ſoluit, X X. nauibus Beticis, X I I. triremibus, 31. grandioribus nauibus, & V. minori-
bus. In claſſe VI. Hiſpanorum millia erant, quibus præerant Lupus Figueroa, Franciſcus Bo-
badilla, & Antonius Morenus. Interea Burdigalæ claſſis Antonio notho in regnũ reſtituen-
do, Regina faciente 55. nauibus inſtruebatur, in qua V. millia bellatorum, Stroſſio futuri pa-
rum conſulto, & Carolo Coſſæo Briſſaci Comite ducibus. Erant & in claſſe Bellomontius
E ſummus caſtrorum præfectus, Doinellus Sanſolinus, Bordetus Aquenſis, & alij plerique è no-
bilitate belli duces. Stroſſius vir manu ſtrenuus, ſed dux parum prouidus, in mandatis ha-
buerat, vt recta inſulas curſu peteret, neque cum hoſte forte obuio, quem claſſe potiorem
ſciebat, confligeret, vt fœdus cum Hiſpanis ſaluum eſſet.

Inter hæc claſſis Gallica ad S. Michaelis inſulam applicuit Idib. Quintilib. annò 1582. &
ad Lacunam vicũ iactis anchoris 2. millia peditũ in terrã expoſuit, à quibus vicus direptus.
Præcipuæ inſulæ vrbes Villafranca, & Puncta Gaana fuerunt, quæ præter indigenas ſexcẽtis
Hiſpanis bellatoribus validæ erant, Ioanne Ochoa Ariola Deuenſi Oquendæ vicario duce,
quibus ſubnixi inſulani duo millia militum, duce Laurentio Nogera, qui Hiſpanis præerat,
& Petro Pixoto Luſitano Gallis obuiam ducunt, iuſto prœlio concurritur, quo Nogera di-
lapſis inſulanis, Hiſpanis pleriſque cæſis, multis vulneribus grauis ad arcem cum octingentis
plus minus ſe recepit, vbi ſtatim è vulneribus exceſſit. Pixotus rebus conclamatis, conſcen-
F ſa noctu naue Olyſſiponam claſſe Hiſpana etiamnum in anchoris ſtante appulit. Sed felicia
hæc belli initia Gallorum ſocordia corrupit, omiſſa arce, in qua victoriæ ſumma erat. Anto-

Antonius à Catharina Medices claſſem extorquet.

[illegible] Hiſpanica [illegible]

Gallica claſſis ad Lacunã vicum peruenit.

nius nothus tanquam bello patrato extra aleam poſitus, cùm inſita genti vanitate intum eſceret, regemq; plus æquo ageret, cognito penuria aquæ arcis præſidiarios laborare, vim abſtinuit, & in obſeſſos verbis, non tormentis fulminans, ſex dies nullo operæ pretio facto ibi paſſus eſt. Septimo die Hiſpanorum auxilia in conſpectu fuêre, quibus Strozzius cùm arcto commeatus eſſent, obuiam factus, prœlij aleam ſubire inſtituit. Hiſpani quibus receptus dedecori, diſceſſus flagitio fore videbatur, pugnæ conſilium ſumunt, Santacrucius aciem inſtruit, vt ad maioris nauis prætoriæ dextrum latus Lupus Figeroa cum ſua grandiore naue, ad ſiniſtrum Bobadilla cum ſua ſtarent, reliquæ naues 24. hinc inde diſpoſitæ vtrumque latus tegerent, Chriſtophorus Eraſtus vltimum agmen ſua maioris formæ naui clauderet. Vno & altero die, remittente vento, prœlio abſtinuêre. Tertio Galli X. naues quæ inſulæ oram legerent, appetente nocte miſêre, vt hoſtes ad pugnam elicerent in euentu.

Santacrucius S. Michaelis inſulam tenet.

Santacrucius die Sancti Iacobi quem Hiſpani ſingulariter venerantur, & pro ſe accipiunt, de nocte Sancti Michaelis inſulam tenet, vt vento ſecundo vteretur, cuius tamen opportunitatem Galli præripuêre; ſed ea die iaculationibus tantùm à longè res geſta eſt.

Tandem VII. Kal. Sextiles cū vtraque claſſis ſub ictum eſſet, prætoria Gallica, & Coſſæana in Figeroæ nauem grandioris formæ impetum faciunt, & miſſiles ignes iaculati incendium excitant. Petrus Garagarza Cantaber Figeroæ laboranti auxilio tempori ſummiſſus eſt, Bobadilla diu cum quatuor Gallicis nauibus colluctatus eas tandem pilarū ferrearum procella obrutas repulit, Santacrucius duabus Gallicis nauibus profligatis ad Sanmarhæanam laborantem conuerſa fronte contendit. Michael Oquenda in Coſſæanam vim facit, qua tormentis fulminantibus aperta naui abſcedere coactus eſt, Coſſæana & ipſa glandibus quaſſata profundis hauſta eſt, Coſſæo, & Nipinilla lembo in tutum ſe recipientibus. tota belli moles in prætoriam incubuit, in qua Bellomontius, Strozzius, & Vimioſus aduerſis pectoribus confoſſi occubuêre. Deſiderati ex Hiſpanis ferè ducenti, ſauciati quadringentiè Gallis bis mille amplius cecidêre, amiſſæ octo naues.

Pugna toto oceano maximè omniū famoſa.

Hic exitus pugnæ fuit toto oceano maximè omnium, quarum memoria exſtet, fam... Nam quæ in Belgico littore commiſſæ, in æſtuariis fluminum, & canalibus patratæ ... Sanfolinus periculi metu prœlium non auſus, in altum cùm IX. nauibus ſe ſubduxit, magnum momentum ſi tota molle incubuiſſet ſuis ad victoriam allaturus, mox inſulam Fagi nam diripuit. Is à Briſſaco qui cum XVIII. nauibus in Galliam cladis nuntius euaſit, apud reginam perfidiæ inſimulatus, à latrunculatoribus per ignominiam captus, ab vnco parum abfuit.

Hieronymus Conneſtagius pro Sanfolino Landereum magno errore ſubſtituit, qui veneno æger id temporis decumbebat. Santacrucius per tubicinem captiuis ſiſti iuſſis e proceribus 28. ex nobilitate quinquaginta, ex omni numero 300. morti addicit.

Fabius Viuonius Caſtaneus capite truncatur.

Villafrancæ in pegma productus Fabius Viuonus Caſtaneus, & carnificis manu capite truncatus eſt. Sæuitum eadem fœditate ſupplicij in Strozzium, & Vimioſum mortuo... Santacrucius hac victoria contentus Olyſſiponam cum claſſe incolumi, re bene geſta redi... vbi à Philippo ſingulari lætitia exceptus eſt. Interea Antonius Hiſpanæ claſſis abſceſſu metu ſolutus, ad laſciuiam & libidinem reuolutus eſt, corruptis paſſim virginibus, & ſollicitato matronarum pudore, quibuſdā etiam vi intentata, vt ne deuotæ quidem virginitatis puel... abſtinuerit.

Antonij impudicitia & libido.

Landereus veneno hauſto moritur.

Id temporis Landereus veneno per inſidias hauſto languens in Galliam reuerſus per literas reginæ rationes propoſuit, quibus ſuperioris cladis ignominiam deleret. Regina ... tête, Anna Ioüſa maris præfecto expeditionem in ſequentem annum Æmaro Caſto deſtinat, viro probi moris, pari fama. Antonius relicto in inſula Carlo, qui iam ante annum cum IIII. Gallorum cohortibus ad Tertiam venerat, in Galliam rediit.

Dum in eo ſunt Alenſonius Kal. Februar. Londino ſoluit, & magno Britannicæ nobilitatis comitatu nuptiarum cum Eliſabetha fiducia Vliſſingam appulit, vbi per ſpeciem triumphi exceptus eſt. Poſtridie Mildeburgum pedeſtri comitatu profectus eſt, quòd glacies lubricum iter faceret, & per rigorem hyemis aliter incedere intutum eſſet. Ante portam ordines Marriacorum obſios habuit, qui gaudio fungerentur XII. Kal. Martias Lilloam venit propugnaculum opportuno loco, quà per anfractus in anguſtias fluuius cogitur, ſitum, poſtridie vrbem iniit, vbi Dux Brabantiæ renuntiatus in ſalutem prouinciæ iuſiurandum adigitur. Tum toga longa ex holoſerico purpureo, armellinis pellibus farta, pileus item ducalis pro diademate proferuntur. Arauſionenſis primus eum Ducem Braban-

tiæ

A tiæ ſalutat: quod in rerum Belgicarum narratione ſuo loco reddemus.

Id temporis ſupplicium de Nicolao Salſeda Lutetiæ ſumptum. Chriſtophorus Thuanus, vir integra fama, qui vera bona, quæ in virtutibus ſita ſunt, impleuerat, mortalitatem exuit, in cuius locum ſuffectus Achilles Harlæus Curiæ præſes, qui Catharinam Thuani filiam in vxorem duxerat. Rex de coniuratione à Salſeda detecta multa & varia apud ſe reputabat, quæ etiam magno ſilentio recondita voluit, ne, proceribus regni in ſuſpicionem fortè adductis, ſibiipſi negotium, illis periculum faceſſeret. Thuanus verò Regem in arcano priùs monuerat, ne temerè fidem indicio Salſedæ haberet, ſed ne propterea coniurationem omnino negligeret, vt ſarta tecta omnia haberentur, dum ſecuritatis omnis ſpes in Regis prudentia & ſollicitudine verſaretur.

Nicolai Salſeda ſupplicium. Chriſtophori Thuani obitus.

Interim qui apud plebem conciones habebant, ſectæ licentiam quidem, vt par erat, pro-
B ſcindere, ſed & Regem auſu temerario iniuriis laceſſere, Lotharingiæ familiam, quæ ſummo pietatis ſtudio in ſectæ excidium ferretur, laudibus attollere. Rex fruſtra muſſare, monitus quippe, vt libero ore ita loquentes ſineret: ea enim quæ carperentur eiuſmodi eſſe, vt ſpreta exoleſcant, ſi verò contra excandeſcere videaris, agnita protinus habeantur.

Interim Rex vt Concionatorum ſermones premeret, odium in ſectam vertit: octo vrbes quæ ad ſecuritatem ea lege ſectariis aſſignatæ erant, vt poſt ſexennium reſtituerentur, appetente reſtitutionis tempore à Nauarro repetiit. Proxima de anni à Pontifice emendati ratione, & promulgatione cura fuit, de qua pauca ſubiicere pretium eſt.

Priſcus Romanorum annus XII. menſibus quos luna duceret conſtabat, diebus 355. qui intercalatione ſupplerentur. Cæſar annum ſolarem Ægyptios ſecutus diebus 365. cum quadrante circumſcripſit. Itaque quatuor quadrantes diei poſt quatuor annos fiunt, vnus dies,
C & ideo annus quartus eſt dierum 366. in quo vitium repertum, quòd centeſimo trigeſimo quarto anno dies vnus excreſcit ſupra rationes ſolis, quòd non plenè quadrans accipiendus ſit, quia 12. horariis ſcrupulis minus ſit tempus illud, quàm quadrans diei.

Annus à Pontifice emendatus.

Interea Pontifex qui ad ſuæ Sanctitatis auctoritatem pertinere putaret, ne quis alius hoc negotium ſuſciperet, Antonij Lilij ſuggeſtione rationem olim in Kalendarij emendatione ab Aloiſio fratre initam, & breui libello comprehenſam, ſecutus eſt, quam & ad Chriſtianos Principes tranſmittendam curauit, vt res quæ communis omnium eſſet, communi omnium conſenſu probaretur: hæc autem à Lilio ratio inita eſt, vt anno decem dies qui excreuerant, eximerentur: qua de re viri eruditi quia pluribus libris inter ſe velitati ſunt, ſtylum abſtineo, addoq; à Romano Pontifice Ludouicum Madrucium Tridentinum epiſcopum Cardinalem ad Cæſarem legatum eſſe, qui comitiis quæ prima poſt Maximiliani
D parentis mortem Auguſtæ vindelicorum celebrata ſunt V. Calend. Quintiles de Calendarij promulgatione retulit. Vilelmus Heſſorum Princeps ſectæ addictus Pontifici iniquior pro ſententia ſcripſit, anni qui nunc ab omnibus nationibus obſeruatur rationem à Caio Iulio Cæſ. inſtitutam eſſe.

Dein Carolum magnum Kalendarium ipſum, & nomina menſium Teutonica lingua Germanis edidiſſe. Cauendum ne Kalendarij emendandi prætextu nouum ius in ipſum Cæſarem, & imperij maieſtatem ſibi Pontifex arroget, qui auctoritatem à Cæſare accipere debeat. Ea ratio eualuit, ne Calendarij emendatio in Germania admitteretur. Rex Galliæ vt hominem decuit eccleſiæ Catholicæ, & Romanæ addictum, in regno paſſim admiſit, & edicto firmauit, quod in Senatu nemine repugnante promulgatum eſt, exemptisq; decem diebus ſancitum, vt qui decimus dies Decembris erat, viceſimus numeraretur, & ita
E decimo quinto Decembris die, quaſi vigeſimus quintus eſſet Natalis Domini eo anno celebratus eſt. Quod idem in Belgio, Batauis, & Friſia occidentali adnitente Franciſco nono Brabantiæ Duce obtinuit. Renouatum & eo anno fœdus Helueticum Soloturni iiſdem ferè conditionibus quibus anno 1516. cum 13. pagis, à Franciſco primo initum erat.

Anno 1583. actum in Conſiſtorio regio de partibus Alenſonij in Belgio fouendis: quidam in eo erant vt detrahenda ei omnia ſubſidia dicerent, ne imperio in Belgio conſtituto, eius opibus fratrem laceſſeret, & pacem Galliæ conuelleret, tum verò id ſtudioſè perficiendum, vt ſubſtractis pecuniarum & militiæ ſubſidiis, & ipſe Alenſonius, & Belgij ordines in Regis Galliæ fidem & clientelam ſe conferre cogerentur.

Alij Galliæ decori conſulendum aiebant, quod in proſpero Alenſonij ſucceſſu vertebatur, eius fortunæ & dignitati fauendum, conſilia iuuanda, pecunias & milites proſpiciendos
F quibus ei res ex voto fluerent. Rex omni conſilio generoſo orbatus, interea futuri peruigil, regni decori atque ſecuritati totus inſudabat, qui vt odium è vectigalibus in plebe conflatum, & ab imperitæ multitudinis conſiliariis productum leniret, & ne affectata adhuc pie-

Alenſonij res in Conſiſtorio regio aguntur.

Digitized by Google

tatis opinione reliquis è ſubditis animo & fide valentibus illuderet, leuandæ plebis ſtudium omnino præ ſe ferebat, recenſito ſacri Conſiſtorij Senatui delegatos miſerat, ſacro ordine & nobilitate ſingulos, per omnes regni prouincias, qui multa de egregia Regis erga populum voluntate præfati, neceſſitatibus regni propoſitis, collatione de publico facta Regi ſubueniri peterent. Ii non Regi ſubſidium, ſed inuidiam & odium crearunt.

Comitia regni ad S. Germani caſtellum. Id temporis conuentus ad S. Germani caſtellum indictus Comitiorum regni ſpecie, quibus Rex initam in ſuum caput coniurationem ſubodoratus, quædam de maieſtate capi renouauit, quam rebus, non edictis ſanciri oportuerat.

Paulò antè XII. Kal. Febru at. per ſomnium Regis quies triſti rerum imagine obumbrata erat. Is ſecundùm quietem viſus ſibi à leonibus laniari, quod de leonibus quos tradito principibus more in area Luparæ, ſubiecta alebat interpretatus, ſtatim eos à ſtationariis glandibus plumbeis confici iuſſit. Per eos conuentus ad S. Germani caſtellum cogitur. Regius Ioannes Gueſteus cùm multa in feretrum S. Romani Rotomagenſis, cuius portitori omnium ſcelerum, quæ antea patrauerit indulgentia prompta eſt, dixiſſet, Cardinalis Borbonius Rotomagenſis Archiepiſcopus apud Regem in genua procubuit, & verba Gueſteo prophana, & ſacrilega, per iugulum vt redirent obnixè petiit. Rex eum ſurgere, ac quieſcere pro tempore iuſſit, de S. Romano rem diſtulit.

Is anno ſalutis 632. Rege Galliæ Dagoberto Rotomagenſis Archiepiſcopus, & Regis Cancellarius fuit, qui belluam inauditæ ſæuitiæ in eo tractu multorum pernicie graſſantem ſigno crucis, iniecta in collum ſtula deuinxit, & malefico cuidam quem è carcere productum comitem ſibi ſumpſerat ducendam Rotomagum dedit, ſi famæ fides conſtat.

Mos liberandi quotannis carceratum apud Rotomagenſes, vnde. Ex eo mos vt Aſcenſionis Domini die maleficus aliquis quotannis ſacri collegij Rotomagenſis eccleſiæ arbitratu producatur, qui feretrum S. Romani per vrbem ſolemni ſupplicatione circungeſtet, ac remiſſu crimine dimittatur. In annalibus noſtris nulla eius indulgentiæ mentio eſt, ante Caroli octaui ætatem.

Eodem anno Iuridici dies Auguſtobonam Tricaſſium in Campania regio diplomate indicti, Curia Idib. Auguſti promulgato indicti ſunt, Bernardo Prenono Morſano præſide, vbi multa ſeueritatis in nobilitatem licentiosè graſſantem exempla prodita. VII. Idus Sextil. Iu. Alegrius adoleſcens, Milialdi ante decennium à Gulielmo Pratenſi Vitelliano Lutetiæ interfecti filius, Vitellianum truculentum hominem, multis cædibus inſignitum, ſingulari certamine occidit. Annum clauſit mors Renati Biragi Cardinalis Franciæ Cancellarij, illuſtri

Mors Renati Biragi Cardinalis. loco in Inſubribus orti, cui ſucceſſus in munere Philippus Huraltus Geuernij Comes, in quem ante quinquennium ſigillorum procuratio tranſlata erat.

Ioannes Maldonatus diem ſuum obit. Eodem anno 8. Idus Ianuar. Romæ obiit Ioannes Maldunatus loco nobili in Bætica Hiſpaniæ natus, è Ieſuitico ſodalitio, vir omnibus literis, ſed maximè ſacris inter paucos excultus, pietate, morum candore, acerrimo iudicio clarus, qui Pariſiis totos decem annos magna celebritate docuit.

Nauarræ Rex legatos ad Germaniæ Principes mittit, qui de Caluiniſtis cum Luthero conciliandis agant. Iam Kal. Sextilibus Henricus Borbonius Nauarræ Rex, qui Regis ingenium à ſecta alienum noſſet, & pace in Gallia ſectam labefactari in dies doleret, vt eam erigeret, in Angliam, Belgium, & Germaniam, Iacobum Segurianum Pardaillanum, qui Caluini opinionibus ſacramento dixerat, cum Soffredo Colignone iuuene non illiterato oratorem miſerat. Is ante aliquot annos in Belgio amicitiam inſtruxerat cum Iacobo Brocardo Subalpino, veritas & clandeſtinas vaticiniorum artes ſectatus, à quo acceperat fore, vt breui Pontifex à Principe ſectario de ſede deturbaretur, iſque Princeps caput Chriſtianæ concordiæ eſſet, quod de Rege Nauarræ Segurius, quo erat in eum amore interpretatus, eam legationem ſtudioſius ambiit, vt viam Principi ſuo ad ſummum imperium muniret, quare fiduciariis literis vſus Principum Germaniæ, Angliæ, Daniæ, & Belgarum animos aduerſus Romanum Pontificem ſollicitabat, de Caluiniſtis cum Luthero conciliandis, maximè in Sacramento Eucharistiæ agebat, Lutherum quaſi emendatioris eccleſiæ lumen laudibus in cœlum attollebat, & vnum illum repetita ab Apoſtolorum ſæculo memoria fuiſſe aiebat, qui ſcriptis ſuis plurimum eccleſiæ contulerit. SS. Hieronymum, Ambroſium, Auguſtinum, Ioannem Chryſoſtomum, præ eo quiſquilias vulantes, & palearum caſſa eſſe aiebat, quem tamen Caluinus & Zuinglius eccleſiam Dei ſcidiſſe, & vt errorum, ſic in Europa diſcidiorum faces prætuliſſe clamitant. Braudeburgicus ſuper ea re, vt concordiæ ratio iniretur, Chemnitium conſuluit, à quo reſponſum, colloquium cum aliquot Caluinianis inſtitui poſſe, cautione habita, ne in explicatione capitis de cœna Caluiniani ad antiquas, & toties damnatas interpretationes reuoluantur, & quod Germani profitentur in cœnæ actu, cum exterioribus panis & vini ſignis, verum corpus & verum ſanguinem ac præſentiam Chriſti ſecundùm eius inſti-

tutionem

A [illegible] porrigi ac percipi, id ipſi agnoſcant, nec de abſente Chriſti corpore ſe intelligere dicant, quod certo loco circumſcriptum alio in loco eſſe nequeat, nec inde concludant indignos nihil præter panem, ac vinum ſumere. Segurius cùm per Germaniam, Angliam, Daniam, Caligno per Heluetiorum pagos legationis munus plene obiiſſent, ad Nauarrum diuerſis itineribus reuerſi ſunt.

Dum in eo ſunt, annitente Ioiſâ maris præfecto negotium ferendi Gallis ſubſidij, qui poſt Stroſſij cladem in Tertia inſula relicti fuerant, Æmaro Caſtro proxima cognatione cum Ioiſa coniuncto bonarum artium viro datum erat. Philippus parta de Stroſſio & Gallis victoria, Caſtellam cogitans Luſitaniæ Ordines in ſua verba ſacramento adegit, & Albertum Auſtrium Cardinalem ſummæ rei præfecit, eique aſſeſſores dedit Georgium Almedam Olyſſiponæ Archiepiſcopum, & Michaelem Motam olim ab epiſtolis regni, tunc B verò ærarum puritatis ſcribam, qui magiſtratus longè maximæ in Luſitania auctoritatis iam olim exoleuerat, & in neminem à temporibus Ioannis tertij poſt Michalis Syluæ Viſæi epiſcopi, & Cardinalis mortem collatus erat.

Auguſta Philippi ſoror ſpecie [illegible] monaſterij, in quo puellæ religioſam vitam agunt, Iulianam Laucaſtriam Aueri principatus hæredem vix decennem ſecum duxit, fremetibus Luſitanis, qui [illegible] exemplo in captiuitatem dari accipiebant.

Inter hæc Emanuel Sylua Terciam ſeptingentis Gallis, vna Anglorum cohorte, & tribus indigenarum millibus [illegible], eamque extructis XXX. amplius munitionibus ita firmauerat, vt acceſſu impenetrabilis videretur. Contra eam Philippus ingentem claſſem inſtruit, & ei Sancrucium imponit, adiunctis ſuperiori claſſi XII. triremibus, & quatuor maioris formæ nauigiis triremium ſpecie, aptatis ad antennas velis quadratis, & tertio malo, vt C oceani æſtum facilius ferrent.

Diuerſa parte Dieppæ auxiliaris claſſis [illegible] argento inſtructa eſt, in qua quinque millia bellatorum Æmaro Caſtro du[illegible] Angram III Idus Iun. appulit, & munitiones luſtrauit, locis idoneis machinis [illegible] omni formæ diſpoſuit, & apud Syluam inſulæ præfectum de commeatuum inopia conqueſtus eſt.

Is fugam animo agitans Luſitanorum virtutem ſupra omnia aſpera fore reſpondit. Caſtrus luſtrat[a] inſula, cum haud longe à [illegible] promontorio ſtationem notaſſet plus quàm [illegible] nauium capacem, ad quam hyeme ipſa naues tutò appellere poterant, Plagam villam ſtationi [illegible] tueri ſtatuit, vbi à Michaele Canto primario municipi omni officio cultus & adiutus eſt. Vix duo menſes exierant, cùm Hiſpana claſſis XIII. Kal. Sextiles 60. nauibus firma ex alto longè apparuit, præter triremes & 30. maioris formæ naues, D aliaſque minores commeatui ferendo. Claſſe X. Hiſpanorum millia vehebantur, Lupo Figeroa, Franciſco Bobadilla, & Ioanne Sandoualio, duo Germanorum millia Hieronymo Lodronio, duæ Italorum cohortes Lucio Pignatello, vna Luſitanorum volonum Felice Aragonio ducibus.

Ad S. Michaelis inſulam primus appulſus fuit, inde ad Terciæ ſinum, in quo Angra iacet, cum tota claſſe venit, tandem ad Molinum portum ſcopulis conſitum exſcenſionem fecit, dato negotio nauium præfectis, vt quaſi vim facturi inſulam circumirent, hoſtibus in plura [illegible] diſtractis, ne exſcenſio prohiberetur. Plagam tuebatur Caſtus, qui pugnæ conſilium, vt Sylua fugæ, ceperat. Ad Molinum portum tres tantum munitiones opere tumultuario excitatæ fuerant, [illegible] Hiſpani inſeſtabantur, quæ mox à quatuor [illegible] bellatorum, ducibus Figeroa [illegible] Auguſtino Inico circumſeſſæ ſunt: vtriuque ad manus ven- E tum, à Gallis res ſtrenue geſta [illegible] Luſitanis auxiliaribus refugientibus, in vallum ſe recipiunt, vnde pulſi cum Caſto [illegible] coniungunt, & hoſtem impreſſione facta loco mouent, mox æſtu & fame preſſi pedem retulere. Indigenæ ad mille amplius boues in caſtra adduxerant, quibus in Hiſpanos incurrentibus ordines turbarent; qui aſtus ſuperiori anno contra Petrum Baldium feliciter ſucceſſerat, ſed contra tam numeroſum exercitum id temporis irritus futurus. Caſtus in eo erat inſtructa acie, vt cum hoſte confligeret, dum res calet, & indigenæ prælium auderent: ſed Sylua fugam meditans vim inhibuit, Luſitani de nocte dilapſi ſunt.

Nihilo ſecius Caſtus à Sylua, & milite Luſitano derelictus ordinibus integris Guadalupam ſecedit, eo animo vt eo loco ſe muniret, quouſque præcipitante autumno claſſis Hiſpana reditum pararet. Santacrucius qui de diſceſſu Gallorum per emiſſarios cognouerat, F vniuerſum exercitum in hoſtem rapit, & vltimum agmen carpit, inde Angram rectà ducit, ab indigenis & præſidio deſertam; vbi per triduum, prædà militi conceſſa, naues Gallorum direptæ, [illegible] capta. Miſſus Petrus Toletanus Ferrandinæ Dux ad Fayalam quadringentos

Philippus contra Terciam inſulam claſſem inſtruit.

Sylua fugam [illegible]

Inſula S. Michaelis [illegible]

Caſtus à Sylua & milite Luſitano derelictus Guadalupam ſecedit.

gentos Gallos obuiam habuit, qui hoſtium numero preſſi cùm in Ottam arcem ſe rec piſ- A ſent, Luſitanis ſe dedentibus in poteſtatem venere.

Antonius Guedeszola Luſitanis inſulæ præfectus truncatis manibus altero brachio ad patibulum affixus inter immanes cruciatus periit, direptæ inſulæ præſidio, cum ducenti bellatoribus, Antonius Portogallus impoſitus eſt.

Caſtus vir decori & fidei tenax.

Interea Gallis ad vltima coactis Caſtus vir decoris & fidei tenax Syluam & ind ena vt prœlium ſecum auderent hortatur, qui cùm Gallos Hiſpano prodere cogitarent, Caſtu re cognita, cum Santacrucio in has conditiones tranſigit, vt vita ſalua Galli arma & traderent, tantùm ſinguli gladios retinerent, & nauigiis commodatis in Galliam redi Santacrucius qui Gallorum virtutis antea periculum feciſſet, eos ad vltima conſili coge noluit, ne omni ſpe abrupta in ſuos deſperata audacia incurrerent, & dubiam, aut cruentam victoriam relinquerent.

Caſtus, Iacobus à S. Columba, & Eſcatauacus à Santacrucio perhumaniter excepti, & procurati ſunt quadringentis Gallis qui ex prœliis & morbis ſuperſtites erant benignè con-

Emanuel Sylua ob fugam à carnifice ſecuri percutitur.

ſultum, Emanuel Sylua Luſitanus è fuga retractus à Teutone carnifice ſecuri percuſſus e vir animi impotens, innato Luſitanis ante pericula faſtu, in periculis ignauia ridiculus, q ii vecordia præceps inſulanos fortunis euerterat, & in tot calamitates induxerat.

Emanuelis Sarrada ſupplicium.

Eodem ſupplicio Emanuel Sarrada, qui Promontorij viridis inſulas depradatus fu multatus eſt. Blaſius Viualdus Genuenſis adulterandæ monetæ Antonio notho ſuaſor mimosè tractus, & ad remum datus eſt. Galli ante pacta capti temo affixi ſunt. Duo ha eorum qui religioſæ vitæ addicti eſſent, in inſulis, & Luſitania, ferro, aut veneno ſublata, cuius facinoris venia Philippo à Pontifice maximo data eſt, quia in plebe turbas conci an Tanto ſanguine conſtitit noui regni imperium, quòd, quadringentis ſeptuaginta, poſtqu à reliqua Hiſpania ſeparatum eſt, annis, cum Hiſpaniæ regno coaluit, trecentis ex quo A garbium à Caſtellenſi regno auulſum Portugalliæ regibus ceſſit; quo tempore Dion obſequij cultus, quem Reges Luſitaniæ veluti beneficiarij Caſtellenſibus, & Legionenſi debebant, ab Alphonſo ſapiente Caſtellæ Rege Dionyſij ipſius auo remiſſus eſt.

Hiſpania tota in Philippi vnius otio vacantis poteſtatem venit.

Ita tota Hiſpania quòd vix ducentorum annorum ſpatio Romani conſequi potuerant, paulo momento in Philippi vnius ſedentis, & domeſtico otio vacantis poteſtatem ven Vniuerſa Tertianorum, & reliquorum inſulanorum bona fiſco addicta ſunt, quod Hiſpan cæ gentis ingenio attributum eſt, quæ innata dominandi libidine ad firmandam potentia nullum auaritiæ, & crudelitati modum facit.

Anno 1584. Alenſonius nouus Brabantiæ Dux, poſt caſum Antuerpianum, de quo ſuo loco dicam, in Galliam venerat, & Caſtrum Theodorici ad Matronam, quod erat eius d tionis oppidum, conceſſerat, vnde per diſpoſitos equos in aulam vehit, exiguo comitatu III. Idus Februar. & reconciliationem iam matris interuentu factam præſentia ſua ſancit, decimo poſt die domum vnde venerat reuertitu, vbi Dux animi æger, & præteritis mæſtus

Alenſonij veneno extincti obitus.

Kalend. Maij ſanguine ex omni corpore prorumpente, quaſi ve s e tutando ruptis IIII. Idus Iunias diem ſuum obiit. Fuit corpore breui, ſed bene compacto, facie luſca, tumida, & variolis in pueritia deformata, ſumma comitate in ſuos, manſuetudine in hoſtes, iuſſu & auditu iuxta venerabilis, cùm magnitudinem ſummæ fortunæ retineret, inuidiam & arrogantiam effugerat, nimius ambitu, immodicus voluptatum, animi inquies, conſilij præceps vulgo habitus.

Ei ſuperſtiti pacem Gallia debuit, bis ab eo ſancitam, mortuoque eo mox inextricab bello implicata eſt, quo & Rex periit, & regnum in lubrico fuit. Moriens à Rege fratre o nixè petiit, non vt ſibi exſequias ſumptuoſas ornaret, ſed vt æs alienum quod 3 aure rum millibus contraxerat, diſſolueret, & nobilitati quæ fortunas in obſequio ſuo exh ſerat, gratiam reponeret.

Alenſonij funus.

Ei parentalia magna pompa Pariſiis perſoluta ſunt quibus Rex, & Regina qui funer ab abſtinere ſolent, contra morem præſentiam ſuam commodarunt. Corpus Sancti Dionyſi Caſtellum deportatum, & in monumenta maiorum illatum eſt: vixit annos 3 . menſes 12. dies 23. veneni ſuſpicio fuit, quæ ſecto corpore maculis intus repertis ac eroſionibus firma eſt. Exceſſu Alenſonij Rex in otium effuſus, fratris mortem inter proſpera duxit, & mon Salſedæ ex animo expoit; qui fratrem coniuratis in caput regis vſium ob eam eſſe adm nuerat. Alenſonio enim viuo factionis auctores eius metu muſſabant, & in fide maner gebantur, eius morte abruptus pudor, & metus, omnia palàm in turbas erupere. Rex lib ne & vecordia non modò apud plebem, verum & apud nobilitatem euileſcat, quæ Alenſonio fratri quandiu ſuperſtes fuit, ad nutum erat, eius morte in Guiſios inclinauit.

Id

A Id temporis Rex de ſecta penitus perdenda ſollicitus, à Guiſiis omnia tuta fore ſperabat, quos à pueritia ſibi deuinxerat, & in amicitia validos fore ſperabat, Ioüſa in Guiſios pronus, Ludouicus Nogaretus Eſparnonius, qui in flagranti Regis gratia erat, ad Nauarrum propendebat. Ita Regis animus diuerſis partibus in contraria trahi potuit, ſed Eſparnonio in Septimaniam ſalutatum ad matrem eiuſ datum negotium, vt Nauarrum à ſecta ſeductum firmandis regni rationibus in aulam traheret, quod Marmeto quodam ſectæ miniſtro dehortante perficere non potuit. Ea res in plebe vulgata mirum quantùm animos à Nauarro alienarit, & ad Guiſios traduxerit.

Mox ad Sancti Germani Caſtellum edictum à Rege conditum eſt, quo ſecretæ fœderationes, ſocietates, delectus prohibiti, pœna in eos qui hæc facerent maieſtatis ſancita. Sed adulta factione igne & ferro, non ſcripto medicina quærenda erat. Paulò ante Rex Petrum B Bellauillam Caluinianum è Perticenſi nobilitate, qui ſtilum in ſecretas Regis libidines diſtrinxerat, per Franciſcum Pleſſium Richelium magnum hoſpitij præpoſitum comprehendi iuſſerat, & publico ſpectaculo contra nobilitatis priuilegia è furca Lutetiæ ſuſpendi. Id à ſecta in deterius acceptum, quòd factorum innocenti, culpa intra verba, aut ſcripta ſtetiſſet.

Edictum ad Caſtellū S. Germani in ſectarios.

Decembri exeunte, Rex in Eſparnonium ſummam peditum præfecturam contulit, eamque in coronæ officium transformauit, ſolis Ioyſæ & Eſpernonio aditum ad ſe venia non petita patere voluit.

Hoc eodem anno Ludouicus Foxius nobilis mechanicus turrem iuxta alterius rudera, cui Corduanæ nomen eſt, in æſtuarij Garumnæ faucibus, Pharo Alexandrinæ æmulam, ad nauigationis ſecuritatem extruendam ſuſcepit, & opus ab aliis fruſtra tentatum feliciter C perfecit.

Id temporis Belgij Ordines eo animo erant, vt in Regis Galliæ clientelam, & patrocinium tranſire vellent. Regina bono animo erat, in liberos Claudiæ filiæ fœminæ ſanctiſſimæ, quæ Carolo Duci Lotharingiæ nupſerat, & hoc aſpectu Guiſianis in præſens fauebat, vt eorum ope nepotibus è Claudia filia iter ad gubernacula muniret.

Belgij Ordines in Galliæ Regis clientelam tranſire cupiunt.

Inter hæc contra Reginæ Angliæ ambitum Ordinibus placuit, vt Belgium regno Galliæ ſummitteretur, conditionibus quàm poſſet commodiſſimis, idque abſolutè fieret abſque vllis in futurum pactionibus ſecretis. Igitur poſt longas deliberationes decreta ad Regem legatio, cui obeundæ à Brabantiæ Ordinibus Orſcottus, Geldriæ nomine Ocenus, Hollandiæ Arnoldus Dorpeus Maeſdamius, Friſiæ Volgatus Feiſma, Vltraiecti Meinetus, Zelandiæ Iacobus Valtius, Flandriæ Natalis Chatonius Scouuallius, Bruxellarum Arſentius miſſi, D quibus ne ex voto Rex ſatisfaceret inteſtini hoſtes qui in ſinu Galliæ latebant, & cum Hiſpaniæ Rege faciebant in cauſa fuere.

Cùm res Galliæ ad annum 1585. deduxerimus ſupereſt vt in reliquis regnis & prouinciis, quo loco res per ſex annos fuerint commemoremus. Anno 1579. fama cladis Sebaſtiani didita magnos animorum motus in Europa exciuit; pleriſque viris principibus ad Luſitaniæ regnum ius obtendentibus, in quibus Hiſpaniæ Rex ſi minùs cauſa, plus certè armis valebat, qui per ſpeciem belli Africani Henrico Cardinali Luſitaniæ Rege ſuperſtite numeroſum exercitum ſcripſerat; Petro Medices magni Hetruriæ Ducis fratre in Italia delectum habente, Bacciano Santacrucio claſſi Neapolitanæ & Siculæ impoſito.

Fama cladis Sebaſtiani magnos in Europa motus excitat.

Id temporis in Italia Franciſcus, magnus Hetruriæ Dux Blancam Bartholomæi Capelli E nobilis Veneti filiam vxorem duxit, quam Veneta Reſp. filiam adoptauit, quod olim in Catharina Cornara Cypri regis vxore vſurparat.

Eodem anno quinque Æthnæ crateres proximè Catanam non modo flammarum vortices euomuerunt, ſed cum fremitu terribili lapides ardentes & cineres eructarunt, vt maria & finitimi agri cineribus & ſaxis ignitis obſererentur. E iugo montis quaſi bituminis & ſulphuris fluuius ad decem paſſuum millia deuolutus eſt.

Æthna lapides ardētes & cineres eructat.

Diuerſa parte in Hibernia Eliſabetha Regina igne & ferro in Catholicos ſæuiebat, in quibus Patritius Helius Epiſcopus Maionenſis, & Conachius Reuechius Sancti Franciſci ſodales, qui pios in fide eccleſiæ firmabant, publico ſpectaculo in furcam ierunt.

Eliſabetha regina igne & ferro in Catholicos ſæuit.

Inter hæc ab Hiſpano Rege Dux Oſſunæ in Luſitaniam cum Roderico Vaſchio, & Ludouico Molina Iuriſconſultis magni nominis miſſus eſt, qui ius ſuum aduerſus Catharinam Medices Franciæ Reginam, Filibertum Sabaudiæ Ducem, Farneſium Principem Par- F menſem, Catharinam Braganzæ Ducheſſam, & Antonium Priorem Cratenſem, de regni

Luſitaniæ regnum à multis principibus appetitum.

hæredi

hæreditate, & ſucceſſionis iure contendentes non armis, ſed legibus tuerentur. Philippus iure ſuperiorem ſe ferebat, quòd Iſabella Emmanuelis maiore natu filia, Henrici Cardinalis ſorore natus eſſet. Sabaudus Beatrice Iſabellæ ſorore ſecundogenita natus erat. Antonius Ludouici (qui Dux pacis fuit, Henrici Cardinalis frater natu maior) filius firmiſſimo iure niti putabatur, Catharina Franciæ Regina à Mathilde Alphonſi tertij Luſitaniæ Regis vxore genus ducere ſe ferebat, qui filiis Mathildis legitimis regnum ereptum, filio notho attribuerit.

Pontifex ipſe ius in regno ſibi arrogabat, quaſi Cardinalis ſine legitimis filiis morienti eccleſia hæres eſſet. Ordines Luſitaniæ ſucceſſore mare deficiente, ſui ſuffragij rem eſſe defendebant. Ita enim Alphonſum III. & quintum, Ioannem primum ſuffragiis Ordinum Reges renuntiatos.

Iſti inter ſe de corio leonis diſceptabant, cùm non in legibus, ſed in armis ius eſſet, vt qui armis plus poſſet, is iure potior haberentur. Henricus Cardinalis Rex, atque adeò populus in Catharinam Bragantiæ Ducheſſam propenſior erat, & cùm Philippus vehementius inſtaret, vt regni candidatum, & ſucceſſorem ſe renuntiaret, hoc modo reſpondebat, ſe rei vxoriæ operam dare poſſe & velle, vt legitimum regni hæredem relinqueret, & eo fini Eduardum Caſtelloblancum ex Olyſſiponenſi nobilitate Romam ad Pontificem legaſſe. Ab Antonio imprimis abhorrebat, quem matre plebeia, & quadrantaria natum eſſe ſciret, quanquam is matrem clandeſtino matrimonio in manum Ludouici conueniſſe, & legitimis tabulis cum eo deuictam eſſe defenderet. Henricus cùm inter hæc fluctuaret, tandem iudici aleæ rem permiſit, & iure quemque apud delegatos ex omnibus regni ordinibus iudices contendere paſſus eſt.

Kal. April. anni 1579. lege agi cœptum. Philippus iudicium detrectauit. Antonius cauſa cognita nothus ſententiis iudicum pronuntiatus eſt, quòd vt prior Cratis eligeretur, qu[illegible] nothus à Pontifice veniam obtinendi beneficij impetraſſet, & Ludouici patris teſtamento ei tanquam ſpurio conſultum eſſet. Non ideo tamen Antonius animo linquebatur, qu[illegible] Ioannem nothum fauore populi ſubnixum, fratribus legitimis ſubmotis ad regni cla[illegible] aſcendiſſe didiciſſet. Henricus cùm ius in armis fore cerneret, animum ad Philippum adi[illegible]cerat, ſed repentina morte pridie Kal. Februar. præreptus in Ordinum conuentu de regn[o] ſucceſſore definire nihil potuit. Regni adminiſtratio V. viris ceſſit, quos Rex paulò ante obitum comitiorum ſuffragio delectos renuntiarat. Ii fuere Georgius Almeida Archiepiſcopus Olyſſiponenſis, Ioannes Maſcarena, Franciſcus Saa, Ioannes Teglius, & Didacus Soſa, qui per oratores Philippum vehementiùs regno ſe interejtem monuerunt, ſententiam ſuper ea re XI. virum expectaret, qui à Rege ex ordinum conſenſu huic iudicio impoſiti erant. Philippus ſe Henrici demortui, à quo legitimus regi hæres dictus erat, non XI. virum ſententiæ ſtare dixit: quare ſtudioſè id agerent, vt ſe hæreditatem adeuntem, & in regnum aduentatem pro maieſtate regia exciperent, & ſibi obſequium ac fidem Regi debitam exhiberent, niſi bello ſecum experiri vellent, pollicitus ve[illegible] o[m]nia priuilegia Luſitanis in integro fore, nemini extraneo aditum ad magiſtratus & officia apertum iri, iudicia ciuilia & criminalia eodem loco futura, quo ſub deceſſoribus Regibus fuerant, trecenta nummorum millia quæ in pauperes expenderentur ſe numeraturum: quæ pollicitationes apud animos ab Hiſpanis abhorrentes, & in Antonium prono[s] [illegible] parum valebant, cùm à Gallis, Anglis, Belgis auxilia in bona ſpe [illegible] ad infeſtanda Siciliæ litora ſollicitaretur.

Philippus in Luſitaniam arma parat. Interim Philippus arma & vim parabat, & Luſitaniam veluti cuſtodum ſeptam vndique clauſerat, cuius ſitum ſupra delineaui, & vt res in aperto ſit, iterum delineo. Luſitaniæ pars ad meridiem Transtagana veteribus dicta inter Tagum & Anam, ſeu Gadianam amnes ſita eſt. Mauri Guadam aquam, Guadianam, Anæ aquam vocant. Altera pars ab occaſu in oceanum excurrit, qui ad S. Vincentij promontorium litrora ſubit, & alterum Tagi oſtium intrat, vnde idem oceanus ad meridiem flexuoſo amfractu ſinum efficiens Guadianam fluuium in confinio Vandaliæ (Andaluſiam dicunt) irrumpit, qui tractus regnum Algarbiorum amplectitur, in quo epiſcopus vnus, & quatuor præfecturæ, Lagoſia, Faroa, Tauila, Syluia, quæ ab ortu Caſtiliam, & Andaluſiam à Septemtrione Ducrum, ad meridiem Tagum, ad occaſum oceanum attingunt. Caſtilia verus, Ciſtagana vocatur: vltima Luſitaniæ pars Bragenſis indigetata à Durio ſeu Doro amne initium ducit, montibus eminens, [illegible] quà vergit ad mare, tum verò Simino fluuio, qui Minius olim fuit, definitur, inde ab ortu in Caſtiliam veterem porrigitur, & cum ea continens eſt. Philippus in finibus Andaluſiæ

Alfon[ſi]

A Alfonſum Pereſium Guſmanum Medinacidoniæ Ducem, in confinio Caſtiliæ nouæ & Tranſtaganæ Bertrandum Quenanum Albuquerquium, in limite Caſtiliæ veteris Rodericum Paccecum, ad Eſtremaduram Petrum Velaſcum, in regno Leonis Ioannem Alfonſum Pimentellum, in Galitia Gaſparem Portocarrerum in armis ſtare iuſſit.

Diuerſa parte Luſitani in arma ruebant, quibus id ingenium eſt, vt ante periculum audentiæ plurimum præ ſe ferant, in ipſo diſcrimine animis cadant, ad belli paratus improuidi & tardi, ad fugam prouidi, & promti. Petrus Velaſcus Hiſpanus aſtu Eluam Luſitaniæ vrbem omnium primam intercepit, oppidani in verba Philippi iurarunt. Idem Oliuenzam ius regium accipere iuſſit, exemplo moti Portalegrenſes, & Campomaiotenſes ſub Philippi leges cecidêre.

Luſitani ante periculũ audaces, in periculo animis cadunt.

Interea in vrbe Satarema vulgi acclamatione Antonius nothus, mox Olyſſiponæ Rex ſa-
B lutatus eſt. Magiſtratus, officia, dignitates à nouo Rege temerè indignis adrogatæ, theſauri regij expatrati, ſerui ad pileum vocati, vt militum matriculis adſcriberentur.

Diuerſa parte regni adminiſtratores, qui Caſtellomarinum ſe receperant Philippum Iſabellæ Emanuelis primogenitæ Henrici ſororis filium Regem renuntiarunt. Philippus regni auidus nuntio accepto Albanum ducem carcere Vzedano exemptum ſummæ belli præficit, & in Luſitaniam irrumpere iubet, qui 20. millia peditum, mille equites Ferdinando Toletano filio equitum magiſtro, ductabat. Is Luſitania penetrata Stremoſam arcem vi cepit, Azeuedum maris præfectum arci impoſitum in vincula dedit, mox Villa vitioſa, munita arx, dedita eſt, Mons maior, & Settuale oppidum ſub poteſtatem cecidêre. Proper Columna arcem Othonis deditione cepit, cùm claſſis vndique afflueret. Alfonſus Bacianus 30. naues onerarias commeatu & copiis refertas mari ventiſq; permiſerat, immemor
C Antonium Leuam ſub Carolo V. Prouinciam, & Maſſiliam oppugnante, infelici ſucceſſu annonam & commeatus incertis maris crediddiſſe.

Stremoſa arx in Luſitania & multæ aliæ ab Hiſpanis capiuntur.

Albanus ante omnia Olyſſiponam regni caput ad dextrum Tagi fluuij latus ſitam tentandam eſſe ratus, quæ mole ſua, & dignatione cuncta in ſe traheret, ad Caſcaſinum decimo quinto ab Olyſſipona lapide milites L X X. triremibus vectos III. Kal. Auguſti in loco confragoſo, ſaxis & rupibus conſito, qui exſcenſioni imperuius putabatur, expoſuit, Diegus Meneſius arcis præſidio impoſitus exſcenſione Hiſpanos prohibere, quod in aperto erat, non inſtitit, tantum in eo ignauiæ fuit, cùm 500. equites, tria millia peditum haberet, & è loco ſuperiori hoſtes obruere, & tormentis fulminare poſſet. Mox derelicto oppido quod ab Hiſpanis direptum eſt, in arcem refugit, & per ſummum flagitium ad primum tormentorum fremitum hoſtium poteſtati ſe permiſit.

D Eum Albanus ſecuri percuſſit, arcis præfecto fauces eliſit; qua ſeueritate Luſitanorum animi adeò exulcerati ſunt, vt in perniciem Hiſpanorum omnes vltioni nomina darent. Albanus inde arcem S. Iuliani deditione cepit, Cabezam arcem (alij Cacioſoſam vocant) præſidiarij, & claſſem in anchoris ſtantem claſſiarij deſeruêre, qua capta quatto ab Olyſſipona lapide Albanus caſtra poſuit. Antonius nothus Alcandaram primo ab vrbe lapide ingentem tyronum exercitum traxerat, & de pace verba iecerat, cuius ſpem Albani faſtus abrupit. Is cum Antonio regij ſanguinis iuuene, quaſi cum famulo, aut captiuo per litteras agebat, quæ res offenſæ & ludibrio Luſitanis, ipſi honori fuit. VII. Kal. Septembres Albanus in colle tormenta diſpoſuit, & aciem inſtruxit. Columna in pontem ab hoſtibus inſeſſum inſiluit, Sancius Auila qui torrentem loco vadoſo tranſmiſerat in Luſitanos incubuit, Santacrucius claſſe per Tagum incedente tormentis fulminare occepit tanto fragore, vt
E hoſtes in fugam effuſi terga ad ictus præberent. Antonius per mediam Olyſſiponam pernici equo euolauit, vrbs contra conuentionis fidem direpta eſt, Naues in portu mercibus plenæ auaro militi prædæ fuêre.

Diegus Meneſius Albani iuſſu ſecuri percutitur.

Inde Albanus Conimbriam duxit, quæ in poteſtatem cum Monte maiore, & Dauero oppido venit. Auila Antonium ſequens 35. cymbis quinque millia bellatorum Duerum fluuium tranſmiſit, mox in Antonium longe maiori exercitu validum incubuit, eumq; primo impetu fudit, qui totum annum in Luſitania variis locis tanta indigenarum fide latuit, vt nullius indicio deprehenſus ſit, cùm indicibus ingens præmium oſtenderetur, & quod miraculo proximum eſt, Philippo Olyſſiponæ agente, ipſe vrbem iniit, amicos viſit, capita cum iis contulit, per agros & vrbes tributa exegit, cum ab Hiſpanis ad necem peteretur, à quibus ſæpe repertus, & appellatus diſſimulato habitu ignoratus euaſit. Tandem Settuali
F portu ſoluit, & in Angliam vela fecit. Albani fortuna laudata, cui exſcenſio Caſcaſi facta loco parum commodo, quam Santaremi fieri oportuerat, & oppugnatio ad pontem, & propugnacula munitiſſima hoſtibus numero potioribus feliciter ceſſit: omnia ei male

Conimbrica ſub Albani poteſtatem venit.

conſulta in fortunam trahebantur, vt illi aut diuina mens eſſe, aut ſupra votum res fluere putares. A

Philippus Rex Eluam Luſitaniæ vrbē venit.

Philippus Rex qui ex morbo reualuerat III. Idus Decembres Eluam Luſitaniæ vrbem venit, & à nobilitate Luſitana regia pompa ſummo plauſu exceptus eſt: vt eſt regibus inter artes cùm in metu ſunt omnia polliceri, abſcedente metu ludificari, fruſtrari, Rex illiciendis animis, promiſſis omnes onerauit, voti compos de fide abſoluenda parum ſollicitus, per conſcientiæ conſilium Luſitanos fruſtratus eſt: leuibus tamen tributis populum leuauit, vt eum auerſum leniret, Duci Briganzæ magiſterium equitum liberum eſſe voluit, cumq; velleris totque inſigniuit, quo tempore Olyſſiponam Petro Valdeſio duce claſſis ex Hiſpania commeatu & armis referta ſine offenſione appulit.

Inter hæc anno 1581. Philippus comitia ordinum Tomarum, quæ olim Nabantia fuit, ad capeſſenda regni ſolennia coëgit, vbi ab omnibus in nomen Philippi patris, & filij iuratum eſt. Tomaro Olyſſiponam profectus, exeunte Iunio à magiſtratibus Cameræ Luſitaniæ coronatus, & inauguratus eſt. B

Philippus Rex Luſitaniæ inauguratur.

Et vt Regem ageret, cùm in ea vrbe duo tribunalia iuri dicundo eſſent, alterū in ciuitatem Portenſem deportauit, ſenatoribus vtriuſque tribunalis ſtipendia auxit, vt gratis ius dicerent.

Conimbricenſis academiæ priuilegia firmata.

Priuilegia Conimbricenſis academiæ, cuius ſententia regni iure exciderat, vt iniuriæ memoriam ex animo ſe exuiſſe oſtenderet, firmauit. Supererant inſulæ Aſſoræ, accipitrarias vocant, à Philippo alienæ, quas vt ad officium cogeret, Diegus Baldeſius cum ſexcentis delectis miſſus in exſcenſione offendit, & ab indigenis profligatus eſt, in quibus ipſa die S. Iacobi quæ Hiſpanis proſpera ducitur, ducenti militaribus imperiis inſigniti præter gregarios milites ceciderunt. C

Id temporis Antonius nothus ex Anglia in Gallias ignoratus cum Emanuele Sylua ad Henricum Regem Ioüſæ nuptias magna celebritate adornantem venit, & in ſinum eius querelas ſuas depoſuit, à quo adnitente Regina claſſem ſexaginta nauium duce Stroſſio expreſſit, cuius is fuit exitus, quem in rebus Gallicis ſupra memoraui.

Cùm res Luſitaniæ in eo eſſent, in Belgio non leuiores motus ardebant. Ineunte anno 1579. Ioanne Auſtria mortuo Farneſius Parmæ Dux qui à Philippo ſummmæ rei impoſitus erat, quæ belli erant prima habebat. Mondragonius Carpeno non citra ſanguinem vi capto 6. Idus Ianuarias præſidiarios in furcam miſit, Valchemburgum & cis Moſam Helmontem, ac Vertam ſub leges dedit, Caſimiri milite, quia ſtipendia non procedebant, ad Thinen & Areſcottum populationibus graſſante, cùm ipſe Caſimirus in Angliam euolaſſet, vbi eques cingulæ genualis effectus eſt. D

Interea Parmenſis per abſentiam Caſimiri Germanos nec opinantes intercepit, & petentibus commeatum, ac liberum exitum in Germaniam largitus eſt: quibus dilapſis 40. vexilla peditum ſupererant, quæ auſpiciis Ordinum, ducibus Muio, Argentleo, Notizzo, Lanouio mererent. Ii proximè Antuerpiam cùm ad Borgheretum pagum vallo, & aggere ſe muniſſent, à regio milite pulſi ſub mœnia vrbis perfugium habuere, quorum fuga Parmenſis aditum ſibi Maſtrichtum patefecit, & ne ſubſidia ſubmitterentur corona cinxit.

Ea vrbs Moſa amne alluitur, & media ſecatur, fluuij pars ad ortum minima VVichum dicitur, altera longè maior ad occaſum ponte lapideo ſternitur. Principatus vrbis inter Brabantiæ Ducem, & epiſcopum Leodienſem diuiditur, ſed Dux in ea principem locum tenet, Parmenſis è lembis, & lintribus Moſam duobus pontibus frænauit, quibus milites obſidione vrbem complexi vltro citroq; commearent, & ſe mutuis auxiliis iuuarent. Tum verò foſſis ductis ſub mœnia propius ſuggreditur, milite vineis & pluteis tecto, vt extra ictum eſſet. Obſeſſi Tappino Gallo duce crebris eruptionibus opera diſturbabant quorum numerus & virtus oppugnationi par erat. In vrbe enim mille Galli, duo millia indigenarum erāt. 6. Idus Aprilis ad ruinam impetus factus magna Hiſpanorum ſtrage, in quibus Fabius Farneſius frater Epiſcopi Parmenſis deſideratus. Deinde perfoſſa humus cuniculis, ſpe ſubſidij abſciſſa obſeſſos in ſe deſcendere coegit. E

Malecontēti in nomen fidei Catholicæ & Hiſpaniæ Regis iurant.

Id temporis Malecontenti, quibus 8. millia peditum, quadringenti equites erant, ducibus Montignio, Meluno, Motta, & aliis pleriſque in nomen fidei Catholicæ, & Hiſpaniæ Regis iurarunt, militibus ſtipendia regiis pecuniis proceſſēre. Gandauenſes in nobilitatem, & Catholicos hoſtilia reſumpſêre. Lanouius Mottam Dunchetchi obſidione ſummouit. Diuerſa parte Santomerum oppidum regias leges vltro accepit.

Inter hæc cùm Antuerpiæ Maio menſe ſupplicatio per vrbem à Catholicis haberetur, ſectarij exarſêre animis, & in Catholicos vim fecere, quam & Archidux Matthias, & Arau- F

ſionen

A ſionenſis inhibuerunt. Religioſi omnes ordines vrbe exacti. Machliniæ ſacræ effigies confractæ, vaſa templorum aurea & argentea expilata: quod Agamontio animum mœſtitia reſtrinxit, eumq́; ad vltionem accendit: quare ad partes regis cum aliis pleriſque tranſgreſſis, Bruxellas, & Brugas aſtu tentauit, quæ tentatio non ſucceſſit.

Gallobelgarum vrbes Regis ſacramento accedunt.

Sub id Arreſia, Hannonia, Lilla, Duacum, Orcieſum, & reliquæ Gallobelgarum vrbes Regis ſacramento acceſſerunt, iis legibus, vt præteritorum memoria induceretur, pax Gandauenſis rata eſſet, milites extranei Belgio excederent, antiqua priuilegia rata forent, & cætera talia ſæpe in pacta deducta, ſæpius infracta, & inducta, tunc temporis à Parmenſi, & viris principibus, firmata, & obſignata.

Maſtrichti obſidio parũ ex ſententia procedit.

Inter hæc obſidio Maſtrichti parum ex ſententia procedebat, vbi plerique ſtrenui duces, in quibus & Hiergius tormentis perfectus, Barlemontis Comes, Conradus Malaſpina Marchio, Comes Guido Sangeorgius, Ioannes Grimaldus cecidêre, demum peruigilio D. Petri B vrbs vi capta, magna vtrinque clade. Sebaſtiano Gallo virtutis ergo vita gratia facta, Hiſpanorum ineſtabilis ſæuitia in ſenes, infantes, fœminas, puellas, ægrotos ferro tam impotenter graſſata eſt, vt in vrbem deſolatam nouos colonos mitti oportuerit.

Coloniæ de pace toto Belgio ſancienda agitur.

Coloniæ per delegatos Pontificis, & Cæſaris de pace toto Belgio ſancienda actum eſt, vbi Philippi oratores cùm animaduerterent Arauſionenſem id feſtinare, vt induciarum ſpecie belli moras redimeret, & pecuniis, militibus, copiis partes Ordinum firmaret, inducias abnuerunt, pacis conſilia probarunt, à quibus Ordines cùm abhorrerent, Cæſar oratores ſuos re infecta reuocat, ex Ordinum delegatis plerique in partes Regis tranſiere, in quibus Dux Araſcottius, Abbas S. Gertrudis, Abbas Marollæ, præpoſitus S. Bauonis, & Grobendonius Comes. Duæ maximè res paci obſtabant, Philippi in conſilio abolendæ fe- C ctæ obſtinatio, & rerum alienarum reſtitutio, quas belli præſcriptione perduelles ſui iuris fecerant. Arauſionenſis cùm à Germanis auxilia deſperaret, ad Reginam Angliæ, & AlençoniumHenrici tertij Galliæ Regis fratrem, quod vnum perfugium ſuperabat, animum adiecit, ſpe Belgij principatus, quem in eos conferri poſſe aiebat.

Interea Machlinienſes datis obſidibus Ordinum præſidio ſoluti, Petri Lupi ſodalis Carmelitani concionibus, fidei ſtudio accenſi, Aluetingum ordinum ductorem, in carcerem compingunt, oratores ab Arauſionenſi, & Ordinibus miſſos in vincula coniiciunt, vt de ſuis obſidibus ſecuri eſſent, Comitem Burſium vrbis præfectum in partes trahunt, & Parmenſis fidei ſe credunt, munitionem Villebrochiam intercipiunt, quæ aditum Antuerpiam & Bruxellas interclusit. Sed ea mox in poteſtatem ordinum venit, à quibus aggeribus, & præſidio firmata eſt.

Meninum à Lanouia Malecontentis ereptum.

D Eodem tempore Meninum à Lanouio Malecontentis ereptum eſt, præſidiariis per agros palantibus. Idem Vuatuechum Gallobelgis per vim ademit, in Friſia Renembergius Groningam ad deditionem coegerat, & ſectæ miniſteria in ea reſtituerat, Couordenum captum opere firmarat, cuius copias latrociniis graſſantes Villatici, qui ſibi nomen deſperatis indiderant cæciderunt. In eorum vexillis enſis expreſſus erat, & medium oui putamen, vnde albumine fuſo vitellus comparebat: inſcriptio addita, non pro ouo integro, ſed pro putamine, arma ſe ſumere.

Poloniæ Rex Moſcho Duci bellum indicit.

Eodem anno 1579. Poloniæ Rex Moſcho Duci bellum indixit, Poloſcam arcem Lituaniæ munitiſſimam proximè Tilnam, ne ſubſidia ſummitterentur, corona cinxit, propugnacula trabibus & terra deuincta tormentis impenetrabilia cùm eſſent, ignes miſſiles iniecti ſtragem fecêre, qua perculſi præſidiarij legibus acceptis inermes egreſſi ſunt. In ea arce V I. E armatorum millia erant, innumera tormenta, magni commeatus, quæ res obſeſſorum ignauiam onerabat. Palatinus Vilnenſis Turuliam arcem deditione cepit, in qua victores dum per laſciuiam tormenta explaudunt ſulphureo puluere incenſo arx conflagrauit, quam cladem Rex Poloniæ indignè tulit, quod eius arcis præſidio annonæ ſubſidia Suſæ vrbis præſidiariis intercludebantur, Palatinus Podoliæ traiecto pontonibus Driſſa amne, qui pluuiis intumuerat, arcem Socolam igne miſſili, & tormentorum fulminibus tentauit, præſidiarij eruptione facta in arcem compulſi, cum quibus Poloni ſubeuntes clatris portarum ferreis demiſſis incluſi ſunt, pleriſque Moſchis excluſis. Cùm ignis in vrbe graſſaretur, iterum eruptione facta, Moſchorum quatuor millia cæſa ſunt.

Suſa in Regis Poloniæ poteſtatem venit.

Nonis Octobris Suſa in Lituania munitio inexpugnabilis deditione Regis Poloniæ imperio ſubiuncta eſt.

F Inter hæc Filo Cnita Orſani præfectus cum validis copiis in Moſchouiam irrupit, & duo millia vrbium igne vaſtauit, vnde præda onuſtus in turum ſe recepit. Conſtantinus Dux Oſtrogiæ vltra Boriſthenem populabũdus excurrit, Cuezichouiam oppidum incendio de-

leuit,& præda opulenta diues rediit. Præfectus Meciſlauiæ ad Iaroſlanam omnia incendio A
& populationibus infeſta habuit.

Lituania & Liuonia in fide Regis Poloniæ manent.

Tot cladibus perculſus Moſchus petendæ pacis conſilia ſumpſit, cuius rationes com-
meantibus inuicem nuntiis initæ ſunt, Lituania & Liuonia Moſchis ademptæ in fide Regis
Poloniæ manſere:quæ dum vtrinque ſedulò curantur,eodem anno 1579. Amurathes expe-
ditionem ſuperioris anni in Perſidem magna militum ſtrage ſteriſſe comperit, quare no-
uum exercitum ſcripſit,qui ineunte vere, ſequenti anno in armis fuit.

Oſmanus cum Sahamalo Georgiano amicitiam inſtituit.

Interim Oſmanus, qui è Somacho Derbentum refugerat cum Sahamalo Georgiano
amicitiam inſtituit,quam filiæ eius nuptiis ſanxit, mox ſocero cæſo Georgianos ſub impe-
rium cæpit,vulgata fama Sahamalam transfugium ad Regem Perſidis cogitaſſe.

Inter hæc ab Amurathe Conſtantinopoli Alexandro, & Manuchio Georgianis fratri-
tribus optio data eſt, vt alter eorum aut poſſeſſiones ſuas,& dominatum, aut Chriſti fidem B
exueret. Alexander conditionem abnuit,Manuchius accepit, qui circumciſus in leges Ma-
humetæ abiit,& Muſtapha purpuratus Altuncalæ vocatus eſt.

Interim Rex Perſidis dilectum Caſbini habuit, Siruanum præſidio muniuit, cum Cha-
mo Emangulo fœderis tabulas ſcripſit, & ſignauit, aditum Muſtaphæ Teſliſum obſtruxit,
Simone vt fidem probaret, Perſicam ſuperſtitionem, exuta Chriſti lege, induente, qui ſe
Teſliſi principatu à Turcis ſpoliatum dolebat:ita nihil adeò flagitioſum eſt,quod vindican-
dæ iniuriæ ſtudio non fiat.Simonem Mahometes in ſuam ditionem remiſit,ad quem Cha-
mus Aliculis quinquaginta millia equitum aggregauit.

Diuerſa parte Muſtapha Charſum vrbem duodecimis caſtris tenuit,quam fūditus euer-
ſam viceſimo die inſtaurauit,ac munitionibus & foſſis aqua ex Euphrate reſtagnāte validis
firmauit.Tum 20.millia equitum, cum vberi commeatu & pecuniis præire iuſſit,qui Teſli- C
ſum copiis munirent.Hos Simon & Aliculis inſidiis interceptos grauiter affecerunt.Tertio
poſt die Turci ex improuiſo è ſylua erumpentes Simonem fugarunt, Aliculim viuum cepe-
runt,inde Teſliſum tenuerunt, vbi præſidiarij fame fatigati penè omnes perierant. Muſta-
pha longiùs progreſſus in anguſtias Tomani oppidi ſe induit, vnde nullum effugium erat,
niſi Aliculis vitam pactus, & libertatem, cum præſenti periculo exemiſſet. Interea Simon
extremum agmen exitio dedit, ingenti præda potitus. Reliqui Turci niuium procella op-
preſſi,& hauſti ſunt.

Muſtapha re malè geſta Conſtantinopolim regreditur.

Muſtapha re malè geſta Conſtantinopolim regreſſus eſt. Anno 1580.toto pene terrarum
orbe cœli contagio peſtis recruduit, cui vna ſalutis via, ſi ſanguinis vena duceretur, Italia
maximè ea lue conflictata eſt.

Id temporis Sanioſephus, Hercules Piſanus, & Romagnolus Itali duces iuſſu Pontificis D
in Hiberniam appulere, vt indigenis Catholicis à Regina Angliæ laborantibus ſuppetias
ferrent,qui Kal.Septemb.exſcenſione ad Smeruichum facta,in faucibus Sinuæ fluuij muni-
tionem ſitu & opere proximè portum Limbrichum firmiſſimam excitarunt, & tormentis,
commeatu,valido præſidio firmarunt,quam mox per ignauiam, & ſummum militiæ flagi-
tium Milorto Greio inſulæ Proregi pudendis legibus dediderunt,à quo viginti præſidiariis
vitæ gratia facta, reliqui è furca ſuſpenſi ſunt. Tantum bucellati, ſalitæ carnis, tormento-
rum, pecuniæ, in eo propugnaculo fuit, vt vel grauiſſimam obſidionem ad multos menſes
tolerare potuerint, ſi animi commeatibus pares fuiſſent. Omnis victoriæ acerbitas infra
eorum ignauiam fuit.

Sigiſmūdus Churpzachius igniario puluere accenſo in aërem impulſus ac diſcerptus.

Cùm in eo ſunt triſtis rerum facies, & crebra mortis imago toto Belgio erat. Sigiſmun-
dus Churpzachius cohortis in exercitu ordinum tribunus, cùm in Friſia orientali age- E
ret, in arce Lingheuo cadis pulueris igniarij repentino igne accenſis in aërem impulſus ac
diſcerptus eſt.

Sub id Arauſionenſis comitiis Belgij Antuerpiæ habitis oſtendit res Ordinibus malè
procedere, quia prouinciæ non in commune, ſed ſibi quæque conſulerent. Pecuniæ quas
conferrent,ſi alibi quàm domi,intra cuiuſque ciuitatis mœnia expenderentur, id iacturæ &
detrimento imputarent. Ita omnibus exiſtimandum eſſe in cuiuſuis vrbis, aut prouinciæ
periculo omnium periculum agi, & vnius oppiduli excidio interdum toti prouinciæ con-
ſuli oportere.

Humano in corpore ſæpe vnius membri interitu toti corpori medicina fit.

Ita in humano corpore ſæpe vnius membri interitu toti corpori medicinam fieri: quæ-
rendum ante omnia Belgio caput tanto corpori par,alioqui cuncta in deterius exitura. Ne-
minem Alenſonio Regis Galliæ fratre ad id munus opportuniorem eſſe,in quo gentile Hi- F
ſpaniæ odium, animus belli ingens, voluptatum modicus ſit, validus ad manum exercitus,
regij ſanguinis in re prolixa decus,comis indoles, & pacis amans. In Rege Hiſpaniæ com-
poſita

A poſita humanitas, fictum ingenium, natura factum & conſuetudine exercitum, velare
odium fallacibus blanditiis, & metu abſtruſo ex rerum vſu mitiora obtendere. Eum in re-
belles Hiſpanos in India odium diu diſſimulaſſe, in tempore reddidiſſe. Reges ſubditorum
iniurias ad tempus velare, nunquam abolere. Chriſtiernum cum iis à quibus regno pulſus
erat in gratiam rediiſſe, mox eoſdem inter epulas oppreſſiſſe. Ferdinandum, & Alſonſum
filium eius Calabriæ Ducem foris eum primaria nobilitate offenſiones depoſuiſſe, intus ab-
didiſſe, quæ pleriſque vita ſteterit: cum ſubditis Reges, quorum maieſtas ſemel imminuta
ſit, nunquam ſolida pace coaleſcere. Inter documenta Pontificis eſſe, fidem ſectariis, quam
Deo infregerint, non deberi.

Subditorum iniurias Reges ad tẽpus velant, nũquã abolẽt.

Inter hæc Parmenſis belli munia obire, Mortagnam, oppidum Santamandum ex hoſte
recipere, Cameracenſem, & Tornacenſem agros incurrere, populari, Cortricum aſtu inter-
B cipere, cùm à conſciis de compoſito in vrbe incendium excitatum oppidani reſtinguere
vellent.

Diuerſa parte Bruxellenſes Niuellem ex inſidiis occuparunt, Torſius & Mortaguius ſca-
lis admotis Nienouam adorti Agamontium & Carolum Noiellanum fratrem natu mino-
rem cepêre, & in vincula dedêre. Mox Oliuetius Templeſius, & Carolus Lieuinus Fama-
ſius Mechliniam proditione captam cædibus, & direptione fœdarunt. Angli & Scoti ſupel-
lectilem ſacram expilarunt, templa ſacrilegio violarunt.

Paucis ante id excidium diebus in eo tractu terra mouit, quod in frigidis, & vliginoſis
regionibus ratum eſt, mare immenſum intumuit, montes rupti ſedêre, hiatus crebri per
agros in immenſam altitudinem aperti, turres & mœnia paſſim deiecta. Lanouius Gallus
inter Ordinum duces principe loco erat, vir militiæ gnarus, conſilio & manu validus, quem
C Lilla irrito conatu tentata abſcedentem Marchio Robaiſius inſequutus ad pontem Man-
deri amnis, perrupta militum ſtatione non citra ſanguinem cepit, & Limburgi carcere clau-
ſit, donec Agamontio mutaretur.

Terræ motus Mechliniæ.

Id temporis Gulielmus Normanus Neezius proditionis compertus à Rubaiſio captus
eſt, mox cauſa cognita, quòd in Alenſonium procior eſſet, Queſnoij ineunte Nouembri
capite multatus eſt.

Gulielmus Normanus proditionis cõpertus capite multatus.

Sub id Guarda cohortis tribunus Ordinum nomine ſcalis admotis Dieſtum, Sichemum,
Araſcottum intercepit, Villerius Bucaini oppidi ad Scaldim præfectus Ioannem Norquer-
mium ſpe vrbis prodendæ illectum, & proditum cæpit, comites eius exitio dedit. Eundem
Rubaiſius exitum habiturus erat Bruxellis, niſi pluuia ingruente acceſſu vrbis prohibitus
eſſet, cum Otto Baccherius ſe claues vrbis cera primum, deinde ferro expreſſas ei tradidiſ-
D ſe iuratus affirmaſſet. Tormenta enim, & ſtationes militum ad portas in Rubaiſij exitium
excubabant.

Inter hæc Archidux Matthias factione Arauſionenſis, in Germaniam vibrante querela
dimittitur, & ad Alenſonium ab Ordinibus oratores mittuntur, qui ei Belgij principatum,
Ordinum nomine deferant, & ad prouincias ditionis ſuæ valido exercitu propugnandas
eum vocent. Nummi in Belgio in nomen eius variis argumentis, & titulis perſcripti. In-
terceptæ Arauſionenſis ad Alenſonium litteræ, & Parmenſis opera vulgatæ. Ipſe Arauſio-
nenſis perduellionis damnatus, & percuſſori eius pecuniæ decretæ, quod tandem ad exi-
tium eius eualuit.

Archidux Matthias in Germaniam dimiſſus.

Interim Reneoburgenſis in Friſia in eo erat, vt ad Regem transfugeret, eamque prouin-
ciam Parmenſi obnoxiam faceret, quod gnarum Parmenſi, cuius emiſſarij furtim omnia ex-
E plorabant, & incerta pro certis plerunque afferebant.

Id temporis Leuerdenſes in Friſia arcem vrbi impoſitam deditione ceperunt, ſacras effi-
gies confregerunt, ſacerdotes exegerunt, templa expilaruot ad quus à Renenburgio miſſus
eſt Bayllius Amanuenſis cum charta vacua Renenburgij manu ſubſcripta, & ſignata. Capra-
ta occaſione Leuerdenſes Amanuenſi neceſſitatem afferunt, vt chartam vacuam literis ad
Harlingheni præfectum ſcriptis impleat, quibus Renenburgius ei ex arce diſceſſum impe-
ret. Per abſentiam præfecti vicarius eius arce præſidium emiſit, eamq; Leuerdenſibus tra-
didit, quam illi ſolo protinus æquarunt. Renenburgius cognito conſilia ſua vulgata eſſe,
quia in mora periculum erat, IIII. Non. Martias anno 1580. ſectariis oppreſſis Groningam
regio imperio adiunxit, quam Ordines obſidione cinctam cùm in arcto haberent, Marti-
nus Scheinchius cum 4. peditum millibus, & octingentis equitibus auxilio à Parmenſi ſub-
F miſſus Comitis Holachi copias, quæ prœlium auſæ erant 15. Kal. Iulias fudit, & ex hoſti-
bus mille quingentos amplius occidit. Obſidione ſoluta Renenburgius Deſpheelum ar-
cem munitiſſimam, in faucibus canalis in ſinum Embſium (veteres Amaſum dixere) in-

fluentis ſitam deditione cepit, mox Nottizium legioni Anglorum præfectum ad Nicor- A
tium deleuit, Couerdenum recepit, Stenuichum obſedit, & omnes aditus ſubſidiis inter-
cluſit: obſidio ad annum exeuntem extracta eſt. Paucis ante diebus Gulielmus Droſſardus
Ludouici Mõfortij filius in arce Hattemi ab Ordinibus obſeſſus, & proditus in vrbe Ghel-
lera capite truncatus eſt.

Dum Belgæ in eo ſunt eodem anno 1580. Stephanus Poloniæ Rex octoginta equitum
millia coegit, quibus Vieliſium arcem Duuæ amni impoſitam, & Vſuuiatum inter Vlmia-
num, & Vſciatum lacus ſitam deditione recepit, vt liber commeatibus aditus in Moſcho-
uiam eſſet, inde Vielicolicam vrbem 5. Kal. Septembres corona cinxit. Ea vrbs à Septem-
trione Louato amne qui mediam interfluit, à meridie Villaca lacu cincta erat. Arx in colle
poſita, vrbs propugnaculis & foſſis valida, propugnacula trabibus & aggeſta terra texeban-
tur, quæ miſſilibus ignibus hauſta ſunt, tum cuneis actis mœnia euerſa, & aſpirante vento B
ignium vi per vrbem graſſante Poloni per ruinam irrumpentes ad 7. hoſtium millia cęcide-
re, alios manu cepere. Eam vrbem mox Stephanus munitionibus firmauit. Inde Neuelam
arcem lacui Nemenſi impoſitam, vnde fluuius cognominis oritur, ignibus miſſilibus arden-
tem, milite vitam pacto recepit. Tum ad Zoropecium equites hoſtium annonæ ſubſidia ob-
ſtruentes fregit.

Mox Zoulociam arcem in medio lacus ſitam ponte nauigiis ſtrato cepit. Inde Vilnam
cum exercitu victor rediit. Hæc dum in Polonia fiunt, eodem anno Muſtapha improſpera
fama Erſiro Conſtantinopolim rediit, vbi criminibus circumuentus, & ad portam, vt ex
vinculis cauſſam diceret, vocatus, cùm impetũ abnueret, miſſus eſt Cigaia Capizilatorum
(cubiculariis præfectum dixeris) cum XV. cubiculariis, qui fauces ei frangeret, quod ſi vis
afferri non poſſet, codicillos Amurathis offerret, quibus cancellarium ſuum, & Theſauris C
præfectum tradere iuberetur. Muſtapha nuntios admiſſurus circulum definiuit, quem illi ſi
tranſcenderent, à ſtipatoribus obtruncarentur. Mox Conſtantinopolim reuerſus ad conſpe-
ctum Amurathis admiſſus non eſt. Quare metu grauioris ſupplicij, ipſe ſibi veneno necem
attulit.

Sinan bello Perſico præficitur.

Sinan purpuratus bello Perſico cum ſummo imperio præfectus eſt, qui priuſquam vrbe
excederet, acinace gemmato capulo, quo phalerato, & vexillo vnionibus ac elenchis fulgu-
ranti ab Amurathe ex more donatus eſt. Mox per cubiculi præpoſitum, Regium ſigillum ad
eum tranſmiſſum, quo ſolus Vezizaremus, quem Primouiſirum vocant, honeſtatur. Is comi-
tibus conſiſtorianis, quos purpuratos, & Baſchias indigetant, præeſt, inter Viſiros principem
locũ tenet, inconſulto imperatore Viſiros, & purpuratos creat, & in Diuano, quod ſanctius
conſiſtorium eſt, ſolus refert, ſolus decernit. Miſſi tum à Perſa de pace oratores cum mune- D
ribus, qui re infecta dimiſſi ſunt. Sinan cum valido exercitu Eriſum, & Charſum venit, vbi à
Simone Georgiano Ianniſerorum tribunus, Agam vocant, & Sangiaccus Saſſeſius, cùm pa-
bulatum exiſſent, ex improuiſo cæſi ſunt, tanta ſtrage, vt vix decem fuga euaſerint. Inde
Teſliſum progreſſus eſt, oppidum inualidum, quod Muſtapha populoſum, & opulentum eſ-
ſe Amurathi renuntiarat, vbi à Tomani pręfecto ſalutatus ex eo didicit, non procul inde in-
gentem tritici copiam, & armẽta prædæ expoſita eſſe, ſi pabulatores mitterentur. Miſſa bel-
latorum decem millia, quæ à Simone & Tocomaco cæſa ſunt. Cognita fraude Sinan rece-
dentes inſecutus, non aſſecutus eſt, qui cùm Perſam tota belli mole Tauriſo quæ nonnulli
Ecbatana, quidam Tigrananam eſſe putant, aduentare inaudiſſet, de pace verba iecit, & hac
præſcriptione ſine moleſtia Conſtantinopolim interuertit.

Steenuichi obſidio.

Interim in Belgio turbæ in deterius ibant, vbi anno 1581. Renenberghus Steenuichi E
obſidionem vrgebat, quam Nortrizius vt ſolueret, ſubſidia & commeatus, cùm aquæ gla-
cie ſtarent, in vrbem immiſit. Ibi ratio inita, qua tuto Nortrizius cum obſeſſis per litteras
ageret, & iis quid opus facto eſſet, indicaret. Pilam plumbeã duûm pondo finxerunt, cuius
in altera parte foramen fuit, quod literis incluſis alio plumbo ferruminaretur, altera parte
aliud foramen erat apertum, igniario fomite plenum, qui conceptum ignem diu aleret.
Tum pila plumblea tormento in vrbem miſſa foco ardente deprehendebatur, vnde literæ
erutæ nuntij vicem fungebantur.

Demum Renenberghus cùm annona in exercitu grauis eſſet, in vrbe copioſa, obſidio-
nem ſoluere coactus eſt. Mox ad Auartum Nienortis copias deleuit, & arcem Auuerderzie-
lum vi, Vuinſum caſtellum deditione cepit. Neritzius Stauerenum proditione, Gripſicher-
chenum pugnãdo ſub iugum dedit, per abſentiam Renenberghi morbo decumbentis co- F
pias eius cæcidit. In Renenberghi mortui locũ Gaſpar Verdugus à Parmenſi ſuffectus eſt,
indignante Scheinchio eam ſibi præfecturam ereptam, quam officiis & virtute meritus
erat,

A erat, nuper etiam Iſelteini clade, quem Goerum vltra Iſelam obſidentem, caſtris & copiis
exutum manu ceperat. Verdugus Emdam oppidum ad mare ſitum in Friſiæ orientalis fi- *Verdugus*
nibus, quo aditus, exitusq́; prouinciæ obſidebantur, ſui iuris fecit. Mox Norizzij, & Lu- *Emdam ca-*
douici Naſſauij exercitum ad tria millia peditum, quingentos equites fudit, quo prœlio *pit.*
ex hoſtibus 1500. deſiderati. Idem victoriæ inſtans, Nieuazielum obſidione cinxit, vbi ag-
geribus ruptis emiſſæ aquæ copias eius inundarunt. Abeuntis extremum agmen præſidia-
rij carpſêre. Res vtrinque pecuniarum penuria parum calebat, cùm neque Parmenſi, ne-
que ordinibus, ne ipſi quidem Alenſonio tantum nummorum eſſet, vt belli oneribus ſu-
pereſſe poſſent. Milites ſtipendiis, & commeatu caſſi defectionem moliebantur. Nihilo
ſecius Catholici arcem Baalenam ad Turnaltium cepêre, Ordines Staembocho & Garda
ducibus Turnaltium, Hooſtratenum, & Baarlenam arcem præſidiariis pulſis recepêre. Bol-
B ducum Ducis Syluam vocant, in Aduaticis, fruſtra tentarunt, Eindouenum ignauia prҿſidij
ſub leges miſerunt.

Parmenſis interim obſidium Cameraci adornat, & tria propugnacula præſidiis ad Cre- *Cameracēſe*
pacorium, Marquoinum, & Vaucellam in ripa fluuij Scaldis firmat, quibus ad tantas an- *obſidium.*
nonæ anguſtias Inſius redactus eſt, vt Cameraci vacca dцcentis florinis væniret. Ea obſidio
aduentu Alenſonij anno 1581. ſoluta eſt.

Inter hæc Belgæ ſacramentum Hiſpaniæ Regis exuunt, Alenſonij nomine monҿtam cu-
dunt, & ei ſacramento dicunt: cui cùm adigeretur Ralda Friſiæ ſenator doloris impatientia
ſpiritum reddidit.

Id temporis Bruxellis turbæ fuere, cùm ſectarij Antonium Ruyſchenueldum Domini- *Bruxellis*
canum, ſacras conciones ritu Catholico in ea vrbe habentem, doctrina & eloquentia cla- *turbas ſecta-*
C rum, cum vniuerſa Sancti Dominici familia vrbe exigerent: ſacræ effigies deiectæ, templa *rij mouent.*
ſacrilegio polluta ſunt. Ioannes Cobius Anglus Catholicæ fidei diligentiſſimus, belli ſciens,
& manu ferox capite truncatus eſt.

Eundem exitum Antuerpiæ Catholica fides ad tempus habuit. Magiſtri aliquot nauium
Belgicarum quinque millia florinorum à Bernardino Mendoza Hiſpaniæ Regis in Anglia
legato emunxerunt, puello nobili Belga præde dato, vt Fliſſingham Hiſpaniæ Regi prode-
rent. Illi & puellum vadimonio exemerunt, & re Arauſionenſi indicata Mendozam lu-
diſicati ſunt. Tum & Dux Parmæ ordinum copiis ad Donchercham obtritis Tornacum
corona cinxit.

Ea vrbs in finibus Hannoniæ populoſa eſt, ſitu magis quàm opere, & muris munita, foſ- *Dōcherche*
ſis ad mœnia Schaldi amnis aqua reſtagnantibus. Arce valida in prærupto ſaxo ad Scal- *ſitus.*
D dim firma eſt, quam Henricus octauus Angliæ Rex conditam Gallis vænum dedit. Par-
menſis ineunte Octobri anno 1581. propugnaculum maius ad portam S. Martini, & muni-
tionem portæ Valentinianæ 25. tormentis fulminauit, mox ad ruinam vi facta cladem ac-
cepit. Cùm in vrbe annona incanduiſſet, auxiliorum ſpe abrupta Philippa Reſtina Eſpinoij
Domina, Emanuelis Laignij Montignij ſoror, à præſidiariis euicit, vt honeſtis legibus ſe de-
derent, & oppidani in nomen Hiſpaniæ Regis iurarent, ducentisq́; florinorum millibus vr-
bis excidium redimerent.

Sub id Archidux Matthias indignè ab ordinibus habitus in Germaniam rediit, Ioannes
Vuthenus Beerſelius in Regis partes tranſiit, & Altapennæ ope Bergham ad 300. diſſimu-
lata veſte 300. milites immiſit, qui re cognita, cùm de nocte in forum conueniſſent, & inde
portas molirentur, à Gallis præſidiariis globo facto interempti ſunt. Burgonium proximè
E Grauelingham ab ordinibus cum dedecore, & clade tentatum eſt.

Id temporis in Anglia Euerardus Hanuſcus, Edmundus Campianus Colintonus Cher-
uinus Briantus è ſodalitio Ieſu ſacris eccleſiæ Catholicæ miniſteriis operati, maieſtatis cri-
minibus circumuenti ſunt, & Kal Decembris Londini publico ſpectaculo in furca penden-
tes diſſecto viuis pectore martyrium obierunt.

Dum hos ſæuitiæ ſuæ ludos Eliſabetha Angliæ Regina facit, eodem anno 10. Kal. Iulias *Eliſabetha*
Stephanus Poloniæ Rex Oſtrouiam Moſchouiæ vrbem munitiſſimam, quæ 150. milliari- *Angliæ Re-*
bus Cracouia diſſita eſt, numeroſum exercitum ducit. Ea vrbs in aditu, & faucibus Mo- *gina ſæui-*
ſchouiæ fluuiis Soreto, Vonoreſo, & Villaca cincta in deditionis leges vltrò venit. Inde Ple- *tia.*
ſcouiam vrbem magnitudine, & ciuium frequentia maximis Europæ vrbibus æmulam, in
media Liuonia ſitam, quam anno 1509. Ioannes Baſilius aſtu interceptam, ſub iugum miſe-
E rat, itum. Ea vrbs præſidio, mœnibus è quadrato lapide, propugnaculis, numero incolarum
firma, fluuio interſecatur, qui mox in lacum Zutzcum irrumpit, cuius obſidio in hyemem
extracta plurimum negotij dedit, donec Pontifice Romano conciliatore Antonij Poſſeuini

Iæſuitæ, oratoris eius opera pax tentata fuſtra fuit. A

Interim Rex Sueciæ irruptione in Moſchouiam facta Coſcholmum vrbem populoſam, & Naruam faucibus fluuij Pelæ impoſitam expugnauit. Iuangorodum commercio nobile oppidum, Lodum, Lealum, Fie Relum Hapſellum, ſub leges dedit. Tartari, Caſani, & Aſtacaſani togatu Regis Suediæ in partes venêre, & vitalia Moſchouiæ pertupêre. Poſſeuinus Moſchouiæ Regi, Pontificis nomiue, crucem criſtallinam magni operis, crucis Domini particula inſignitam, poculum criſtallinum auro & gemmis conſtellatum dedit, eúmque vt ad obſequium Romanæ Eccleſiæ traduceret, ſeriò laborauit: ſed labor in irritum ceſſit.

Quæ dum ad Septentrionem geruntur, in Africa Mauri Tunetenſes imperium Turcicum exoſi præſidiariis Turcis ex improuiſo trucidatis Amidam Regem Melitæ latentem in ius regni reſtituerunt. Vluccialius ab Amurathe in Africam miſſus dedecus & fugam B retulit.

Terræ motus Neapoli & Puteolis.

Anno 1582. Kal. Maij Neapoli & Puteolis terræ motu multa ædificia collapſa ſunt. In Hiſpania Dux Albanus diem ſuum obiit, quo maiorem, & belli prudentiorem ducem noſtra ætas non vidit. In eo nihil præter ſæuitiam inteſtabile, omnia eius conſilia, vt potentiam firmaret, in ſanguinem & cædes ibant. Eodem anno in Germania Coloniæ Vbiorum graues motus fuêre. Ea vrbs antiquitus Agrippina dicta, & in citeriore ripa Rheni ſub Auguſto condita, per Childericum Francorum imperij conditorem ſub annum Chriſti 462. Francorum arbitrij effecta, poſtea anno 949. per Othonem Francis erepta, liberis imperij ciuitatibus accenturiata eſt, & in comitiis ciuitatum primaria ſuffragij prærogatiua donata, demum anno milleſimo tertio Septemuiratus Archiepiſcopali dignitati acceſſit, cum ampliſſima diœceſi, quam Fridericus primus Veſtfaliæ principatu auxit. C

Motibus hinc origo fuit. Gebhardus Truchſeſius illuſtri Valburgenſium regulorum gente in Sueuia natus, eius vrbis Archiepiſcopus, filiæ Comitis Ioannis Manſpheltij, deuotæ virginitatis puellæ amore captus, expleta libidine, ad nuptias cum ea contrahendas inductus eſt, eo animo, vt per ſpeciem Lutheranæ ſectæ, & nuptiis, & ſacerdotio ſimul operaretur, quòd res domeſtica ſine ſacerdotij prouentibus anguſtior futura erat.

Id vt ex ſententia ſuccederet, ſectæ miniſteriis Coloniæ locum facere conatus eſt, quæ cùm à ſenatu interdicta eſſent, miſſi ad comitia imperij Auguſtam oratores qui per ſupplicem libellum ab Ordinibus ſectæ licentiam Coloniæ depoſcerent. Ea ſpe deiecti Adolphus Nuenatus miſſum à Ioanne Caſimiro Rheni Palatino ſectæ miniſtrum in villa ſua proximè Coloniam ſectæ coitiones & preces habere iuſſit, quò magnus plebeculæ concurſus fuit, Archiepiſcopo rem ſilentio tranſmittente & cum ſectæ doctore colloquia miſcente: quod D populum in ſtudia diduxit, aliis miniſtrum armis protegentibus, aliis oppugnantibus, in primis Senatus exarſit, qui ex vrbis mœnibus ad miniſteria coëuntes tormentis infeſtabat, tum verò maioris eccleſiæ ſodales, & ſacri Ordinis principes apud Gebhardum vt peſtem in ortu premeret inſtabant.

Ille tergiuerſari, inuidiam deprecari, cognitionem, & iudicationem abnuere, rem ad comitia deferre, donec ſodalium collegium Friderico Franciſci Saxoniæ inferioris Ducis fratri, ſacri collegij primario ſodali, viro priſci moris, integra fama negotium dedit, vt Auguſtam ad comitia rem deferret, & Gebhardi conſilia indicaret, qui ab Ordinibus die dicta non comparuit. ſed comitia ludificatus eſt.

Mox manu facta Bonnam vrbem populoſam ſe recepit, vbi vulgatis eius conſiliis oppidani ad arma conuolant, eúmque veluti cuſtodia claudunt. E

Ipſe interim ex arce Bruelij vbi ſacræ ſupellectilis diœceſeos Colonienſis theſaurus, ac cemelium fuit, quantum auri & argenti aſſeruabatur, Bonnam exportat, nummos & aureos & argenteos cudit, quos in milites, aut in luxum ac conuiuia cum ſua Agnete profudit. Gnarum id Pontifici Romæ, à quo per litteras fruſtra loci ſui, & muneris admonitus eſt. Ipſe ſectariis vndique Bonnam affluentibus oppidanos armis ſpoliat, vrbem ſui iuris facit, & præſidio firmat. Parmenſis in partes venit, & Collegio, ac Senatui Colonienſi auxilia prolixè oſtentat. Gebhardum Lutherani Germaniæ & Belgij Principes opibus ſuis fouent, Fridericus Saxoniæ inferioris frater, collegij Coloniæ Primarius ſodalis, Gebhardi res in dies accidebat, pecunias intertuertebat, annonæ ſubſidia ſubtrahebat, quibus rebus Gebhardus animi æger 3. Idus Ianuarias, anno 1583 fidę Catholica eiurata ſectam complectitur. Eius flagitij rumore didito ſacri Collegij Colonienſis, & totius cleri ſententia Gebhardus ſacerdotio exauthoratur, annuis reditibus exuitur, qui ſpe abrupta in præceps actus 5. Non. Febr. F Agnetem Mansfeltiam publica celebritate vxorem duxit.

Inter

Collegij ſacri ſodales arcē Bruelij & Verdenū recipiunt.

A Inter hæc Collegij ſacri ſodales arcem Bruelij, & Verdenum recipiunt, Comitem Arembergħæ Hiſpanorum copiis validum, & Comitem Iſemborgbum auxilio aduocant, Andernacum oppidum in fide retinent, Gulielmum Raabum cum equitatu irrumpentem fundunt. Erneſtus Baioarenſis, Leodienſis epiſcopus Coloniam validas copias duxit, quibus fretus Fridericus Saxo Caſtellum Hulcraedum ad deditionem compulit, Comes Iſemburghus Linſum, Aruilerum, Alderodenum vrbes Collegij fide obſtrinxit. Diuerſa parte Nuenarus Comes Bergham intercepit, & omnia ſacra propbanaque miſcuit.

Interea Cal. Aprilis Gebhardo Pontificiis diris deuoto, Erneſtus Baioarenſis, Noricum veteres dixêre, qui Leodij, & Friſingeni epiſcopus fuerat, totius cleri ſuffragiis Archiepiſcopus Colonienſis, & imperij elector renuntiatur, omnibus vltro in eius verba iurantibus. Adolphus Nuenarus, Ioannes Baro, Vinnebergenſis, & Georgius Seinius ſodales Collegij B Colonienſis ſectæ comperti ab epiſcopo Vercellenſi, apud Cæſarem Pontificis oratore, cœtu piorum moti ſacerdotiis omnibus ſpoliari ſunt.

Cœnobium Duitſium à ſectarijs vi captum conflagrat.

Interim res ferro gerebatur, cœnobium Duitſium à Ranuccino Florentino proximè Coloniam munitum, & præſidio inſeſſum à ſectariis vi captum conflagrauit, Dux Cliuienſis Bonnam ſectæ receptaculum obſidione cinxit, Cæſar Caſimirum, & reliquos imperij Principes ſectæ addictos ab armis diſcedere coegit, quorum abſceſſus res Gebhardi peſſum ire, milites dilabi, ſtipendiorum inopia fremere, tumultuari, imperium detrectare. Nihilo ſecius Gebhardus in Veſtfalia facta manu Friderici Saxoniæ Ducis copias nec opinantes oppreſſit, Dux Fridericus in arcem Hulcheutaetum fuga euaſit, commeatus ampli prædæ fuere; quatuor tormenta capta.

Diuerſa parte Ferdinandus Baioarenſis arcem Godesbergum in rupe ſitam, opere mu- C nitam, proximè Bonnam vi cepit, Bonnam vndique clauſam in cuſtodiam dedit, vbi Carolus Gebhardi frater fulmine tormenti pene laniatus eſt. Gebardhus è Veſtfalia quinque armatorum millia anno 1584. ſuppetias laborantibus traxit, quo per emiſſarios cognito Ferdinandus inter Siegerum & Acherum fluuios in Sylua loco opportuno inſidias ſtruit. Acherus per Ducatum Montenſem fluit, & propter Filichum cum Siegero coniunctis aquis infra Bonnam in Rhenum irrumpit ponte ſtratus, quo Silburgum & Bonnam itur. Ibi qui in inſidiis ſubſederant, hoſtes tranſmiſſo ponte Bonnam properantes hinc inde inſiliunt, & fugant. Pons onere fugientium conuulſus in fluuium procidit, cuius ruina omnes profundis hauſti ſunt. Baioarenſes victores 45. commeatuum plauſtra cepêre, Bonnenſes ſubſidiorum ſpe abſciſſa æquis legibus vrbem & Carolum Truchesium Gebhardi fratrem dedidêre, cùm Erneſtum legitimis ſuffragiis Archiepiſcopum renuntiatum didiciſ- D ſent, qui mox cum Ferdinando fratre per ſpeciem triumphi Bonnam iniit. Inde Ferdinandus arcem Bebberam duxit, quæ ruina facta victoris leges accepit. Tum verò Gebhardum, & nothum Brunſuicenſem, qui ad Zuffaniam cum exercitu erant, aſſecutus, in finibus Ducatus Cleuenſis proximè Burgum oppidum Iſelæ amni impoſitum manum cum hoſte conſerit. Bruſuicenſi ſexcenti tantum equites, ducenti pedites præſto erant, Gebhardus longiùs ab eo loco mille equitibus fretus caſtra poſuerat: eo prœlio Brunſuicenſis captus, quingenti cæſi, ducenti viui in poteſtatem Ferdinandi venêre. Gebardhus prœlij aleam ſubire non auſus Iſelam & Rhenum amnes tranſmiſit, & in tutum ſe, ſuoſq; ſubduxit. Ferdinandus Reblincuſenam arcem, Haremburgum, Limburgum, oppidum ditionis Adolfi Nuenari deditione recepit. Gebhardus rebus comploratis ad Aranſionenſem perfugium habuit.

E Dum fortuna cum Gebhardo varia ſorte ludit, in Friſia Verdugus cohortis tribunus (Colonellum vocant) in Rennebergij locum ſuffectus anno 1582. Kalend. Ianuariis arcem Vendebricam in Veſtfalia munitiſſimam à præſidiariis metu derelictam occupat. In Comitatu Zutfaniæ Saneburgum, & Vlſtum oppida Iſelæ impoſita in finibus Ducatus Cliuienſis vi capit, Lochenum oppidum ad Zuffenum propter amnem Berchelum, obſidet, Guilielmum Naſſauuium ſubſidio venientem fundit.

Alenſonius Brabantiæ Dux renūtiatur.

Inter hæc anno 1582. Alenſonius Brabantiæ Dux renuntiatus eſt. In eius nomen Ordinum proceres Cancellario verba præeunte conceptis verbis ſacramentum adacti ſunt. Inde Vercheus vrbis patronus magiſtratu iubente populum affatur, & Ducem vrbi, & ſacro imperio ſolenne iuſiurandum dare velle oſtendit, qui mox apud Stralenium vrbis Ammanum, ea vox Præfectum ſonat, ſacramento ſe obſtringit, Stalenius clauem inauratam in obſequij F fidem Duci tradit. Tum fæcialium præconio Dux Brabantiæ, Limburgi, ac Loteri prædicatur, perſonantibus tubis, & feſtis clamoribus præconium excipientibus. Sparſa in plebem miſſilia, in quibus nummi aurei, & argentei Franciſci Brabantiæ Ducis effigie excuſi, in po-

ſtica

ſtica nummotum parte, ſol nubes diſcutiens, & terram fonens aſculptus fuit, cum hoc ele- A
gio, *Fouet & diſcutit*, & cætera talia, quibus omnia, præter fortunam, abundè fuerunt, Catho-
licis pariter, & ſectarlis rituum cuique ſuorum miniſteria libera facta, vtriſque templa ceri-
moniis vſurpandis attributa.

Multi reperti Antuerpiæ, qui Philippi Hiſpaniæ Regis ſacramentum exuere, Alenſonij
inducre detrectarent, cui ducenta florenorum millia in ſingulos menſes alendis exercitibus
promiſſa erant, quæ neque bona fide perſoluta ſunt, neque tanto oneri paria erant.

Sub id in Flandria Meniogæ præſidiarij haud longè à Varcomio multos ex regiis Princi-
pes viros aſtu interceperunt, ducentis equitibus fuſis, quos equis & ſarcinis ſpoliarunt. In

Lentium in Atrebatibus à Braueo captum.

Atrebatibus ſeliciter à Gallis Lentium duce Braueo tentatum, & captum eſt: quo nuntio
deprehenſus Montinius, eò aduolat, & Lentium corona cingit, ſed Galli eruptione facta fu-
gienti vulnera impoſuerunt, & intra pomœtia Duacum compulerunt: qui tamen cùm ob- B
ſidioni impares eſſent, res ſaluas pacti, in tutum ſe recepêre. Parmenſis Tornaco capto, Hi-
ſpanos & Italos, quos in gratiam ordinum dimiſerat, vt Alenſonij vires infringeret, Philippi
voluntate ex Hiſpania reuocat, quibus 700. aureorum millia aſſignata, & tituli honoris be-
ne meritis à Rege attributi ſunt.

Id temporis Arauſionenſe codicillis regiis proſcripto, Gaſpar Anaſtrus Cantaber An-
tuerpiæ menſularius, rebus accisis cùm ſoro cedere cogeretur, & Arauſionenſis percuſſori
80. millia ducatorum præſenti pecunia numeranda Regis edicto eſſe ſciret, facinus in ſe re-
cipit, & Ioannem Iauregium adoleſcentem XX. annos natum, qui ipſi ad menſam inſeruie-
bat, promiſſis onuſtum ad facinus patrandum ſacramento obſtringit.

Iauregius Arauſionẽſem glande plũbea trãſigit.

Is XV. Kal. April. ſacra confeſſione apud Antonium Timermanum Dominicanum ex-
piatus, in arcem tendit, & Arauſionenſem remotis à prandio menſis in cubiculum pergen- C
tem glande plumbea tranſigit, quæ ſub aurem dextram appulſa maxillam ſiniſtram per pa-
latum ſub dentibus ſuperioribus terebrauit. Percuſſor illicò à ſtipatoribus conſciſſus eſt.
Alenſonius eo caſu perculſus fidos ad Arauſionenſem mittit, qui iacenti omnia liberaliter
à ſe oſtentent, & dolore fungantur.

Interea Mauritius ex Anna Mauritij Saxonis Septemuiri filia natus, penè puer, ſupra an-
nos ſolers, corpus percuſſoris ſedulò veſtigat, & ſchedulas Hiſpanica lingua ſcriptas reperit,
quibus Galli ſuſpicione facinoris abſoluti, Venerus parricidij hortator comprehenſus, rem
vt erat ediſſeruit, de quo mox ſupplicium ſumptum.

Arauſionenſis initio ex vulnere conualeſcere viſus, ex quo decimo poſt die cùm ſanguis
tam copioſe flueret, vt ſiſti non poſſet, ex Leonardi Botalli Aſtenſis medici conſilio adhibiti
viri, qui aſſidui per vices pollice ad vulnus admoto profluuium, quod alia omnia remedia D
reſpuebat, ſtiterunt, quo remedio planè reualuit. Galli atrocitate rei commoti Namurcum,
vbi erat Margarita Parmenſis mater aſtu tentarunt, quibus fortuna contra fuit, Parmenſi
cum exercitu ad auxilium aduolante. Is Aldenardam Scaldi impoſitam obſidione cinxit,
cui cùm obſeſſi pares non eſſent, aggeribus perfoſſis aquas emiſerunt, à quibus nihil detri-
menti Parmenſis re longè ante præuiſa, paſſus, vi ad portæ propugnaculum facta oppidanos
leges accipere coegit, & 36. millibus florenorum multauit. Mox Gautam oppidum deditio-
ne recepit.

Aloiſtum Galli ſcalis admotis de nocte inſiliunt.

Diuerſa parte Galli IX. Kal. Maias Aloiſtum ſcalis admotis, quà munitiſſimum erat de
nocte inſiliunt. Oppidani ſigno dato ad partem minùs validam aduolant, quà Gallos vim
facturos putabant, cùm illi aſſeribus, & plauſtris quaſi pluteis & vineis tecti ad mœnia ſug-
greſſi, tres in foſſa ſcalas erexiſſent, ad quas pectore tenus aqua extantes, & ore ſcloperos, E
funes accenſos, & puluerem igniarium, ne aquæ madore humeſceret, gladios dextra ge-
ſtantes, tranſeunt, & in murum enituntur, mox in forum vrbis olitorium euadunt, vbi con-
ſerta pugna potiores portæ Bruxellenſis clauſtra refringunt, quibus equitatus Gallicus ad-
miſſus, omnia peruia habuit, ex oppidanis ducenti cæſi, è Gallis XVII. Tianius Merodius
oppidi præſidio impoſitus eſt: quibus Hiſpani arce Gueſbecana intercepta vicem hoc
aſtu reddidere. Cohortes aliquot alteræ alteras fugant, propelluntque, vſque ſub ip-
ſam arcem: fugientes præda ſe onuſtos Aloſto nuper capto ſimulant, & aperta porta ir-
rumpunt.

Sub id Carolus Mansfeldius Comes, ad Parmenſem tranſgreſſus, mille quingentos equi-
tes Germanos, & aliquot Gallorum cohortes cum Parmenſis copiis ſociauit. In eos Rupipo-
rius validam manum miſerat, caſtris adeò vicinis, vt alteri ab alteris riuo tantum intercur- F
rente dirimerentur. Rupiporius Bergis ex morbo languens è mœnibus vrbis caſtra hoſtium
contemplatus, bis mille ſclopetarios, & quadringentos equites emiſit III. Non Sextiles,

A ceteris caſtris manere iuſſis. Hoſtes numero ſuperiores iam foſſas & ſepes inſiliuerant. vnde
à Gallis deiecti pedem retulere, Balenſonius, & ſignifer eius ab Anglis capti, tandem poſt
obſtinatum vtrinque certamen, magna Hiſpanorum clade, dubia victoria diſceſſum.

Id temporis Lira tertio ab Antuerpia lapide munitum oppidum hoc aſtu à Parmenſi in-
terceptum eſt. Etueldius Antuerpienſis loco præerat, qui Vilelmi Semplij Scotorum Du-
cis opera crebro vtebatur. Semplius pecunia corruptus cùm in eo eſſet, vt oppidum Par-
menſi proderet, ſpecie hoſtis intercipiendi bona Etueldij venia, cum 20. delectis, VII. præ-
ſidiariis, & tympaniſta exit, mox 7. præſidiarios Scotorum ope vinctos vnà cum Claudio
Barlemontio Altapennio ad vrbem trahens, portas ſibi re bene geſta redeunti aperiri iubet,
quibus à præfecto vigiliarum patefactis, præfectum & comitem eius gladio confodit, tum
Scoti conſcij refractis portarum obicibus Barlemontij copias in vrbem admittunt, quæ ſæ-
B uitia, libidine, & auaritia fœdata eſt. Ducenti amplius trucidati, ſacræ virgines, & ipſa noſo-
comij antiſtita iugulata.

Lira à Parmenſi excipitur.

Lira capta Antuerpienſes nouis ſe militum præſidiis firmant, Alenſonius ne vrbes iniu
riæ & fraudibus obnoxiæ eſſent, commercio omni cum hoſtibus interdicit, tum Antuerpia
egreſſus, Brugas venit, vbi regia pompa exceptus, & Flandriæ Comes feſtis acclamatio-
nibus ſalutatus eſt. Inde Brugis de more mutato Senatu Gandauum per triumphi ſpeciem
ingreſſus, milites dilapſos eſſe, alios ad hoſtem transfugiſſe, neque plus quatuor armato-
rum millibus in exercitu ſuo ſupereſſe cognouit. Eos in pago proximè Gandauum ſolu-
tius agentes Parmenſis ad ictum deſtinat, & copias numero potiores ſarcinis relictis in Gal-
los trahit, qui rem ſubodorati aciem inſtruunt, & Gandauum itineri, & pugnæ pariter in-
cedunt. In prima hoſtium acie quatuor peditum millia, equites mille erant, quos Galli diſ-
C poſitis per loca idonea à Ioanne Duchio Anglo, & Foquerollio Gallo Perreij caſtrorum
præfecti fratre inſidiis non mediocri damno affecerunt, & incolumes Gandauum reue-
runt, vbi Rupiporius cui melius factum erat, aduentanti Parmenſi obuiam tota belli mole
factus, collem & molarrinas occupat, per Ioannem Noritium Anglum equites in Hiſpa-
nos immittit, qui ab hoſte pulſi, cùm ſub mœnia ſuccederent, è mœnibus diſploſa tor-
menta Parmenſis aciem diiecere, quæ cùm in pedites Gallos numero pauciores incubuiſ-
ſet, ducenti Hiſpani cecidere, Octauius Gonzaga graui vulnere confoſſus eſt, è Gallis haud
multo pauciores deſiderati. Poſtridie Dux Teneramundæ regia magnificentia excipitur,
mox Antuerpiam redit. Exeunte Septembri Franciſcus Spinæus Sanlucius duo millia pe-
ditum, quadringentos equites Gaeſhecanam, & Toluſam arces, proximè Bruxellas capit, &
præſidiarios vitam ſaluam pactos ad deditionem cogit. Rupipotius Echonam arcem qua-
D tuor ſtadiis à Lira diſſitam, Duſlam, & Roſtum caſtrum ad Demeram fluuium propter Ha-
ctham deditione cepit.

Octauius Gonzaga graui vulnere confoſſus.

Id temporis Ludouicus Borbonius Monpenſetius IX. Kal. Octobr. Campiniaci in Turo-
nibus fato functus eſt, vir antiqui moris, Catholicæ fidei præclarus, qui gentilibus ſuis Re-
gis ſacramentum exuentibus fide manſit, & prœliis penè omnibus aduerſus ſectarios ver-
gens annis victor interfuit.

Interea Parmenſis luſtrato exercitu ſexaginta bellatorum millia recenſuit, in quæ quouis
menſe ſeptingenta millia aureorum expendebantur, in cunicularios, foſſores & tormenta
trecenta millia aureorum, tam numeroſo exercitu pollens Cluſam Cameraco vicinam, &
caſtrum Cameracenſe, Ninoenum Flandriæ oppidum, Lichercham, Gaeſbecam, proximè
Bruxellas deditione recepit. Bruxellis irrito ictu tentatis in Vaſiam, quæ regio inter Bru-
E xellas, Antuerpiam & Gandauum iacet iter flexit, vbi per hyemis aſpera Gallis itinera præ-
cludentibus, copiæ eius annona & morbo afflictæ defluxere, plerique à ruſticis oppreſſi, alij
in hiberna deducti. Nec minùs Alenſonij copiæ contagio & fame conflictatæ ſunt, cùm ſti-
pendia non procederent.

Parmenſis Cluſam, caſtrũ Cameracenſe, & alia Flandriæ oppida capit.

Sub id, Guntaldus Bitonus equitum tribunus tria millia Heluetiorum, quatuor Gallo-
rum peditum, & aliquot equitum alas Dunchercham traxit, quibus auxiliis Alenſonius
fretus ſe Iouis cœlum tenere putabat, & merum in Belgio imperium malo ambitu molie-
batur. Tum ab Amurathe Turco per oratores cum Alenſonio actum de mutuis inter Tur-
cos, & reliquas Europæ gentes commerciis Antuerpiæ inſtituendis, quæ animis in ſtudia
diductis, bellorum incendio æſtuante procedere non potuerunt.

Nec in aliis Belgij prouinciis armorum feriæ erant. Franciſcus enim Verdugus obſcu-
F ro loco natus, qui olim Comitis Mansfeltij equis, & ſtabulo curauerat, Friſiæ tum præfe-
ctus, quò eum bellica virtus ſuſtulerat, IX. Kal. Februar. Oldenbornum irrito succeſſu ten-
tauit. Angli & Nieuottij Bronchorſtam, & Meppelam vi ceperunt. Martinus Schenchius

vit belli ſciens, qui Rheni nauigationem crebris excurſionibus infeſtam faciebat, ab Han- A
ſaxeno vicini præſidij in Geldria ordinum nomine præfecto, aſtu interceptus, ordinum militiæ ſacramento dicit.

Lochemum à Verdugo obſeſſum. Diuerſa parte Verdugus Lochemum obſidione cinctum annonæ penuria fatigat, vnde ab Hoghenloo, & Vilelmo Naſſauio Ioannis filio deiectus eſt, propugnacula quibus vrbem quaſi cuſtodia clauſerat ab Alenio Gallo è nobilitate Arelatenſi diruta ſunt, præſidiarij trucidati, commeatus in vrbem importatus, ſed dum ſolutius equitatus in hoſtem, quem in colle velut indagine cinxerat fertur, Verdugus in palantes impreſſione facta, obuios cædit, qui Lochemum & Dauentriam fuga tenuêre.

Mox Altapennius, & Mansfeltius ad Verdugum mille pedites, quingentos equites aggregarunt, quos Hoghenlous obſidionem vrgentes caſtris exuit, copias in vrbem importat, ponte ſtructo aditum in vrbem commeatibus aperit, hoſtes obſidionem ſoluere cogit. Ver- B
dugus vt repulſæ dedecus elueret, Steenuicam aſtu tentat, quæ aperta vi ſuperior fuerat, vado per ruſticum in foſſa æſtu reſtagnanti indicato, per quod de nocte ſcalis admotis in mœnia enititur, ſtationes ſomno ſepultas obtruncat. Ea iactura leuior fuit, quòd oppidum lue graſſante penè deſolatum eſſet.

Inter hæc cùm Belgij Ordines à Rege Galliæ ſubſidia militum & pecuniarum flagitarent, qui Regi à conſiliis erant, eas conditiones Ordinibus propoſuerunt, quas illi vltrò reſpuerent. Alenſonius ſpe auxiliorum deiectus futuri anxius, cùm neque à fratre, neque à Belgis res nummaria explicaretur, ſuis rationibus conſulendum eſſe putauit.

Ad eam rem nihil expeditius viſum, quàm ſi præcipua Belgij loca ſub imperium caperet, eáque ſui arbitrij faceret. Belgas enim natura feroces ſpe auxiliorum abrupta, cum Philippo in gratiam redituros. Calcar currenti Gallica nobilitas ad flagitium addebat, quæ ſpei & C
auaritiæ nimia, decoctis ſecura, ei ſubinde inculcabat, cur tandiu ſuæ potentiæ illudi, ſuos cum paupertate & inedia luctari, militem ſtipendio fraudari pateretur. In Ducem titulos inanes, & vmbram imperij collatam, penes alios ſummam imperij eſſe.

Igitur re in conſultationem miſſa condicta dies ad XVII. Kal. Febr. anno 1583. qua Brugæ, Antuerpia, Dunchercha, & alia munita circum loca occuparentur magno Gallicæ gentis dedecore, maiori militaris conſilij flagitio, cùm in iis ciuitatibus, ſi res ex voto flueret, vel Ordinum, vel Hiſpanorum armis ſibi extrema quæque patienda eſſe non animaduerterent, qui & numero pauci eſſent, & obſidione cincti, vnde auxilia contraherent, nō haberent, Monpenſerius, Vidus Lauallus, Rupifulcaudius, ab eo conſilio abhorrebāt, nec in partem flagitij venire ſuſtinebant. Dum res inſtruitur, Alenſonius per Henricum Guſerium Bonniuetum, & Henricum Schermetium Gandoniam ſcalis admotis vi capit, quinqua- D
ginta præſidiarios Epirotas obtruncat. Helmoora, Horſta, & alia loca finitima leges accepere.

Dūcherchа à Chamoſio capta. Duncherca ob portus commoditatem à Chamoſio capta. Diſmūda excitato incendio dum oppidani cum hamis accurrunt, interceptum. Teneramunda, Viuorda, Vinociberga in poteſtatem venêre, Aloſti, Neoportu, Oſtendę, Brugis tentatio fruſtra fuit. Antuerpiæ res ita proceſſêre. Alenſonius ante biduum omnes copias ad ſuburbia contraxerat, vt exercitum luſtraret, Nobilitati negotium datum, vt proxima nocte Croneburgam portam prætorio ſuo viciniam armis obtineret, & per eam militem intromitteret. Fama rei didita oppidani per compita catenas annulis ferreis nexas obtendunt, lucernas è feneſtris accendunt, Arauſionenſis Alenſonium monet, vt vim abſtineat, ille abitum ſimulat, repagula laxari iubet, Monpenſerio, Lauallo, Rupifulcaudio conſilium aperit, à quibus vt indignum regio E
Gallorum genere, & nomine repudiatum eſt.

Cùm è verbis res facta eſſet, ipſi vrbe excedunt, ne ſceleri affines eſſent, milites in vrbem irrumpunt, Dux ipſe feſtinantes ſtimulabat, & Heluerios vt properarent vrgebat, identidem vt à prçda abſtinerent rogans. Primi mœnia occupant, & tormenta quibus potiti erant contra vrbem vertunt, alij per plateam ad forum vſque & menſam mercatorum penetrant. Oppidani omnes, ſectarij cum Catholicis, ad vim defendendam coaluêre, quibus ſe duces Reinerus Michaldus, deinde Gaſpar Pileo primarius centurio præbuêre.

Arauſionenſis cognito rem ſeriò agi, oppidanis ſuppetias aduolat, Fernacium in vincula rapit, mutata rerum facie animi Gallis cecidêre, in quos omnis ſexus, omnis ætas impetum facit, ingens in porta fugientium ſtrages edita, cruore & ſtrue corporum oppletæ paſſim viç deformi ſpectaculo. Dux inter hæc extra portam euentum operiens, confluentibus ad eum F
primariis ducibus, & in iis Birono, qui flagitij dehortator fuerat, ſera pœnitentia ductus retrò in caſtra conceſſit. Ex ciuibus ducenti amplius cecidêre, ex Gallis mille ducenti, cæ-

teros

A rerus Arauſionenſis humanitas periculo exemit. Dux miniſterio, & ſuppellectile deſolatus, egens, vix tandem multis ex ſuis eluuione aquarum, quas Mechlinienſes emiſerant, hauſtis, per incerta vada in tutum refugit.

Malecōtenti Hallam conueniunt.

Inde Malecontenti, qui ad Hiſpanos defecerant oblatæ occaſionis properi, Hallam conueniunt, & Ordines per literas monent, vt ſe reſpiciant, & perfidia eorum, quorum ſe fidei permiſerant, comperta rationes concordiæ ineant, quibus & abundè ipſis caueatur, & pax firma in Belgio conſtituatur.

Dum hac vertigine Belgij fortuna tranſit, anno 1582. de ſeptem ſacerdotibus Sodalitij Ieſuitarum in Anglia quæſitum, an per cauſam fidei Pontifex Regibus regna abrogare poſſet. Reſponderunt illi, cùm Pontifex totius gregis Chriſti præfecturam à Chriſto acceperit, ſummum eius de ouibus iudicium eſſe, Reges qui fidem Catholicam eiurarint, exau-
B ctorate, & regno exuere poſſe, quare de confeſſis, vt de conuictis rerum capitalium ſupplicium ſumptum. Primus Thomaſus Fordus, deinde Ioannes Sherrus Robertus Ianſonius, Vilelmus Fibbeus, Lucas Chirbeus, Laurentius Ricchatoſonus, Thomas Cottamus carnificinam paſſi ſunt. Ioannes Painus eius Sodalitij ſacerdos aliquot antè diebus excarnificatus erat.

Pax in Polonia ſācita.

Eodem anno in Polonia Poſſeuino Ieſuita Pontificis nuntio annitente pax cum Moſcho ſancita eſt, ea lege, vt Moſchus triginta cùm oppida, tum arces in Liuonia Polono reſtitueret, Polonus Moſcho XIX. loca munita in Pleſcouia, quæ capta & inſeſſa præſidio Polonorum erant. Inde Rex Poloniæ Rigam profectus, Catholicæ fidei rebus conſultum cupiens, Epiſcopum Rigæ in Liuonia conſtituit, qui ſedem Vendæ poneret, eiuſq; diœceſi Derpum adiunxit, à Rege Suetiæ affine ſuo, qui pleraque oppida & caſtella Moſchis eri-
C puerat, quæ Liuoniæ ditionis eſſent, ea per oratores repetit, ſumptus in bellum factos ſe refecturum pollicitus. Id indignè acceptum à Sueuo, qui ſibi res ſuas egiſſe, & de ſumptibus belli ſibi non caueri, ſed præſenti pecunia ſatisfieri velle oſtendit.

Dum Res Poloniæ hac ſtant, Iapanenſes rati noſtri orbis homines vltimæ ſortis mendicabula eſſe, qui alienas terras ſuarum tædio inquirerent, à Ieſuitis perſuaſi oratores ad Pontificem Rom. miſere, qui opes, fœcunditatem, magnificentiam noſtri orbis explorarent. Id temporis Rex Rioſogi Regi Bungi, Figenum, Cicunum, & Figoſium ampliſſimas prouincias armorum iure ademerat. Camachidonum regem Cicuni inſidiis interceptum occiderat, & regnum eius ſui iuris fecerat.

Ibraim Cōſtātinopolim miſſus à Muchemete Rege.

Interim in noſtro orbe res Perſidis in tranquillo erant: à Muchemere Rege Ibraim vir præcipuæ dignationis Conſtantinopolim miſſus, qui leges paci dictas firmaret, tabulas fœ-
D deris ſignaret, vbi per totos 40. dies Amurathis filij natu maximi circumciſio regia feſtiuitate celebrata. Perſidis oratori primus ad ſpectacula locus ſecundùm Amurathen attributus, ſecundus Cæſaris legato, Regis Franciæ orator, ne ſecundas ageret ſpectaculis abſtinuit. Is Germinius Gernoleus cum oratore Cæſaris de loco contendebat. Viſcerationes plebi datæ, viris principibus conuiuia per plures dies, tragœdiæ à Chriſtianis & Iudæis actitatæ, ludicra certamina equeſtria, pedeſtria, varia belli ſimulacra, funirepi, ludi muſici exhibiti, commiſſæ inter ſe feræ, leones, tigres, pardi. Porcus domeſticus leonem ſtrauit, deinde alterum, & tertium vicit.

Dum in eo ſunt Purpuratus Oſman Siruani præfectus ex improuiſo Perſarum prouincias diripuit, cuius copiæ in reditu conciſæ ſunt, præda omnis erepta eſt. Quo nuntio incenſus Amurathes Ibrahimum Perſam in cuſtodiam dedit, Mehemetem Muſtaphæ de-
E mortui nepotem Erſiro præfectum ſummæ belli Perſici impoſuit, qui Teflisum commeatu, & nouo milite firmare iuſſus, ad Gorium in Georgianis Simonem obuium habuit, cum quo iuſto prœlio concurrere abnuit, & vadato fluuio, qui fortè occurrerat, equites iuſſit in tumulum in conſpectu poſitum euadere, in quos Perſæ impreſſione facta, tanta vi incurrere, vt omnes ferro vel aqua perierint. Pecuniæ & commeatus à Perſis capti ſunt: Muſtapha Georgianus viduæ filius, quem Turcorum fidem induiſſe memorauimus, Turcis fraudi fuiſſe viſus eſt. Is ab amicis monitus de ſuo capite in conſilio actum iri, quò à Mehemete purpurato vocabatur, quinquaginta Georgianos propiùs ſenaculum admouet, imperatque, vt ſi quis intus ſtrepitus fieret, eum armis irrumperent. Mox Diuanum ingreſſus, ita curiam, aut ſenaculum vocant, cùm multa de eo quærerentur, ad omnia placidè reſpondet, in quem cùm purpurati Vicarius manum iniiceret, Muſtapha ſtricto acinace hominem
E necat, & clamore ſublato ſuos arceſſit, à quibus ſtrages in Diuano edita, rum exercitus in duas acies diuiſus parum à mutua pernicie abfuit. Muſtapha per literas Mehemetem, Mehemetes Muſtapham apud Amurathen inuidia onerat. Amurathes Sinano Primouiſiri

magiſtratum abrogat, quod bellum Perſicum Amurathis præſentiam depoſcere dixiſſet, A
eúmque in Murmaram relegat, purpuratum Sciauſium, cui Amurathis ſoror nupſerat, Primouiſirum iubet, Ferato purpuraro viro belli ſcienti, conſilij pronido, belli Perſici præfecturam defert.

Roma qua occaſione tumultuatū.

Anno 1583 ineunte, Romæ per hanc occaſionem tumultuatum eſt. Nebulo quidam exſilio multatus in Vrſinorum palatio, velut in aſylo frequens erat, quem lictores Pontificij comprehenſum rapiebant, Raimondus Vrſinus, Silla Sauellus, Octauius Ruſticius nuntio deprehenſi primum lictorem rogant, ne ius aſyli, quod ſuo palatio debetur, infringat. Ille Pontificis mandatum opponit, & hominem in vincula trahit. Vrſinus lictorem virga ferit, qui ſuos armis rem gerere iubet Ruſticius glande plumbea confoditur, Vrſinius & Sauellus vulneribus confecti poſtridie mortem appetunt Patricij Romani coacto milite exulibus affluentibus lictores concidunt, in magiſtratus ſæuiunt, Ludouicus Raimundus Vrſini frater B
Vincentium Vitellium præfecti vrbis vicarium de nocte trucidat. Is mox exilio pulſus agros & oppida populabundus cum valida manu peragrat. Romę primarius lictor, qui turbis cauſam dederat capite truncatus eſt.

Bobecum de cœlo tactum conflagrat.

Eodem anno Bobecum Normaniæ oppidum in Gallia de cœlo tactum conflagrauit. In Campania & Lotharingia paſſim à ruſticis albatis ſupplicationes, & peregrinationes pietatis ergo habitæ, quas plerique à fœderis Guiſiani conſciis, quo Gallia decem annos conflictata eſt, indictas interpretabantur.

Interim in Belgio res in turbidò erant, Alenſonio cum clade pulſo, qui vt in gratiam cum Ordinibus rediret, ab Henrico tertio Franciæ Rege ſedulò tentatum eſt. In has demum leges deducta res, vt Alenſonius Doncher cham trecentos equites, quadringentos pedites, duceret, Galli captiui ſine pretio liberarentur, præſidium Gallicum Viluordeno emitteretur. Alenſonij exercitus tribus Heluetiorum millibus, totidem Gallorū peditum, quingentis Gallis equitibus conſtans Villebroccum flecteret, nonaginta florinorum millia ſtipendiis accepturus. Alenſonius bona fide cùm exercitu Ordinibus ſacramento diceret, duceretq; Eindouenum ſoluendæ obſidioni, præſidium Gallicum Teuermunda excederet, & ad Alenſonium ſe agregaret, qui fœdetis leges obſignauit, confuſo pudore vultu, quòd labem Gallico nomini inuſſiſſet. C

Petrus Darduignus armatim laceratus.

Id temporis Petrus Darduignus Hiſpanus artuatim Antuerpiæ laceratus eſt, cõfeſſus ſibi à Rege Hiſpaniæ occidendi Arauſionenſis negotium impoſitum.

Inter hæc Eindoueni Boniueto præſidij præfectores in arcto erant. Galli frequenti eruptione Mansfeltium infenſabant, qui tandem annonæ penuria leges accepêre, & octingenti numero equites ornati armis, pedites funibus accenſis, per medios hoſtes emiſſi ſunt. Bironus id temporis arcem Viercellam in Brabantia vi, Vudam deditione cepit. D

Diuerſa parte Mansfeltius Tornantium, Hochſtratenum, Liuutium, Vierſelum, Dicſtum recepit, Parmẽſis Veſterloum in Campignia ſub iugum miſit, & Bironum ad Rooſendalum fudit, triginta vexillis ereptis, Doncher cham Chamoſio dedente cepit, mox Neoportum, Bergham, Vernam, Dixmundam à Gallis pecuniâ redemit, Iprinum obſedit, & non citra ſanguinem expugnauit.

Cornelius Hoocius capite luit.

Inter hæc Cornelius Hoocius in Hollãdia nothum filium Caroli quinti ſe ferens, & ſcripta ſuper ea re vulgans ab Arauſionenſi comprehenſus capite luit, Aloſtum Hiſpanis ceſſit, præſidio Anglico pecunia corrupto, Zutfenum à Verdugo receptum. Antuerpienſes foratis aggeribus, emiſſis æſtuariis prouincia Vuaſia inundata, ſibi per Scaldim obſtructam à Parmenſi nauigationem aperuêre. E

Dum in Belgio dubio marte res cernitur, per ſummam iniuriam à Stephano Rege Poloniç Potocoua Coſacchorum dux fortiſſimus, qui Tartaros & Turcos bello ſæpe fregerat, Amurathi per clarigatorem depoſcenti traditus eſt, in quem omni ſupplicio ſæuitum. Mox Podolonins Stephani cubicularius, qui Amurathis voluntate X X. equos Turcicos pecunia mercatus erat, eiuſdem iuſſu per clarigatorem ex inſidiis obtruncatus eſt, equi ad Amurathen deducti; quod Stephanus tam dolenter accepit, vt de bello Turcis inferendo cogitarit.

Feratus bello Perſico ab Amurathe impoſitus.

Cùm in eo ſunt Feratus bello Perſico ab Amurathe impoſitus Erſirum iter arripuit, inde Charſum progreſſus propugnaculum altero ab vrbe lapide exſtruxit. Mox aliud ad Riuanum, cuius præſidio Sinanum Cicalæ filium cum 8. peditum millibus impoſuit, in Muſtaphæ, qui ad Simonem Georgianum defecerat, agros purpuratum Reſnanum cum ſex Turcorum millibus immiſit, à quo omnia ferro, flammaq; vaſtata, prædæ abactæ, Teflisum commeatu F

meatu

A meatu & militibus inſtauratum. Oſmam Siruani Purpuratus inſtructa claſſe mate Caſpium infeſtum habuit, Tartaris atma & pecunias curauit, quibus Perſidem inſilirent. Illi cùm 160. Soldaninorum millibus Amurathem emunxiſſent, domi otium egerunt.

Sub id in India ad ortum Rudolphus Aquaoiua Ducis Atrij filius, Alfonſus Paccecus, Fráciſcus Arogna, Autius Fráchefchius, Pettus Bertius Italus ſacerdotes ſodalitij Ieſu in inſula Salſeta proximè Goam ab Ethnicis cæſi martyrium obiêre, Brachmanis in cædem & ſanguinem ruentibus.

Anno 1584. Marcus Antonius Columna in Hiſpaniam à Rege acceſſitus Medinaceli veneficio contactus eſt, veneno ita conctos eius artus peruadente, vt vox pariter, & ſpiritus raperentur, vir meliori fine dignus, ſummis ducibus prudentia & felicitate per, inuidia maior, cui pro beneficio maleficium repoſitum eſt.

Marcus Antonius Colũna veneficio in Hiſpania contactus.

B Id temporis Henricus III. Galliæ Rex per Luſianum è primaria nobitate, Loretam donatium poculi è lapide Iaſulo Beatæ Virgini ſacrum miſit, cum hoc elogio:

Vt quæ prole tua mundum Regina beaſti
Et Regnum, & Reges prole beare velis.

Henricus 3. Galliæ Rex donarium poculi Loretam mittit, B. Virgini ſacrum.

Cenæ tanta vis imbrium gliſcente vento ruit, vt vrbe reſtagnante 300. amplius oppidani merſi ſint, turres & mœnia vrbis conciderint. In Hiſpania id egit Philippus, vt proceres in verba filij iurarent, qua celebritate Iapanenſibus oratoribus is honos habitus eſt, vt ad dexteram regis aſſiderent, & in conuiuiis principe loco eſſent. Inter hæc in Belgio fortuna belli variè nutabat, & ancipitem martem alternabat. Saotaldegonda Antuerpiæ Burgomagiſter Faleri ordinum ductoris proditiones qui Liram pecuniis addixerat, in vltimum capitis diſcrimen venit, cui fugæ celeritate exemtus eſt. Gandaui Ioannes Embieſius, quia C in Hiſpanos pronior erat, factione Arauſionenſis capite minutus eſt, vir otij publici amãs, & meliori ſorte dignus. Brugæ per Carolum Croium Philippi Araſcotij Ducis filium æquis legibus in fidem Philippi redière. Quarum exemplum Damma & Francoum oppida ſecuta ſub Hiſpani ditionem cecidêre.

Zutfenum à Comite Holachio diu obſeſſum aduentu Arenberghi, & Ioannis Manriques Laræi ſoluta obſidione, moleſtia liberum fuit. Id temporis Arauſioenſis in Delphio vrbe Hollandiæ altero poſt Alenſonij obitum menſe, qui IIII. Idus Iunij ſua morte exceſſerat, ipſe de vitæ ſtatione Baltazaris Girardi Burguodionis iuuenis manu deiectus eſt. Is in familiam Arauſionenſi ita irrepſerat, vt inter fidos haberetur, qui VI. Idus Iulias Arauſionenſi cùm è conclaui egrederetur, tribus glandibus plumbeis veneno illitis, & inter ſe catenatis latus aperuit, ex quo vulnere ſtatim exſpirauit. Percuſſor cùm ex muris deſilire vellet, D à cubiculario Principis correptus, mox omni carnificinâ laniatus, nunquam ingemuit, ſed præſenti animo vim tormentorum tulit.

Zutfenum à Comite Holachio obſeſſũ, deinde liberatum.

Gulielmus Naſſauius anno ætatis LIIII. eo fine diem clauſit, vir fortuna varius, prudentia eximius, regendis hominum animis, & quò vellet impellendis à natura factus, dignitatis & imperij amans, qui ſi ſectæ contagio abſtinuiſſet, inter maximos noſtri ſæculi Duces numerandus erat. Patris virtutem, & famam obruit Mauricius, Anna Mauricij Saxonis filia natus, quem vbi ætas, & experientia tulit, Ordines patris imperio ſuccedaneum eſſe voluerunt, & eoſdem titulos decreuêre quos in patrem contulerant, Arauſionenſis obitu omnia in Parmenſem fluere viſa, qui in Antuerpiâ belli ſummam verti ratus, vt commeatus, & ſubſidia obſtrueret, duo propugnacula, quibus aditus in vrbem munitus erat, ſui arbitrij facere tentat, Lilloum quò nauium è Zelandia æſtu affluente appulſus erat, & Liſ- E chenſoecum è regione poſitum, quod à Marchione Rubaiſio eodem die fulminatum, & vi captum eſt. Lilloum à Mondragonio tentatum, vbi Telignius Lanouij filius præſidio impoſitus virtute & induſtria inclaruit. Præſidiarij Herentales ſubſidio Lilloum miſſi à Lanzauecchia Liræ præfecto intercepti, & cæſi ſunt. Telignius eruptione facta Gallobelgas attriuit, mox in Hiſpanos Gallobelgis ignauiam opprobrantes impetum pari exitu vertit. Cùm ea obſidio in longum extraheretur, quod aggeribus ruptis agri infrà iacentes eluuione merſi eſſent, Mondragonius proximè Lilloum loca commoda præſidiis firmauit, tormenta ægrè retraxit, cùm limus & aquæ agros obducerent. Parmenſis ponte fluuium frænauit, & aditus omnes in vrbem occluſit, quæ tentatio ſupra fidem & artificum induſtriam viſa, mox Dendermondam corona cinxit, ad fauces quibus Dederus fluuius in Scaldim irrumpit ſitam. Ad vrbem ægrè tormenta trahi potuerunt, ſolo vliginoſo, & emiſſis F aquis fluitante, quas foſſa ducta Parmenſis auertit. Ante omnia data opera, vt ſubſidiis aditus obſtrueretur. Tum verò è foſſa vrbis aquæ incilibus deriuatæ, vt ad ruinam impetus fieret, oppidani ſpe abrupta vitam & res ſaluas pacti deditione acceſſêre. Parmenſis inde

Gulielmi Naſſauij obitus.

Digitized by Google

ad pontis in æſtuario Antuerpiæ ſtructuram animum adiecit, vbi multa aſpera occurre- A
re, cùm nullus pons eò loci ſterni poſſet, qui affluente æſtu, ſecundante vento facilè non perrumperetur. Vicit tamen ſententia, vt è cymbis & ſublicis pons inſtrueretur, qui æſtu & glacie incumbentibus diſſolui ſubitò, & inſtaurari poſſet. Nam vt in bello qui ingruenti hoſti numero ſuperiori modica declinatione cedit, ipſumque ſuis viribus diffluere patitur, viam ſibi ad victoriam aperit, ita qui fluctibus, vento, & æſtu incumbentibus pro tempore cedit. Pons inter Lillcum propugnaculum, & Antuerpiam ſterni cœptus, quòd æſtuarium eo loco anguſtius, & profunda minus depreſſa ſint, quæ vix 60. pedes alta erant, latitudo ſeptingentos paſſus implebat. Tum eo loco ſinuoſum æſtuarium erat, & modico anfractu flexum, vbi nauigiis dum vela vertunt impetus frangebatur.

Munitio Philippi nomine extructa.

Eò loci quinto ab vrbe lapide in agro Brabantiæ, qui ab agro Flandriæ fluuio diuiditur, B
munitio extructa Sancti Philippi nomine quindecim tormentis, & præſidio firmata eſt, cui è regione altera Sanctæ Mariæ nomine in agro Flandriæ oppoſita eſt, & decem tormentis, ac valido milite munita, quæ duo propugnacula hinc inde pontem propugnarent. Pons è latere Brabantiæ lignis directariis in arenam defixis, & ſublicis, ac tranſuerſariis ſtipitibus obligatis, qui pro ariete & munimento eſſent, centum quinquaginta paſſus productus erat, alternis inter ſe ſubſcudibus liquido plumbo, & ferreo vnco hærebant trabes: è latere Flandriæ pons ſimili militione deuinctus arrectariis lignis, vt crucibus ſurrectis coagmentabatur, & centum viginti pedes porrigebatur, mutulis prominentibus, quod fluuij alueus eo loco profundior eſſet. Idem pons tabulato ſtratus adeò latus erat, vt pari iugo decem bellatores incedentes caperet, qui ne hinc inde in fluuium ſe impellerent, vtraque latera pontis, trabibus & tabulatis obſtructa, & aggere terræ vallata erant, ne ſclopetis, & glandibus plum- C
beis peruia eſſent. Inter propugnacula & pontis principium ſpatium amplum vtrinque exceptum eſt, centum armaturum capax, qui rem manu cum hoſte gerere poſſent. Et quia opus in longum abibat, ad aggeres, & crepidines æſtuarij varia propugnacula ſtructa, quæ pontis ſubſtructionem ab hoſte tuerentur. Ea obſidio omnium quæ vnquam fuerunt maximi operis totum annum extructa eſt.

Vilbroechū Parmenſis ſui iuris facit.

Inter hæc Parmēſis Vilbroechum propugnaculum inter Rupelmondam & Mechliniam ſui iuris fecit, Viluordæum oppidum inter Mechliniam, & Bruxellas ſub leges miſit, & tranſitum Sinnæ, cui Viluoldenum impoſitum eſt, hoſti abſtulit, Gandauum ad eas anguſtias redegit, vt quaſi carcere clauderetur, cùm ad veterem amnem munitionem præſidio firmaſſet. Itaque vno tempore Mechliniam, Bruxellas, Gandauum, Antuerpiam, Rupelmondam in arcto habuit, Gandauum obſtructis annonæ copiis fame graſſante, in poteſtatem D
Parmenſis venit, dictæ leges, vt arcem quam detraxerant, reſtruerent, templa euerſa inſtaurarent, res dominis reſtituerent, Valetudinaria, & Xenodochia reficerent, quibus priſtina iura integra eſſent. Vrbis præſidio Montinius impoſitus, arma ſectariis & factioſis adempta. In ea vrbe tanta vis armorum, tormentorum, pulueris ſulphurei, & aliarum rerum fuit, vt ex ea rebus Hiſpaniæ magna facta ſit acceſſio. Nihil eos peius habuit, quam vſus commercij cum Antuerpienſibus à Parmenſi abruptus.

Sub id ex Zelandia & Hollandia 22. nauigia commeatu referta prono æſtu, ſecundo vento Antuerpiam ſine offenſione appulêre, via per inchoatas pontis hinc & inde moles patefacta: vna tamen è propugnaculis fulminata, in Hiſpani manus venit.

8. Idus Octob. 55. aliæ naues copiis onuſtæ incolumes Antuerpiam tenuêre, duæ verberatæ profundis hauſtæ ſunt. Parmenſis in eo multus erát, vt tranſitum nauigiis occluderet, & E
vtramque pontis partem cymbis ac lintribus iungeret, quod arduum viſum. Ipſe Beuerent Prætorium poſuit, altero ab Antuerpia lapide, & eò commeatus omnes comportauit, in pago Melzo tormenta ad omnes caſus præſto erant, armamentarium, & omnis exernendo ponti apparatus in Galloo pago conditus, Rubaiſius armatæ claſſi præerat, quæ ſtructuram pontis propugnaret. Mansfeltius Parmenſis vicarius ad Strabrœchum pagum vltra Scaldim in Brabantia caſtra poſuerat.

Interim Antuerpiæ opifices, quorum alij ad portum diurnas operas præbebant, nulli alij rei quàm quæſtui viuentes; alij popinarum inſtitores erant, fabri materiarij, perpendiculatores, cruſtularij, botularij, linteones, ſutores, quidam ſordidiſſimæ mercis capturis victitabant, omnes labore ſumptum exercebant ſuum, vinarij, lanij, condiſcarij quorum vulgus in dies vſum habet, & res, fideſq; in manibus ſitæ ſunt turbare, tumultuari, palàm defectionem F
minari, quòd lucello, & capturis quibus in diem viuebant, nullus in vrbe locus eſſet. Ex eo numero quinquaginta libellum ſupplicem Theodoro Liſuelto Hamenio Brabantiæ conſi-

A lij magiſtro obtulerunt, rogaruntq; vt ratio pacis cum Hiſpaniæ Rege iniretur. Rem proceres iniquo animo tulere, & è plebe quoſdam ſupplicio affecere, edicto poſito, ne quis de pace cum Hiſpaniæ Rege in poſterum muſſaret. Idem Delphi ab Ordinibus capitis pœna cautum eſt. Tum verò Philippi Marnicis Santaldegondæ Burgomagiſtri viri dicendi vbertate copioſi, & ſummis oratoribus æmuli, ſubſidia è Francia, Anglia, Hollandia in proximo eſſe affirmantis oratione adeò conualuerunt, vt extrema omnia, priuſquam fidei hoſtium ſe permitterent, ſibi toleranda eſſe ſtatuerent, plerique Antuerpiæ fore ſperabant, vt per hyemem aquarum moles gelu conſtrictæ, aquæ imbribus auctæ, & turbinum vis pontem diſiicerent. Alij eruptione facta, & aperta vi opera cominus diſturbanda eſſe aiebant. Ad eam rem machina magni operis facta, quæ relabante æſtu, ſecundante vento pontem abrumperet. Tum in propinquo vrbis varia propugnacula præſidiis firmata, quæ annonam
B obſidentibus intercluderent. Nondum pons lintribus ſubiectis vtrinque in vnum coaluerat, ſed medio interuallo quod vacuum erat, nauigiis ex Zelandia tranſitus patebat, qui vt occluderetur 35. nauigia carinis plana Parmenſis inſtruxit, quæ aditum abrumperent, Telignius ad Diccum Borctho finitimum, propugnaculum erexit, vnde claſſis Hiſpana infeſtaretur, nauigiis è Zelandia tranſitus vacuus fieret, quòd pontis negotium lentè procederet, ac per loca vliginoſa, & madentia materiæ ponti exſtruendo plauſtris importari non poſſent. Parmenſis alueum nauigiis oppotunum è Beuereno Stechenum vſque foſſorum opera in Vaaſenſi tractu per quindecim millia duxit, & cum altero canali, qui Gandauum Stecheno ducebat, opere & manu militum coniunxit, quò materiæ, & copiæ ex facili vndique importabantur. Is canalis hodieq; Parmenſis ab auctore indigetatur.

Edictũ Antuerpiæ ne quis de pace cũ Hiſpaniæ Rege muſſet.

Dum in eo ſunt, Telignius in Zelandiam properans 16. Kal. Decembres interceptus in
C Rubaiſi poteſtatem venit. Alij à Biglio captum eſſe volunt, & Tornaci plures annos in cuſtodia habitum, donec aliis captiuis mutaretur. Immane dictu eſt, quantum Antuerpienſes prudentis, ac bellicoſi ducis caſu indoluerint, quibus in ánimo erat, perruptis Conuerſteini aggeribus aditum Hiſpano, agris eluuione ſtagnantibus, obſepire, multis eam cladem deprecantibus, qua ditiſſimi quique fortunis & prædiis euertebantur. Tſerarſius conſilij auctor cùm inuidiam ferre non poſſet, ad Hiſpanos transfugit.

Telignius in Zelandiam properans capitur.

Ineunte Decembri aſpera hyemis, & pontis ruina, ſæuientibus ventis & fluctibus in oculis erant, cui peſti nihil ab arte & manu hominum ſubſidij, quanquam ea hyems mitior ab Hiſpanis facere viſa eſt, vt Antuerpienſes vulgo dicerent, Deum ad Hiſpani partes tranſiiſſe.

Sub id, cùm annonæ penuria Bruxellenſes in extremis eſſent, centum plauſtra commeatuum Antuerpia ſummiſſa citra noxam accepêre: vectores in reditu pretioſa ſuppellectile
D onuſti, prædæ Hiſpanis fuêre. Hollandiæ claſſis ducentis omnis formæ nauigiis copioſa, cùm aggeres Ternuſæ aperire tentaret, 5. Non. Decemb. in Schaldi velis, remiſq; properans, à Rubaiſio fugata eſt, naues duæ merſæ, tres in poteſtatem venerunt: quod Antuerpienſibus graue fuit, quibus à terra equitatus, ab æſtuario Rubaiſius annonam arctabat. Comes Holachius octingentis equitibus, vt Bruxellas commeatum importaret, in Landrianum, & Cortadinum equitum Hiſpanorum duces impetum fecit, à quibus fugatus eſt, pleriſque captis, 150. cæſis.

Bruxellẽſes annonæ penuria laborant.

Interim Hiſpani aſpera hyeme, paludibus & ſtagnis immerſi, annonæ penuria preſſi, pecuniarum inopes, peſſimo loco erant, cùm aggeres Calloi, Oardani, Lilloi munitionum refracti eſſent. Ea calamitas plura funera in ſingulos dies dabat. Militum virtus inopia, & morbis adeò infracta erat, vt ſi Antuerpienſes eruptionem tentaſſent, obſidio in irritum ceſ-
E ſura videretur, ij maximè qui ad Diccum Lilloi erant, animo linquebantur, pannoſi, ſordidati, pædaminoſi, lue contacti, fame attriti, ægrè veſtigio hærentes. Diccos Belgæ aggeres diluuio aquarum oppoſitos vocant. Contradiccos minores aggeres, qui procelloſo cælo, ex plano ſenſim ſe attollentes ad maiores aggeres, quibus fluuij aut maria oppilantur, viatores itinere glarea ſtrato deducunt. Mondragonius ad Conueſteinum contradiccum inſederat, vnde eluuione aquarum deiectus eſt. Antuerpienſes vim vltra non fecêre, quòd tempeſtate anni pontem abruptum iri, aut ſi mitior hyems eſſet, immiſſa grandiori machina opera omnia peſſum itura ſperarent.

Dum hac vice rerum Flandria voluitur, alia Britanniæ facies erat, vbi Regina in Catholicos, maximè ſacerdotes, ferro & igne ſæuiebat: quare offenſus Guilielmus Parryus nobilis Anglus in Franciam euolat, Pariſiis hæreſim eiurat, inde Romam cogitans in Longo-
F bardia de Theologis quærit, an iure tyrannus Pontificiis diris deuotus necari poſſit. Illi poſſe reſponderunt, quo velut oraculo incenſus, in Angliam redit, in intimam Reginæ familiaritatem ſe inſinuat, totum annum in ſpecula ſedet, obſeruatque, ſi quæ forte patrandę

Britanniæ Regina in ſacerdotes ferro & igne ſæuit.

cædis occaſio naſcatur, conſilia cum Edmondo Neuilio miſcet, cuius indicio comprehen- A
ſus anno 1584. pridie Idus Mart. vnco tractus, & è furca ſuſpenſus eſt, mox reſte inciſa, cùm humi iaceret, ſemiuiuo pudenda exſecta, & in ignem miſſa ſunt.

Ioãnes Baſilius Moſchouiæ Cæſar, miſerè moritur.

Eodem anno Ioannes Baſilius Moſchouiæ Cæſar abdomine verminante, extis putribus, ac inſolito fœtore putidis per horribiles cruciatus contabuit, vir inſita feritate atrox, qui inter ipſa morbi tormenta, pleroſq; nobiles in carceris horrore iacentes necari iuſſit. Aliquot dies ante obitum mentis impos, ſui neſcius, intemperiis agi viſus, demùm quaſi è ſomno euigilans, ad ſe reuerſus, pleroſque carceribus eximi iuſſit, filiumq; monuit, vt onera vectigalium populo demeret, & mitiùs quàm ipſe egerat, cum ſubditis ageret, ne eandem Dei ſeueritatem experiretur. Paucis ante annis Ioannem filium natu maiorem manu ſua obtruncarat, vxorem eius grauidam, quia contra gentis ritum vnica veſte intra cubiculum tecta erat, quam tribus tunicis amiciri oportuerit, fuſte obtriuit, vt abortum mox faceret. B
Baſilio patri Theodorus filius ætatis priuilegio in regnum ſucceſſit.

Filius natu minimus Bielſio Satrapæ ditiſſimo commendatus eſt, qui ambitu ardens, & ſupra fortunam animos gerens, quaſi pupillo ſuo conſuleret, munitiſſimam Moſchouiæ arcem inuolat, & militum præſidio firmat, qua mox à Theodoro fulminata, Caſſaneſium fuga euaſit Theodorus 13. Kal. Iulij in Moſchouia principe regni vrbe, in S. Michaelis æde magnus Dux inauguratus ab Archiepiſcopo, & coronatus eſt, à quo ſerica veſte talari auro, & gemmis intexta, & cauſia vnionibus & ſmaragdis fulguranti ornatus eſt. Is à patris ingenio alienus, iuſtitiæ diligens, in ſubditos comis, & munificus, vinctos omnes carceribus exemit qui per ſæuitiam patris in ſitu & pædore diu iacuerant.

Salomon Sbarauius exul in Polonia.

Inter hæc in Polonia Solomon Sbarauius exul, poſt vagos & diuturnos errores in Poloniam reuerſus Stephanum Regem & magnum regni Cancellarium, quem potentia & claritudo rumoribus obiecerat, inſidiis appetiit, ea coniuratione, in quam plerique viuida odia intulerant, per Tobarium Hungarum literis interceptis vulgata, Sbotauius aperta vi graſſari ſtatuit, & Zamoſcio Cancellario ad Regem iter affectante trecentos equites in inſidiis locat. Quo per emiſſarios cognito, Zamoſcius mandatu Regis in eum inſilit, & captum publico ſpectaculo ſecuri percutit. Intendit ea contumelia nobilitatis iras, quod lege regni Rex ſine Ordinum decreto in nobilem capite vindicare non poſſit. Sed ea coniuratio cœpta, adulta, reuicta cùm nobilium querelæ vndique vibrarent, prudentia Regis reſedit. C

⁂

IVLII

IVLII CÆSARIS BVLENGERI HISTORIARVM

LIBER SEPTIMVS.

A DVM hos ſibi fortuna ludos in Polonia facit Oſmanus purpuratus in eo erat, vt Mehemetem Tartarum, qui Amurathis pecuniis interuerſis auxilia abnuerat, peſſimè haberet. Quod vt ex ſententia perficeret, Iſlanum Mehemetis fratrem apud populares ſuos gratioſum, moderatione inſignem, cui natu maiori moriens pater regnum adiudicarat, ſecum traxit, quo viſo Tartari exarſêre animis, & ad eum tranſgreſſi Mehemetem cum duobus filiis Oſmano tradidêre, quibus ille fauces elidi iuſſit. Tertius Mehemetis filius, ad Regem Tartarorum, qui Nogarij dicti, ſocerum ſuum, fuga euaſit, à quo exercitu auctus patruum Crimio vrbe principe pulſum, Caffam oppidum compulit, vbi ſe Iſlanus commeatu, militibus, & propugnaculis ſuſtinendæ obſidioni firmauit.

Oſmanus Mehemeti cum duobus filiis fauces elidi iubet.

B Interim Oſmanus re bene geſta Conſtantinopolim rediit, & cum Amurathe conſilio de belli rationibus inito, Tauriſum vrbem Perſidis caput petendam, vitalia regni penetranda, nec in propugnaculis muniendis milites, & pecunias fruſtra conterendas eſſe oſtendit, vicit ea ſententia, Oſmano qui primouiſirus Chiauſio abdicato creatus erat, belli Perſici ſumma impoſita eſt, quòd Turcorum ſexcenta millia iam exhauſerat: quare in Natolia Oſmanus ægrè ſexaginta militum millia cogere potuit, cùm Turci paſſim frigore tacti eſſent.

Inter hæc Feratus ante Oſmani aduentum belli Perſici ſummus, cognito Perſas Regis ipſius ductu validum exercitum trahere, Charſum mouet, & apud Loricum Simonis Georgiani oppidum, arcem exſtruit, inde Teſliſum commeatu, pecuniis, nouo præſidio per purpuratum Reſnanum firmat.

C Id temporis Simon in inſidiis erat, qui ab exploratoribus in fraudem inductus, quatuor millia in Reſnani exercitum numero ſuperiorem rapit, à quo circumuentus, & cæſus, ſibi ferro viam aperuit, ſed equi confoſſi ruina oppreſſus, cùm nullus effugio locus eſſet, præter ſpem periculo à ſuis exemptus eſt. Feratus cognito de Simonis inſidiis, ad Reſnanum decem Turcorum millia ſummiſerat, quos in ipſo victoriæ ardore Reſnanus à longè proſpiciens hoſtes ratus, receptui canit, aciem inſtruit, ordines inſtaurat, & Simoni, ac Georgianis per eam occaſionem effugio locum aperit. Ex hoſtibus præda ingens, vexilla multa, plures equites in manus Ferati venêre, qui cùm per inhoſpita ſaxa, niuibus & glacie obſita exercitum victorem in Muſtapham Geurgianum tranſfugam duceret, milites fame & frigore perditi, in Feratum, & alios duces inuolant, annonam eorum, & ſarcinas diripiunt, mox per internuntios Feratum auaritiæ inſimulant.

Simon Reſnanum bello vincit.

D Sub id Rex Perſarum Emiro Chamo Taurici præfecturam abrogat, viro belli prudenti, præcipuę apud Turcomanos, qui olim Armenij dicti auctoritatis, eiq; oculos candenti ferro corrumpit, tum Aliculim Chamum Turcomanis inuiſum Tauriſi pręfectum renũtiat, quod vtrumque illi ingratè tulêre.

Perſarum Rex Emiro Chamo oculos candenti ferro corrumpit.

Id temporis Gabriel Emus triremibus Venetorum coactis præfectus, Venetiis, Amura-

Gabriel Emus capite truncatur.

the ſupplicium depoſcente capite truncatus eſt,quòd triremim Africanam , qua vidua Ramadani Algieri purpurati cum filiis vehebatur,contra pacta expugnaram diripuiſſet. A

Iapanenſes oratores Romã veniũt.

Anno 1585. oratores Iapanenſes, qui diligenter, & accurate à Rege Hiſpaniæ habiti erant,in Italiam appulêre,vbi à magno Hetrutiæ Duce magnificè curati 8.Kal.Apriles Romam per triumphi ſpeciem inierunt,omnium oculis,animiſq; in noua hominum ſpecie defixis: loca lautia illis in ædibus patrum profeſſorum ſodalitij Ieſu ſumptibus Pontificis aſſignata.

Poſtridie in ſacro purpuratorum patrum conſiſtorio à Gregorio 13.Pontifice excepti,& per interpretem auditi ſunt:litteræ à Franciſco Rege Bungi,à Protaſio Rege Arimæ, à Bartholomæo Principe Omuræ ad Pontificem in conſeſſu Cardinalium recitatæ.

Gregorij XIII. obitus.

Inter has celebritates V.Idus Apriles Gregorius XIII. aduerſa valetudine tẽtatus eſt,poſtridie aliquantum recreatus,cùm in bona ſpe eſſet, valetudine ſubito graueſcente oppreſſus eſt,anno ætatis 83.Pontificatus XIIII. vir forma eximia, & per omnes ætatis gradus venuſta,vultu in ſermone,& ſilentio tranquillo, ſerenoq;, erogandæ per honeſta pecuniæ cupiens,in beneficia facilis,vt propitiæ fortunæ benignum ſinum eſſe diceres,ſagax,prudens, animo integer, pietatis Catholicæ cum paucis ſtudioſus, in cuius locum duodecimo poſt die VIII.Cal.Maias Felix Perretus Cardinalis Montanus,in tenui re natus, feria quarta ſuffectus eſt,qua eadem in S.Franciſci ſodalitium allectus eadem epiſcopus creatus,tum Cardinalis,demum Pontifex renuntiatus eſt,vir ſeuerus,incorruptus,ab omni fuco alienus, qui non tempori ſeruire,ſed ſupereſſe vellet, futuri prouidus, magnitudine animi aſperis omnibus ſuperior,cui Sixto quinto nomen conditum eſt. B

Sixtus V. Pontifex renuntiatur.

Is abeuntes Iapanenſes tribus millibus aureorum donauit. Ad Reges eorum duos enſes gemmato capulo incluſos,duos galeros ſmaragdis,& elenchis conſtellatos muneri miſit.Iapaneuſes ſtatu breui erant , colore mellis , aut olei, μελίχρως Græci appellant, vultu amœno & dignitatis pleno,oculis minutis,palpebris tumentibus,naribus in imo turgidis,omnes inter ſe gemini,vt vix internoſceres.Aquam tepidam bibunt, à vino abſtinent,ſerica varij coloris opere belluato induti habent,quę ad ſomnum non exuunt. Luſtrata vniuerſa Italia in Luſitaniam ampliſſimis muneribus aucti redierunt. C

Exules in Italia prædas & latrocinia agunt.

Sub id exules cùm in Italia ex pacatis prædas agerent,& latrociniis,cædibus,ſtupris omnia fœdarent, Curtieto, & Sciara ductoribus , Pontifex Marco Antonio Columnæ in agro Romano, Philippo Spinolæ Spoleti , Alfonſo Geſualdo Anconæ , Antonio Mariæ Poloniæ Cardinalibus, id negotij dedit, vt ferro & flamma prædones perſequerentur. Curtietus,& Sciara Anconæ mari ſe commiſerunt,& præda graues in Sclauoniam euolarunt,vnde Curtietus Viſendæ Venetiæ ſtudio Trieſti cum ſociis éxſcendit,vbi agnitus,& captus,ne carnificis manu periret,vt erat vinctus, in mare inſiluit , Pontifex præmia exulibus, & ante actorum veniam pronuntiauit,qui exulum graſſatorum capita Romam deportarent,quæ expedita purgandæ Italiæ ratio fuit. Monſtri loco habitum eſt,monachum ſub cucullo in literis, & vmbra cœnobij eductum , villatico patre natum , tantum ad res magnas ſolertiæ , tam generoſos ſpiritus offerre potuiſſe. Is obeliſcos terra erutos protulit , erexit , & magno omnium ſtupore nouis molitionibus conſtituit, Iubileum annum Pontificatus ſui auſpiciis publicauit ,& V. Idus Septembres in conſiſtorio Henricum Nauarræ Regem , & Henricum Borbonium hæreſeos damnàuit. Illi ſcripto edito forum Pontificis eiurarunt. D

Annona ſeditionis cauſa.

Neapoli grauitate annonæ iuxta ſeditionem ventum. Ioannes Staraceus annonæ præfectus populi tumultu inter ipſa alraria, & tẽpli D. Auguſtini adyta laceratus eſt. Prorex cùm frumenti ex inopia graui ſatias facta eſſet , in Staracei percuſſores tam grauibus exemplis ſæuiit,vt Hiſpaniæ Regem appellari neceſſe fuerit. E

Sub id Romæ cùm pater & filius homicidij rei ducerentur , alterius vxor filium in ſinu geſtans ad Senatoris pedes prouoluta ſupplicium ab innocentibus deprecata eſt , quam cùm ille truculento vultu aſpernaretur , illa è culmine domus cum filio deſiliit. Inde ad locum ſupplicij ventum,vbi filius à patre expugnauit,vt prior è furca penderet,ne dolorem paterni exitij oculis hauriret. Annuit pater,& de innocentia filij , ac ſua Deum obteſtatus, laqueo ceruices indidit. Aliud facinus Romæ maioris negotij per hanc occaſionem fuit.

Anno 1581. Marcellus Accorombonus Augubius Pauli Iordani Orſini Ducis Bracciani affinis,Pontificis Siſti V. ex ſorore nepotem ex inſidiis obtruncarat, quam cædem Orſini inſtigatu nonnulli factam eſſe ex eo interpretati ſunt,quod is victoriam cum paucis ſpecioſam,& elegantis ingenij fœminam,demortui iuuenis vxorem, ſtatim à morte viri iuſtis nuptiis ſibi deuinxerat. F

Cardinalis Montaltus , vt potentiæ & pecuniarum id temporis modicus erat, rem diſſimulata

A mulata offenſione abdidit,& non magis quàm in alieno funere indoluit.Idem vbi Pontifex renuntiatus eſt,ab Orſino per ſpeciem officij ſalutatus eſt,offenſionis memoriam non exciđiſſe oſtendit, quare Orſinus animo percullus Salum ditionis Venetæ oppidum ad lacum Gardam refugit, vbi ſcalpello venenato,ſi credere fas eſt,cùm ſanguis duceretur,vena contacta ſtatim periit.Victoriæ legatum ingens reliquit,quod Accorombonus vt interueniret, victoriam Patanij,& Flaminium eius fratrem per ſicarios neci dedit. In capita percuſſorum anquiſitum, Ludouicus Vrſinus ſceleris caput repertus, qui Pauli Iordani Orſini hæredem ſe fecerat. Is domi obſeſſus, & captus, capite luit. Patricidij auctoribus ceruices publico ſpeculo fractæ ſunt.

Cùm res Italiæ in eo ſunt,Catharinæ Philippi filię,quæ Duci Sabaudię nupſerat ſolennibus lætitia in Hiſpania paſſim agitata,in Luſitania ex inſula Tertia ſutor quidam planus,& B propudioſus Sebaſtianum ſe ferens, Regem agere inſtituit, & pleriſque ad partes transgredientibus,à Cardinale Auſtriæ tandem oppreſſus eſt.

Sutor quidam planus & propudioſus ſe Regem Sebaſtianum facit.

Sub id,arx Placentiæ quæ præſidio Hiſpanorum inſidebatur, Octauio Farneſio patri, & Principi Parmenſi filio depoſcentibus, vt quæ ditionis eorum ex infima memoria eſſet, mandatu Hiſpaniæ Regis reſtituta eſt, quæ Hiſpanis exeuntibus nouo Italorum præſidio firmata eſt.

Arx Placentiæ Octauio Farneſio patri,& Principi Farneſio filio reſtituitur.

Inter hæc in Gallia cæci motus intumeſcebant, cùm Ionuillæ in Campania plerique regni proceres religionis nomine capita inter ſe conferrent. Ante octo annos in Picardia fœderis huius fundamenta iacta erant,in quod primariæ nobilitatis viri nouarum rerum ſtudio, nomina dederant, eo animo vt Rege improle ſumma rerum in Guiſios inclinaret, quos à Carolo magno genus trahere famæ datum. Fœderis leges honeſtis nominibus vulgatæ, vt C eccleſiæ Catholicæ vbique in Francia ſuum decus in integro eſſet,populus nouis oneribus leuaretur,regni conuentus tertio quoque anno haberentur,nobilitati ſuus honor conſtaret, ſectarij officiis & magiſtratibus excluderentur.

Motus cæci in Gallia.

Inter hæc Guiſiani Tullum,Virdunum,& Catalaunum oppida ſitu, & opere munita intercœperant,& præſidiis firmarant. Aumalius Picardiam ſex peditum millibus, Meduanus Burgundiam firmo equitatu peragrabat.

Guiſi tria oppida quædam intercipiunt.

In Aquitania turbæ æſtuabant. Rociſius Marano Catholicos exegit,Roanus illuſtri loco natus octingentis equitibus ſeptus,Moriegnium fratrem ſuum arcis Marani præſidio impoſuit.Santerminus ad Samlucium trecentos bellatores, qui Guiſiis,& fœderi ſacramento dixerant,trahens,à præſidiariis S.Ioannis Angeli deletus eſt.

Turbæ in Aquitania.

Maſſiliæ in Prouincia tumultuatum, duce Daillo vrbis Conſule, à quo ſectarij aliD quot capite mulctati: ſed notho Franciæ Angoliſmenſi prouinciæ præfecto, cum ducentis equitibus aduolante, turbæ ſopitæ ſunt, Daillus, & Cabanæus ſeditioſi in furcam miſſi.

Maſſiliæ tumultus.

Id temporis Lugduni arx munitiſſima, in ſummo colle inter Rhodanum & Ararim ad occaſum poſita ab oppidanis hoc aſtu intercepta eſt,Centurionẽ,cui clauium cuſtodia credita, pretio emercati, Paſſagiunt arci præfectum Proceres vrbis ad colloquium vocant,per cuius abſentiam centurio ſpecie annonæ in arcem comportandæ plauſtro pontem penſilem inſidet,ne ſurſum erigi poſſet,mox ſigno dato irruentes oppidanos admittit,à quibus arx ſolo æquata eſt.

Lugduni arx munitiſſima intercepta, & ſolo æquata.

Demum pax Reginæ induſtria his legibus firmata eſt, vt Catholica religio ſola in regno vigeret, & Regis, & fœderatorum exercitus in ſectæ exitium incumberent, Rex patroci- E nium Geneuæ exueret, hoc ipſo anno ſectarii regno excedere liberum eſſet, & cætera talia quæ ſtatim exoleuêre. Interim per oratores Henricus Nauarræ Rex à Rege Franciæ rogatus eſt,vt eiurata ſecta in fidem Catholicæ eccleſiæ conueniret, ſi regni ſucceſſioni idoneus haberi vellet, oppida quæ inſederat,ſecuritate parta,ex pacto reſtitueret, Germanos in perniciem regni arceſſere deſineret, quæ ſui iam arbitrij eſſe Nauarrus negauit, cùm res integræ non eſſent.

Reginæ induſtria pax firmata.

Inter hæc Condæus, & Roanus in Santones ducunt, Subiſam, S. Ioannis de Angulo fanum capiunt, fugientes præſidiarios Bruagium impellunt, vbi plerique maris æſtu abſorpti ſunt, aditu Hierii Sanlucium deiiciunt, Bruagium obſident, Bellomontium, & Theodebertum Ordinum ductorem à Matignonio ſubſidio ſummiſſos intercipiunt,arcem Gandauenſem munitiſſimam a Fraxino quodam perdito nebulone proditam occupant: quo F nuntio Rex perculſus Bocagio Ioyſę fratri negotium dedit,vt arcem vi & armis reciperet,& cum Ioyſa fratre, & Caſtræo copias coniungeret. Interim oppidani re aſtu tentarant, quæ ex ſententia non proceſſit, Fraxino tamen,& Aloſſo proditoribus capite ſtetit. Rocamorra

Condæus & Roanus fanũ S. Ioannis de Angulo capiunt.

præſidio

præſidio arcis impoſitus murorum pinnis incumbens glande plumbea confoſſus eſt. Eò A
Condæus cum robore exercitus aduolauit, & in ſuburbiis cum hoſte velitatus aliquot ex ſuis amiſit, quare ingruente Ioiiſa pedem referre coactus ægrè Rupellam dilapſo exercitu ſe recepit. Arx à præſidiariis dedita ſacramento Regis acceſſit.

Matignonius id temporis è Santonibus cum validis copiis profectus Tagliaburgo imminebat. Ea arx in rupe Carentæ amni impoſita regioni pro munimento erat, cuius obſidione à Louallo Matignonius leui ſuorum cæde deiectus eſt.

Meduanus Nauarrum è manibus elabi paſſus.

Anno 1586. Nonis Februar. Meduanus Nauarrum è manibus Bearnum elabi paſſus eſt, quem ad Caluimontem in tranſitu Garumnæ, & ad Tonium amnem intercipere potuerat. Caſtellum tamen, S. Baſilij fanum, & Monſegurium deditione recepit. Mox Burdigalis in morbo cubans exercitum inopia ſtipendij & commeatus diffluere paſſus eſt.

Sub id Nauarrus animis collectis Bruagij portum occludere aggreditur, irrito ſucceſſu, B
Sanlucio contra nitente, ad quem Birunus aggregatus bellum per ſpeciem induciarum extraxit, non confecit, ita iuſſus à Rege, cui plus in Nauarro, quàm in fœderatis fidei, & præſidij erat.

Bethunij obitus.

Interea Meduanus ad Caſtilionem proximè S. Fidei oppidum ruina edita, & impetu facto pulſus, demũ deditione vrbem potitus eſt. Noclius, Malignius, Pillius à Meduano intercepti ſunt, Bethunius interemptus, Meduani exercitus Rege conſulto ſtipendia non numerante, ſenſim dilapſus eſt. Per eam occaſionem Condæus Dompetram munitam arcem deditione captam contra pacta diripuit, Plaſſacus Condæi partiarius Roianum ad Carentam in littore maris proditione ciuium intercepit.

Pridie Non. Nouemb. Tagliaburgi Condæus Tremolij ſortem, quæ ſectam publicè, Rupellæ induerat, vxorem duxit, è qua Ludouicum Borbonium Condæum ſuſcepit. C

Nauarræi obitus.

Laualli duo cadunt.

Inter hæc Lauallus cum Rieuſio, & Tanlaino fratribus cohortibus Lorgij, Sotlij, Aubignij fultus Subizam Carentæ impoſitam arcem deditione cepit. Ranteſius Saſaium muniſſimam arcem æreo crepiraculo ruinam faciente, de nocte irrupit: quorum victorias Sanlucius vt infringeret, Tiercellinum cohortis tribunum belli ſcientem, & manu ſtrenuum ducem, cũ quadringentis ſcloppetariis, quinquaginta moſchetariis (ita eos vocant) qui ſcloppetis grauioribus vtuntur & ducentis loricatis, Marennum mittit, quibus in reditu Condæus, Tremolius, Bulaſius, Atantinius cum valido equitatu iter abrumpere conantur. Tercelinus in fronte cohortis ſariſſatis incurrentibus obſiſtit, Tremollium equo ſuffoſo deiicit, Cianterelam è primaria nobilitate obtruncat, ductorem ordinum Nauarræum occidit, Auantignium genu confoſſo deturbat, ſeruatis ordinibus aduerſo pectore incedens, in quem Lauallus cum recenti equitatu inſiliens à Tercellino ſariſſa confoſſus eſt, mox iunior D
Lauallus fratris exitio acceſſit. Nox prœlium diremit, multis vtrinque deſideratis, ſed maiori Condæi clade, qua duo Laualli loco illuſtri nati, & plerique alij nobiles perierunt. Tercellinus re bene geſta ſuos in tutum recepit.

Caſimiri oratores Regem ad pacis conſilia inuitant.

Id temporis oratores à Ioanne Caſimiro Palatino, Duce Saxoniæ, Marchione Brandeburgico miſſi, Regem ad conſilia pacis inuitatunt, quibus Rex benignè reſpondit, & fidei Catholicæ ſtudium oſtendit.

Dum hæc vicè rerum Gallia iactatur in Belgio non minores turbæ erant. In Brabantia Comitis Hollaci copiæ ad Duffellum à Regiis Lanzauecchia duce deletæ ſunt, trecenti amplius equites deſiderati, plerique manu capti. In Friſia Verdugus arcem muniſſimam ad Eniſum amnem quà in mare ſe exonerat, quòd ea commeatibus iter obſtrueret, per Reneualum ſtrenuum ducem corona, & propugnaculis cinxit, & Batauos in arcem copias intromittere conantes cæcidit, duas naues roſtratas cepit, & ſpolia opima, amplóſque E
commeatus victis ademit. Taſſiſius Neembechum, & Aachfortum vltra Iſelam muniſſimas arces pugnando vicit, & præſidiarios in furcam egit. Boerſbecenſes in Ducatu Zutfaniæ ad Iſelam præſidium ab Ordinibus impoſitum exegère, mox in fidem Parmenſis conceſſère.

Diuerſa parte Nuenarus, vt Arnemenſes præſidij onus abnuentes, ſibi obnoxios faceret, vnum è ſtatione vigilem pecunia corruptum cùm albeſcente die portæ reſerarentur claſſicum canere, & quaſi ad aliam portam hoſtes irrumperent arma inclamare iuſſit, quare ſigno dato ciuibus ad locum vbi periculum nuntiabatur affluentibus, Nuenari milites ex inſidiis egreſſi in portam cuſtodia vacuam inſiliunt, & oppidanis leges dicunt: quo per emiſſarios cognito Bentemus validũ equitatum eò duxit, ſi fortè oppidanos ad res nouas impelleret, F
qui ſociatis cum Nuenaro viribus Bentemum peſſimè acceptum fugam capeſſere coeguntur. Ea victoria Nuenarus elatus Nuiſium Colonienſis diœceſeos oppidum ad Rheni læ-

uam

A uam ſitum copiis opulentum,& ſitu munitum, quod præſidium militum abnuerat, per ruinam quam ciues ipſi eo animo fecerant, vt mœnia firmius, & ſplendidius inſtaurarent, de nocte irrumpit,& ſuæ audaciæ prædam facit.

Sub id Vatterlandenſes Suchemburghum Regiis ereptum valido præſidio firmarunt. Inter vtroſque fortuna belli vices alternabat, Verdughus Schoclemborchum munimentum deditione ceperat, mox propugnaculum aliud, in agro Capimontis poſitum. Taſſiſius Verdughi vicarius XXIII. Iunij anno 1585. cognito Nuenarum Marchionem Vilierium, Martinum Schenchium, qui ad partes Ordinum tranſierat in agro Traiectenſi ad pagum Amerongenum incuſtoditis vigiliis agere, aliquot ex ſuis in inſidiis locat, alios exiguo numero in hoſtes emittit, qui eos in inſidias illicerent. Nuenarus ſugientium tergis inſtans in locum inſidiis ſepoſitum procurrit, vbi regiorum numero circumuentus ad internecio-
B nem cæditur, vniuerſi pedites deleti, quadringenti equites, deſiderati. Vilierius captus, tertio poſt die 30. equites Tſherembergo egreſſi tranſmiſſo ad dextram Rheno à Regiis tanta ſtrage fuſi ſunt, vt vni ſoli ſalus effugio conſtiterit.

Suchēburgum à Vatterlendenſibus valido præſidio firmatur.

Id temporis in Arteſia Hannouia, & agro Cametacenſi per inducias otium agebant, Antuerpiæ res ad exitium vergebant. Comes Hollacus coacta manu anno 1585. XII. Kal. Februar. in inſidiis ad Bolduci oppidi ſuburbia ſubſedit. Ipſo diluculo cùm portis apertis milites circumſpicerent, an hoſtes in proximo eſſent, Hollacus impetum in portam facit, ſtationem obtruncat, mox ne raſtro ferreo demiſſo aditus obſtrueretur, in turrim portæ impoſitam euadit, milites per vicos populabundi nemine obnitente vagantur.

Antuerpiæ res ad exitiũ vrgent.

Interim Hollacus exit auxiliis arceſſendis, quæ paulò longiùs ſubſederant. Milites ad raſtri ferrei cuſtodiam poſiti cùm ſocios per vrbem vagos prædas agere cernerent, ipſi tur-
C re derelicta in domos ad prædam euolant, quorum abſceſſu oppidanus ab hoſte vulneribus conciſus, collecto animo raſtrum ferreum demittit,& aditum Hollacho aduentanti occludit. Altapenna audito ſtrepitu nudo corpore læua clypeum, dextra enſem rotans hoſtibus occurrit, quem Itali præſidiarij ſecuti vicos obſtruunt. Mox Altapenna lorica & galea ornatus equo inſcenſo manum cum hoſte conſerit, ferit, ſternit, fugientes proturbat. Illi verſa vice portas occluſas nacti è muris deſiliunt, ea tentatio trecentis hoſtium capitibus ſtetit, in quibus Ferdinandus Trucheſius occubuit, Claragius, & Iuſtinus Naſſauuius ſaltum è muris auſi fuga euaſêre. Ea clade perculſi Bruxellenſes ſe fidei Parmenſis credidêre, à quo leges æquiſſimæ dictæ, in primis vt templa inſtaurarentur, ſectarij aut ſectam eiurarent, aut bonis diuenditis intra vnum,& alterum annum abſcederent. Goignius præſidio vrbis impoſitus eſt. Nimegenum item ſectariis pulſis leges accepit, quo tempore pons ille ſtupendi
D operis vltimam manum recepit, & omnibus numeris abſolutus eſt, cuius quod in medio per 460. paſſus vacuum erat, triginta quinque onerariis nauigiis obſtructum eſt, quæ quindecim paſſus à ſe inuicem diſſita, ne fluctu, aut vento iactarentur, à puppe & prora ſaburrata erant, & vtrinque inter ſe catenis ferreis deuincta, quatuor anchoris ſingula fundabantur. Tum vt milites facilè vtrinque per ſolidum commearent, tabulato clauis defixo ſternebantur, quà vel equi tranſmitterent. At in profundis trabes validæ,& longæ ferrata cuſpidæ ſtatutæ ſunt, quæ nauigiis pro ariete, & tibicine eſſent. In prora & puppi tormenta erant, & nautæ, ac milites qui ad omnes caſus præſto eſſent. Ad vtramque fluuij ripam propugnacula exſtructa, quæ pontem tuerentur. Antuerpienſes contra in aggere inter Oſteuuelum pagum,& vrbem quatuor propugnacula erexerãt, in quibus equites, peditesq; præſidiarij hoſtium excurſiones prohiberent. Tum ſupra Lilloum propugnaculum aggeribus
E inciſis aquas emiſerunt, quibus regij milites peſſimè habiti ſunt, munitiones Liſchenſuechenam, & S. Antonij, regiis III. Nonas Aprilis dedentibus ſui iuris fecerunt. Parmenſis duces ignauiæ damnatos ſecuri percuſſit. Hollandi cum centum roſtratis nauibus imminebant, & Lilloo propugnaculo ſe tegebãt, quas ex improuiſo adortus Rubaiſius tormentis infeſtas habuit, & ex illis tres vi captas in poteſtatem redegit. II. Non. Aprilis Antuerpia naues emiſſæ ſunt, miſſili igne ardentes à ſummo ad imum, è quibus duæ per Scaldim ſecundo æſtu lapſæ ſunt. Earum vna cui fortunæ nomen, exilientibus vndique ferreis globis pleroſque milites in propugnaculis agentes lacerauit. Altera Spes appellata proximè pontem defixa cùm ignes reſediſſe viderentur,& milites in eam inſilirent, vt machinam introſpicerent, & ignes reſtinguerent, repente ſulphure igniario, & pilis ferreis graſſantibus miſeros ita concerpſit, vt in ignes toti abierint, nauigium ipſum in minutiſſima fragmenta
F diſſiliens, aquas tanta vi impulit, vt ad duo millia paſſuum planities perfunderetur, quingenti bellatores qui in ponte, & aggeribus conſtiterant in ſublime vibrati laceris artubus longè procidere. Marchio Rubaiſius, Robleſius, Seguta Hiſpanus ordinum ductor eo in-

Goignius Bruxellæ præſidio impoſitus.

Naues miſſili igne ardentes Antuerpia emittuntur.

cendio abſumti ſunt. Proximè Parmenſem puer pædagogianus, qui Ducis clypeum geſta- A
bat, laniatus eſt. Tria nauigia quæ pontem ſtrauerant ignibus hauſta, maxima trabium
pars, quibus pons ſuffulciebatur in ſublime rapta, & diſturbata eſt, tormenta profundo
merſa.

Si Bataua claſſis impetum tempori feciſſet, de ponte actum erat, militibus ſtupore defi-
xis, funibus extinctis, & madidis, puluere ſulphureo humecto, ſed cùm illa partes ſuas non
ageret, pons paucis diębus ſartus, & reſtitutus eſt. Anglus id temporis in exercitu ratio-
nem Parmenſi oſtendit, quæ vis machinæ illius incendiariæ nullo negotio eluderetur.

Motta dux Oſtendam irrumpit.

Sub id Motta dux militiæ peritus furto belli Oſtendam irrupit, & vetus oppidum ponte
cum noua vrbe coniunctum aſtu intercepit, vnde cùm auxiliis arceſſendis egreſſus eſſet,
Ioannes Namurius ordinum ductor cuſtodiæ impoſitus, dum prędatione graſſatur, ab oppi-
danis exactus eſt. Antuerpienſibus reliqua ſpes in naue ſtupendæ magnitudinis, quam belli B
finem indigetarant, quæ in vado defixa fruſtra fuit, mille claſſiarij ad Oordani propugna-
culum ruina edita impetum fecêre, qui magna eorum clade ab Hiſpanis refutatus eſt. Hol-
lachi tentatio, qui Contradiccum (minorem aggerem dixeris) oppugnandum ſuſceperat,
parem exitum fecit. Minor ille agger præſidiis inſeſſus, & faciſculis, ac terra firmatus ſpem
vix aperiundæ Hollandis abſtulit. Præſidium tamē Hiſpanum pago Lilloo ab Antuerpianis
deiectum eſt. VIII. Kal. Iunias ſedecim naues prono alueo, ſecundo æſtu Antuerpia in pon-
tem emiſſæ ſunt, ſecuribus armatæ, quæ catenas ferreas, & vincula pontis inciderent. Has
ſequebantur 4. naues maiores, & duę aliæ minores ignibus artificioſis inſtructę, quarum vna
ſub ipſo ponte rupta ſtragē latè dedit, cæteris ab Anglo iter abruptū, vt irrito ictu arſerint.
Artificium hoc aſtu procedebat. In ima naue alueus lateritius ducebatur ſeſquipedē altus,
vndique clauſus, qui ſaxis deinde onuſtus pulueris ſulphurei mille pondo admittebat, tum C
foramine anguſto apertus ferreis globis deſuper incumbentibus, vt ignis aduerſus oppoſita
luctatus vim maiorem exereret, clauoſque, ferreas ſudes, & catenas iacularetur, tāto frago-
re, vt ad 13. paſſuum millia terra contremiſceret, & ſaxa in ſublime vibrata cùm reciderent,
in terram ad tres vlnas amplius ſubirent.

Cùm ea tentatio fruſtra fuiſſet, V. Kal. Iunias Antuerpiani, Hollandi, Zelandi pari impe-
tu puncto temporis, in minorem aggerem inuaſêre, & aliquot propugnacula tormentis ful-
minantibus euertêre, donec fugientibus ſuis obuius Parmenſis prœlium reſtituit, & in ho-
ſtem tanta vi impreſſionem fecit, vt magna vtrinque cædes fuerit, Antuerpiani in vrbem
compulſi animos deſpondere.

Parmenſis propugnacula hoſtibus eripit.

Parmenſis pleraque hoſtibus propugnacula eripuit, & propius ad vrbem ſuggreſſus eſt.
In reditu Marchio Guaſtous Anglos equites è præſidio Zoombergi egreſſos fudit. Inter D
hæc cùm plures regij phaſeli nauem illam portentoſæ magnitudinis inſilire vellent, dolio-
lum pulueris igniarij in cymba primaria ſubitò arſit, quo Hercules Beuilacca Ferrarenſis in
ſublime raptus in aquam recidit, & vſtulato vultu enatauit. Plerique alij incendio hauſti
ſunt. Maior illa nauis prauo conſilio ab hoſtibus derelicta eſt, in qua ſi claſſiarij fuiſſent, re-
giam claſſem vi tormentorum difflare, & perdere in aperto erat, cùm ad eam minoribus na-
uigiis nullus aditus eſſet. Ea iactura nimium quantum Antuerpianis animi fracti ſunt, vt ſta-
tim deditionem animis agitarint. Submiſſus tamen à factionis ducibus percuſſor, qui Par-
menſem confoderet, in quem capite animaduerſum eſt.

Mechlinia ad fidem redit.

Id temporis Mechlinia æquis conditionibus ad fidem rediit. Poſtridie Hollandi tres
igne artificioſo inſidioſas naues in pontem immiſêre, quibus irritus ſucceſſus fuit. Sub id
Lanouius Agamontio Comite mutatus, arma in Hiſpaniæ Regem eiurauit, & otio Belgij fi- E
dem obſtrinxit.

Dux Lotharingiæ & Guiſius fides ſponſores aſſumūtur.

Dux Lotharingiæ, & Guiſius fidei ſponſores aſſumpti IIII. Idus Auguſti, cùm fame fati-
gata conſilia pacis vrgeret, Alenſonij inſignia deiecta ſunt, Regis Hiſpaniæ tituli erecti. Po-
ſtridie Parmenſis mandatu Regis Magiſter ordinis velleris aurei renuntiatus, deditioni le-
ges dixit, vt præteritorum memoria induceretur, priuilegia ciuibus integra eſſent, religio
Catholica, & obſequium in Regem ſanciretur.

Idem 6. Kal. Septembres regio paratu, militibus præeuntibus, magno virorum principum
comitatu in vrbem porta Cæſarea ingreſſus eſt, cui virgo curru vecta claues vrbis obtulit.
Eius honori ſtatuę, Coloſſi, pyramides, arcus triumphales paſſim poſiti, Grates gratię in tem-

Familiæ ad 4. millia veneno ſecta imbutæ.

plo maiori ante omnia Deo actæ, tum in arcem magna pompa itum.

Vrbs præſidio firmata, è qua Kal. Octobris familiæ ſectæ veneno imbutæ ad 4. millia ex- F
ierant, quod rectis oculis fidem Catholicam in ea vrbe integratam ægrè cernerent. Die
Sancto Michaeli feſto ſanctiſſimum Chriſti Domini corpus ſolemni ſupplicatione per vr-
bem

A bem honorificè, ac reuerenter circumlatum eſt, diſpoſitis per vicos cuſtodiis ne quid turba-
rum exiſteret.

Inter hæc ab Angliæ Regina ſectariis auxilia duce Notiſſio ſummiſſa, cum Nuenaro Co-
mite Murtij, & Martino Scheinchio ſe coniunxere, Rurorthum oppidum in Cliuenſi Duca-
tu faucibus Roerſj amnis in Rhenum irrumpentis impoſitum cepere, & vt aditus è Braban-
tia in Geldriam, & Friſiam obſtruerent, propugnaculum Iſelortum ad confluentia Rheni,
& Iſelæ proximè Harnemum deditione cepêre, mox Bergerſdoſum ad leges accipiendas
coegerunt.

Angliæ Reginæ ſectariis auxilia ſummittit.

Inter hæc Gallobelgæ quibus ad diem ſtipendia non repræſentabantur tumultuati ſunt.
Per Marchionem Rentium tumultu ſedato duo ſtipendia turbulentis præſenti pecunia, duo
in veſtibus perſoluta. Mox Altapenna Nuenarum Geldria exegit, & oppida quæ inſederat
B hoſtibus eripuit, quæ quia minùs firmo præſidio munita erant, non multo pòſt in manus
ſectæ venêre.

Gallobelgæ tumultuantur.

Id temporis Emdemum in Friſia orientali, portu amplo, & valido munitum, quia oppi-
dani commeatu regios iuuerant, ab Hollandis irrito ictu tentatum, claſſis vtraque procella
fœdiſſima deprehenſa proximè naufragium fuit. Inter Bolducum, Syluam Ducis dixeris,
& Bomelum tres Hiſpanorum millenariæ cohortes Mansfeltio duce cùm temerè aggerem
inſediſſent, quia portum qui propè aberat ſui iuris non fecerant, Holachij claſſe circumſeſ-
ſa emiſſis aquis extra ſpem auxilij erant, cùm inſequuta nocte Idib. Nouembr. aquæ fri-
gore ſic obriguerunt, vt per paludes glacie concretas ſibi viam aperuerint, & in tutum
euaſerint.

Emdemum munitum.

In Friſia Taſſiſius Vorchium ſub iugum miſit, & ad Bloſſunium pagum, non procul à
C Leuarda mille quingentos Friſonas cecidit, reliquos ad deditionem coegit, X X V. tantùm
ex ſuis deſideratis.

Taſſiſius Vorchiũ ſub iugũ mittit.

Dum in Belgio marte ancipiti res geruntur in Perſide res meliori loco non erant. Oſma-
nus enim Primouiſirus bello Perſico impoſitus, Erſiri bellicum inſtrumentum adornabat.
In eius exercitu 150. millia equitum, 50. peditum erant, foſſorum ingens numerus, vt com-
meatus tanto exercitui par non eſſet. Is quo pecuniam faceret, & annonæ conſuleret, libe-
rum fecit omnibus, quibus expeditio oneri eſſet, vt certa pecuniæ ſumma periculum redi-
merent. Ingens inde pecunia refecta eſt, annona paucioribus ſuffecit, cùm 40. millia am-
plius domum rediiſſent. Ineunte Auguſto Erſiro egreſſus in planitiem Chalderauam venit,
vbi ſe Tauriſum petere ſuis indicauit.

Dux itineris fuit Maſſutius Chamus, qui per deuia, & anguſta viarum eum Tauriſum
D ſine offenſione duxit. In illis locorum anguſtiis 20. millia Perſarum vniuerſum Turcorum
exercitum delere potuerant, ſi Oſmani conſilia patuiſſent. Cùm in Tauriſi conſpectum ven-
tum eſſet, & prima Turcorum acies licentiùs vagaretur, ab Emiranſe Codabandæ primoge-
nito deleta eſt, ſeptem millia cecidêre, multi manu capti in poteſtatem venêre. Victis Sina-
nus purpuratus Cicalæ filius 14. millia equitum ſubſidio traxit, & periculum obiit, quod no-
ctis interuentu diremptum eſt. Oſmanus poſtridie Tauriſum propius ſuggreſſus eſt, vnde Ali
culis Chamus eruptione facta, ex improuiſo pleroſque palabundos interemit, mox vrbem
bello imparem deſeruit, & per medios hoſtium cuneos ad Codabandæ exercitum ſibi viam
pateſecit.

Maſſutius Chamus dux itineris.

Oſmanus vrbe potitus arcem in ea exſtruxit, quæ priuſquam opere munita eſſet altio
cita periit. Dum in morbo cubaret vrbem milites diripuere, & vltima ſæuitiæ, ac libidi-
E nis exempla edidere, quæ prædæ tres dies ſuffecit, Codabunda vrbis excidio aſpera-
tus, 20. equitum millia in inſidiis locat, & leui prœlio hoſtem laceſſit, qui fugientium
tergis hærens numero Perſarum circumuentus vndique proturbatur, & vix exitum fugæ
reperit. Purpuratus Cicala impetum diu ſuſtinuit, demum pedem referre coactus ad ſuos ſe
recepit.

Oſmanus arcem extruit.

Ea tentatio Turcis octo capitum millibus ſtetit, Perſæ victoria elati Oſmano diem pu-
gnæ dicunt, & copiam prœlij faciunt. Is afflicta valetudine Cicalam ſummæ rei imponit,
& prœlio experiri iubet, quo Perſæ victores fuêre, quadraginta Turcorum millia cecidêre,
Emiranſes Codabandæ primogenitus caput purpurato Caræmitio incidit, & è ſariſſa ſu-
ſpenſum oſtentui dedit. Cicalam nox aduerſo prœlio exemit. Cùm res prœlio non ſucce-
deret, hyemsq; inſtaret, Oſmanus abeundi conſilium format, & arcem commeatu, & anno-
F na munitiſſimam X I I. armatorum millibus Guafero eunucho præſidij duce commendat,

Turci ad octo millia cæſi.

Quadraginta Turcorum millia cæſa.

ipſe itineri, & prœlio incedit, in quem Emiranſes octo equitum millibus incubuit, & præda A
Taurisi erepta ſtragem ingentem edidit.

Turci Perſas magna cæde profligant.

Poſtridie Perſæ extremum abeuntium agmen carpſere, quos Turci collectis animis magna cæde profligarunt. Quare itinere expedito ſine offenſione Vaunum venere, vbi exercitu luſtrato octoginta Turcorum millia deſiderata. Inde Cicala rei geſtæ ſeriem per diſpoſitos equos ad portam enunciauit, clades vulgo diſſimulata, lætitia Tauriſo capto, & munitione extructa, ludis celebrata. Cicala per Dantum Chanum 30. millia ſoldaniorum Teflisum bona fide citra noxam deportauit, Dantus mox ab Amurathe purpuratus Matafi renuntiatus eſt, Maxutius Chanus, qui Oſmano dux itineris fuerat, Alepi purpuratus creatus eſt.

Perſæ Tauriſum foſſa & vallo cingunt.

Perſæ Tauriſi munitionem foſſa & vallo cinxere, quos Turci variis irruptionibus infeſtarunt, eo vſque dum ad ſummas rei annonariæ anguſtias redigerentur. B

Inter hæc Amurathes cognito Haſſanum Eunuchum Cairi purpuratum malis artibus ingentes opes extruxiſſe, quas cùm modis omnibus traheret, vexaret, ſumma libidine vincere non poſſet, Ebraimum Pæononem purpuratum, cui filiam deſponderat, eò miſit, qui alienis diuitiis incubaret, & opes fraudibus captas, aliis fraudibus ad ſe traheret. Gnatum id Haſſano, qui quantum auri habuit Conſtantinopolim deportauit, & Amurathem muneribus eblanditus vitæ gratiam obtinuit. Ebraimus deceſſoris ſui veſtigia legens, puncto temporis tantas pecunias fecit, vt in depeculanda prouincia auctore ſuo diligentior eſſet.

Inde ad Druſos Libani incolas à Gottofrido Buliono oriundos, qui ſuas ipſi opes inteſtinis diſcidiis lacerabant, opprimendos animum adiecit. Tres Emiri Druſorum, vt duos alios ſibi aduerſos fortunis euerterent, in fidem Ebraimi conceſſerant. Is in omnes pari fide ſæuiit, C
& vniuerſam Druſorum regionem diripuit, duos Emiros (Principes dixeris) vinctos Conſtantinopolim traxit, decies centena millia ſoldaninorum Amurathi dono dedit, Sultanam & filiam eius muneribus deuinxit, omnes ad portam purpuratos liberalitate obſtrinxit, ne ei rapinæ fraudi eſſent.

Sixti V. Pontificis res geſtæ.

Dum res orientis in eo ſunt 1586. ineunte Sixtus V. Pontifex, vir inuidia ſæculi maior, qui ſub cucullo regios animos induerat, Italia exſulum vexatione liberata negotio frumentario feliciter Romæ explicato, operibus in vrbe ad inuidiam vſque conſpicuis elaboratis, vt rei pecuniariæ, quam ſuperiores Pontifices aut neglexerant, aut oneribus ingruentibus exhauſerant, conſuleret, ſanctius ærarium inſtar aſyli inſtituit, vnde pecunias moueri niſi rebus aſperis, & ad vltima deductis nefas eſſet. Idem formas, & aquarum tubos inſtaurauit, fontes è longinquo aluciis in vrbem duxit, palatium S. Ioannis Laterani ruinis deformatum D
reſtituit, cuius fundamenta dum ſollicitantur, aurei nummi, ſigno crucis, & vultu Theodoſij, ac Honorij inſigniti reperti ſunt. Obeliſcus ſtoreis duplicibus, & virgis ferreis munitus tabulato firmo in eum locum deductus eſt, vbi caſtello trabibus ad eam rem ſtructo erectus. Is centum & ſedecim palmos altus, baſi quadræ duodecim palmos altæ impoſitus eſt.

Turci à Germanis deleti.

Inter hæc Turci, qui Croatiam diripuerant, à Germanis deleti ſunt, qui pauci numero, nobilem victoriam ingenti hoſtium ſtrage retulerunt, quæ tamen ea longe inferior fuit, quam Parmenſis in Belgio de Regis hoſtibus reportauit.

Is rebus Antuerpiæ compoſitis, per Altapennam Scheinchium Geldria exegit, qui à Roberto Dudlæo Comite Linceſtriæ Anglo, Hollandiæ præfecto, præclaris titulis inſignitus eſt. Dudlæus ſexcentos equites Anglos in Belgium duxerat, in quibus Comes Exceſſius gener E
eius, Philippus Sidnæus nepos ex ſorore, Baro Nortius, Andelius, & alij plerique è primaria nobilitate.

Regina Angliæ ſcripto edito vulgarat, ſed id tantum auxiliis in Belgium ſubmittendis agere, vt Belgæ à regiis miniſtris oppreſſi reſpirarent, & eorum priuilegia integra eſſent, non vt perduellium aduerſus Regem ſuum contumaciam aleret, & eos legitimo dominatu, ac fide exſolueret. Quare ingratè tulit à Dudlæo præfecturam totius Belgij ſuſceptam. Quod apud Reginam ab Ordinibus excuſatum eſt. Is ante omnia commercium earum prouinciarum, quibus impoſitus erat cum hoſtibus edicto vetuit, & vt hinc inde pecunias corraderet, nemini ad negotiationem maria libera eſſe voluit, niſi qui à ſe commeatum impenſa pecunia redemiſſet, quod edictum vt iniquum, & contra fas gentium, obliterare coactus eſt. F

Fœdras

A Fœdus cum Regina his legibus à Belgis ictum, vt Regina ſuis ſumptibus octingentos equites, quinque millia peditum aleret, qui ſumptus rebus compoſitis, & pace parta intra quinquennium à Belgis ei reſtituerentur. *Fœdus à Belgis ictũ cũ Anglia Regina.*

Interim Fliſinga, Ramechinum, Brielum in fidei pignus poteſtati Reginę permitterentur, quas vrbes validis Anglorum præſidiis, & duo præterea propugnacula inſideret, & extera talia, quibus Regina non Belgarum otio, ſed ſuæ potentiæ honeſtis nominibus, quæ ſemper obtentui ſumuntur, velificata erat.

Inter hæc Marcus Muriſius Italus vir belli peritus à Colonienſi Archiepiſcopo cum exercitu miſſus eſt, vt Nuiſium à Nuenaro ciuium proditione interceptum corona cingeret, & hoſtium eruptiones inhiberet. Is propugnaculum Guadendaldum altero ab vrbe ſtadio ad Aruæ, & Rheni confluenta vallo, & aggere munitum quadringentis peditibus, cen-

B tum equitibus firmauit. Idem aggeribus Rheni aliam munitionem impoſuit, qua annonæ ſubſidia ſibi aperiret, tum ad molatrinam Aruæ tertium propugnaculum erexit, & præſidio muniuit.

Scheinchius quingentis equitibus Guadendaldi præſidiariis prœlio congreſſus, Grueſbechum præſidij præfectum manu cepit, equitatum eius deleuit, tormentis propugnaculum fulminare inſtituit. Cuius conſilia Parmenſis vt verteret, Altapennam ſubſidio miſit, qui exeunte Aprili Nuiſium obſedit, & cùm Nuriſio copias coniunxit. Mox cùm Parmenſis Venloum in Geldria, & Grauam in Brabantia munita oppida Moſæ impoſita duo vtriuſque prouinciæ clauſtra, & veluti fauces, quibus aditus obſtruebatur, aut aperiebatur, ſui arbitrij facere vellet, aggeres Moſæ propugnaculo, & quingentis peditibus, centum equitibus Italis firmauit, vt famem oppidanis faceret, & annonæ copias ab- *Grueſbechius captus.*

C rumperet.

Kal. Februarij Venloenſes ſexcentos pedites, quingentos equites tumultuaria eruptione ad cœnobium ab Hiſpanis inſeſſum rapuerunt, & poſt breues certaminis moras hoſtes ad internecionem ceciderunt. Ad Grauiam interea pugnatum. Comes Lyneeſtrius duo millia Anglorum, & Belgarum, XV. Kalend. Maias auxilio ſubmiſerat, à quibus de nocte propugnaculum proximè vrbem ab Hiſpanis inſeſſum expugnatum eſt, mox ad pontem quo Parmenſis Moſam ſtrauerat alterum munimentum vi captum, Hiſpani cæſi, in quibus & Philippus Caracciolus Marchio, iuuenis militia & literis bonus. Angli victoria elati, munitionem ad aggeres excitarunt, & ruptis aggeribus aquas emiſerunt, quibus teſtagnantibus Grauam commeatu firmarũt. Quare Parmenſis aſperatus, Altapennam auxilio acceſſit, tum verò Grauam tanta vi fulminat, vt cùm ad ruinam impetus pararetur, præſi- *Venloenſes ſexcetos pedites, quingentos equites ab Hiſpanis rapiunt.*

D diarij res ſaluas pacti vrbem dediderint, duces à Comite Lyneeſtrio ignauiæ damnati capite luerunt.

Parmenſis inde Megam, & Battemburgum ex hoſte recepit, Venloum in eas anguſtias coniecit, vt nullus auxiliis aditus pateret, Scheinchij vxor, & ſoror Venloi agebant, quas ille, vt periculo eximeret, quadringentos equites delectos ſubſidio duxit. Ei Parmenſis cohortem Italam, & firmum equitatum oppoſuit, à quibus Scheinchius deletus ægrè fuga Vattenduncum euaſit. *Parmenſis Megam, & Battemburgum ex hoſte recepit.*

Triduo pòſt Mansfeltius Arſeni munitionem vi cepit, mox aliud propugnaculum in inſula proximè vrbem expugnauit, 4. Kal. Iulias ruina edita oppidani ad pacta deſcenderunt, equitibus præſidiariis equi, peditibus arma adempta, vitæ gratia facta. *Mansfeltius Arſeni munitionem vi capit.*

E Inde Parmenſis 20. millia peditum, bis mille quingentos equites Nuiſium 3. Idus Iulias duxit, ipſe propugnaculum Guadendaldum prætorium habuit. Præſidiarij eruptione facta 50. pedites, & duos ordinum ductores ceciderunt, aliòs manu ceperunt, aut fugæ ſe date coegerunt, poſtridie non minor clades Italis illata eſt, Iulio Grimaldo duce interempto. Parmenſis pontem tumultuario opere cymbis impoſuit, & ſibi per Rhenum ad inſulam iter muniuit, quà vrbs oppugnationi opportunior viſa; mox aggere ſtructo XII. tormentis vrbem fulminare aggreſſus eſt. Altera parte XVI. tormentis mœnia verberauit præſidiariis crebrò erumpentibus, qui mox in arcto habiti præfecto vrbis ex vulnere decumbente in ruina vexillo albo poſito, cùm ad pacta deſcendere vellent, Hiſpani & Itali ſpe prædæ à pactis alieni in ruinam inuolant, & hoſtes ad internecionem cædunt. Parmenſis vt pueris, virginibus, & matronis conſuleret, omnes in tutum recepit. Præſidiarij occidione occiſi ſunt, qui cùm verba deditionis iacerent, in armis excubare, & ad impetum hoſtium infringendum animis

F parati eſſe debuerant, ne imparati opprimerentur.

Vrbs igne graui biduum affecta eſt, & quia domus è ligno ſtructæ erant, pæne omnis in A
cineres abiit.

Parmenſis oppida nonnulla recipit.

Inde Parmenſis Murſum, Alpenum, arcem Craachenſem recepit. Bergham Rh[illegible] impoſitam, quam Scheinchius, & Morgana cohortis tribunus præſidio inſederant, obſedit. Comes Lynceſtrius Mauricium Naſſauium Arauſionenſis filium magnæ ind[illegible]s adoleſcentem, cum tribus peditum millibus in Flandriam miſit, cuius impetus à Motta veterano duce debilitatus eſt. Lynceſtrius Doesburgum ad deditionem coegit. Sutfenum cui Taſſiſius à Verdugo impoſitus erat obſedit, eo animo, vt Parmenſem à Berghæ obſidione auerteret, qui tamen ante abſceſſum frequentibus propugnaculis Bergham velut in cuſtodiam dedit, & itinere Zutſenum verſo in tranſcurſu Burrigham recepit; Rhenum ad Veſelum tranſmiſit, pontem duobus propugnaculis muniuit, vnde Marchionem Vaſtoi cum equitibus ferentariis, & valido peditatu commeatibus in vrbem conuehendis amandauit. B
Is altero ab vrbe lapide aciem inſtruxit, & vt de hoſte cognoſceret, cum ducentis equitibus longius progreſſus inſidiis hoſtium interceptus pugnam ſtrenuè conſecit,

Annibalis Gonſaga obitus.

Annibal Gonſaga multis vulneribus onuſtus obiit, plerique aduerſis pectoribus cecidêre, ſed Hiſpanis auxilio accurrentibus acies reſtituta eſt, & fortuna pugnæ mutata, Angli loco ceſſêre, Philippus Siduenus Dudlei nepos letali vulnere cõfoſſus eſt, cæteri fugæ ſe dedere. Subſidiis militum & annonæ in vrbem intromiſſis Angli obſidionem ſoluere coacti ſunt.

Parmenſis legiones dimittit.

Tum hyeme appetente Parmenſis in Hiberna legiones dimiſit, & variis locis præſidium proximè Bergham agitare iuſſit, vt ea vrbs corona cingeretur, ne ſubſidiis aditus pateret. Ipſe Bruxellas conceſſit, cuius abſceſſu Angli aliquot ad Zutſenum munitiones vi ceperũt, & præſidiis firmarunt. Lynceſtrius eo animo erat, vt omnia in ſe traheret, & eandem auctoritatem in Belgio, quam antea Arauſionenſis, ſibi arrogaret, vrbium & munitionum præſidio Anglos imponere, Belgas adminiſtratione deiicere, Ordinibus locum ſuum demere ſa[illegible]tagebat.

Quod illi, vt ſagaces & vſu exerciti erant, cùm animaduertiſſent, agitantes inter ſe mala nouæ ſeruitutis, magna verborum procella caput eius obruerunt, & hominem ad capiend[illegible] abeundi conſilia compulerunt, qui 16. Kal. Ianuar. in Angliam appulit. Honeſtis nominibus ſuas quiſque res agebat, & vt in imperio eſſet prouidebat.

Otij publici cura poſtrema erat, omnes ad potentiam occultis artibus, non virtutis vi graſſabantur, cùm inſitum haberent, ab extraneis quos Belgio impoſuiſſent, ſibi præcipua munia, non alienigenis commiſſum iri. Qua in re animi falſi erant, cùm in nouis imperiis nihil ad firmandam potentiam opportunius ſit, quàm vt mutata Reip. forma, omnes qui antea imperio pollebant, honeſta ſpecie priuati fiant, quibus aſtu rerum ſummotis noui m[illegible]ſtratus inſtituantur.

Lynceſtrij cum Belgij ducibus inimicitia.

Lynceſtrius interim inter Belgij duces inimicitias ferebat, Anglis imperia decerne[illegible] Hollacum virum fortem, qui nondum ex vulnere ad Zutſenum conualuerat, [illegible] tamen ſingulare; quod Odoardus Noritius ei indixerat, maioris imperij ſpecie [illegible]ctare non poſſe pronuntiarat: quod Ordines ingratè acceperunt, & ab Anglis al[illegible] fuerunt.

Cùm res Belgij in eo ſunt, Nicolaus Palfius Hungarus vir ſtrenuus Comaræ præſi[illegible] impoſitus eſt, qui vt virtutis ſpecimen daret, inſidias commodo loco Turcis po[illegible] ſed re ab vno è ſeruis purpurato Budæ enuntiata periculum obiit, & re didicit, [illegible]lia belli cum mancipiis fluxæ fidei, aut quadrantariis hominibus communicanda [illegible] eſſe.

Amurathis filia Ebraimo nubit.

Id temporis Amurathis filia Ebraimo nupſit, cui pater 300. millia ſoldaninorum do[illegible]xit, veſtes ſericas auro intextas, acinacem, equos impẽſi pretij faleratos, aureis fr[illegible] Eb[illegible]mo muneri miſit, purpurati omnes nuptam muneribus auro, & gemmis laboratis hone[illegible]runt, duo ſepta nubentibus ab Amurathe dono data, qui purpuratorum munera recen[illegible] & probauit, miſſilia in plebem ſparſa, conuiuia Emiris Mahometi gentilibus inſtructa, po[illegible]die epulum legis doctoribus datum. Eſcaria & potoria vaſa ex auro & argento, veſtes è [illegible] pellucidæ, Carbaſa tenuia, & cætera matronarum ornamenta centum mulis in ædes v[illegible] lata, lauta omnis generis ſuppellex certatim aggeſta, vt Regum opes vnum in locum co[illegible]niſſe viderentur.

Ebraimus ſponſam inumbrante veſte tecta, quam nunquam aperto vultu viderat, in [illegible]

A exceptam per aliquot dies velo tectam, vt dominam coluit, & inter menſæ miniſtros fercula ſtruxit, donec Amurathes retecto vultu ei filiam in manus tradidit, & vxoris conſuetudine, ac iure vti iuſſit.

Id temporis toto illo tractu ad Conſtantinopolim tanta vis locuſtarum ex aere incubuit, vt fructus, folia, virorque arborum peſſunt ierint.

Magna vis locuſtarum Conſtantinopoli.

Inter hæc Tauriſi res Turcorum in arcto erant, & penuria annonæ ad vltimâ ibatur, cùm Feratus purpuratus expeditione Caſminum mota Perſas in ſe traxit, per quorum abſentiam Tauriſi arcem commeatu, pecuniis, & milite inſtruxit.

Turcicorum res in arcto.

Ineunte Auguſto Petrus Toletanus Garſiæ filius in Africam Neapoli XVII. triremes traxit proximè Cherchinam inſulam, vbi à Mauris clade accepta refugere in Siciliam coactus eſt, vt Toletano ea expeditio dedecori, ſic & Franciſeo Drago Northmano maris in Anglia ſubpræfecto felix velificatio decori fuit, qui duobus militum mil-
B libus in naues impoſitis, ad Vigoum prædam fecit, quæ 40. aureorum millibus æſtimata eſt, inde Canariis fruſtra tentatis in conſpectum venit vrbis S. Dominici proximè Pernam.

Ea vrbs regionis princeps epiſcupi, proregis, præfecti maris, & conſilij ſedes eſt, emporium nobile, quò merces omnes confluunt, quæ ex America in Europam importantur. Ad eam Angli eùm tenderent, in quingentos equites inciderunt, cum quibus fugam capeſſentibus in vrbem ingreſſi, duos totos menſes munitiſſima vrbis loca inſederunt, vnde XXV. aureorum millibus præſenti pecunia numeratis demoueri ſe paſſi ſunt. Inde Chartagenam in America non citra ſanguinem irrupere, vbi oppidani centum aureorum millibus, ſe ſuaque redemerunt.

S. Dominici vrbs.

C Ad Floridam propugnaculum S. Ioannis ab Hiſpanis inſeſſum diripuerunt, vnde aliquot tormenta, & 7. aureorum millia in naues deportarunt.

Non procul inde munitiones S. Auguſtini, & S. Helenæ Hiſpanis fugam capeſſentibus peruaſerunt, demum præda onuſti Angliam tenuerunt, præda ducentis millibus aureorum iudicata eſt. Ea nauigatione octingenti claſſiarij morbis aut ferro perierunt.

Propugnaculi S. Ioannis ab Hiſpanis inſeſſum, ac dirutum.

Id temporis in Iapane Rex Saſſamâ quinque alia regna ſuæ ditioni adiunxit, regnum Bungi ferro, flammaque vaſtauit, templa omnia Chriſto ſacra euertit, Franciſcus Rex Chriſtianus ope Faxibæ Cieugendoni Tenſæ Regis totius Iapanis Monarchæ, Quabacundonum vocant, regnum ex hoſte recepit, Ieſuitæ ad Quabacundonum & Huicum incolumes euaſêre, à quo peramanter excepti, & benignè curati ſunt. Hac rerum vice eùm annus 1586. inſignitus fuerit, ad annum 1587. aggrediamur, & variam eius faciem inſpi-
D ciamus.

Rex Saſſama in Iapane quinque regna ſuæ ditioni adiungit.

Sixtus V. Pontifex animi ingens, conſilij prouidus anno 1587. in eo totus erat, vt Romæ negotium rei frumentariæ explicaret, & magnam auri vim in Caſtellum S. Angeli comportaret, nobilibus pleriſque Eccleſiæ opes in tantum augeri ægrè ferentibus, ne vir fiduciæ præclarus aliquid maioris rei auderet. Is decem triremes texendas, & omni militiæ inſtrumento firmandas curauit, mox ad Oſtiam in anchoris eſſe iuſſit. Obeliſcos ad ædes S. Mariæ maioris, S. Mariæ popularis, S. Ioannis Laterani, tum columnas Antoninam, & Traianam imperatorum elogiis exſculptas, ſtupendis operibus erexit. Lauretanum pagum ciuitatis priuilegio & epiſcopi ſolio inſigniuit, & alia pleraque monumenta, non leuiter impreſſa, ſed ad poſteri temporis memoriam altè defixa reliquit.

Sixti V. Pontificis res mirabiles geſta.

Id temporis Franciſcus Medices magnus Hetruriæ Dux, & Blanca vxor eius Idibus Au-
E guſti ſubitario funere elati ſunt, quibus in principatum Ferdinandus ſucceſſit, vir prudentiæ ſummus, dignos Principe ſpiritus gerens, cuius munificentia, conſtantia, & in ſubditos amor fratris deſiderium lenierunt.

Neapoli Sanermi caſtellum de cœlo tactum eſt, quo puluis ſulphureus incenſus armamentarium, & vicina ædificia in aërem impulit, & centum quinquaginta amplius homines oppreſſit.

Neapoli caſtelli de cœlo tactum.

Cùm res Italiæ in eo ſunt, Gallia quæ terræ motibus non quatitur, belli tremore quatiebatur. Dux enim Ioüſæ numeroſo exercitu Sancti Maxentij oppidum in Pictonibus deditione recepit, Tonnaium ad Carentam fulminauit. Rupellanos malè habitos fudit, & abſque peſte foret, quia exercitus eius exhauſtus eſt, reliquas ſectæ vrbes ſui arbitrij facturus putabatur, frater eius tribunus equitum Buccagius Monteſquium vi capit, Muſſam ſanctarum
F puellarum munitam vrbem magna ſuorum clade obſidet.

Gallia belli tremore quatitur.

Eſparnonius octoginta equites Lugdunū rapit.

Inter hæc Dux Eſpernonius octoginta equites Lugdunum rapit. eo animo, vt pedites A
per mediam vrbem traduceret. Conſilium eius Mandelotus fregit, cui Eſpernonij am-
bitus ſuſpectus erat, quod Paſſagium præſidio arcis à Carolo IX. Lugduni extructæ,
gratia qua in animum Henrici III. validus erat, præſidio impoſuerat. Is Paſſagio,
& Vaſconibus arce pulſis, arcem ipſam voluntate Henrici III. cui oppidani quinqua-
ginta aureorum millia numerarant, ſolo æquauit, & Eſpernonij pedites vrbis aditu pro-
hibuit.

Regina mater Nauarrum in colloquium vocat.

Inter hæc Regina mater Nauarrum ad colloquium in Pictonibus vocat, conſilia pacis in
eo poſita eſſe oſtendit, vt Catholicam fidem indueret, ille ſine authoritate iuſti Concilij, ſe
fidem in qua inductus erat eiuraturum negat, vnde re infecta, colloquio dimiſſo, Regina
Lutetiam præcipiti feſtinatione recurrit, vbi fœderis æſtus incaluerat, quòd fœderati
ab eiuſmodi colloquiis abhorrerent, & nihil grauius acciperent, quàm ſi Nauarrus ad fidei B
Catholicæ commercia vocaretur. Pariſiis fœderis duces in eo erant, vt aulam in melius re-
formarent, ſectam obtererent, & aulicos qui in gratia Regis erant exauctorarent, omnes ma-
nus in Politicos, quos vocabant, iniiciendas, & eos ſub cuſtodia habendos ſentiebant. Ad
hoc emiſſarij per vrbes, & prouincias honeſtis nominibus ſummittebantur, qui fœderis
conſcios firmarent, nouos veteribus adiungerent, & fœdus in maius attollerent, cui ne
legitima ſpecies deeſſet, cùm fœderatorum nonnulli ſectam non planè abolendam, aut
grauiùs inſectandam exiſtimabant, quòd ea oppreſſa nulla fœderi honeſta præſcriptio. Fœ-
deratis in Rege Hiſpaniæ præcipuum munimentum, qui finitimorum diſſidia in fructum
ſuum vertere ſolitus.

Nauarri mors iuxta, & in meliora conuerſio metuebatur. Eius enim morte regnum ad
Borbonios Catholicos deuoluebatur, conuerſione fœderis ſcena vulgabatur, & ſpecies C
omnis offerebatur. Denique in commune placuit vt in vacuam poſſeſſionem mitte[re]-
tur, qui plus armis poſſet. Ad id concionatorum natio Pariſiis plurimum afferebat,
qui quaſi portiſculi animos plebeculæ incendebant, quorum ſermones Rex vt premeret,
concionatores aliquot in cuſtodiam dedit, alios per lictores appetiuit, vnde quarto Non.
Septembris ad S. Benedicti ædem tumultuatum eſt. Nimia enim clementiæ affectatio
Regi fraudi fuit. Ea peſtis tam altè radices egerat, vt niſi igne aut ferro reſcindi non
poſſet.

Guiſius Ducē Builloniū bello laceſſit.

Interea Guiſius in limite Lotharingiæ in armis erat, Iametum vrbem opere & ſitu muni-
tam ditionis Ducis Buillonij, atque ipſum adeò Ducem Buillionium bello laceſſebat, &
cùm Duzium, Rocroium, & Moſæ fluuij fauces ſui arbitrij feciſſet, Sedanum principem
Ducis Buillonij vrbem fame fatigabat, agros circumquaque ferro populabatur. Buillio- D
nius vt hoſtem auerteret, Virdunum in Lotharingia matricem vrbem irretitam per Sche-
landrinum Iameti præfectum obſidet, quem dum Guiſius veſtigis inſequitur, Buillonius
Sedanum commeatu, & copiis firmat, & Germanis ſuppetias aduentantibus calcaria ſub-
iicit, vt quàm ocyſſimè in Galliam penetrent. Guiſius re cognita Melodunum ad Re-
gem ſalutatum viſit, & leniori via, quàm cauſæ iniquitas poſtularet, cum ſectariis actum
oſtendit, illis res ſuas integras eſſe, Cardinali Pelleuæo quia inclementius in ſectam dixerat,
annuos reditus interceptos, bona Cleri in aulicorum luxum, aut Eccleſiæ perniciem eroga-
ta conqueritur.

Rex animi anceps, futuri anxius fœderis conſilia explorata habebat, Dorlanum & Pon-
dormium validas vrbes ab Aumalio interceptas memoria tenebat, Vitriacum à fœderatis
arce munitum, quæ hominis Itali præſidio teneatur, Guiſium non ante Rocroij præfectum E
admiſiſſe, quàm in ſua verba iuraret, eundem in agro Virdunenſi centum aureorum millia
poſſeſſoribus indixiſſe, & ſe inconſulto, ac inhibente, ſpecie arcis Virduni extruendæ, quam
tamen extruere neglexerit, exegiſſe. Si bellum Nauarro indiceret, Germani cum numero-
ſo exercitu torrentis more Gallias inundabant, ſi conſcientię licentiā daret, fœderis opes in
ſuum exitium trahebat, ipſe pacis amans, conſcientia territus, inter decus & flagitium diſtra-
hebatur, denique Guiſium orat, vt otio publico conſulat, ne Regnum tot cladibus exhau-
ſtum perditum eat.

Guiſius pacis ſtudioſus.

Guiſius plus quàm ciuilia agitans, ſe non minùs à pace, quàm Regem à bello alienum
oſtendit. Rex è ſomno tandem euigilat, & virtutem neceſſitate cogente exſuſcitat, exerci-
tum ſcribit, cui ſe ducem præbet, Guiſium vicarium pronuntiat. In eius exercitu 68. equi-
tum cataphractorum vexilla, decem peditum, XII. Heluetiorum, quatuor equitum Germa- F
norum

A norum millia fuère. Dux Ioüſæ aduerſus Nauarrum validam equitum, peditumq́; manum in Aquitaniam trahebat.

Dux Buillionius in exercitu Germanorum Regis Nauarræ vicarius erat, in eo Barone Othna duce fuere XXIX. Reiſtrorum, ita equites Germanos vocant, flammulæ, 53. Heluetiorum ſigna, quinque lanſquenetorum (ita pedites loricatos ſariſſatos indigetant) millia, XI. haſtatorum equitum Gallorum vexilla, X. equitum Gallorum ſcloppetatiorum ſigna, ad quem Caſtellionæus mille quingentos pedites, quadringentos loricatos equites aggregauit. Vniuerſæ copiæ XXX. duobus bellatorum millibus cenſæ ſunt. Corpus erat ſine capite imbecillum, & nutans, cùm Othna bellum nunquam attigiſſet, Buillionius tyrocinium ageret, omnium belli prudentiſſimus fuit Caſtellionæus iuuenis impiger, animi ingens, qui patris veſtigia premens, ſi ſectæ ludibria curaſſet, ad ſumma quæque euaſurus vi-
B debatur.

Buillionius Regis Nauarræ vicarius in exercitu Germanorum.

In eo exercitu quot duces, tot partes erant. Alij Lotharingiam ſibi in prædam depoſcebant, nonnulli in vitalia Franciæ vim faciendam aiebant, Buillionius vrbes ſuas tanti exercitus adminiculo commeatu & copiis munire ſatagebat, Othna prœlium abnuebat, niſi aliquis regij ſanguinis Princeps exercitui ducem ſe præberet.

Quot duces tot partes erant in exercitu Nauarri.

Interea Lotharingiæ Dux molatrinis & furnis paſſim euerſis Germanos fame fatigarat, qui Matrona, Sequana, & Ionna amnibus tranſmiſſis ad Crenantium proximè Ligerim, caſtra metati ſunt. Henricus III. Galliæ Rex numeroſo milite ripam Ligeris inſederat, vt hoſti ad Nauarrum iter affectanti tranſitum inhiberet, quæ præcipua victoriæ cauſa fuit, cùm inopia commeatuum hoſtes ſua ſponte dilapſuros, aut peſſum ituros animaduerteret. Quare Ioüſæ dat negotium, vt Nauarrum in Pictonibus ſpe prœlij distineret, ne ſibi viam
C ad Germanos patefaceret, Ioüſa commeatu & firmo exercitu pollens Cutraſium eo conſilio propetat, vt Dragam fluuium vadaret, cui Rex Nauarræ obuiam factus ſuos ad pugnam hortatur, vtrinque leuibus prœliis per initia velitatum, XIII. Kal. Nouembris res tormentis agi cœpta, quæ Nauarro ſupra votum Ioüſa contra ſucceſſit. Eius libratores de induſtria aberrabant, & pilas ferreas non in hoſtem, ſed in terræ tumulos explaudebant. Ab orto ſole hora ſecunda prœlium cœptum, hora quarta profligatum eſt.

Lotharingiæ Dux Germanos fame fatigat.

Cladis Ioüſæ origo ex eo fuit, quòd in colle opportuno loco Nauarrus tormenta diſpoſuerat, quibus impunè regius equitatus infeſtabatur, qui peruerſis ordinibus à Nauarri equitatu proturbatus fugam arripuit. Ioüſa & frater eius Samſaluator globis plumbeis confoſſi ſunt, quos nonnulli à nobilitate conſulto proditos, & ad cædem expoſitos aſſeuerant, omnes equitum flammulæ, tormenta, ſarcinæ, commeatus in Nauarri poteſtatem venêre,
D 27. è primaria nobilitate deſiderati, quatuordecim manu capti. Eo prœlio militum & ducum munia ſtrennè functi ſunt Nauarræ Rex, Condæus, cuius equus ſuffoſſus, Comes Sueſſionenſis, Tremollius, Vicecomes Turanus, & alij pleríque, Lauerdini leuis equitatus ductoris fuga aduerſo rumore fuit, omnium Regij exercitus ducum rei militaris inſcitia, & damnata, & mulctata eſt.

Quæ fuerit cladis Ioüſæ origo.

Nauarrus Ligeris tranſmittendi conſilio deiectus eſt, quòd Rex Henricus amnem quà vadoſus erat, ad Pullium, & Donium concædibus & ſaxis obſtruxerat.

Nauarrus Ligeris tráſmittendi cóſilio, deiicitur.

Interea Germani anguſtiis intercepti, cùm aditum in Aquitaniam occluſum ſibi cernerent, Montargitium in Belciam flectunt, quos in itinere Guiſius VI. Kal. Nouemb. inclinato iam die tam opportunè ad Vimorium intercepit, vt plerique eo belli furto ceciderint, Germani tamen in vnum facilè coaluerunt, & ſarcinarum incurioſi aduerſa pectora in ho-
E ſtem tulerunt. Othna duabus plumbeis glandibus galeam Ducis Meduani tentauit, Meduanus acinace frontem eius valido ictu diſſecuit. Ea pugna centum Germani equites, 150. famuli deſiderati, trecenti equi iugales, duo cameli capti: è regiis quadraginta equites, & aliquot pedites ceciderunt.

Cùm in eo ſunt Dux Buillionius Caſtellandonium vi capit, quod Germanis prædæ fuit. Heluetiis à Rege quadraginta aureorum millia numerata, vt à Germanis diſſociati ad ſua ſe reciperent. Inde Germani Auneum properarunt, Guiſio veſtigia incedentium premente, qui cùm ſibi per emiſſarios ducis hoſpitium notaſſet, ad oppidum in planitie aciem inſtruit, & albeſcente die cùm plauſtra & carri itineri instructi vias obſtruerent, iamq́ue vaſa tertio tubæ ſigno conclamata eſſent, in oppidum irrumpit, obuios cædit, alios manu capit, octingenta plauſtra ſarcinis onuſta, torques, annuli, nummi, commeatus capti, equorum duo
F millia militi ceſſêre, Othna è muris deſiluit, & in paludibus latens periculo exemptus eſt,

Dux Buillionius Caſtellandoniũ vi capit.

alij penè omnes occidione cæſi: è XXIX. flammulis vix quinque in Germaniam, equi- A
tibus exarmatis rediêre. Guiſij vigilantia & celeritate victoria parta, cùm equites plauſtris
& vicorum anguſtiis impediti vix ſe explicare poſſent. Nec felicior fuit Germanorum pe-
ditum exitus, qui proximè Montargirium deleti aut armis exuti ſunt.

Dux Mercurij & Nemoroſius reliquias exercitus fame & ferro inſequuntur.

Reliquias infelicis exercitus Dux Mercurij, & Nemotoſius Matiſconem vſque ferro &
fame inſecuti. Germanis equitibus qui è clade ſupererant gratia facta, vt vexillis traditis
in Germaniam redirent. Quam legem auidè arripuerunt, Caſtellionæus abnuit, qui cum
centum equitibus ad Nauarrum iter affectans obuium habuit Mandelotum Lugduni præ-
fectum, ab equite ſatis, ab animo parum paratum, cuius copiæ ad Condricuium à Caſtellio-
næo conciſę ſunt. Diei nomen à pueris non verticordiæ, ſed vertidorſiæ conditum eſt, quòd
dorſum primo ſtatim conflictu hoſtibus vertiſſent.

Buillionius fuga Geneuam petit.

Dux Buillionius è fuga Geneuam tenuit, vbi 25. annos natus ægritudine animi oppetiit, B
cui Carlota Marchia ſoror hęres teſtamēto facta eſt, Lanouio tutore, qui Ducem Lotharin-
giæ in Sedanenſi agro graſſantem coercuit. Guiſius, & Marchio Pontimoſſonius Lotha-
ringiæ Ducis filius Germanos equites abeuntes ad Sancti Claudij cœnobium vſque ferro
& fame fatigarunt, in reditu Monbeliarti & Hericurti Comitatus, quia Germaniæ prin-
cipum erant, populationibus fœdarunt, ducentos pagos incendio vaſtarunt, tum in
Lotharingiam reduces facri fœderis nomine de Rege monendo vt ſibi regnoque proſpi-
ceret Nancij conſilia inſtituunt. Vulgara fama, Germanos Guiſiis opprimendis in Galliam
vocatos, à Guiſiis demum debellatos. Emiſſarij paſſim per vrbes miſſi, qui fœderi ſocios ad-
ſciſcerent.

Viri Pariſiis electi ad ſpargenda odiorum ſemina.

Pariſiis ſedecim viri in occulto electi, qui ſemina odiorum ſpargerent, inuidia aulam
inundarent. Vnus in ore populi, in ſinu cleri, in oculis nobilitatis Guiſius erat, vir manu C
ſtrenuus, compoſitus, iniuriarum tolerās, ioca & ſeria cū infimis pariter, & ſummis miſcere,
blanditiis animos vincere, beneficiis omnes emereri, conſilij prudens, acer, induſtrius, mili-
tiæ ſummus.

Claſſis in Angliam deſtinata ab Hiſpania Rege.

Id temporis Hiſpaniæ Rex claſſem in Angliam deſtinarat, cuius fama ſectam infregerat,
fœdus erexerat, ſedecim viri Pariſienſes cuniculis graſſabantur, Guiſius Cardinalem Bor-
bonium ad partes traxerat.

De conſilij ſententia, quod Nancij in Lotharingia habitum eſt, Placuit pegem moneri
vt ſeriò in ſectæ exitium incumberet, aula eos exigeret qui publicè infames habebantur,
Concilium Tridentinum in Francia firmaret, inquiſitionem per vrbes inſtitueret, bona ſe-
ctæ haſtæ ſubiiceret: ſectarios regno pelleret, exercitum in finibus Lotharingiæ Germanis
imminentibus opponeret. Regi libellus à fœderatis in has leges oblatus eſt, quibus Rex mi- D
tum quantum aſperatus ſit, à ſubditis ſibi leges dici, eos qui ex amicitia intima erant, abdi-
cari, inquiſitionem in Hiſpania aduerſus Mauros & Maranos repertam, in Franciam im-
portari.

Cōdæus veneno interfectus.

Et repentina Condæi mors animos fecerat, qui V. Non. Martias domeſticorum malefi-
cio occulta veneni vi anima intercluſa, ſiti ardens, euerſo ſtomacho in vomitum effuſus ani-
mam inter diros cruciatus egit. Inciſo corpore ventris ima liuida, & exuſta, extra ſanie fluen-
tia, os ſtomachi terebratum, vitalia omnia eroſa erant. Nauarrus in venenarios capire ani-
maduertit. Rex per Eſpernonium, in quem odia fœderis maximè ardebant, quòd in Ioiuſæ
locum mari præfectus eſſet, exercitum coegit.

Admiralis quis vocetur

Admiralem vulgò vocant, cuius nauali pugna idem imperium eſt, quod terreſtri equi-
tum tribunis. Eius præfecturæ ſub Capetis dignatio plurimum auxit, ad quam maritimæ E
rei periti ſiue alienigenæ, ſiue indigenæ forent vocati. Sub Philippo Pulchro Enguerrandus
Cucius, Hugo Quieretus, ſub Rege Ioanne Amorius Vicecomes Narbonenſis, ſub Carolo
VI. Ioannes Viennenſis qui claſſem mille ducentarum nauium in Angliam traduxit, anno
1386. ſub Carolo VII. Cliterus Brabantinus, Ludouicus Colautius. Sub Ludouico XII. &
Franciſco I. Brionius, Annebotius, Tremolius, cuius gratiæ datum, vt præfecturæ Britanni-
ca, & Aquitanica in vnam coaleſcerent. Sub Henrico II. & Carolo IX. Gaſpar Colinius, Ho-
noratus Sabaudus Villartius, Carolo Lotharingus Meduanus, qui eam præfecturam in Ioiu-
ſam contulit, à quo in Eſpernonium beneficio Regis tranſiit. Is in Senatu capite nudo enſe
diſcinctus, in genua procumbens ſacramento regis dixit. Mox Normaniæ præfectus Roto-
magum iniit quarto Non. Maias, paulò ante Pariſienſem tumultum, qui doliaris dictus eſt,
Idem Cohortem millenariam Picardiam Bononiam pergere iuſſerat, vt Aumalij conſilia F
diſiiceret.

Ea res

A Ea res Guiſium impulit, vt Lutetiam aduolaret, cùm Rex per Belleuteum virum integritate, & rerum vſu [illegible] denunciauit aditu vrbis abſtineret, ne in ancipiti Reſp. foret. Quæ denunciatio Guiſium fiducia ſuarum partium pro honore quem affectabat vehementer accenderat.

Guiſius Lutetiam aduolat.

Demum propoſiti tenax inumbrante veſpera nouem equites Lutetiam rapit, VII. Idus Maias Reginam matrem adit, a qua Luparam ad Regem deducitur. Euntem plebs tanta frequentia ſequuta eſt, vt vix turbam vix caperent, plauſus, acclamationes, vota bene precantium vbique perſonabant. Luparæ benignè exceptus eſt, & ſubitò dimiſſus.

Rex vt vim defenderet, quæ a plebe tentabatur per Bironium Equitum Tribunum IIII. Idus Maias anno 1588. exeunte, de nocte IIII. Heluetiorum millia, & Gallicas cohortes B prætorias in vrbem immittit.

Gaſtius prætoriæ cohortis tribunus minorem pontem ad Beatæ Virginis ædem Grillonius tribunus alter, vir animi interritus, pontem Sancti Michaelis occupat, Aumontius Equitum Tribunus ſclopetarius vicum oblongum ad pontem Beatæ Virginis vtrinque firmat, quibus popolus dolia lapidibus & terra aggeſta pro vallo opponit, eaque ad Luparam arcem promouet, Heluetios ferit, qui armis à Briſſaco exuti clamare iubentur, Viuat Guiſius. Regina mater ad Guiſium adit, oratque, turbas inhibeat. Ille rem ſui arbitrij eſſe negat.

Gaſtius prætoriæ cohortis tribunus.

Interea Rex monetur id agi, vt arce Lupara obſeſſa in inimicorum poteſtatem veniat, & exauguretur, plebeculam vim moliri. Hanc eandem plebem eſſe quæ Philippum Pulchrum pridem in prætorium templariorum, velut in cuſtodiam compulerit, Ducem Northmanniæ C Ioannis filium Epomidem rubro & cæruleo diſtinctam ſumere coegerit, vt peſtem defugeret. Reuocet in animum Malleotipos, Cabochios malleis, & clauis armatos, cruces S. Andreæ, & reliqua turbulentorum inſignia. Idem plebi ſuperiori anno per dies Paſchæ conſilium fuiſſe, non tamen vt nunc erupiſſe.

Rex de conſilij ſententia porta noua Pariſiis egreditur, Heluetiis & prætorianis cohortibus recedentem [illegible] cuius fuga cognita, Briſſacus oratori Angliæ rem enunciat, à Guiſio ſecuritatem offert, quam ille reſpuit, à ſolo Rege oratori ſecuritatem accipiendam eſſe ratus, & facinus in Regem patratum ab omnibus Europæ Principibus damnatum iri reſpondit. Briſſacus in minas & terrores ruere, vrgere, à furente plebe periculum imminere, fores prætorij ſui diligenter obſeraret, quod ille qui publicam perſonam gereret, omnibusque liberum ad ſe aditum aperire deberet, facturum negauit.

Rex Pariſiis egreditur porta noua.

D Rege vrbe pulſo XVI. viri per omnes fœderi obſtrictas vrbes literas ſcribunt, quibus Lutetiam laniena, & direptione ſingulari Dei beneficio ereptam ſignificabant, de nocte Heluetios & prætorianos milites immiſſos, qui omnia cædibus miſcerent, populum neceſſitate coactum periculum ceruicibus depuliſſe, Regem vulgatis conſiliis vrbe exceſſiſſe.

Rex [illegible] pellitur.

Interim aulici omnes admiſſis equis Regem inſecuti Carnutum veniunt. Guiſius libello edito factum purgauit, ſua in Regem officia, fidem, integritatem, publici otij ſtudium oſtendit. Poriti aiebant Regem, vt ſibi pro regia maieſtate conſuleret Guiſium, qui Lutetiam contra interdictum ſuum perruperat, per ſtipatores comprehendere, & in cuſtodiam dare debuiſſe, quod in Principe Condæo Franciſcus II. pene puer auſus erat. Plebeculam dilapſuram fuiſſe, factionis duces infractos Lutetia euolaturos.

Aulici Regem ſequuntur.

E Rex ipſe futuri anxius per literas ad primarias vrbes ſeditionem extenuat, & purgat, adeò animum fregerat, vt in exitium ſuum conſentiret. Guiſius ad Regem literas dedit fiduciæ plenas, quibus facti inuidiam deprecabatur, tum alias ad Ducem Lotharingiæ, & viros auctoritate pollentes, quibus zelum Catholicæ fidei, ſtudium pietatis, ſectæ odium, Regis Franciæ obſeruantiam prætexebat. Rex Reginæ matri dat negotium, vt per abſentiam rebus componendis ſtudeat, Guiſium deuinciat, populi turbas ſedet. Illa altero poſt Regis fugam die Senatum habet, apud Guiſium multa expoſtulat, nouos decuriones ex ſententia Guiſij creat, multi tribuni, ordinum ductores, regionum curatores exauctorati ſunt, Meldæ & Melodunum finitimæ vrbes fœderatorum præſidio muniuntur, ad Regem oratores à fœderatis Carnutum miſſi, qui Eſperuonium, & Valletam fratrem eius inuidia onerarent. Carnuto Rex Rotomagum venit, vbi ſingulari lætitia & pom- F pa exceptus fœderi aduerſus ſectam ſe principem dicit, odium in ſectarios internecinum profitetur

Rex per literas ſeditionem extenuat.

Edictum in gratiam fœderis à Rege ſubſcribitur.

Super ea re Idib. Iulij Edictum conditur in gratiam fœderis quod à Rege ſubſcriptum A
eſt. Rex ſummum armorum in Francia imperium Guiſio defert, titulum magiſtri equitum demit. Ducem Meduanum cum exercitu Delphinatum mittit, Ducem Nemoroſij Lugduno præficit. Archiepiſcopum Lugdunenſem beneficiis obſtringit, & eum Cancellarium deſignat, Cardinalem Borbonium primum regij ſanguinis Principem contra inſtituta maiorum pronuntiat, quibus filius patris locum implet. Ita Archembaldo aduerſus Hannonem patruum Borbonij Ducatus delatus, Artus in Normandiæ Ducatu Ioanni agris carenti patruo, tertio filio Henrici ſecundi Angliæ Regis prælatus, Ludouicus Niuerni Comes in Flandriæ Comitatu patruo potior habitus eſt. Filia Guidonis Lemouicum Vicecomitis in ducatu Britanniæ Ioanne Comite Monsfortio patruo potiore iure fuit. Henricus Albretius Catharinæ filius in comitatu Foxienſi Ioanne Vicecomite Narbonenſi. Richardus Eduardi filius patruos regni ſucceſſione deiecit. Sed id à Rege Henrico fœderati vicerant, vt hoc præiudicio ius Regi Nauarræ, & ſpem ad regnum interuerterent. Iidem expugnarunt, vt Rex Chiuernium Cancellarium Belleuræum primarium conſiliarium, & alios ſibi fidos conſilio conſpicuos exauctoraret, qui quanto Rempublicum interius norant, conſilio meliores erant.

Eſpernonius Dux duabus glandibus plumbeis appetitur.

Dux Eſpernonius Engoliſmæ à primo Decurionum ipſa S. Laurentij die in cubiculo duabus glandibus plumbeis appetitus eſt, qui animi intrepidus in percuſſoris iugulum inuolat, alium pugione confodit, nobiles qui in eius comitatu erant, ſicarios proturbant, & arce ſummouent, quam oppidani obſidione tentant. Id actum pridie Idus Auguſti, cùm vxor Eſpernonij illuſtri Candalæ gente orta in æde ſodalium S. Dominici pietati operaretur. Seditione ſedata nouus decurionum magiſter in locum demortui creatus eſt.

Inter hæc Duci Niuernio viro belli prudenti, & Catholicæ pietatis inter paucos tenaci, Rex belli negotium aduerſus ſectarios in Pictonibus mandat. Dux Mercurij copias Muntacutum duxit, vbi Nauarrus Rupella egreſſus in Nannetium ſuburbio Gerſei cohortem concidit. C

Claſſis Hiſpana Caleti littora legit, Angliā petens.

Cùm in eo ſunt, Hiſpana claſſis nauium numero formidoloſa, Olyſſipona ſoluit, & Caleti littora proxime Donkercham legit. In ea 136. maioris formæ naues erant, 20. bellatorum millia. Nihil tantæ claſſi præter fortunam defuit. Bono euentui lirandum erat, vt incolumis in Angliam appelleret. Penès Medinam Sidoniam ſummum imperium erat, qui felici velificatione vſus, quinto die à longè Angliam ſalutauit.

Dracus claſſem Hiſpaniā deſtruit.

Sed perincommodè cecidit, vt nauis ſubito igne arſerit, quàm Dracus maris præfectus inſiluit, mox Petri Valdeſij roſtratam nauim ſui arbitrij fecit, tum fugientium tergis hærens 12. roſtratas naues, & quinque armatorum millia exitio dedit. Deinde turbinibus ad Northuegam ſæuientibus claſſis adeò lacerata eſt, vt è centum 30. nauibus vix XXX. Hiſpaniam D
euaſerint, quæ clades fœderis animos in Gallia non fregit, ſed incendit vt regni comitiis publico iudicio ea decernerentur, quæ fidei Catholicæ otium, ſectæ excidium, regno Regem tantæ moli parem conſtituerent.

Ordinum conuentus Blœſas indicti.

Conuentus Ordinum ad XV. Septembris diem anni 1588. Blœſas indicti, vbi Rex ſolemnem ſupplicationem ante omnia habuit, ſua tribus Ordinibus in vrbe loca attributa, XVII. Kal. Nouembris, Curia comitiis aperta. Ea in longum 60. paſſus porrigebatur, in latum 25. Sex columnis lapideis ſuffulta, tapetibus acu pictis ſtrata, Rex loco ſublimi in ſolio, ad dextram paulò infra Regina, cæteri pro loco & ordine ſedebant, Rex compoſita oratione rerum actui principium dedit, quem excepit Montelonius ſigillorum cuſtos, & in eodem argumento eloquentiam, & fidem probauit. Tertio loco Bituricenſis epiſcopus orandi validus, Cleri partes ſuſtinuit, & audientium animos dicendi magis copia, quam virtutis opinione rapuit: pro nobilitate Baro Seneicius, pro plebe Decurionum Lutetiæ magiſter, quem Præpoſitum mercatorum vocant, ad rem accommodatè dixit. Altera comitiorum actio XV. Kal. Nouembris fuit, vbi Rex vltro in vnam ſanctam Catholicam Apoſtolicam. Rom. Eccleſiam iurauit, & reliquos iureiurando adegit, quo ſectæ pernicies, Catholicæ fidei propugnatio ſanciebatur. Edictum in eam rem eodem anno menſe Iulio conditum, in legem regni primariam, quæ pro fundamento imperij ſit, tranſierat.

Rex vt omnia in tranquillo eſſent, poſtulatis Ordinum annuit, & ad omnia æquiorem ſe præbuit. Præſides Mallerus & Bobierus probarunt mancipes ſalis quotannis 836. millibus aureorum publicum interuertere, quòd imis pretiis ſalinas redimerent, ſummis F
exercerent.

Inter

A Inter hæc Dux Niuernius in Pictonas exercitum traduxerat, in quo Caſtræus caſtrorum præfectus, Caſtancrius cohortis millenariæ tribunus, Sagonus equitibus ſerentariis præerat. Lex militiæ eſt, vt in præſidiarios qui oppidum propugnationi impar pertinaciter defendūt, capite animaduertatur: quo iure Maloleone oppido capto in obſeſſos capite vindicatum. Montacutium leges deditionis accepit.

Sub id rumor increbruit, in Prouincia Subalpina, Marchionatum Salucianum, & Carmagnolium firmiſſima oppida, vbi Regis armamentarium erat, à Duce Sabaudiæ intercepta eſſe. Is Carolus Emanuel Caroli Filiberti filius ſpe Geneuæ deiectus animū ad eas vrbes adiecit; quæ in fide Frāciæ erāt, vt color inſidiis quæreretur, ſuæ ditionis oppida per Diguierſiū ſectæ veneno infici apud Pontificem conqueritur, à quo poteſtate accepta per ſpeciem pietatis in res alienas inuolat, & fas gentium, ſacra affinitatis violat. Mox apud Regem inuiB diam rei deprecatur, & ſe fide manſurum aſſeuerat. Sabaudi Salucium ditionis Sabaudiæ ab antiquo fuiſſe defendunt, cùm reuera in ditione Delphinatus ea vrbs ſit, quæ nominatim inſtrumentu donationis Humberti expreſſa eſt. Alij ſcribunt Ducem Sabaudiæ fugæ Regis nuntio accepto, fœderi Guiſiano ea lege acceſſiſſe, vt Salūcium, & Carmagnolium arbitrij ſui faceret: quidam exiſtimant eum arbori cadenti ſecurim inijcere, & cùm filiæ Franciæ filius eſſet, partem aliquam ruentis imperij ad ſe tranſcribere voluiſſe, Hiſpanorum ſententia fretum, qui multa ne fiant prohiberi aiunt, quæ tamen facta teneant. Sabaudus cùm proditione Carmagnolium fruſtra tentaſſet, demum ex improuiſo per Sainſorlinum in vrbem irrumpit, mox arcem annonæ penuria præſidiariis dedentibus occupat, in qua ſuprà 40. tormenta omnis formæ fuêre. *Salucianus Marchionatus & Carmagnolium à Duce Sabaudiæ tentantur.*

Is per ioci laſciuiam nummos procudit, in quibus centaurus expreſſus, qui coronam inC uerſam pede calcaret, cùm hoc titulo, OPPORTVNE. Guiſius cùm iacturæ huius inuidiam in ſe trahi cerneret, conſilij certus, ante omnia ſectæ opes infringendas ait, quibus attritis in Sabaudi quæſtione parum negotij futurum. Rex cognito, has ſibi turbas paſſim cieri, & exterorum arma in ſe verti, vltionis conſilium format. *Cētaurus in nūmis à Sabaudo expreſſus coronā inuerſā pede calcā...*

Inter hæc Nauarro auctore ſectarij per libellum ſupplicem controuerſias fidei Concilio definiri expoſcunt, Ordines poſt Concilium Tridentinum fruſtra Concilium appellari reſpondent, Nauarrum Regni iure excidiſſe pronuntiant, apud Regem id vrgent, vt ſucceſſorem nuncupet. Rex ſe firmo corpore, reginam primo ætatis flore tollendæ proli habilem reſpondet, non committendum, vt Nauarrus indicta cauſa damnetur, crimen ſine accuſatore, ſententiam ſine conſilio, damnationem ſine defenſione nullam eſſe.

Cùm in eo ſunt, Duces Meduanus, Aumalius, & Eſpernonius per internuntios Regem D monent, caput ſuum peti, conſpirationem breui erupturam, malo caueret. Rex capita cum fidis confert. Idem tribus maximè rebus in ancipiti erat; obſeruantia quam Pontifici maximam ſemper detulerat, futuri metu, patrocinio conuentum, quod iuratus ſuſceperat. Tandem fidem iis non deberi ratus, in quibus fides fluxa eſſet, vltima conſilia ſumit, non carcere, ſed ferro rem gerere viſum, vt ſimul incideret, quicquid incidendum eſſet. *Rex caput ſuum peti monetur.*

Guiſius ab amicis monetur excederet, exitium promtum eſſe. Ille ad omnia cæcus obdurat, nihil fortunæ ſuæ arduum eſſe putat, ſe oculorum ictum, quaſi fulmen vibrante aduerſariorum omnium animum caſurum. Cùm autem iure quo Magiſtri palatij potiuntur claues regiæ arcis eius cuſtodiæ permiſſæ eſſent, eæ in aliorum manus de induſtria veniunt, per quos intromiſſi, qui cædem patrarent. *Guiſius ab amicis excedat monetur.*

E XI. Kal. Februar. Guiſius cum Rege in horto ambulans, & colloquens, inter alia iecit, in ſumma rerum nihil profici, Ordinum querelis non ſatisfieri, res in peius abire, ſe belli præfecturam, quam Rex detulerat vltro exuere, ne diutius triſte hoc ſpectaculum oculis hauriret. Rex ad hæc verba exarſit, & conſilium ſuum non vltra differendum ſtatuit. Poſtridie è quadraginta quinque ſtipatoribus ſeptem ipſo diluculo ſecretum colere, & tempori paratos eſſe iubet. *Guiſij cum Rege in horto colloquium.*

Interim tres Cardinales Vindocinus, Guiſius, Gondius, primas Lugdunenſis, Dux Guiſius, Tribuni equitum, Aumontius, Rhetius, & alij in cœnaculum veniunt. Cùm oculus Guiſio eo latere, quo glande plumbea olim confoſſus fuerat, ſtillaret, ſudariolum ſibi per Sauricium cubiculi regij Præfectum curari iubet: quidam in cœnaculo ſanguinem è naribus fluxiſſe, & cordis defectionem fuiſſe aiunt, vt ignem accendi, & pomis ſaccaro conditis cum F recreari oportuerit, cùm animus inſolita anxietate mali augurium traheret.

Mox

Guiſius Dux à ſex domeſticis protectoribus trucidatur.

Mox à Rege per Rebolium epiſtolarem euocatus ægrè cœnaculo pedem extulerat,& al- A
tera manu velum reduxerat,cùm ſex ex omni numero domeſtici protectores ſtrictis pugio-
nibus in eum inuolant,quos per cubiculum,quo animi & corporis robore erat,ſemel atque
iterum raptauit,donec vulneribus crebris pedibus ſtrepens concideret. Ad ſtrepitum Lu-
dunenſis Epiſcopus,& Cardinalis Guiſius aduolant, à quibus Larchanus ſtipatorum tribu-
nus aſpectu ſacri ordinis manus abſtinuit, & eos in anguſtum cœnaculum concluſit, Gui-
ſio doloris impatientia fulminante, Baſtidæ & Valencio Cardinalis cædes iubetur, qui-
bus abnuentibus, & ſacerdotij reuerentiam excuſantibus, negotium dilatum; Princeps
Ioinuilius Guiſij filius in cuſtodiam datur. Altofortius & Pericardus Guiſij amanuenſes, &
Bernardinus eiuſdem primus cubicularius correpti. Picardus omnia Guiſij conſilia regi
enuntiat.

Richelius præpoſitus prætorij cum aliquot armatis in Curiam plebeij ordinis irrumpit,& B
Præſidem Noullium,primum Decurionem Pariſienſem, Companum, Cottablanchum de-
curiones,Regium Ambiani iuridicum,Comitem Briſſacum,& alios plerosque carceri man-
cipat.Rex ipſe matrem Reginam adit, & ſe Regem æmulo ſublato pronuntiat. Illa incen-
dium grauius arſurum,niſi mature proſpiciat,oſtendit, mox Cardinalem Borbonium cuſto-
dia ſeptum viſit,vbi tantum oculis & auribus dolorem hauſit, vt ægritudine contracta No-
nis Ianuarij exceſſerit.

Guiſius Cardinalis & Primas Lugdunenſis ad mortē ſe cōparant.

Interim Cardinalis Guiſius, & Primas Lugdunenſis peccatis inter ſe ſacra confeſſione
expiatis, ad mortem ſe comparant. Guiſius ſtoreæ incubans altiſſimo ſomno correptus à
Primate excitatur, mox à quatuor ſtipatoribus Gaſtio cædem abnuente arceſſitus,& à Pri-
mate vt Deum cogitaret admonitus,ferrum recipit,& cadit.

Baro Luxius Primatis Lug. patrui cædē deprecatur.

Baro Luxius ad pedes Regis aduolutus Primatis patrui cædem deprecatur, quam ſua C
mutari velit.Ei vitæ gratia facta eſt,de quo cùm arcana fœderis Rex exprimere vellet,ſe ſo-
lius Pontificis forum agnoſcere dixit,cui reſponſum, in crimine maieſtatis epiſcopos Regi-
bus ab omni æuo fuiſſe obnoxios, qui de Ægidio Epiſcopo Remenſi, Deſiderio Archiepiſ-
copo Viennenſi,abſque Pontificis auctoritate cognouerint.

Antonius Barbingthonius in caput Reginæ Angliæ cōiurat.

Hac rerum vice Gallia iactatur, in Anglia Comes Antonius Barbingthonius impotens
Reginæ dominatu offenſus, in caput eius coniurat,re vulgata in coniurationis conſcios Kal.
Octob.anno 1587.fœdo ſupplicio animaduertitur. Maria Scotiæ Regina, quæ carcere atti-
nebatur,eius criminis inuidia conflagrauit, de qua cùm quæreretur, forum deprecata reti-
cuit,quòd Regina cum ſummo imperio eſſet, nullius iuriſdictioni, ſi regia priuilegia valent,
obnoxia.

Belleureus pro Maria Scotiæ Regina apud Eliſabethā patrocinatur.

Belleureus Galliæ Regis orator apud Angliæ Reginam id ipſum arctè tenuit, & defen- D
dit: Mariam quæ in ſinum Eliſabethæ vocata confugerit, quæ fidem eius ſequuta ſit, con-
tra fas gentium prodi non debere, ius ſanguinis violari, maieſtatem Regum in eius peri-
culo imminui. Comitem Flandriæ, iudicem qui ſententiam mortis Corradini recitarat,
in oculis Caroli Andegauenſis ſica confodiſſe, quòd inferior ſuperiori ius dicere auſus eſ-
ſet. Eliſabetha reſpondit omnes in Anglia turbas occaſione Mariæ arſiſſe, eius morte vi-
tam ſuam inſidiis eximi, & in tuto poni; ſententia in arce Sotterlingana 12. Kalend. No-
uemb. lata, anno 1586. ad 12. vſque Kalend. Martias anni 1587. dilata erat, qua Regi-
næ titulus Mariæ adimebatur. Eius recitationem illa tranquillo vultu & immoto accepit,
gratiaſque Deo egit, quod præſenti morte carceris moleſtias ob fidem Catholicam com-
mutaret.

Maria Scotiæ Regina ſecuri percutitur.

Poſtridie officia Deum curantia diligenter obiit, & collachrymantibus famulis animos E
fecit. Meluino domus præfecto in mandatis dedit, vt filio ſuis verbis Catholicæ fidei pie-
tatem commendaret, Deum coleret, & in eo ſolo ſpes ſuas reponeret, quòd ab homini-
bus præſidium ſit inualidum. Mox in aula maxima palatij regia, ſed miſerabili pompa,
poſt pias orationes, & ſacros crucifixi amplexus, caput ſecuri ſummiſit. Fœmina omnium
ſui ſæculi corporis dignitate maximè conſpicua, humanitate, prudentia, liberalitate, exi-
mia, ſed variis miſeriis toto vitæ tempore exercita, quæ à ſectariis regno pulſa, Rege Fran-
ciæ marito ipſo ætatis flore orbata, altero viro per ſcelus priuata, à tertio per ſummum fla-
gitium prodita, XIX. annos in carcere exegerit & demum cognatæ Reginæ iuſſu capite
truncata ſit. Eius morte lætitiæ ignes Londini arſere. In aula Regis Franciæ iuſtitium, &
luctus fuit.

Vuo caſtell[illegible]

Inter hæc in Flandria vis armorum no[illegible] reſederat. Vuo[illegible] caſtell[illegible] munitiſſimum ad F
Zoomber-

A Zoombergham X V I. Kal. Februar. anno 1587. Parmenſis decem & ſex aureorum milli-
bus à Margante Gallo præſidij præfecto redemit. Guilhelmus Stanleius Deuenterum op-
pidum Taſſio præſenti pecunia addixit, præſidiarij in partes Hiſpani tranſgreſſi ſunt. Op-
pidani armis exuti, Stanleius præſidio iterum impoſitus eſt.

lum à Parmēſi 1600. aureorū redimitur.

Mox Zutfenum Taſſio deditum, milites ſacramento Regis acceſſere. Hollandis Lin-
ceſtrij fides ſuſpecta fuit, cuius conſcientia tot oppida dedi creditum: quare Mauricio A-
rauſionenſis filio, adoleſcenti ſtrenuo, & ſupra annos prudenti, vicarij nomine, Hollandiæ
& Zelandiæ præfectura credita, milites in eius verba iurarunt. A Regina Angliæ auxilia
ſummiſſa, cùm interea peſtis, & annonæ penuria res Belgij acciderent. Parmenſis proximè
Brugas exercitum coegerat, quaſi Veliam prouinciam in Geldria ad ictum deſtinaret, Al-
tapennam & Motam eò tranſmiſerat, qui ad Incluſam propugnaculo inſidiis tentato con-
B ſilia vulgauere, ordines Incluſam opere & milite muniuere. In Altapennæ exercitu V I.
peditum millia, equites mille erant, quorum virtute munitionem ad Blancheberghum,
inter Oſtendam & Incluſam vi cepit, ad Incluſam ob copiam lacunarum, alueorum, ri-
uorum ægrè caſtris locum capere potuit, hoſtibus crebrò erumpentibus, à quibus centum
Regij cæſi.

Incluſæ propugnaculū tentatum.

Ea vrbs Incluſæ, vel Excluſæ nomen ſortita eſt, ab aggeribus quibus aquæ per canalem
Brugis affluentes concipiuntur, vt in mare ſe exonerent. Ibi portus olim trecentarum na-
uium capax, hodie aggeſtis arenis in anguſtum coactus eſt, vt vix nauigiis opportunus ſit.
Sinus maris in duo ſectus Calſandam inſulam intercipit, quæ ad Septemtrionem Eſcluſam
vſque porrigitur, ad occaſum mœnia alluit, & mediam vrbem interſecat. Ad mare caſtel-
lum opere firmum eſt. Aggeres canalis aliquot propugnacula vimineis doliis terra aggeſtis
C firmant, quæ vulgo tondellata dicuntur.

Incluſæ ſitus.

Dux Parmenſis inſulam Calſandam inſedit, & auxiliis per canalem iter interrupit, Mox
ad Breſquinum pagum diuerſa parte ſubſidere iuſſit, qui variis eruptionibus hoſtium vexa-
tus eſt, vbi Rhenius & Mansfeltius plumbeis glandibus vulnerati ſunt, Tondella-
tis munitionibus præſidiarij pulſi. Nauigia inſtructa, quæ aquarum emiſſaria obſtrue-
rent.

Altapenna inter hæc Geldriam vrbem de Scotis recepit, inde proxime Bolducum, Syl-
uam ducis in Aduaticis vocant, Holachium obuium habuit, à quo Angelemum propu-
gnaculum obſidebatur, & prœlio conſerto lethali vulnere confoſſus eſt, Veprius ſer-
uatis ordinibus ſuos in tutum recepit, quorum multi tormentis è claſſe in equites ful-
minantibus deſiderati, propugnaculum ab Holachio captum cui Crepacorio nomen fa-
D ctum eſt.

Geldria ab Altapenna de Scotis recepta.

Sub id ex Anglia Linceſtrius proximè Incluſam appulit, firmis auxiliis pollens. mox au-
ctis Oſtendæ copiis Blancheberghum propugnaculum ad ictum deſtinat, & cum Parmenſi
prœlio decernere ſtatuit, cuius aſpectu territus aditu fruſtra tentato Fliſingham rediit. Eius
abſceſſu Parmenſis Incluſæ cortinam 40. tormentis verberat. Hoſtes pontem è nauigiis
ſtratum igniaria naue immiſſa incendere conati ſunt, quæ tentatio fruſtra fuit, Parmenſi
vim ex facili eludente: quare ad leges deditionis ventum, quas æquiſſimas Non. Auguſti
acceperunt. Ea obſidio quingentis militibus Hiſpanis, aut Italis, & 45 ordinum ductoribus
exitio fuit.

Inter hæc Rex Daniæ per Henricum Renzouium de pace in Belgio conſtituenda cum
Parmenſi egit, qui Renzouium benignè acceptum cum amplis muneribus dimiſit. Renzo-
E uius in itinere contra fas gentium à Bauaris omni ſuppellectile exutus eſt. Cui noxiæ Rex
Daniæ vt vicem redderet L X. Batauorum naues in regni ſui portibus detinuit, ex iiſq;
30. millia Talarorum extorſit.

Rex Daniæ per legatum cū Parmenſi de pace in Belgio conſtituenda agit.

Eiuſmodi de pace colloquia minùs æquis animis Hollandi accipiebant, quod plebi ani-
mos frangi, & à belli oneribus reuocari dictitarent. Tum verò tanto tempore in imperio
habiti, & è publico damno priuatum quæſtum facere aſſueti eo animo non erant, vt in or-
dinem cogi ſe ſinerent.

Hannonia, Mechlinia, Arteſia, Flandria, Lilla faciliùs in fidem redierunt, quòd Regu-
li pace inita obliteratis offenſis res ſuas ſibi integras à Rege Hiſpaniæ fore ſciebant. Mau-
ritius Arauſionenſis minor natu filius, in re tenui pace firmata acturus erat, fratre priui-
legio ætatis primaria hæreditatis iura indepto, Holachius rebus compoſitis nullo nume-
F ro fore videbatur. Quare vno omnium conſenſu literæ ad Reginam ſcriptæ, quibus oſten-
debant, non tantùm pacificationem, ſed ipſam pacificationis mentionem ſibi acerbam, &

damnoſam eſſe, quòd publica mala priuatis commodis poſthaberent. A

Factiones in Belgio inter Holachiũ, Mauriciũ & Linceſtrium.

Id temporis inter Holachium, Mauricium,& Linceſtrium res factionum erat,inter quos ambitu graſſanre conueuite non potuit. Linceſtrius à Regina magiſtratu abire, & in Angliam redire iuſſus eſt.

Eodem tempore Martinus Scheinehius Bonnam in Friſia inſidiis intercepit, & diripuit, cùm Parmenſis milites, commeatus, armamenta vndique comportaret, & Angliam animo coqueret, ſed tanto cibo ſtomachum imparem habebat: oportuit ante mandi quàm concoqui. Pontifex maximus in hanc expeditionem ſtudio pietatis pronior erat, vt laborantes oues è lupi faucibus exſculperet,tum verò vt iura eccleſiæ Romanæ in eo regno aſſereret.

Stephani Poloniæ Regis exceſſu proceres in ſtudia diducuntur.

Cùm in eo ſunt,Stephani Poloniç Regis exceſſu proceres in ſtudia diducti ſunt,aliis Maximilianũm Archiducem Auſtriæ, aliis Sigiſmundum adoleſcentem Regis Sueuiæ filium B
depoſcentibus.Maximilianus victoriam in celeritate ſitam ratus,Beuzinum vrbem in confinio Sileſiæ ſui iuris facit,mox Ilchum XII.à Cracouia lapide capit, & in conſpectum Cracouiæ venit, ad quem Palatinus Cracouiæ, & Paſſouiſchius validam manum aggregarunt, magnus Cancellarius ad Ogrochriehum cum hoſte ſigna contulit, & numero ſuperior poſt ancipitem pugnæ aleam eum fudit.

Maximilianus ea clade non animo fractus, ſed ira incenſus, cognito Sigiſmundum cum exercitu Ciuitatem nouam appuliſſe, Sboroſchium mittit, qui primam aciem tentaret, in quam impreſſio tanta vi facta, vt fuga latè creuerit. Mox Sigiſmundo Cracouiæ ſumma lætitia inaugurato omnes in eius verba ſacramento adacti ſunt. Maximilianus ſpe deiectus aliam quercum excutiendam eſſe cognouit,quia hæc glans caduca non erat. Dum Poloni de Rege inter ſe ferro decernunt, Duces limitis Hungarici cognito tres Beios Turcos Co- C
panum conueniſſe, & lacum Balatonem, quo id oppidum ambitur, gelu concreuiſſe, ex improuiſo vim faciunt, & Caralim Copani Sangiacum deditione capiunt, alium leges abnuentem in propugnaculo cremant, tertius fuga elapſus eſt, ingens in oppido præda facta.

Quibus Turci, vt iniuriam redderent, ad Neſtinũm agros populati latè ſtragem dederunt, & longius impetum, cladem que tuliſſent, ni Georgius Sdrinus limiti præfectus manu facta inſidiis poſitis hoſtes præda onuſtos inopinantes oppreſſiſſet: omne penè cæſi, nonnulli manu capti, pauci fuga ſalutem expediuere. Sangiachus quinque eccleſiarum Alis purpurati filius, & Sangiacus Copani viui in poteſtatem venêre, tria amplius millia cæſa.

Franciſcus Rex Bungi in integrum reſtituitur.

Inter hæc in nouo orbe Franciſcus Rex Bungi per Quabacondonum ſummum Iaponis D
Imperatorem in integrum reſtitutus eſt, tanto plebeculæ plauſu, vt ſacro baptiſmi fonte omnes penè tingi voluerint, Gaſſunæ Rex in ordinem coactus ditionis ſuæ agris exutus eſt.

Quabacondonus nouem Xaicoci regna ſui iuris fecit, aut in amicos partitus eſt, ſed vt erat victoria ferox, & animi impotens captata occaſione Chriſti fidem vnà cum Ieſuitis ſacerdotibus Iapana exigere conatus eſt.

Iapanenſes oratores Europa peragrata Goam appellunt.

Id temporis Iapanenſes oratores Europa peragrata Goam pridie Cal.Iunias ſine offenſione appulerunt, Angli prædones iterum inſulam Sancti Dominici diripuerunt, quos Santacrucius veſtigiis claſſe centum nauium inſecutus, & ad promontorium Sanctæ Helenæ quadraginta nauibus incedentes aſſecutus, impetum facit, à quibus Mantichæ naues peſſimè acceptæ ſunt, periculum Rodericus Cheſada diſcuſſit, X X. naues An- E
glis ereptæ.

Odoardus Drachi nepos vulneribus onuſtus & captus.

Odoardus Drachi nepos vulneribus onuſtus, & captus eſt, ſex naues incendio periere, 18. fugam expediuere. Hiſpanorum aliquot naues profundis hauſtæ ſunt, Anglorum nouem millia cecidere,Hiſpani mille trecenti.

Prodigia in Quito.

Ineunte Septembri victoria parta, quo tempore in Quito terræ tremore turres euerſæ, hiante humo pagi abſorpti ſunt, aquæ putidæ ex opertis erupere, montes ſubſedere, ſtagna alibi exorta, alibi aborta,magno omnium terrore.

Ferdinandus magnus Hetruriæ Dux Cardinalẽ exuit.

Anno 1588.ineunte Ferdinandus magnus Hetruriæ Dux,quia ſacris ordinibus initiatus non erat, voluntate Pontificis Cardinalem exuit, vt ſe militiæ S. Stephani præfectum gereret,& liberis, ac iuſtis nuptiis operam daret, ne Hetruriæ principatus ad hæredes extraneos tranſiret. F

Iametium capitur.

Eodem anno exeunte in finibus Lotharingiæ Iametium à Duce Lotharingiæ deditione captum,

Digitized by Google

A captum, præſidiarij æquis legibus emiſſi, in arce plus negotij fuit, quæ & ipſa demum leges accepit, cùm auxilij nulla ſpes oſtentaretur.

Id temporis Angli Solucum amnem qui Scotiam ab Anglia diſterminat ponte tumultuario è cymbis, & lintribus frænarunt, vt Dunfreſium Scotiæ firmum oppidum ex improuiſo adorirentur.

Henricus Stuartus regij ſanguinis princeps præſidio vrbis præfectus tria millia peditum, 13. equitum vexilla coëgit, & Anglis omnia ferro flammaque vaſtantibus obuiam factus equitatum in hoſtem immiſit, ipſe ex vrbe duo millia peditum, & tormenta quinque rapit, mille alios pedites in latus hoſtem impellere iubet, qui tria Anglorum millia ceciderunt, Ioannes Iongeſius auctor irruptionis manu captus quatuor equis in diuerſa tendentibus diſtractus eſt.

Ioānes Iongeſius quatuor equis diſtractus.

B Mox per oratores inter Eliſabetham, & Iacobum Scotiæ Regem pacis commercia firmata, vt conſiliis ſociatis Hiſpanæ claſſis impetum frangerent. Regina 60. millia equitum; 40. peditum coëgit.

Philippus Rex eam claſſem inſtruxerat, vt vices Reginæ Angliæ redderet, quæ perduellibus in Belgium ſubſidia ſummittebat, & ducibus, militibus, pecuniis eos aduerſus legitimi Principis impetum firmabat, aliquot Belgij oppida Hiſpanæ ditionis præſidio tenebat.

Eius expeditionis exitus is fuit quem ſupra poſui. Draeus VII. lacera nauigia ſulphure, & ſale nitri ardentia in hoſtium claſſem immiſit, quæ vento aſpirante, ignibus erumpentibus Hiſpano terrorem & fugam iniecere, vnde clades, & exitium ſecutum. Regina per triumphi ſpeciem curru vecta fauſtis populi acclamationibus Londinum iniuit.

C Sub id Angli qui Mendeblini, Bracheli, Haiſdeni, Sangertrudembergæ in Belgio præſidium agitabant, cùm ſtipendia non procederent, Ordinum ſacramentum abnuerunt, quod pecuniis deliniti reſumpſerunt. Fliſinghæ item, Veræ, quæ & Canſota dicta, Ramuæ præſidiarij turbas fecere, quæ Reginæ mandatu reſedere.

Interim rumore cladis Hiſpanæ in Belgio vulgato, Parmenſis impetum in inſulam Tolenum vertit, vbi Renchius, & Mansfeltius aggeribus inciſis eluuione maris penè obruti ſunt, quadringenti amplius aquis hauſti.

Parmenſis impetum in inſula Tolenū vertit.

Bergha eodem ſucceſſu tentata, præſidiarij Scoti per ſpeciem prodendæ vrbis Parmenſem torquibus aureis emunxerunt, Hiſpanos quibus aditum in vrbem patefecerant exitio dederunt, & æſtu relabente plures alios alueo intereeptos merſere.

Inde Bonna non citra ſanguinem, Archiepiſcopi Coloniæ leges accipere coacta, principe D Chimaio Ducis Araſcotij filio, ſtrenuè rem gerente, mox Vaedendoncum à Mansfeltio deditione captum.

Cùm in eo ſunt Maximilianus Archidux ad Velunum alteram cladem accepit, & Bithinum caſtellum in Sileſia, quam olim Marningi & Lutibani inſederunt, fuga tenuit, cùm caſtris, tormentis, vexillis, ſarcinis exutus eſſet, vbi poſtridie obſeſſus, & captus eſt.

Eodem anno 1588. Feratus à Perſis ingenti ſtrage deletus eſt. In Africa tres noui ſectæ Mahometanæ doctores Monteuiridi egreſſi turbas fecerunt, & populum in ſtudia diduxerunt, vnde bella in Turcis arſere. Multa prodigia eodem anno nūnriata ſunt. In Dichmarſia quinque ſoles viſi. In Viuaria 5. Kal. Iulias mero meridie, cælo ſereno, ſol caligine obductus, propter quem gladius ſtrictus toto die incanduit.

Feratus à Perſis deletur.

Diemarchia quinq; ſoles & alia alibi prodigia viſūtur.

Nono Cal. Iulias Xiphias piſcis captus in quo natura variis imaginibus inſerat, & cruces, E equos, litteras, pugiones, vexilla, naues miro artificio expreſſerat.

Anno 1589. ineunte Pontifex Maximus Cardinalis Guiſij cæde offenſus, Regi Franciæ per commonitorium denuntiat, vt altero poſt eius promulgationem die, Cardinalem Borbonium, Primatem Lugdunenſem carcere eximat, quod niſi faciat cœtu piorum ſe motum, ac cenſuris grauiſſimis obſtrictum eſſe ſciat.

Tum VII. Kalend. Octobr. ex ſententia ſacri collegij, Cardinalem Caietanum cum ſummo imperio in Franciam legat, Lugduni centum millia aureorum fœderati curat, & in ſingulos menſes 25. millia ſpondet.

Sub id Chriſtina Lotharinga Ducis Lotharingiæ filia, Ferdinandi magni Hetruriæ Ducis nuptiis pacta, Lugdunum XV. Calend. Apriles tenuit, inde triremibus Pontificiis, Hetruſcis, Melitenſibus, Genuenſibus à Petro Medices Ferdinandi fratre, Genuam ducta, F vbi ſolemni pompa excepta eſt: tum Piſis & Florentiæ aduentus eius regia magnificentia celebratus eſt.

Chriſtina Lotharinga & Ferdinādi magni Hetruriæ Ducis nuptiæ.

Id temporis Siſtus V. alueo facto, deriuatis in mare aquis Pontinas paludes ſiccauit, vt

Pōtinæ paludes à Siſto V. ſiccatæ

ſementi accipiendæ, & frugibus ferendis habiles eſſent, quos Plinius Pomentinos agros A olim fuiſſe, & tanta vbertate luxuriaſſe ſcribit, vt 24. vrbibus alendis ſufficerent, quamquam in ambitum ægrè decem millia paſſuum complecterentur.

Eas à Cornelio Cethego conſule primùm ſiccatas, tum à Iulio Cæſare tentatas, & Augusti ætate ſoli fœcunditate præcipuas fuiſſe conſtat, ſcribente Horatio:

Sterilisq́; diu palus, aptaq́; remis
Vicinas vrbes alit.

Deinde à Theodorico Rege aquis emiſſis in formam agrorum redactę, & opere ruſtico ſubactę ſunt, demùm cùm iterum diluuio merſę eſſent, à Siſto V. dilabentibus alueo aquis in integrum reſtitutæ, & aratro proſciſſæ ſunt, vt ſementi & agricultioni opportunæ eſſent. Idem portum Antium quem Nero tot ædificiis ornarat arenis exhauſtis integrare, Tiberim ad Otriculos ponte ſternere viatoribus tranſmittendis inſtituit, cùm ad omnes caſus quingentas iam aureorum myriadas in arce S. Angeli extruxiſſet. B

***

IVLII CÆSARIS BVLENGERI HISTORIARVM

LIBER OCTAVVS.

A DVM res Italiæ in eo ſunt, Henricus III. Galliæ Rex morte Guiſiorum in aliud atque aliud conſilium traductus, ob ancipitem etiam ſuorum voluntatem erga ſeipſum, ad ſe ipſe tamen redijt, ita vt res maximi negotij manu celeri ſollicitaret, necnon perficeret. Interea Aurelianum Regis ſacramentum exuit, & Andegauum arcis præſidio impoſitum oppugnat. Pariſiis Fœderati Luparam arcem diripiunt, regias gazas inuolant, & eos omnes qui Regi fidi ac obnoxij eſſent vexant, lacerant, in vincula coniiciunt. Callidi rerum potum aiebant Regem ſi protinus ab obitu Guiſij exercitum Niuernio Duce in Pictonibus fulminantem reuocaſſet, ſeq; in armis Aurelianenſibus oſtentaſſet, Meduano Lutetiam magnis
B itineribus repetenti aditum obſtruxiſſet, res in tranquillo futuras fuiſſe, ſed edictis pacificationis, obliuione præteritorum publicata, bello ſatisfactum ratus, omnibus ſedatis, vtcunque ſpatiari poſſe & quieſcere arbitrabatur, nec nouis conſiliis vulgus deliniendum cenſuit, quod ſatis ſua ipſius audacia turbidum eſſe ſolet, niſi vim metuat. Armis abſtinendum exiſtimauit, vt ſubditos ad ſe acceſſeret. Sed nimia fide ſuis rebus fortè cautum voluit: nam dum ipſe Rex armis abſtinet, dum pacem colit, dum Niuernij operam abnuit, dum Regis Nauarræ ſocietatem aſpernatur, in eas anguſtias coniectus eſt, vt reliquis vrbibus excluſus, Turono & Blœſis quaſi carcere includeretur.

Aurelianū Regis ſacramētū exuit.

Sub id, Nauarræ Rex Guiſij cæde vulgata Niortium ad ictum deſtinat, Sangelaſius, cui negotium intercipiendæ vrbis datum erat, verſo Cognacum itinere, protinus reflectit, & proximè Niortium conſiſtit, tum per Ranquium, Valierum, & Gentilem explorata foſſa
C crepitacula ferrea igniarij puluetis ad portas per ſilentium noctis, & ad mœnia ſcalas admouet, per quas enixi milites vigilem de muris præcipitant, ſtationem ad portas obtruncant, crepitaculis pontem, & portas refringunt, Sangelaſius, Rambutius, Parabellius in forum mercimoniorum, quod in media vrbe ampliſſimum, & capaciſſimum eſt, procedunt, Rambutio ſariſſa oculus erutus, Sangelaſio vrbis præfectura, Parabellio arcis credita eſt, direptione vrbis temperatum, ſacro ordini, & plebi conſultum eſt.

Id temporis Nauarri mors rumoribus agitata eſt, quòd febris violento æſtu decubuiſſet, reualuit tamen, & ruenti Galliæ ſubſidio fuit.

Nauarrus ruēti Galliæ ſubſidio eſt.

Inter hæc Lutetiæ XVI. viri omnia ſuſque deq; ferebant, pecunias in belli ſumptus corradebant, conuitia, probra, diræ deteſtationes libero ore paſſim in Regem congerebantur, omnes fremebant, furebant, bacchabantur. Guiſij præconia in officinis, in popinis, in
D pulpitis celebrata, ſacer ordo è ſuggeſtu fulminabat, Claudium Guiſium ſub Franciſco I. Marignani die aduerſus Heluetios pro mortuo iacuiſſe, Franciſcum Guiſium filium eius probata toties Henrico, Franciſco, & Carolo Regibus fide, ac virtute, Aureliani ſectæ inſidiis oppreſſum eſſe, Henricum Guiſium Iarnaci, Senonibus, Pictauis, Moncontorij, Alnei, Vimotij, Gallia liberata, Blœſis trucidatum, corpus crematum, cineres in aërem ſparſos, &

cætera talia inculcabant. Qui res ſuo momento æſtimabant, Henricum Guiſium Iulio
Cæſari geminum fuiſſe aiebant. Hic à Regibus Albanis per matrem, à Venere per patrem
ſe genus ducere iactabant, ille à Regibus Hieroſolymitanis paterna origine à Regibus Gal-
liæ, materna per Annam Eſtenſem filiam Renatæ Ludouici XII. filiæ genus ſe trahere
gloriabatur.

Guiſius Cæſari aſſimulatur.

Cæſar ſtatu procero & firmo, vultu ſolido & ſuccido, oculis viuidis, & illicibus erat. Gui-
ſius forma inter paucos conſpicuus, corpore robuſto, ſtatura quæ iuſtam excederet, vultu
amœno, oculis adeò vegetis, vt quamuis in magna turba ſuos acie figeret. Cæſar ambitu in-
gens, cui Guiſius ægrè concederet. Cæſar in rebus agendis neminem celeritate parem, aut
Guiſium habuit. Cæſar & Guiſius initium, & exitum conſiliis pariter dabant, pro tempore
ſimulabant, diſſimulabant, occaſionem ſibi è manibus elabi nunquam ſinebant, exigua ma-
nu ingentes hoſtium copias profligabant, militum animos comitate deuinciebant, vt ſine B
ſtipendio plus iuris in militem, quàm alij cum ſtipendiis haberent, quod per ſe perficere po-
terant, in eo alterius opera vti turpe ducebant, vterque publicum otium priuatæ dignitati
poſthabebat, vtrique vaſtus animus, & profunda imperij libido, vterque Reip. maieſtatem in
ſe trahere ſtudebat, vterque conſortem dignitatis abnuebat, vterque patrimonium partibus
fouendis exhauſerat, vterque populi ſtudiis inclaruerat, vterque in ſenaculo cæſus, vtriuſque
corpus igne crematum eſt.

Meduanus cædis nuntiũ accipit.

Meduanus ipſa Domini Natalis die ſub Veſperam Lugduni cædis nuntium accepit, &
poſtridie in conſilio vulgauit, quem plerique monuêre, ne ſe plebis ſtudiis committeret, vul-
gus infidum bonis, quieti & otio aduerſum eſſe, vnius imperij corpus, vnius animo regen-
dum, omiſſis præcipitibus tuta capeſſeret, priuatis cogitationibus regreſſum eſſe, & prout
velint plus minus ſumi ex fortuna, imperium capeſſentibus nihil medium inter ſumma & C
præcipitia.

Meduanus Lugduni inſidias cauſatur.

Sed dum ſuas ipſe ſpes anteire parat, inſidias Lugduni cauſatus, vrbe egreditur, & Cha-
lonij (quod Cabillonum in Gallia Lugdunenſi olim fuiſſe aiunt) arcem præſidio munit, mox
à Rege rogatus, vt otio ſtuderet, animos erigit, per Roſnæum & Sampaulium primaria
Campaniæ oppida ſui arbitrij facit, Diuioni populum ad partes trahit, ſenatum vrbe pellit,
optimates carcere claudit. Tricaſſibus regia pompa excipitur.

Archiepiſcopi Bituricenſis oratio.

Interim in conuentu Ordinum cùm nonnulli cenſerent omittenda potiùs præualida &
adulta vitia, quàm hoc aſſequi, vt palam fieret, quibus vitiis Gallia impar eſſet, omnia priſ-
cum ad morem non poſſe reduci, Archiepiſcopus Bituricenſis vir dicendi peritus, pruden-
tiæ validus, ſacri Ordinis nomine plura capita poſuit, in quibus vulgò peccaretur, ſacerdò-
tia vænire, omnium rerum ignaros gratia, aut pretio ad ſacros Ordines promoueri, cœnobia D
olim Doctorum, & piorum hominum domicilia laicis, nobilibus, militibus, fœminis aſſigna-
ta, ſceleratorum & ludium conciliabula fieri, ſacerdotes, & parochos poſſeſſionibus exturbari,
& potentiam iniuriis obruti, prædia Eccleſiæ addicta diſtrahi, alienari, plura beneficia
vni & eidem attribui, valetudinariis reditus ereptos in iura priuatorum tranſiiſſe, ignobiles
militiæ S. Ioannis accenturiari, Academias perditas, ac profligatas eſſe, nobiles ad arma non
inſtitui, pedites latrocinijs, & rapinis graſſari, regias pecunias ab ærarij præfectis profundi,
iudices non ex lege, aut conſuetudine, ſed ex æquitatis opinione lites decidere, officia & ma-
giſtratus pecuniæ, non virtuti & doctrinæ addici, & cætera talia, quę facilius incuſantur,
quàm emendantur, poſt longas & ancipites velitationes re infecta comitiis dimiſſis volun-
tare regis quiſque ad ſua ſe recepit.

Rex interea Aumontium Tribunum Equitum Aurelianum cum firmo equitatu mittit, E
vt Aumalium militiæ Melitenſis equitem vrbe exigeret. Tria peditum millia Pariſiis auxi-
lio ſummiſſa ſplendidè armis ornata in itinere per Fargium, & Montignium cęſa, aut armis
exuta ſunt.

Galli Sorbonæ ſententia pronuntiantur liberi fide ſacramẽti regij.

Pariſiis Sorbonæ ſententia Galli ſacramento regij fide liberi pronuntiantur, quæ res vt
ſine mora procederet, per Buſſium Clericum omnium litium depectorem, infimæ notæ ta-
bulam, Præſides omnes, & Senatores præcipui nominis in Baſtiliæ munitionem, cuius præ-
ſidium per vim arripuerat, coniecti, pecuniis emunguntur. Dux Meduanus Pariſiis Regem
agens pro libidine omnia circumagebat, Carnutes Surdiſium pręfectum, cui plurimum
debebant, vt Regi obnoxium, vrbe exigunt, Rotomagenſes Meduani legibus vltrò ſe ſub-

Durantius Toloſæ ſenatus princeps trucidatur.

dunt, Toloſani IIII. Idus Ianuarias anno 1589. Durantium ſenatus principem mox Aduo-
catum regium trucidant. Cenomani Fargium vrbi pręfectum vinctum Lutetiam depor- F
tant, Boſcodelfinium præfectum aſciſcunt, pleroſque regiarum partium obtruncant. Dux
Mercurij Britonas in Armorica ſibi obnoxios facit, Aquę Sextiæ, Arelate, Maſſilia à Comite

Carcio,

A Catcio, & Vinio in partes trahuntur, Lugdunenſes fidem exuunt, & Duci Nemoroſio ſe
permittunt, Pictauium deficit, & turbas mouet, Pariſiis regij bonis euertuntur, & odio ſubii-
ciuntur. Turbulenti fœderis conſilium Lutetiæ 40. capitibus conſtituunt, è quibus nouem è
ſacto Ordine, VII. è nobilitate, viginti tres è plebe fuêre. De die nudipedalia celebrata, ſup-
plicationes indictæ, quibus acri hyeme albati, linteati, nudis pedibus glaciem & niues viri
fœminæ, pueri, puellæ, ſenatores, mercatores, ſodales, cœnobiorum, & Collegiorum cal-
cabant.

Id ſpectaculum mihi tum iuueni magis ad oculos, quàm ad animum reſpondebat, clades
animo præcipienti, quæ mox ſecutæ ſunt. Pietas in plebe probabatur, factionis artes diſplice-
bant. Rex vt ſtudia populi alliceret, & pacis paratios haberet, matrem Guiſiorum Nemoro-
ſiam, Cottablanchum, Companum decuriones Pariſienſes Lutetiam remittit, à quibus in-
B cendium non exſtinctum, ſed ventilatum eſt.

Quare Rex ipſe iniuriæ dolore ardens, Meduanum, & omnes fœderis conſcios maieſta-
tis reos pronuntiat. *Meduanus maieſtatis reus pronũciatur.*

Inter hæc Ganacha in limite Pictonum, & Britonum deditione capta, Niuernius ad Re-
gem cum victore exercitu redit, Catalaunenſes in Campania Roſnæum Guiſium fidum vr-
be exigunt, & Regi ſacramento dicunt, Dux Longuauillæ S. Quintini oppidum, & Compē-
dium in fide Regis retinet. Morini ſacramentum Regis exuunt, ita vt tota penè Picardia in
partes fœderis transiret, Curia Pariſienſis à Rege Turonum arceſſitur.

Nauarræ Rex mandatu Regis eodem cum valida manu XIIII. Kalend. Maias ap-
pellit, vt Meduano occurreret, qui decem & octo millia peditum, duo equitum oppri-
mendo regi Turonum trahebat. Eſparnonius duo millia peditum, quadringentos equites
C ad Regem præcipiti feſtinatione rapit, quem Rex Blœſas properare, & præſidio firma-
re iuſſit.

Interim Meduanus Turonum aduolat, ſuburbium & Samſymphorianũm occupat, cùm
Nauarrus Salmuriam, Eſpernonius Blœſas ad incerta belli abiiſſent. Rex Turoni depre-
henſus Heluetio Gàlariſio Duce, & duas prætorias cohortes Rubempreo, & Gerſeo mili-
tum tribunis aduenienti hoſti opponit, Aumontium pontem inſidere iubet, dolia terra, &
lapidibus aggeſta per vicos exſtruit, Nauarrum & Eſpernonium ad ſe retrahit, & totum
diem velitando extrahit. Cāſtellionæus peditum Nauarri magiſter inclinata iam die ad
Regem aduolat, Nauarrus ipſe cum exercitu inſulas in proximo poſitas vallo & aggere mu-
nit, cuius aduentu Meduanus perculſus derelicto ſuburbio pedem refert, de quo veſtigiis
ſequendo conſultatum. Rex duplicis Henrici periculum cum carolino faciendum eſſe
D per iocum & riſum negauit. Ioci venuſtas in eo eſt, quòd apud nos carolinus nummus æ-
reus ſeſtertio minori Romano, id eſt, duobus aſſibus æreis, & ſemiſſe æſtimatur, duplex
Henricus nummus eſt aureus, ſolido Romano par, aut potior, centum ſexaginta carolinis
conſtaeatus. Senliſium vrbs in finibus Morinorum fide manſerat. Dux Monpenſerius in
Northmania, Neuſtriam vocarunt, Faleſæ præſidiarios profligarat, ſex bellatorum mil-
lia Briſſaco duce, tumultuaria deleuerat, tria millia deſiderata, mille ducenti milites ma-
nu capti. *Meduanus Saſymphorianum occupat.* *Duplex Henricus.*

XV. Kal. Iunij Caſtellionæus ad Bonneualium pagum in Carnutibus cognito trecentos
equites Picardos Sanẽſio & Broſſio ducibus, & aliquot ſcloppetarios equites itineri & præ-
lio ſimul incedere, aciem inſtruit, & obuiam factus manum conſerit. Sauenſius primos Ca-
ſtellionæi ordines perrumpit, Caſtellionæum equo deturbat, qui pedes rem manu ſtrenuè
E gerit. Haremburius & Fuchetollius admiſſis equis ſubſidio aduolant, Sauenſium, præcipitem
agunt, centum 80. bellatores concidunt, ſcloppetarios ſternunt, quadraginta è primaria no-
bilitate manu capiunt, quæ clades magno luctu Pariſiis accepta eſt.

Id temporis Senliſium à Pariſienſibus obſeſſum eſt, ruina edita fœderati vim faciunt,
quam oppidani ſtrenuè ſuſtinent, ac refutant, mox Longuauilla, Humetio, Bennīueto, La-
nouio ducibus regiæ copiæ adueniunt, quæ Duci Aumalio prœlij copiam faciunt, Lano-
nius minora tormenta, colubrinas, & campeſtres machinas inter peditum ordines opportu-
nis locis diſpoſuerat, quibus hoſtes militiæ rudes obtriti, fugā primo incurſu capeſſunt, mille
quingenti cecidere, ſarcinæ, & tormenta capta, Aumalius fuga elapſus. Eſpernonius Monte-
reum ad Ionnæ fauces aſtu intercepit, Arx Vicennatum proximè Lutetiam commeatu &
præſidio munita eſt, Giurius tormentis Lutetiam fulminant, ſuburbia incurſionibus in-
F feſtauit. *Senliſium à Pariſienſibus obſeſſum.*

Diuerſa parte Comes Sueſſionum, quem Rex Armoricæ Britonum prouinciæ impo-
ſuerat, ad Caſtelgyronium proximè Rhedonas à Duce Mercurij fuſus, & captus eſt, in cius

locum Dombius Princeps in Britonas à Rege cum exercitu miſſus eſt. Rex ad Bellogen- A
ſium cum Nauarro copias coniunxit. Poſtridie Gergeum corona cinxit, & vi cepit, vbi
Caſtræus Aureliano egreſſus, vt poſtremum regij exercitus agmen carperet, à Duce Mon-
baſonio, & Marchione Neſlæo fugatus eſt, quinquaginta loricati equites cæſi. Mox Stam-
pæ à Rege expugnatæ.

Interim Sanſius Heluetios & Lanſquenetos, pedites Germanos mercede conductos ad Regis copias aggregauit, III. Non. Iulias Pontoſium deditione regi acceſſit, in cuius exercitu 40. bellatorum millia id temporis cenſa ſunt, quorum ope Sanclodoaldi pontem vi cepit, vbi cùm in Gondij voluptuaria villa ſederet, à Iacobo Clemẽte iuuene 23. annos nato S. Dominici ordinis ſodali, quem intra cubiculum admiſerat, literas offerente, ad ventriculi latus cultello Kal. Auguſti confoſſus eſt. Clemens à Nobilitate actutum pugionibus transfactus malam pellem oppetiit. B

Rex à Iacobo Clemente Ordinis S. Dominici ſodali cultello confoſſus.

Ex eo vulnere Rex poſtridie exceſſit, vir fidei Catholicæ diligens, ad pietatis officia pronus, dicendi validus, literarum & ingeniorum fautor, in omnes liberalis, rebus in adoleſcentia geſtis clarus, quæ maleſano quorundam conſilio & factione defecêre. Poſtrema eius verba Deum ſpirantia ſummum pietatis ſenſum in viro Principe teſtata ſunt. Regis obitu, vt Regij in lacrymas, ita Fœderati in lætitiam ſoluti ſunt. Percuſſoris monachi effigies auro & argento ſculpta in ſacris ædibus Lutetiæ ad occultum propoſita, parricidæ martyris honor, & titulus additus, omnes eius gentiles, & affines muneribus largiter aucti.

Carol. Card. Borbonius Rex renunciatur.

Dux Meduanus Carolum Cardinalem Borbonium Regem renũtiat, & eius effigie nummos excudit. Tum titulo Proregis auctus, Caroli X. Regis auſpiciis edictum Non. Auguſti vulgat, quo pios omnes ad Catholicæ fidei defenſionem aduerſus Nauarrum ſectæ principem hortatur. C Nauarrus eo ſe animo eſſe oſtendit, vt Catholicam fidem mentiri, & Deo fucum facere, Nobilitati imponere, ſectam in qua eductus ſit temerè exuere non poſſit, vbi erroris ſeriò conuictus Concilij decreto fuerit, ſe in alia omnia iturum, & pietatem Catholicam omni ſtudio complexurum. Cùm eius copiæ in dies dilaberentur, in Northmaniam flectit, vbi Reginæ Angliæ ſubſidiis recreari poſſet.

Diuerſa parte Rendanus Comes in Aruernis pleraſque vrbes fœderi adiunxit. Senatus Toloſanus, & Burdigalenſis in eos qui à Nauarro facerent, quaſi ſectæ affines grauibus edictis fulminarunt.

Nauarrus Hẽrici corpus Cõpendiũ efferendum curat.

Meduanus Nauarrum modica manu recedentem veſtigiis ſequebatur, qui Henrici corpus Compendium vrbẽ in Morinis celebrem, ac munitam efferendum curauit, & in trãſcurſu Meulanum, Giſortium, & Clermontium recepit. Idem Longuauillam in Picardiam, Au- D
montium in Campaniam cum parte exercitus miſit, Tertiam in qua mille loricati equites, duæ Heluetiorum cohortes, tria Gallorum peditum millia erant, ipſe in Northmaniam duxit, Rulerus præſidio pontis arcę impoſitus munitæ vrbis, decimo à Rotomago lapide aduentanti occurrit, & in eius verba vltrò iurauit, inde Dieppam vetus emporium nobile, vbi ſumma lætitia à Chaſtio vrbis præfecto exceptus, à Verono Cadomi præfecto omnibus officiis procuratus eſt.

Mox Nouocaſtellum vrbem corona per Hallorum, & Guitrium cinxit, Fœderatos ſubſidio vrbis miſſos cecidit, vrbem deditione recepit. In exercitu Meduani tria equitum millia, XV. peditum cenſa, quibus Nauarrus obruendus putabatur. Is Longuauillam, & Aumontium per internuntios extemplò ad ſe reuocat, vt tota mole belli Meduanum incurreret. E

Interim Arquis caſtrametatur quinto à Dieppa lapide, & foſſa, vallóque ſe munit, in colle tormenta locat; ipſe ex arce hoſtes aditu ſummouere parat, XVI. Cal. Octobr. duobus locis impetus vtrinq; factus, & manu ſtrenuè pugnatum, qua velitatione Fœderatis magna clades illata.

Nono Cal. Octobres mille Fœderatorum equites, 8. millia peditum, vim faciunt ad leproſorum valetudinarium, quod à Rege ſedulò munitum octingentos ſcloppetarios, quatuor Germanorum peditum, tria equitum ferentariorum ſigna, & tres equitum loricatorum vexillationes ceperat.

Primo impetu Sagonna vnus è primariis Fœderis ducibus laceratus eſt, cæteri fugati, qui mox recentibus auxiliis aucti regios fundunt, Heluetij Gaulatiſio duce prœlium reſtituunt, tormentis è loco ſuperiori verberantibus, & Fœderatos ſummouent. F

Germani trãſfugium ſimulant.

Inter hæc Germani Fœderatorum pedites transfugium ad regios ſimulant, à quibus in partes admiſſi, Bitonum glandibus plumbeis foſſa & aggere deiiciunt, regios milites, &

Helue

Digitized by Google

A Heluetios armis exuunt, & Fœderatos in partes vocant, in quos Monpenſerius, & Caſtel-
honæus cum firmo equitatu & quingentis ſclopperariis tanta vi incubuerunt, vt eos Vale-
tudinario & foſſa eiecerint. Eò Rex duo tormenta tranſtulit, quibus Germani Fœderati gra-
uiter accepti ſunt. Tot cladibus territus Meduanus, quia tentatio ea parte parùm ſucceſſe-
rat, in partem ex aduerſo poſitam caſtra tranſtulit, vbi crebris eruptionibus peſſimè habi-
tus, eſt qui Regem Nauarræ caſtris exuere, & in Angliam expellere potuit, ſi Lotharingo
Principi Marchioni Pontimuſſano ſuum decus ac locum ſeruaſſet. Sed dum malo ambi-
tu præuaricatur cognito Comitem Sueſſionum, qui aſtu è cuſtodia Ducis Mercurij ela-
pſus erat, Longuauillam, Aumontium, expeditis itineribus aduentare, conuaſari iubet,
& magno dedecore Lotharingo Principe abeunte, cuius ratio habita non erat, exerci-
tum in Picardiam traijcit, Nauarrus coniunctis cum Sueſſione copiis, Gamachiam, &
B aliquot alia oppida recipit, mox Dieppam redit, vt quatuor Anglorum millia, quæ
Regioa ſummiſerat, exciperet. Inde Lutetiam properat, quam pridie Kal. Nouembris coro-
na cingit.

Poſtridie ſuburbia ſeptem à porta Neſlæa ad Portam S. Victoris inuolat, & diripit, octin-
genti Fœderati cæſi, quatuordecim vexilla, XIII. tormenta capta, nullo regiorum deſide-
rato, tanto Pariſienſium terrore, vbi tunc agebant, vt vrbs, ſi Rex vim feciſſet, in eius fidem
vltrò conceſſura videretur. Rex tantæ vrbis nomine territus vim abſtinuit. Kal. Nouem-
bris de nocte Meduanus Lutetiam irrepſit, poſtridie Nauarrus in patenti camporum æquo-
re proximè vrbem aciem inſtruit, & pugnæ copiam facit, à qua Meduanus fortuna Regis
territus abſtinuit.

Fœderati malè tractantur.

Inde Rex Stampas, Ianuillam, Caſtellodunum recipit, Vindocinum patrimonij ſui op-
C pidum tormentis verberat, & eodem die vi capit, & diripit, Malleum Benehartium præſi-
dij præfectum ſecuri ferit, ſacro Ordini miniſteria, & bona integra eſſe iubet, Lauerdinum,
Montorium, Montem Richardi, Caſtellum Lorium ſui arbitrij facit, Cenomanum obſi-
det, cuius præſidio Boſcodelphinius impoſitus. Is Suburbia euertit, ne regi vſui eſſent, quod
damnum centum millibus aureorum æſtimatum eſt, in muniendа vrbe quinquaginta au-
reorum millia ciuibus extorta conſumpſit, agros latè populatus eſt, & tamē qua ignauia fuit,
ad primum tormentorum ſonitum animo concidit, & leges vltro accepit, Rex vrbis dire-
ptionem inhibuit, Alenſonium ad deditionem traduxit.

Suburbia euerſa.

Monſtri loco acceptum, Regem duorum menſium ſpatio, numeroſum exercitum tor-
mentis validum, quadringinta millia paſſuum traduxiſſe, ſuburbia Lutetiæ vi cepiſſe, ſex
vrbes obſidione cinxiſſe, pugnando viciſſe, quindecim vrbes recepiſſe, agros Vindocinen-
D ſem, Turonenſem, Cenomanenſem, Andegauenſem hoſtium moleſtia liberaſſe, Briſſacum
Faleſiæ præſidio impoſitum ad deditionem coëgiſſe, manu cepiſſe.

Regis victoriæ receſentur.

Diuerſa parte Meduanus arcem Vincennarum vi, Ponroſium deditione cepit, qui vt
temporum callidus, & vſus peritus erat, haſtas prope abiecit, & fœderis exitium animo præ-
cepit. Itaque ex eo famæ ſuæ potiùs, quàm victoriæ velificabantur. Nihilo ſecius Senatus
Rotomagenſis decretum vulgauit, quo regij omnes diuinæ & humanæ maieſtatis teneri
pronuntiabatur, tanta cæcitas hominum id temporis fuit, vt quò Fœderis conſilia tenderēt,
pauci proſpicerent, honeſta ſpecie ſibi fucum fieri omnes patiebantur.

Meduanus arcem Vincēnarum vi capit.

Dum hæc in Gallia anno 1589. exeunte geruntur; alia rerum facies tota Europa erat.
Regioa Angliæ precibus Antonij nothi Luſitaniç victa claſſem inſtruxerat, Nereiſo & Dra-
co præfectis, qui Luſitaniam tētarent. In ea ſex regiæ naues fuêre, 20. roſtratæ pugnæ habiles,
E centum quadraginta onerariæ, quibus 20. millia amplius bellatores vehebantur. Ea claſſis
ſolutis portu Plimurho anchoris pridiè Non. Maias Crugnam in conſpectu habuit. Id
emporium ad oceanum Borealem pertinet, vbi vrbs in colle ſita, aggeribus parum munita
eſt, Odoardus Nereiſus decem millia Anglorum cymbis in terram expoſuit, Ioanne Pacec-
co fruſtra exſcenſionem inhibente. Inde Peſcariam pagum ſui arbitrij fecit, aliquot naues in
portu deſidentes vi cepit, oppidum fulminauit, ruina edita vim fecit, quæ fruſtra fuit, Hiſpa-
nis hoſtem proturbantibus, vt mille amplius Angli deſiderati ſint, quare obſidione ſoluta,
Peſcaria incenſa, vela aliò vertit.

Regina Angliæ claſſem inſtruit.

VIII. Kal. Iunias exſcenſione facta, Angli Penichum caſtellum expugnarunt, inde proxi-
mè Olyſſiponam ventum, vbi à Comite Fuentio; alij Fontanum vocant, peſſimè habiti ſunt.
Dracus olcadas octo Germanicas tritico plenas vi cepit, Caſcaiſi arcem ſub poteſtatem re-
F ductam incendio perdidit, mox Angli fame, & morbis oppreſſi ſeptem millibus è ſuis amiſ-
ſis in Angliam rediere.

Angli peſſimè habētur.

Id temporis Ludouicus Granatenſis vir inter ſodales S. Dominici pręcipui nominis octo-
geſimum

Ludouici Granatenſis obitus.

geſimum quartum ætatis annum agens, animi æger, quòd ſibi à puella deuotæ virginitatis os ſublitum eſſet, ad Deum migrauit. Mentiebatur illa, ſe à Deo pati, cùm à malo genio patereτur. A

Geneua deſcriptio.

Dum Luſitaniæ res in eo ſunt, Sabaudiæ Dux Geneuam corona cingit. Ea vrbs in faucibus laci Lemani ſita, vnde Rhodanus erumpit, in duas partes ſecatur. Pars inferior ad Rhodanum plana eſt, quod S. Geruaſij ſuburbium dicitur, pars ſuperior in colle longè amplior, foſſa, muris, aggeribus, propugnaculis firma eſt, quà Sabaudiam, & pontem Aruæ amni impoſitum ſpectat. Exeuntibus ingens pratum occurrit, vbi militares decurſiones fiant, quod inde ad pontem Aruæ, inde ad Rhndanum porrigitur. Dux propugnaculum ad Ripagliam exſtruxerat, in quo quingenti Ligures, Tononum, Geſſam, & Fauces Eccleſiæ dictas, præſidio muniérat, in lacu Lemano ſub Ripaglia duas triremes locauerat, quę auxilia inhiberent. B

Chirrius Geneuam præſidio munit.

Chirrius Gallus Geneuæ præſidium agitabat, qui ineunte Aprili anno 1589. cum tribus equitum vexillis, & mille peditibus eruptione facta propugnaculum Montonum in colle ad dextram Aruæ amnis ſitum, crepitaculo ferreo admoto capit, deinde munitiones Caſtelleram, Bunnam, Sangioram eodem aſtu expugnat, perruptis pontibus quibus Aruam amnem Sabaudus frænarat, tum duobus tormentis munitionem Geſſam fulminatam deditione recepit, propugnaculum Cluſæ quinto à Geneua lapide, vbi Rhodanus è Iura monte præcipitat, tentauit.

Cluſa cur ſic dicta.

Ei propugnaculo Cluſæ nomen factum, quia tranſitum occludit, ſaxo prærupto impoſitum, & aggeribus ac munimentis firmatum. In Chitrium fulminationi locum idoneum capientem Villanoua quingentos ſcloppetarios rapuit, à quibus Chirrius peſſimè acceptus pedem referre coactus eſt, mox captata occaſione in eos inuolat, & tergis fugientium hæret. C

Sanſius Tononum vi capit.

Inter hæc Sanſius Heluetiorum ope Tonnnum vi cepit, Ripagliam propugnaculum obſedit, quod Kal. Maiis in poteſtatem Chitrij venit. Franciſcus Martiuengus auxilio ſummiſſus cum clade pedem retulit, Ripaglia incendio conflagrauit. Sabaudus abſceſſu Sanſij pleraque caſtella reciperauit, agrum Ternierum graui igne affecit, arcem verberatam pugnando cepit, 40. captos è furca ſuſpendit. Ad pontem Aruę propugnaculum fruſtra tentauit, vbi Comes Salenouius caſtrorum magiſter occiſus.

Comes Salenouius occiſus.

Ad confluenta Rhodaui & Aruæ paulò infra vrbem Sabaudiæ Dux munitionem S. Catharinæ exruxit, Bonnam vi recepit, quadringentos Geneuenſes cecidit, ſed à Bernatibus cladem accepit, mox lue in exercitu graſſante excedere coactus propugnaculis Baronem Sarram cum ſexcentis peditibus impoſuit, qui ſexto Idus Nouembris à Geneuenſibus munimentis exutus eſt, trecenti cùm Itali, tum Hiſpani cæſi, 4. tormenta ænea, 550. pulueris incendiarij cadi capti. D

Valleta Eſparnonij frater Lambeſcũ capit.

Sub id in Prouincia Narbonenſi Idibus Auguſti, Valleta Eſparnonij frater oppidum Lambeſcum vi cepit, & quia inter deditionis commercia præſidiarij Ramfortiuni perfidiosè occiderant, omnes ad vnum cecidit, Ducem Balatim in furcam egit. Stempeſius à Valleta Bellocairium ſubſidio ſummiſſus à Comite Carſio interceptus eſt, centum equites aut aquis aut ferro periere, ipſe viuus in poteſtatem venit. Taraſco Vallerę hoc aſtu acceſſit. Nobiles in ea vrbe plebi ſuadent, vt ſyluam vrbi imminentem inſidiis opportunam ferro deiiciant, plebem certatim eò egreſſam, vt ligna cæderent; nobiles vrbe excludunt, & Peraldiuni Bellocairi præſidio Valletæ nomine impoſitum admittunt. E

Idib. Nouembr. Valleta qui Tolonum receperat arcienhiabat, Ea mandatu Ducis Sabaudiæ portui propugnando præſidio firmata erat, cui Berræus impoſitus. Berræo propior vſus cum Valleta erat, à quo Toloni conuiuio exceptus, arcis cui præerat ſtructuram, & munitiones laudauit. Montaltius Valletæ affinis ſibi dolere dixit, quòd nuper eius munitionis viſendæ occaſio prærepta eſſet Berræus liberaliter hominem ad ſpectaculum inuitat, & rem in craſtinum reiicit. Poſtridie Montaltius 20. ſecum ſtrenuos milites armis tectus in arcem ducit, alios in inſidiis ſubſidere iubet.

Is cum duobus admiſſus, quaſi repentino morbo procubuit, quem ſtationarij admoto vino recreare dum ſatagunt, coniurati ad opem inuolant, & in ſtationarios ferro inſiliunt, excubitores obtruncant, qui in inſidiis erant irrumpunt.

Feriæ in Flandria nullæ.

Id temporis in Flandria feriæ belli nullæ, vel parum ſecuræ erant, Batauis graſſantibus, & Parmenſis copiis inopia, & morbis laborantibus. Bataui Camilli Montij turmam equitum deleuerunt, Damburgum proximè Antuerpiam ferro, & igne perdiderunt. Comes F

Agamon

A Agamontius Parmenſis iuſſu ineunte Februario Zûtheuelantum Zelandiæ inſulam tenta-
uit. In eius exercitu 14.millia,& quingenti bellatores erant. Aliquor naues explorandæ in-
ſulæ præmiſſæ hoſtium claſſem ſuſderunt. Exercitus Bieſelingum pagum ad ripam Houtæ
amnis è Schaldi profluentis poſitum,vbi Flandria à Zelandia diuiditur,inſedit.

In exſcenſione pugna acribus vtrinque ſtudiis facta, propugnaculum vi captum, Gal-
lobelgæ Gapellam aliud munimentum vi ceperunt, vnde Goeſiam adorti ſunt. Ea & Ter-
goeſia dicta, quia cùm olim tres inſulæ eſſent, Borſula oceani aquis obruta eſt, Romeſuela
diluuio in parte merſa,ſola Tergoeſa in ripa Schangæ amnis è Schaldi exſilientis ſuperabat,
vbi plus negorij fuit.

Inter hæc Bliembechum præſidio Scheinchij munitum ſub Colonienſis Archiepiſcopi *Bliembechũ*
poreſtate per Marchionem Varambonium, mandatu Parmenſis cecidit, vbi nobilis mulier *captum.*
B habitu viri cùm cadauer ſpoliaretur, agnita, quæ ſtrenuè rem manu geſſerat,& omnes mi-
litis numeros impleuerat. Arx à Varambonio præſidio firmata, qui Scheinchium veſti-
giis ſecutus in Ducatu Cleuenſi aggeribus incubantem, inter Santenum, & Reeſeium aſſe-
cutus eſt.

Vbi vtrinque re ſtrenuè geſta Kal. Iulij Scheinchij copiæ deletæ, octingenti hoſtes cæſi, *Scheinchij*
Scheinchio in pedibus ſubſidium fuit. Sub id Samgertrudembergæ Angli præſidiarij, *copiæ deletæ.*
quia ſtipendia in mora erant, tumultuabantur,quibus in parte ſatisfactum eſt. Mox,vt fieri
amat, rupta modeſtia feroces animi in abruptum exiêre, & quod in rem erat licitum rati,
ſibi ſtipendia omnia ſemel ab Ordinibus repræſentari flagitarunt, quod ni prouinus fieret
Sanctæ Gertrudis oppidum ſe Hiſpano traditutos interminati ſunt. Interea populati agros
tributa paſſim exigunt, Ordinum imperium abnuunt, Mauritium ſtipendia præſentariis
C nummis offerentem derididulò habent,ſibi plus in Duce Parmæ, quàm in Ordinibus præ-
ſidij eſſe aiunt. Mauricius ad vim conuerſus vrbem fulminat,quam Angli æquis conditio-
nibus Hiſpani iugo ſubmiſere, inde Parmenſis ne miles otio langueret, per Arembergum
Seuembergham recepit, qui ne longiùs victorem exercitum traduceret,aquis emiſſis,& re-
ſtagnantibus prohibitus eſt.

Tum Mausfeltius Reinbergam animo deſtinat, & ad obſidium exercitum transfert, quo
tempore Scheinchius aliquot Hiſpanorum copias in Friſiam ad Verdugum euntes proxi-
mè Lippam nec oppinantes oppreſſit, & ſtipendia eripuit, quæ ad præſidiarios in varia lo-
ca ſummittebantur, tum Nimegam ex improuiſo inſiluit, quò æſtu ſecundo per fluuium
copias deduxerat.

Ibi diu vario Marte pugnatum eſt: ſed oppidani pueris & fœminis incurrentibus hoſtem
D mœnibus depulêre, & fugientium terga cecidêre; tanta ſtrage, vt quingenti perierint, ex
oppidanis tres modò deſiderati, quinque nauigia fluctibus hauſta ſunt. Scheinchius ipſe *Scheinchij*
occubuit, vir audentiæ nimius, propoſiti tenax, cerebroſus, periculorum appetens,cuius *mors.*
caput pro muris fariſſæ infixum diuturno ſpectaculo fuit. Is in faucibus Rheni propugna-
culum exſtruxerat, quo aditum Bergam hoſti obſtrueret. Ordines vt Reinbergam præſi-
dio firmarent, auxilia ſummiſerant, in quæ Varambonius cùm temerè incubuiſſet, cladem
accepit, quingentis amplius ex ſuis deſideratis. Duæ equitum alæ in poteſtatem venêre,de-
cem peditum ſigna capta, Varambonius fuga ſaluti conſulere coactus eſt. Comes Manſ-
feltius cùm Romelæ tentatio fruſtra fuiſſet, fugientes Varambonij copias obuius excepit,
ipſe quia de numero hoſtium non cognouerat, prælium experiri abnuit, qui ſi coniunctis
viribus incubuiſſet, prœlium reſtituere, & victoriam hoſti eripere poterat. Comes Val-
E cheſteinus parta victoria, quantum militum voluit,nemine prohibente Reinbergham, quæ
& Berga dicta eſt,intromiſit.

Id temporis Adolfus Nuenarus Murſij Comes Harnemi III. Non. Octobris copias pul- *Adolfi Nue*
ueris tormentarij explorans, concepto derepentè igne ſaxis è turre diſſilientibus, in qua *nari mors.*
puluis arſerat,laniatus eſt.

Dum Belgium in eo eſt, actum per Pontificem, Cæſarem,& Hiſpaniæ Regem,vt Archi- *Maximi-*
dux Maximilianus carcere exſolueretur, quo in Polonis attinebatur. In eam rem leges v- *lianus Ar-*
trinque ſcriptæ, Maximilianus liberatus, & honorificè in Germaniam deductus eſt, vt in *chidux car-*
Poloniæ limite leges fœderis & tabulas ſignaret. *cere libera-*
tur.

Cùm in fines Germaniæ ventum eſſet,centum Hungari conſpectò in Polonos inuolant,
& Maximilianum liberant, qui fœderis ſecurus, ſe non Archiducem, ſed Poloniæ Regem
F tulit,& pacta in quæ non iurauerat, aſpernatus eſt.

Eodem anno Coſachi tes Tartarorum acciderunt, multa oppida, & caſtella vi cepe-
runt,quibus vt vicem Tartari redderent,ſexaginta millia equitum in Poloniam immittunt,
quæ

quæ varia ſtrage deleta ſunt. Quo nuntio aſperatus Magnus Tartariæ Zatus, ipſe expeditio- A
nem per ſe mouet, & in Polonorum conſpectum venit, quibus exiguam militum manum
ad prœlium exponit, numeroſo exercitu poſt montem conſiſtere iuſſo, Poloni prœlium non
abnuunt, ſed multitudine ingruentium circumfuſi ordines ſtipant, & nullum effugio, virtu-
ti locum aliquẽ eſſe rati, tanto impetu in hoſtes irrumpunt, vt poſt ancipitem, ac diuturnam
dimicationem Tartaros fuderint.

Ebraimus Græciæ Bellerbeius à Ianiſſeris ad mortem flagitatur.

Inter hæc Conſtantinopoli Ebraimus Græciæ Bellerbeius Amurathi adeò intimus, &
continuus, vt eadem lectica ſæpe veheretur, cùm Ebraimus eius gener, & alij purpurati
equis vecti è longè ſequerentur, à Ianiſſeris ad mortem flagitatus eſt, quòd monetæ pon-
dus, quæ ſtipendiis militaribus accedebat, eius conſilio imminutum eſſet. Quare tumultus
in ſepto ipſo factus, vis à milite Amurathi denuntiata eſt, quam vt effugeret, in ſingulos
quinque millia Aſprorum numerari iuſſit. Illi non aurum ſe depoſcere, ſed Ebraimi caput B
reſponderunt, quod Amurathes vt militem leniret ſecuri ſubiecit. Ira ea tempeſtas detu-
muit. Mox cùm in ædibus Hebræi repentè incendium graſſaretur, & à Ianiſſeris reſtincto
igne acceſſio ſtipendiis de more flagitaretur, ea negata illi ſic exarſêre, vt variis locis ignes
ſubiicerent, quibus 24. horarum ſpatio decem millia domuum, aut officinarum con-
flagrarunt, mox ab iiſdem bona Hebræorum qui vectigalia exercuerant, & publi-
corum mancipes erant, direpta ſunt, quæ clades quinque millionibus auri æſtima-
ta eſt.

Ad hæc quaſi cumulus Santonum ſeditio acceſſit, qui in Africa & Syria nouæ religionis
præſcriptione è Monte viridi exorti, 80. millia armatorum trahebant, & Ægyptum, Ara-
biam, Iudæam ſanctitatis ſpecie ita commouerant, vt quacunque incumberent, omnia in ſe
traherent. Nec ideo turbæ militum Conſtantinopoli leniebant, cùm id hominum vulgò in- C
genium ſit, vt abruptis ſemel modeſtiæ repagulis in ſpatium proteruia exeat, & iam fidei
aut pudori nullus locus ſit.

Ea ſeditio menſem vnum aut alterum arſit, qua noua in dies incendia excitata, ipſe
Amurathes ad iniquiſſimas leges coactus, vt ſtipendia militum in immenſum auge-
ret, merces in vrbe, maximè pannos laneos, & ſericos infimis pretiis addiceret.

Turci à Mauris cæſi, Amurathis ſacramẽtũ exuũt.

Sub id Turci à Mauris Tripoli cæſi, vel pulſi ſunt, qui exuto Amurathis ſacramento, pa-
trocinio ac fidei magiſtri militiæ Melitenſis ſe permiſere. Hac rerum varietate annus 1589.
toto orbe clauſus eſt. Succeſſit annus 1590. quo Italia exulum latrociniis grauiter infe-
ſtata eſt.

Pontifex ſuſpiciones & odia accendit.

Pontifex ſuſpiciones & odia inter eos accendit, præmio propoſito, ſi quis ſocij caput Ro-
mam detuliſſet. Idem mox ægra valetudine oppreſſus octogenario maior exceſſit, vir ſeue- D
rus, publici otij amans, in altitudinem conditus, qui alieni conſilij ſecurus ſibi ſaperet, &
apud ſe de rebus grauiſſimis ſtatueret. Ei viuo ſtatua in Capitolio poſita cum hoc titu-
lo, Sixto V. Pontifici Max. ob quietem publicam compreſſa ſicariorum, exſulúmque licen-
tia reſtitutam, annonæ inopiam ſubleuatam, vrbem ædificiis, viis, aquæ ductu illuſtratam,
S.P.Q.R.

Eo mortuo in aditu Capitolij aliud decretum inciſum in hæc verba: Si quis ſiue priuatus,
ſiúe magiſtratum gerens de collocanda viuo Pontifici ſtatua mentionem facere auſit,
legitimo S.P.Q.R. decreto in perpetuum infamis, & publicorum munerum ex-
ſpers eſto.

Ioãnes Baptiſt. Caſtagna Cardi. S. Marcelli Sixto ſuccedit.

Ei in Pontificium Ioannes Baptiſta Caſtagna Cardinalis S. Marcelli ſucceſſit, Vrbanus
VII. dictus, qui XII. tantùm dies ſacro Magiſtratui ſuperfuit. In eius locum ſuffectus E
Cardinalis Sfondratus Mediolanenſis 55. annos natus, cui Gregorio XIV. nomen in-
ditum.

In Sicilia exeunte anno 1590. Palermi (Panormum vocant) Diego Henrichéſio Guſma-
no Prorege vrbem ineunte, Panormitam tumultuario ponte ad Portum maria frænatum,
directariis trabibus in arenam defixis, quæ aliquot ante dies fluctibus labefactæ, non ſatis
firmo pede ſtabant. Cúmque in proximo Prorex eſſet, columnæ ligneæ quibus pons ni-
tebatur, ruina pontem traxerunt, cuius caſu multa hominum millia naufragio perie-
re. Eadem clades Bononiæ aliquot ante annis acciderat, qua die Carolus V. ſolemnia impe-
rij capeſſens, corona inauguratus eſt. Malo docti Panormitani põtẽm lapideum firmo ope-
re eodem loci moliti ſunt.

Marcus Bragadinus viros principes

Id temporis Marcus Bragadinus Græculus planus, Patauij, per ſpeciem Chryſopœæ ple- F
roſque viros principes pecuniis interuertit, quem ad mortem cùm ij depoſcerent, quibus os
ſubleuerat, Dux Bauariæ in Germania aurea reſte ex furca ſuſpendi iuſſit.

Inter

A Inter hæc in Belgio Carolus Mansfeltius Reinbergham tam arcta obſidione preſſerat, vt nullus effugio locus eſſet: quare Dortius vrbi præfectus Non. Februar. ad deditionis pacta coactus Veſulum rebus ſaluis deductus eſt.

pecuniis interuertit, poſtea ex furca ſuſpenſus eſt.

Diuerſa parte Ordines Bredam belli furto interceptam regiis eripuere. Ea vrbs Menchio amni impoſita, octo millium ſpatio Senemberga, & fano S. Gertrudis, viginti Antuerpia quindecim Zoomberga ſummota eſt, cuius præſidio Odoardus Lanzauechus impoſitus, cuius maximè opera S.Gertrudis oppidum ſub Regis ditionem ceciderat. Is Paulo Antonio filio ſuo arcem, quinque aliis Ordinum ductoribus vrbem per abſentiam ſuam commendarat, cùm in fano S.Gertrudis opere & manu muniendo totus eſſet.

Bredã belli furto interceptã Ordines eripiũt.

In eo tractu quia lignorum copia anguſta eſt, terræ quoddam genus cui turbæ nomen, è paludibus egerunt, quæ areſacta facilè ignes concipit, & ligni vicem præbet. Nauta quidam hoc genus negotiationis B factitans, & turbam ex Hollandia Bredam importare ſolitus, Comitem Mauricium admonet, armatos per ſpeciem eius mercimonij facilè in arcem irrepere poſſe, per abſentiam Odoardi, qui præſens vrbis cuſtodiæ attentus, nauigia prinſquam in vrbem intromitterentur, in Reiggersbuſcho (exiguam ſyluam dixeris) exonerare, explorare, & introſpicere ſolitus erat. Is Franciſcum Mariam Graſſum primipilum monuerat, vt nauigiis inſpiciendis ſedulò curaret, nec ea niſi explorata in vrbem admitteret.

Interim Mauricius per Carolum Haraugerum Cameracenſem Ordinum ductorem nauigium quinto à Breda lapide ita inſtruxerat, vt ſuperius tabulatum turba ſtratum eſſet, infra 60. armati laterent, quibus vno oſtio exitus pateret, turba vndique ſtipatus & occluſus. Cùm proximè arcem ventum eſſet, miſſi à Paulo Antonio milites qui nauem exonerarent, & introſpicerent. Maxima turbæ parte humi expoſita, portitor negotio metuens, ad mili-C tes ait: Commilitones appetit nox, rem in craſtinum differamus, & huc in proximum ſiti leuandæ diuertamus, aureum nummum in vinum, & zythum vltrò confero, cras quod ſupereſt oneris expediemus. Illi auidi conditionem accipiunt, & cum dicto, in Thermopolium ſe coniiciunt.

Mauricius nauigiũ inſtruit.

Inter hæc concubia nocte armati è nauigio ſenſim exeunt, & in ſtationem portæ innolant, vigiles obtruncant, in caſtellum longiùs progreſſi cum obuiis manus conſerunt, ad ſtrepitum Paulus Antonius per pontem penſilem in hoſtem incurrit, vtrinque acriter pugnatur, donec tribus vulneribus acceptis Paulus in interius caſtellum ſe recipit. Rumore arcis captæ vulgato præſidiarij vrbis fugæ quàm prœlio propiores, conſilium non expediunt. Vincentius Capra ſignifer aliis moras trahentibus in pontem ſublicium ignem infert, vt hoſtibus ex arce exitum in vrbem eriperet. Tum verò Comes Holacchius trecen-D tos pedites in arcem immittit, quibus à Comite Mauricio poſtridie ingens acceſſio fuit, Paulo Antonio vitæ gratia facta, quem Mauricius penes ſe contra pacta ſub cuſtodiam habuit.

Prælium vtrinque acerrimum.

Id actum III. Nonas Martias, anno 1590. Parmenſis Ordinum ductores, quorum ignauia Breda intercepta erat, ſecuri percuſſit. Tum verò Carolo Mansfeltio, vt eam vrbem vi, aut aſtu interciperet negotium dedit, quod ab eo ſedulo curatum eſt. Mauricius vt hoſtem obſidione Bredæ auelleret, Nimegam crepitaculis fruſtra tentatam, tormentis fulminare inſtituit, in quem Mansfeltius ſeptem peditum, duo equitum millia ocyùs duxit, Nimegam auxilia & commeatus ſummiſit, prœlium abſtinuit, Parmenſis iuſſu, cui florentem exercitum auxilio Fœderis in Galliam immittere certum erat.

Ordinũ ductores ſecuri percuti iubet Parmēſis.

Id temporis aures eius graui nuntio verberatæ ſunt, Meduanum à Rege Nauarræ pugna E Ivriaca deletum, Comitem Agamontium eo prœlio cæſum, mille quingentos equites Gallobelgas, & Hiſpanos occidione occiſos.

Meduanus à Rege Nauarræ deletus vnà cũ Comite Agamontio.

Inter hęc Mauricius ad Nimegam propugnaculum obſtruendis annonę, & militum ſubſidiis exſtruxit, ſpectante Mansfeltio, & prœlium detrectante, qui mox munitione Doldedaela præſidio proximè Nimegam firmata in Brabantiam ſe recepit. Eam munitionem non ita multo pòſt Mauricius vi captam ſolo æquauit, inde flexo in Ambiaricos (Brabantiam vocant) itinere, Heezum in inſula Bommela intercepit, Hemertum, Sauembergham, Crepacorium proximè Bolducum in Aduaricis, Theuenum, Hoium, leges accipere coegit. In Friſia Ementilum propugnaculum Verdugo ereptum eſt, in Colonienſi agro Ardemborchum ab Ordinibus expugnatum eſt, Oſtendæ præſidiarij excurſionibus in Flandria graſſantes, exſtructo à Mansfeltio munimento repreſſi ſunt.

Mauricius vrbes nonnullas leges accipere cogit.

F Sub id Venloi oppidani libidine, & auaritia præſidij Italici attriti, cum Germanis præſidiariis à quibus humaniùs habitos ſe eſſe ſimulant, in Italorum perniciem conſpirant, eoſq; Germanorum ope excedere cogunt, quibus pulſis in Germanos incurrunt, & eos vrbe exi-

gunt, mox apud Comitem Petterneſtum factum excuſant, ſe que in Regis Hiſpaniæ fide A manſuros reſpondent. Nimegenſes vt obſidionis moleſtia ſe exſoluerent, liberam Hollandis per Vaalim nauigationem eſſe paſſi ſunt, quibus ea neceſſaria erat, Rheni aquis æſtu anni adeò imminutis, vt nauigiorum patientes non eſſent.

Parmenſis cũ Meduano capita confert, & fœderi accedit.

Dum hæc ad Nimegam fiunt, Parmenſis Condeti in Belgio cum Meduano capita confert, & Hiſpaniæ Regis mandatu Fœderi accedit. Multa Regem ad hanc belli ſocietatem hortabātur, ius regni, quod Henrico Valeſio mortuo ad infantem Eliſabethæ Valeſiæ filiam deuolutum eſſe aiebant, cùm Salicas leges imaginarias explauderet, & iure gentium filias in bona parentum generis priuilegio ſuccedere defenderet. Quare non ſibi minus iuris in regno Franciæ, quàm in regno Luſitaniæ eſſe putabat, maximè vbi ius in armis ſitum eſſet. Accedebat ea cogitatio, vt totius regni potiri non poſſet, Morinos tamen (Picardos vocant,) Campaniam, Narbonenſem prouinciam, aut aliam aliquam regni partem in B ſuam fidem ſtudio partium facilè conceſſuram. Honeſtus color quæſitus, fidei Catholicæ propugnandæ, Regis hæretici ſumma rerum deturbandi ſtudium.

Parmenſis Meduano leges dicit, de deturbādo Rege Nauarræ hæretico.

In eam rem à Parmenſi leges Meduano dictæ. Regnum Nauarræ minus honeſta præſcriptione legitimo regi ſuperiori ſæculo à Ferdinando ereptum, nec poſtea reſtitutum meminerant. Iure belli quæ ſemel Hiſpanis acceſſerint, ea nunquam extorqueri, Regna Siciliæ, & Neapoleos, Principatum Mediolanenſem, eo iure hodieq́; teneri. Parmenſis igitur re in deliberationem miſſa ineunte Auguſto veteranum exercitum in Galliam obſidioni Pariſienſi ſoluendæ duxit. In eius exercitu tria equitum, X V. peditum millia erant. Is ſine offenſione XI. Kal. Septemb. Meldas tenuit, vnde Pariſios appulit, & Nauarrum obſidione ſoluta in ſe vertit, mox Lagnium quinto ab vrbe lapide vi cepit, Corbelium expugnauit, inde Belgium Mauricij victoriis attritum redire coactus eſt. Si Parmenſis vim, quam potuit, experiri vo- C luiſſet, res Galliæ in extremo ſitæ erant: ſed Galliæ fatum, quod Hiſpanis iniquum eſt, vim abſtinuit. Parmenſem abeuntem Nauarrus inſecutus cum firmo equitatu extremum agmen carpſit, & leui prœlio ad Longeuallium cum eo velitatus eſt. Iterum ad arborem Guiſiam leui manu pugnatum, ſarcinæ Hiſpanis ereptæ, Baro Bironius proximè periculum fuit, quem laborantem Rex periculo exemit.

Ea expeditio Parmenſi Marchionem Rentium, Emanuelem Lainium, & precipuum militiæ robur abſtulit, qui III. Non. Decembres incolumis Bruxellas attigit, vbi res in turbido eſſe, Hiſpanos tumultuari, ſtipendia flagitare comperit.

Res fœderis in Francia peſſum eũt.

Quæ cùm in eo ſunt, res Fœderis in Francia peſſum ibant, Nauarro omnia ſupra votum fluebant. Omnes conatus eius placido itinere incedere, ſpes certum cupitæ rei fructum apprehendere viſæ. D

Nauarri victoria.

Is Ianuarios menſe anno 1590. Fœderatos tota Neuſtria (Northmaniam vocant) palantes egit, Honflorium emporium in Neuſtria celeberrimum recepit, Meduanum Meulani obſidionem ſoluere coëgit, & ei longè maioribus copiis inſtructo pœlij copiam fecit, quod ille non antè ſumere auſus eſt, quàm mille quingentos haſtatos equites, quingentos ſcloppetarios pedites Agamontio Duce à Parmenſi accepit.

Nauarrus cũ Meduano pugna cõſilium capit.

Interea Nauarrus ineunte Martio Nouancurti caſtra poſuit, & Meduano numeroſum exercitum trahente pugnæ conſilium cepit, cuius imaginem ſero diei ſolus in tabella ſibi delineauit, & poſtridie ipſo diluculo equitum magiſtris oſtendit, quam illi ſingulari iudicio compoſitam approbarũt. Ante prœlium Catholici ſacris Miſſæ operati ſunt, Sectatij ſuo ritu Deum precibus fatigarunt, mox omnes conſpirantibus animis Iutium iter flexère vbi patenti camporum æquore Bironius Iunior caſtrorum Præfectus aciem ex præſcripto Nauar- E ri inſtruxit, & ſuo quemque loco compoſuit.

Cùm in eo ſunt, Meduani copiæ in conſpectum veniunt, pagos aliquot occupant, vnde à regiis per vim exacti ſunt: ita inumbrante veſpera ſolutæ acies in varios pagos conceſſere, Rex in pago Furcanuillæ hoſpitiũ habuit, vbi vix duas horas in cuba militari iacuerat, cùm oculis excuſſo ſõno excubias luſtrat, de nocte exploratores mittit, qui de hoſte cognoſcãt. Appetente die ipſe aciẽ inſtruit, ſuos cuique ordines reddit. Sub meridiem Meduanus lunatam aciem format, in medio mille octingenti equites haſtati fuêre, ad dextrum latus ſeptingenti alij haſtati, ad læuum quingenti loricati Heluetios duabus velut alis tegebant. Qui cùm in eodem veſtigio hærerent, nec gradum promouerent, Nauarrus vt ſolem & ventum aucuparetur, & vtrumq; in oculos hoſtium verteret, in altum euadit, & duo ſtadia progreſ-

Nauarrus perſpicaciſſimus.

ſus, hoſtium copias oculo luſtrat, in quibus quatuor equitum millia, X I I. peditum, vt erat F in ea re perſpicaciſſimus è loco ſuperiori recenſuit, & à ſe victoriam eſſe primo aſpectu renuntiat. Ipſe in exercitu duo millia equitum ferrea omni ſpecie habuit, ſine auro & faleris,

quibus

A quibus Fœderati tadiabant. Tum Guichium tormentis præfectum monet, pilis ferreis à longè rem geretet, quod ille tam opportunè fecit, vt ordines hoſtium peruerteret, multis in aërem ſalientibus, & nubes lacero corpore ſequentibus.

Inde Aumontius equitum tribunus in Albanos & Italos incurrit, quorum pectus ignoratum, terga ſugientium viſa, & cæſa. Equites Germani, (Reiſtros vocant) in regios equites ferentarios impetum faciunt, à quibus ſclopettis grauiter excepti pedem retulere, mox à Gallobelgis reſtituto prœlio, ferentarij equites concuſſi, quibus Bitonius iuuenis auxilio fuit, & Gallobelgas loco mouit, hunc ſecutus Monpenſerius equo deturbatus eſt, ſed à ſuis in equum teſtitutus incredibili ardore in hoſtes inſiluit, eoſq́; fugam capeſſere coegit, quibus loco cedentibus, mille octingentis equitibus, quod exercitus robur fuit, Meduanus in Nauarrum incubuit. Is ante alios obuiam factus manu conſpicuus, criſtis Galeæ coman-
B tibus inſignis brachio cruentato acinacem ſtringens hoſtibus terrorem, ac fugam attulit, quibus præcipiti fuga verſis, quindecim equitibus impetum eius adiuuantibus, in Heluetios, & Belgas pedites irrupit, & per medios ſibi viam aperuit. Bitonus pater equitum tribunus in vigilia ſtabat, nec ſuas dum alas commoueret, ſed ad omnes caſus ſepoſitus victoriam aucupabatur.

Cùm à Rege iuſſus eſt Heluetiis veniam denuntiare in fœderis antiqui gratiam, qui ſtatim in eius partes tranſierunt. Rex ipſe integrato equitatu ſugientium tergis hæſit, è quibus Nemoroſius Carnutas, Meduanus Iurium contendit, & pontem Sequana amne tranſmiſſo perrupit, vt ſequentibus iter auferret. Quæ res Germanis equitibus exitio fuit, qui vel fluuio merſi, vel à victore cæſi ſunt. Pedites pene omnes Fœderati occubuerunt, paucis vitæ gratia facta. Rex fugientes Manteſium vſque ſecutus eſt. Duo millia equitum de-
C ſiderata, in quibus Agamontius, Comes Brunſuichus, Caſtanerius è primatia Pictonum nobilitate Gallus, capti Boſcodelphinius, Cicoma, Medanides, Fonte martellus, Lonchamus, & alij plerique.

Rex iubet Heluetijs veniam denuntiari.

In parte miraculi fuit quod mille ducenti equites Galli ferrea omni ſpecie quatuor equitum loricatorum, duodecim peditum millia fuderunt, octingenti enim equites qui apud Bitonum ſeniorem in excubus erant, manus non mouerunt, ad incerta victoriæ ſepoſiti.

Regi victori Manteſium, & Vernouium vrbes vltrò acceſſere. Ipſa die Iuriaca Rendanus in Aruernis ad Iſſorium à Curtone, Roſtignaco, & Chaſerone debellatus, & cæſus eſt. Meduanus fugæ properus, vt Pariſienſibus animos faceret, libellos mendaciis fartos vulgauit, ad Druſium oppidum impetu facto quingentos Nauarri pedites cecidiſſe, ad Poſſiacum tumultuario prœlio magnam hoſti cladem allatam, Iuriaca pugna æquis manibus diſceſſum,
D & cætera talia, quibus vulgandis Fœderati ingenioſi erant. Petiti vſu aiebant in eo à Rege peccatum, quòd ſtatim à victoria Pariſios non duxerat, vbi res deploratæ habebantur, ſed dum Pariſienſes in ſe deſcendere cupit, dum benignitati plurimum indulget, quod humanitatis fuit in ſocordiam fœderati traxerunt.

Vrbes nonnulla Regi victori vltrò accedunt.

Mednanus libellos mẽdacijs fartos vulgat.

Id Nauarrus ad animum reuocans, ineunte Aprili Pariſios flexit, Corbolium ad Sequanam, Lagnium, Melodunum recepit, VII. Kal. Maias pontem Charentonium occupauit, & tria millia equitum, XII. peditum Lutetiam duxit, vbi anguſti commeatus, parca annona, innumera incolarum frequentia, ſacerdotes è ſuggeſtu detonantes, Sorbonæ decreta fulminantia, quibus plebeculæ animi ad contumaciam adeò firmati ſunt, & Nauarri obſequium aſperis omnibus acerbius, duriuſq́; videretur.

Nauarrus Pariſios flexit vrbeſq́; alias nõnullas recipit.

Interim per vrbem frumentarij, & delatores à XVI. viris diſpoſiti, qui ciuium voculas
E exciperent, ora notarent, ſtudia explorarent, & in eos quibus otij publici ſenſus aliquis ſupereſſet, delationibus graſſarentur.

Nemoroſius Pariſiis præfectus ex ſententia Cardinalis Caietani Pontificij legati, Hiſpaniæ oratoris, Archiepiſcopi Lugdunenſis, Epiſcopi Placentiæ omnia gerebat, erigendis plebeculæ animis recentes cottidie rumuſculos, & mera mendacia in vulgus ſpargebat, cùm Rex vrbem cuſtodia clauſam teneret, Manteſium, Poſſiacum, Corbelium, Melodunum Monterellum vaſtæ illius ciuitatis nutriculas, Sequanam infrà ſupraq́; inſideret, Matronam Lagnio, & Ponte Gornaio ſubſidiis obſtrueret, Oeſiam fluuium Compendio, Creillio, Bellomontio vrbibus frænaret, S. Dionyſij oppidum obtineret.

Nemoroſius rumuſculos & mera mẽdacia in vulgus ſpargit.

Quibus rebus machinata fames plebeculam ad vltima cogebat. Multi paſſim inedia confecti per vicos iacebant, canes, feles, mures, aſini, equi cibos præbuerant, & defecerant,
F plebes ad palatium aggregata pacem, aut panem clamitabat, & vim vltimam parabat, niſi pacis conſilia ſumerentur.

Pariſienſes ad vltima quæque fame coacti.

Miſſi de pace ad Regem legati, cuius ſe ſtudioſiſſimum eſſe oſtendit, emitti vrbe inopem

plebeculam,& commeatus ad viros præcipuæ dignationis,quamuis de ſe malè meritos im- A
portari paſſus eſt, ſe non exitium principis vrbis moliri, ſed ſuæ, ſuorumq; ſaluti conſulere teſtatus.

Tum cognito Meduanum Balagnium, Sampaulium Bruxellis tumultuariam militum manum Pariſios trahere, Rex expedito equitatu quinquaginta amplius paſſuum millia vno die confecit, vt iter aduentantibus abſcinderet, qui vicinia tanti Principis territi fuga Laodunum in Picardia euolarunt, mox Meduanus coniunctis exeunte Auguſto Meloduni cum Parmenſi copiis, Regem ad pugnam prouocat. Is pridie Cal. Septembres in planitie agri Bondij ad ſyluam Liuriacam aciem inſtruit, & in octingentos equites exigua manu inuolat,quos præcipiti curſu ad ſuos refugere coegit.

Nauarrus iterũ aciem inſtruit,qua Parmenſi formidabili ſpectaculo eſt.

Kal. Septembris iterum aciem inſtruit, quam è colle Parmenſis cum ſtupore aſpiciens, nullum ſibi vnquam formidabilius ſpectaculum obiectum eſſe,nullam aciem melius com- B
poſitam viſam teſtatus eſt.In ea fuêre X.& VIII.peditum,VI.equitum millia, ferro fulgentia,quibus tanto duce nihil arduum,aut imperuium erat.Parmenſis prœlio abſtinere certus, foſſa & vallo ſuos incluſit, neque vllis velitationibus locum eſſe voluit.Is tamen Lagnium vrbem parum munitam trecentis peditibus inſeſſam nouem tormentis fulminauit,& nõ citra ſuorum ſanguinem cepit,præſidiariis deſperata audacia ad ruinam conſiſtentibus, & in irrumpentes incurrentibus.

Fama captæ vrbis didita,Rex iterum Hiſpano copiam prœlij facit,qui cùm intra foſſam, & vallum ſe teneret,ac pugnæ aleam,neſcio quo aſpectu refugeret, neque enim vim quam potuit,expertus eſt,animum eius,quilibet augurio ſectetur.Rex recreando militi exercitum in oppida & caſtella dimiſit,ſex millia militum fatigandis hoſtibus ſatis eſſe ratus. Militiæ prudentes Regem exercitum dimittere non debuiſſe exiſtimabant, quòd Parmenſis copiæ C
paludibus incluſæ iniquitate loci,& annonæ inopia prœlium ſumere coactæ eſſent,quarum exitio Fœdus euanuerat, bellum patratum,& profligatum erat.

Parmenſis Corbeliũ vi cepit magna ſuorum clade.

Dimiſſo Regis exercitu Parmẽſis è paludibus emerſit,& Corbelium magna ſuorum clade,vi cepit, qui ſuis in dies dilabentibus exeunte Nouembri Belgium cogitans viæ ſe dedit, quam ad limites vſq; Arteſiæ(Atrebates vocant)Rex infeſtam ei fecit.Nono enim Kal. Decembris cohortem Hiſpanam intercepit,& cecidit.Pridie Kal.Decemb.ad Creeyum,& arborem Guiſij Bironius iunior centum haſtatos equites fudit,qui numero, & armis aucti ad pugnam redeuntes, Bironum equo haſta confoſſo in periculũ vocarunt,quo Regis aduentu exemptus eſt.Rex fugientes in caſtra vſque ſequutus vniuerſum exercitum ſui anxium, ſalutis ancipitem in arma conciuit.

Oppida ſex, & X X. arces Meduano ereptæ.

Ex hoſtibus plerique,cecidere multa plauſtra ſarcinis opulenta capta. Claromontium in D
Bellouacis à Birone iuniore expugnatum,alias ex oppida, & X X.munitæ arces,Meduano ereptæ,Corbium ab Humetio,Boſſerio,Parabellio crepitaculis ferreis,& ſcalis admotis interceptum,præſidiariis omnibus,& ipſo Bellofurerio præſidij præfecto interemptis.

Inter hæc Cardinalis Caietanus qui Pariſiis eum Rege in colloquium venerat, & de pacis rationibus verba fecerat,conclamatis Fœderis rebus 8.Kal.Octob.Romam cogitans Pariſiis egreſſus, iter in Lotharingiam arripuit. Priuſquam Parmenſis Belgium attigiſſet, Caſtellionæus ipſa nocte peruigilij S. Martini Corbelium intercepit, vbi Germani, & Hiſpani cum Alphonſo Toraquio ad internecionem cæſi.

Filius Præfecti Antibi cum ducentis equitibus à Valleta oppreſſus.

Dum in eo ſunt filius præfecti Antibi in Maſſilienſi cum ducentis equitibus ex inſidiis à Valleta oppreſſus eſt.Diguierius Curſum arcem in Allobrogibus, & Barcellonetam munitionem aſtu interceptas euertit.Forum Iulium in Prouincia à Sabaudiæ Duce captum.Dux E
Mercurij in Armorica, tria millia Hiſpanorum à Rege Hiſpaniæ ſummiſſa ſingulari lætitia excepit. Diguierius & Valleta fama capti Fori Iulij vulgata manum faciunt, & in hoſtem magnis itineribus ducunt,in quem ex improuiſo impreſſione facta,ducẽtos equites, ſeptingentos pedites conciderunt, Dux fuga Niceam ſe recepit, vbi è Subalpina Prouincia contracto exercitu Dragugnanum intercepit.

Carſius à Valleta deletus.

Sub id Carſius Selonum Crauſij munitum oppidum pergens à Valleta deletus eſt. Senatus Aquis Sextiis per oratores cum Duce Sabaudiæ egit, vt Maſſiliam, Aquas Sextias, omnem denique Prouinciam in fidem & clientelam reciperet, eamq́ue à Sectariis defenderet, quod auidè Sabaudus arripuit, ſe Iouis cælum tenere ratus, mox Foroiulium & Draguignanum venit, vnde Lorgio caſtello capto, Aquas Sextias incolumis Idibus Nouemb. tenuit. F

Id temporis,Curiæ centumuirales ſtudio partium in vtramque partem multa peccarunt. Curia Pariſienſis Turoni atrociùs in Fœderatos, maximè ſacerdotes & monachos quàm

pro

A pro æquo & bono ſæuit. Curiæ Toloſanæ, & Aquenſis religionis ſpecie nimium Fœderi indulſerunt.

Dum in eo ſunt Geneuenſes Cluſam propugnaculum à Sabaudis inſeſſum vi ceperunt, Groſſetum propugnaculum exciderunt, quare aduentante Sanſio, quem Rex ad Heluetios miſerat, obſidio penitùs ſoluta eſt, & Geneua moleſtiæ ac periculis exempta. Sabaudiæ Dux Maſſiliæ inhians in Hiſpaniam oratores Aquis ſextiis, & alios è Burgundiæ Ducatu, in quibus Præſes Ianinus, & frater eius, nauigiis deportauit, qui de regno Galliæ cum Hiſpano paciſcerentur, & ei nobiliſſimas prouincias adiudicarent. Quod temerè tentatum Deo abiudicante in irritum ceſſit.

Geneuenſes Cluſā propugnaculū à Sabaudis inſeſſum vi capiunt.

Dum in Gallia res in lubrico ſunt Non. Octobr. in Auſtria ſuperiore villatici, & pagani onera & tributa deprecantes ad ſaga ierunt, & Cæſarem ad æquas conditiones coe-

B gerunt.

Eodem hoc anno 1590. Iacobus Stuartus Scotiæ Rex Annam Ferdinandi II. Daniæ Regis filiam duxit. Anno 1591. ineunte Nauarrus rebus ex ſententia fluentibus Pariſios in eaſdem annonæ anguſtias, quibus nuper conflictati erant, induit, Franciſcus Bonna Diguierius Fœderatos Delphinatu eiecit, Gratianopolim matricem prouinciæ vrbem Curiæ ſedem ad Regis obſequium & fidem retraxit, pulſo Arbignio vrbis præfecto, qui Fœderi ſacramento dixerat.

Iacobus Stuartus Rex Annā Daniæ Regis filiā ducit.

In Northmania Munpenſerius Honflorium ſub leges accepit, Fœderatos patentibus agris cedere coactos in vrbes, velut in carcerem compegit. Vicecomes Turaniæ in Germania Reiſtros equites mercede coëgit.

Mōpēſerius Honflorium ſub leges accipit.

Diuerſa parte Gregorius XIIII. Pontifex Maximus Fœderatis in Galliam 1500. equi-

C tes, octo peditum millia Franciſco Sfondrato Duce ſubſidio ſummiſit. Sub id Aumalius Melitenſis eques ipſo die S. Genouefæ S. Dionyſij fanum proximè Lutetiam de nocte cum valida manu belli furto irrepſit, crepitaculis portas perrupit, tanto ſucceſſu, vt niſi miles de præda magis, quàm de victoria ſollicitus fuiſſet vrbem impunè potiri potuerit. Vicius vir animi ingens vrbi præfectus rem ſubodoratus milites præſidiarios in forum rerum venalium ampliſſimum arceſſit, & inſtructa acie in hoſtes prædæ intentos tanto impetu vim facit, vt Aumalium, & eius comites ad vnum ceciderit.

Interim copiæ Hiſpanæ Lutetiam in dies maiori numero ſubmittebantur, Hiſpana claſſis Blauetum in Britonibus appulerat, Pontifex Maximus, & Regem & regios omnes diris deuouerat, Cardinalem Placentiæ legatum à latere Pariſiis renuntiarat. Rex in ſpeciem Turonum vertens, ex inopinato reuerſo itinere Carnutas à præſidiariis imparatas corona

D per Bironium iuniorem V. Idus Febr. cinxit, & aditum ſubſidiis obſtruxit. Crucius Aureliano ducentos ſcloppetarios, & ſexaginta equites loricatos auxilio traxit, qui omnes regio militi procubuêre, quatuor tantùm fuga euaſere, in quibus & Crucius. Carnutes duos menſes propugnandæ vrbi ſuffecêre, donec ponte per Caſtellionæum exſtructo, ne vim vltimam experirentur XIII. Kal. Maias leges acceperunt, mille ducenti pedites, trecenti equites præſidio impoſiti, Surdiſio præfecto.

Pontifex Maximus Regē, & regios diris deuouet.

Eodem menſe ad Eſparronem Pallierium in Prouincia mille loricati haſtati equites, mille quingenti ſcloppetarij Sabaudi, & Hiſpani à Valleta & Diguierio deleti ſunt. Pedites omnes ad internecionem cæſi, quadringenti equites ferro tranſacti, centum amplius capti, XV. vexilla, pleraque tormenta, & ſarcinarum plauſtra in poteſtatem venêre. Res Fœderis ea clade in Prouincia penitus acciſæ ſunt. In Pictonibus Rupipoſius duo Hiſpanorum

E millia, & quadringentos equites Gallos profligauit, Guierchius cymba fugientibus onuſta fluuium traiiciens cum ſuis abſorptus eſt. Diuerſa parte Meduanus Caſtellum Theodorici deditione captum Hiſpanis diripiendum dedit, quod inuidiam habuit, & Hiſpanos, ac fœderatos maioribus odiis obiecit.

Diguierij & Valletæ victoria admirabilis.

Inter hæc fœderis conſilium Rhemis habitum, vnde Præſes Ianinus de conſilij ſententia in Hiſpaniam procurandis auxiliis miſſus. Id temporis Bironius Mirabelli in Burgundia per Guiunuellum fœderatum interceptus eſt. In ea arce ingentes tritici copiæ, magna pecuniæ vis, plures equi reperti. Interim Rex Manteſij edictis pacificationis inſtaurandis attentus erat, Curia Pariſienſis quæ duobus locis Turoni, & Catalauni agebat, commonitorium Gregorij XIIII. Pontificis Maximi, quo Rex & regij omnes communione Eccleſiæ pellebantur, Menſe Iunio damnauit, & manu carnificis publico ſpectaculo cremauit. Vtrin-

F que peccatum, Pontifex cenſuræ parcere, & Curia Pontifici ampliùs deferre debuerat.

Fœderis cōſiliū Rhemis habitum.

Sub id Dux Guiſius adoleſcens Turoni XVIII. Kal. Septemb. per ioci laſciuiam cuſtodibus cubiculo excluſis è feneſtra linteolis funium modo nexis, ac nodo aſtrictis in terram

ſe demiſit, vnde in equum inſiliens Ligeri vadato ad Caſtræum qui commodo loco ſubſe- A
derat,euaſit,à quo Biturigas per ſpeciem triumphi deductus eſt. Neque Rex interim ferias belli egit,Nuuiodunum corona cinxit,ſubſidia à Fœdere ſummiſſa,ſemel iterum,tertium,& quartum conc idit,vrbem ad deditionem coëgit.

Noniodunū corona cingitur.

Diguierij victoria admirabilis.

Exeunte Seprembri Diguierius in planitie Ponrochartæ proximè Baiardum Caſtellum exercitum Ducis Sabaudiæ , in quo Marchio Treuicius,& Oliuarius duobus Hiſpanorum millibus præfecti erant,ingenti ſtrage deleuit. Duo millia quigenti cæſi, quingenti amplius manu capti,victori treccenti equi acceſſere, ampla ſpolia lecta, vexilla decem, & octo cruce rubea inſignira , ſarcinæ omnes prædæ fuêre. Manubiæ duceuta aureorum millia refecêre. Poſtridie duo millia Italorum,qui cùm Galeoto Belloiouſio in arcem Aualonam fuga euaſerant ſe victoris arbitrio permiſerunt,quorum ſeptingentos ira victoria abſtulit, reliqui armis exuti eiurato fœdere in Italiam remiſſi ſunt. E regiis vnus tantùm eques ; duo pedites B
deſiderati,quatuor vulnerati.

Pariſienſiū res in arcto ſunt propter annonam.

Inter hæc obſtructis annonę ſubſidiis res Pariſienſium in arcto erant,Rex victorem exercitum Rotomagum duxerat,Fœderati Parmenſem ſuppetias aduocabant, qui exeunte anno Bruxellis egreſſus tria equitum,quatuor peditum millia in Galliam lentis itineribus traxit , eo conſilio , vt Fœderati rebus acciſis , neceſſitate vrgente , Regnum Franciæ Infanti Hiſpaniæ nuptiis principis alicuius Fœderati adiudicarent. Parmenſis exercitus tribus Heluetiorum millibus,& Pontificiis copiis inſanum quantum auxerit.

Dum in eo ſunt, Aumontius equitum tribunus ineunte Iulio in Burgundia Auguſtodunum Heduorum olim caput irrito ictu obſedit. Compendium a Meduano fruſtra tentatum. Lanouius in Armorica Mercolij Ducis inſidiis ad Mirambeum interceptus, & cæſus
eſt,vir belli ſciens , ſed infelici fato,cui rarò benè conſulta ex voto proceſſerunt. Mirambeo C
capto oppidani occidione occiſi,milite ob Lanouij mortem exacerbato. Pariſiis Sedecim viri primarij Fœderis auctores ſibi auctoritatem à Meduano longo iam tempore imminutam ægrè ferentes, eo inconſulto Lutetiam Hiſpano pecuniis addicūt, & in Briſſonium Senatus principem Archerium & Tardiuum ſenatores viros magni nòminis , integritate nobiles, per ſummam iniuriam laqueo ſęuierunt , quòd eorum opera Brigartus prætorij vrbis procurator pronioris in Regem animi , cuſtodia emiſſus erat. Id Meduanus ad iniuriam reuocans Lutetiam properè aduolauit , & è ſedecim viris quatuor maximè turbulentos Luchartum , Auruſium , Hamelinum , Emonnotium in furcam egit.

Magna tritici penuria in Italia.

Hoc loco Res Galliæ eo anno fuerunt , cùm in cæteris Europæ partibus alia facies eſſet. In Italia vbere glebæ ſua ſponte fœcunda ſumma tritici penuria fuit. Romæ in primis fame
laboratum,procellis frumentarias naues arcentibus. cum vita populi Rom. per incerta ma- D
ris,& tempeſtatum volueretur,vbi in fœcunditate anni tam graue pretium frugibus fuit,vt malis fructibus Italia vix agitaret , plebecula fame perdita in veſtigio hæreret , nulla annonæ labenti ſubſidia prouideri poſſent. Pontifex Maxim. Romæ tenui popello per quadrageſimam vſum carnium vili pretio liberum eſſe voluit , vt ea copia panis inopiam ſuſtentaret.

Ineunte Maio frumentaria claſſis periclitantibus ſubſidio fuit. Veneti annonæ diligentiùs conſuluerant,& finitimis de ſuo commodarant , cùm interim exules frumentariis nauibus in mari ſupero & infero inſidias ſtruerent.

Alfonſus Piccolominius latro capite minuitur.

Exulum Dux Alfunſus Piccolominius latrociniis , & cædibus nobilis Florentiæ , iuſſu Ferdinandi Hetruriæ magni Ducis caput gladio ſubiecit. Italia id temporis exulum popu-
lationibus infeſta fuit. Alfonſus Dux Ferrariæ apud Pontificem Gregorium XIV. id ſedulò E
egit , quia ſine liberis erat , vt ad gentiles ſuos Ferrariæ principatum tranſmittere poſſet. Quod à Cardinalibus improbatum eſt,Bulla Sixti V. Conſiſtorij ſuffragiis firmara eſt,ne in poſterum agri,vrbes principatus ditionis Pontificiæ alienari,aut in fidem ac clientelam dari poſſent.

Gregorij XIV. Pontificis Max. obitus.

Inter hæc Gregorius XIV. calculo & annis grauis Idib. Octob. fato conceſſit , à quo in annonæ ſubſidium , & res Galliæ ſuſtentandas trecentas aureorum myriadas exhauſtas eſſe vulgò iactatum eſt. Eius morte Fachinetus Bolònenſis ſanctorum quatuor Coronatorum Cardinalis Pontifex renuntiatus , & Innocentij noni cognomento inſignitus eſt.

Cùm in eo ſunt rumor Venetiis increbruit Conſtātinopoli claſſem ornari,quę Cretæ,aut
Illyrico peſtem denuntiaret. Hieronymus Lippomanus nobilis Venetus annis vergens apud F
Amurathem Bailus ſublestæ fidei inter ſuos habitus,Venetias reuocatus eſt,qui vt iudicio ſe eximeret , in conſpectu vrbis ſtudio in mare prolapſus non niſi exanimis extrahi potuit. In

A eius locum Hieronymus Bernardus ſuffectus. Eodem anno Venetiis pons lapideus Riualti (Hialtum vocant) vnico arcu admirabili opere ſtructus eſt, cui plures tabernæ mercimoniis opulentæ, tres viæ impoſitæ ſunt.

Id temporis in Belgio per Parmenſis abſentiam bella grauiùs arſerant, quibus fomenta per Reginam Angliæ nouis auxiliis ſubdita ſunt. Bataui Mauricio vigilantiſſimo, & belli prudentiſſimo duce aperta vi graſſabantur, & victoriarum curſum longius in dies proferebant, legio Hiſpana Vegæ, ſtipendiis exhauſta, Hierentalem, Diſtum, Liauam per ſeditionem inſederat, & cædibus ac populationibus omnia fœdarat. Centroni in Brabantia in ipſam matronarum pudicitiam vis exierat. Leodienſes ingenio feroces turbulentorum impetum ſiſtere conati cædibus & prædæ patuerant. Inter hæc Bataui in Campignia Veſterloum proximè Araſcottium ruſticos habitu mentiti irrepſerunt, Tornantium munimentum
B aſtu interceperunt, immiſſo in pontem penſilem plauſtro zytho onuſto, propugnaculum in conſpectu Zutfeni exſtructum dolo Mauricij ceſſit, qui milites armis vicanorum veſte diſſimulatis, quaſi caſeos venales importarent, intromiſit. Mox Zutfenum ipſum ignauia Georgij Locheni deditione recepit, & vt erat conſiliis ſubitus, & agendi properus, quod in Duce palmarium eſt, Iſela amne duobus pontibus ſtrato Dauenterum tranſmiſſo exercitu ad pacta coëgit. Tum in tractu Groningenſi Vuedam, munitionem Delfſiclam, & alia propugnacula Regiis eripuit, Verdugus vt hoſtium impetum frangeret, Vuedam armis recipera uit, Mauricij celeritatem nauigiorum opportunitas adiuuabat, quibus & militem, & tormenta quo vellet puncto temporis tranſmittebat, vt ſæpe famam ſui præiret. Nec temerè fortunæ, aut periculis ſe permittebat, ſed vt numero, & virtute militum Hiſpano impar erat, pro re nata, aut refugiebat, aut vim faciebat conſilio impetum regens, & belli habenas
C ex vſu adducens, & immittens.

Bella propter Parmenſis abſentiam, in Belgio ardent.

Inter hæc Parmenſis qui Galliam cogitans maioris negotij rebus implicari nollet, Idib. Iulij Rhenum traiicit, & Nimegæ propugnaculum animo deſtinans, exercitum in ſpeciem ad munitionem Schemchiam transfert, mox repentino circuitu Nimegam, cui Knodſembergo nomen inditum, flectit. Mauricius vt erat ſagax, conſilium Parmenſis animo præceperat, & eam munitionem recenti præſidio firmarat, quæ cùm ferreis pilis fruſtra vapularet, cuneis res acta eſt, quæ ſatis ex animi ſententia non proceſſit. Mauricius enim captata occaſione in Parmenſis equitatum ſui ſecurùm tam valida impreſſione inſiluit, vt Parmenſem ipſum ſuis laborantibus auxilio accurrere oportuerit, qui deinde cum fœnore vicem hoſti magna eorum ſtrage reddidit. Eam cladem grauiori lance Mauricius rependit, qui poſitis intra duos pontes inſidiis quadringentos Parmenſis equites ſuis ſenſim recedere
D iuſſis, in caſſes illexit, & glandibus penè ad vnum tranſfegit, cùm nullus effugio locus eſſet, præcipui duces manu capti in poteſtatem Mauricij venerunt.

Cùm in eo ſunt, Codicilli ab Hiſpaniæ Rege ad Parmenſem allati, quibus Belgio ſine mora excedere, & in Franciam flectere iubebatur, vt res Fœderis afflictas erigeret. Is rebus quàm optimè pro loco & tempore compoſitis, Petreruſtum ſummæ rei per abſentiam ſuam imponit, inde in Franciam VII. Kal. Decembr. profectus Feram vrbem in Picardia munitiſſimam ad Eſiæ, & Settæ amnium confluenta à Fœderatis ad belli onera, & commeatus extorquet.

Codicilli ab Hiſpaniæ Rege ad Parmenſem allati.

Diuerſa parte Mauricius in agro Vaaſio II. Cal. Octobr. Hulſtium oppidum deditione, mox Nimegam proditione recepit, vbi ſacras effigies, & altaria euertit. Inde re bene geſta in Hollandiam redux ſummo omnium plauſu exceptus eſt.

Mauricius ſacras effigies & altaria euertit.

E Id temporis Rex Galliæ, Parmenſis, Comes Naſſanuius, Arauſionenſis frater, Reginæ Angliæ nomine in Germania exercitum ſcribebant, & Germanos in mutuam perniciem inter ſe committebant. In Heluetiis Sancius nobilis Gallus, vir artibus egregiis, pari fama pecuniis, quæ ad militum ſtipendia ex Hiſpania in Belgium deportabantur intercoeperat, in quibus & nobilem illum adamantem cui pretium vix poni potuit.

Dum Belgium hoc rerum turbidine vertitur, Aſſanus purpuratus voluntate Amurathis, qui ſolutas cum Cæſare inducias cupiebat, manu facta in Croatiam irrumpit, & pagos, oppida, vicos incendio, & populatione Caniſam vſque vaſtat, quibus obuiam iere Nadaſtius, & Sumuſchius Comites exigua manu, quæ vim ingruentium ſiſtere non poſſet. Purpuratus enim Boſſinæ (Illyricum eſſe aiunt,) duobus pontibus Sana amne frænato, 30. tormenta muralia, & numeroſas copias tranſmiſit, Stiriam ac Carniam ad vaſtitatem vocauit. Nada-
F ſtius, & Palſius in Pannonia (Hungariam vocant) palantes Turcorum equites magna ſtrage ceciderunt. Mali labem hinc fluxiſſe aiunt. Induciis cum Perſa firmatis Sinanus Primoniſirus, cùm è Perſide copiæ reduces in armis eſſent, ne ſumptus in bellum facti perirent,

harum opera vtendum cenſuit,& vero Amurathi perſuaſit, maximè cùm in earum exitio, ſi res peſſimè caderet,tolerabilis iactura eſſet.

Turci ab omni fide alieni.

Turco nihil fidei eſſe, nihil ſancti, nihil veri, nullum Dei metum ſatis adhuc oſtenſum eſt. Libido, & auaritia pro religione eſt. Itaque hoc conſilio Amurathes per clarigatorem Regi Poloniæ denuntiat, vt leges ſuas quamprimum accipiat,& vectigalem ſe præbeat,aut bello internecino ſecum experiatur.

Tum Beglierbeum Græciæ Ibraimum Danubio tranſmiſſo in Sileſtriam irrumpere iubet. Petraſcus Bogdaniæ in limite Poloniæ Princeps,Turci vectigalis,cùm agros ſuos vtrinque in prædam expoſitos cerneret,per quos Turcis tranſitus in Hoſticum futurus erat, per Barthomæum Bruttium, qui Venetorum Dragomanus fuerat, pacis inter vtroſque conciliator fuit.

Quæ cùm integra fide non coaleſceret, Bogdanus vim Turci metuens, qui nuper Principem Valachiȩ fidem Chriſti exuere,Mahometȩ ſectam induere coegerat,quantum aureȩ, & argenteæ ſuppellectilis habuit in Germaniam profugus deportauit.

Oratores Galliæ & Angliæ ad Amurathẽ miſſi.

Inter hæc Amurathes ab Oratoribus Galliæ, & Angliæ rogatus eſt, vt Andaluſiam, & Luſitaniam prouincias à milite derelictas Hiſpani copiis in varia distractis bello laceſſeret. Ad id Aſſanus Mathematicus Amurathi calcaria ſubdebat. Quare ineunte Ianuario anno 1591. Sinano purpurato negotium dederat, vt claſſem inſtrueret trecentarum 80. triremium, 18. Maonum qui tranſuehendis militibus,non pugnæ opportuni ſunt,& trecentorum Galeonum nauium roſtratarum, & caramuſcialorum, ita olcadas commeatibus conuehendis vocant.

Erant id temporis Ianiſſerorum 23.millia,cùm legitimus numerus intra 12. contineatur. Amurathes ad claſſis ſubſidia & belli onera pecunias vndique corradebat,ne priuatum ærarium exhauriret. Bogdano 50. millia Soldaninorum ſupra ordinarium vectigal, & totidem Valacho imperauit,Tranſyluano decem millia,& telas ac carbaſa in vſum velorum. Henricu IIII. Galliæ Regi tritici & equorum ex Barbaria euectiones dedit,per Feratum purpuratum Tunetenſem inteſtina diſſidia,quȩ Marabuthus planus per ſpeciem religionis incenderat,conſopiuit. Marabutho corium detraxit, omnium qui ad portam (ita aulam vocant) fato fungerentur,excluſis filiis hæredem ſe tulit.

Tanti belli paratus Venetos,Italos,Hiſpanos,Germanos,Polonos,Melitẽſes q. animi ſuſpenſos,& ſui anxios habebant,cùm Amurathes apud Cæſarem, & Venetos de Vſcocchis, & Acroceraunus maria infeſtantibus,apud Poloniæ Regem de Coſacchis expoſtularet. Vſcocchos prædones eſſe aiunt in Acrocerauniis, ad quos vndique deſperatæ audaciæ homines ſe aggregant,Marteloſos vulgò vocant,quæ vox latronẽ,& nebulonem,vel Vſcocchos, quæ ſaltatorem ſonat,quia in Olcadas mercatorum inſiliant. Eorum latebræ ſunt in Segnio Buccario,Orhouaſio,Strino Germaniæ oppidis,& caſtellis.

Bellũ Perſicum in Amurathen recrudeſcit.

Dum in eo ſunt bellum Perſicum in Amurathen ex hac occaſione recruduit. Mahemetes Sophi annis grauis, & oneri regni impar imperium in Emiranzem Merizen XXII. annos natum,animi ingentem tranſtulit,& priuatus otium coluit.

Emiranzes gloriæ ſtudio ardens cognito Imaculum Perſam oratorem apud Amurathem ad iniquas conditiones adactum,ſe pro ſeruo & obnoxio Turcis habitum,inita cum Vſbecco ad mare Caſpium ditiſſimo Principe belli ſocietate, Imaculum ſecuri percutit, fratrem eius res nouas molientem igni addicit.

Mox octingenta millia equitum cogit,& Giaſero Tigrananæ (vulgò Tauriſium vocant,) purpurato ſcribit,vt quamprimum ſibi quod cum Ferato conuenerat Tauriſi,Teflisi,Erſiri, Charſi munitiones reſtitueret, alioqui eas ſe Turcorum exitio per vim erepturum. Quo nuntio Amurathis conſilia verſa ſunt, & claſſis quæ Hiſpaniæ imminebat euanuit.

Henricus IV. Luparium oppidum intercepit.

Anno 1592. ineunte in Neuſtria Rex Henricus IV. Luparium oppidum intercepit, Sanctesium melioris notæ Theologum Epiſcopum Eburouicenſem Cadomum relegauit, Rotomagum corona cinxit,Senatui offenſus,à quo grauibus edictis Maieſtas eius per iniuriam violata erat. In eam vrbem Northmanię matricem Villartius prȩſidio impoſitus aliquot ante dies ſexcentos equites, mille ducentos ſcloppetarios intromiſerat, & vt ſibi ſpem veniæ abrumperet,maledicentiſſimis ſcriptis Regiũ nomen lacerauerat. Regis aures quæ tormentorum ſonitum facilè ferebant, verborum ſtrepitu parum offendebantur. In ea obſidione nihil omiſſum quod excidiis vrbium repertum eſſet.

Iamque in eo ciues erant, vt leges acciperent, cùm aduentu Ducum Parmenſis, & Meduani erecti animos collegere, & ſpe ſubſidij vltima conſilia cepere. Rex cognito hoſtem quinque equitum, 20. peditum millia Rotomagum ducere, ad Aumalam expeditis equitibus

A tibus manum cum hoſte conſeruit,& numero impar ſuos ſeruatis ordinibus pedem referre
iuſſit,ipſe in fronte exercitus leue vulnus in latere accepit. Aumala, & Nouocaſtellum vr- *Rex leuiter vulneratus.*
bes Picardiæ à Parmenſi captæ ſunt.

Poſtridie Rex cum valido equite in Meduanum, & Aumalium inſiluit,Chalignius Prin-
ceps Lotharingus Mercolij Ducis frater graui vulnere à Morione regio,viro manu ſtrenuo,
quem gladio tranſuerberarat confoſſus eſt.Ranucius Parmenſis filius periculum obiit.Par-
menſis conſilij anceps, inter metum & ſpem dubius, lento gradu procedebat, idque vnum
agebat,vt commeatus Rotomagum intromitteret.

Tum verò Bironius iunior ad pagum Bancium tormentis promotis aciem inſtruere iuſ-
ſus eſt, vt Hiſpanis pugnæ copiam faceret, illi prœlio abſtinendum rati, caſtris ſe continue-
runt, & vallo ac foſſa, quod ad Lagnium ſuperiori anno fecerant, ſe incluſerunt. Poſt ali-
B quot dies nobilitate Regem quia in ſecta obduruerat deſerente, Hiſpani Rotomagum ſine
annonæ ſubſidiis inierunt.

Inter hæc regij ſanguinis Principes, & primaria nobilitas cùm religione attinerentur, &
inde Pontificem Maximum diris exſecrationibus fulminantem, inde Curias Toloſanam,
Burdigalenſem, Rotomagenſem grauia edicta vibrantes Hiſpaniæ Regem, Lotharingiæ
Ducem, Parmenſem, Heluetios fidei Catholicæ addictos in exitium Regis coniuratos eſſe
viderent, ægris oculis in eodem exercitu Caluiniſtarum Galliæ quatuor millia, totidem
Reiſtrorum, Lutheranorum, ſeptem Anglorum Puritanorum, tria Heluetiorum ſectario-
rum cernebant, duos annos, quorum ſpatium exuendæ ſectæ Rex ſibi ſumpſerat, exiſſe
grauiter ferentes animis æſtuabant, & niſi Nauarrus in ſe deſcenderet, ne à fide Catholica
deficerent,ipſi à Nauarro ſe defecturos eſſe minabantur.

C Bironius equitum tribunus rebus ad exitum vergentibus Nauarrum adit, & ſtudia no- *Bironius*
bilitatis indicat, quæ Regi Catholico vitam, decus, fortunas impendere cupiat, hæreti- *Nauarrũ*
cum ferre nequeat. In ea fide ſe,parentes,ac proauos eductos eſſe,quam niſi cum vita exue- *adit,& ſtu-*
re non poſſint. Arcana pietatis ſi ante Caluinum ignora fuerint,fruſtra Chriſtum ante Cal- *dia nobilita-*
uini ortum docuiſſe, dogmata firmaſſe, in cruce pependiſſe. Veritatem à Chriſto pro- *tis indicat.*
mulgatam, ab Apoſtolis propagatam, à Sanctis Patribus ſcriptis commendatam, Mar-
tyrum ſanguine ſignatam eſſe, nuperas iſtas opiniones ſibi non conſtare, Lutherum à Cal-
uino, Zuinglium ab vtroque diſcedere, Clodoueum, Carolum magnum, Hugonem Cape-
tum Catholicos fuiſſe denique aut regni ſpem,aut hæreſim eiurandam.

Rex eo animo ſe eſſe reſpondit, vt pietatem Catholicam amplectatur, ſed tantæ rei *Regis ani-*
otium deberi, inter arma, & ſanguinem ſacris auditionibus locum non eſſe. Vbi turbæ *mus eſt, vt*
D conſederint, nihil prius habiturum, quàm vt & ſibi, & ſuis in negotio fidei ſatisfaciat. Eo *pietatẽ Ca-*
reſponſo nobilitas offenſa ſe protinus ab obſequio, & ſecta regis abrupit, nec vllis delini- *tholicã am-*
mentis reuocari potuit. Quare Caudebeccum, & Eſparnæum munita oppida Hiſpanis *plectatur.*
ceſſère, quæ mox abeunte Parmenſi Regis imperium agnouère, ſed ea res Bironio equi- *Bironius*
tum tribuno capite ſtetit, qui ad Eſparnæum tormenti fulmine laniatus eſt, vir non mi- *tormẽti ful-*
nùs in Eccleſiæ Catholicæ, quàm Galliæ Regum fide conſtans, ſummis Ducibus par, per *mine lania-*
omnes militiæ gradus ad ſumma honorum euectus. Paulò antè Meduanus in Northma- *tus.*
nia Pontomarium oppidum receperat: in Britonibus Dux Mercurij Contium, & Dom-
bium regij ſanguinis Principes, collatis ſignis prœlio vicerat, & regiorum quatuor millia
ceciderat, vndecim tormenta ceperat, cuius nuntij acerbitate Dux Monpenſerius Dombij
pater repentè mortuus eſt. Priuſquam Parmenſis Neuſtria excederet, Nauarrus tria equi-
E tum, ſex peditum millia coëgit, quæ tumultuaria expeditione Iuerotum duxit, vbi Gui-
ſius, & Meduanus reſederant, quorum prima acies repentino Regis incurſu deleta eſt,ſup-
pellex, & ſarcinæ captæ,ipſi menſis inter vina enerſis ad Parmenſem fuga euaſere. Kalend.
Maiis eoſdem ex improuiſo Rex adortus caſtris exuit, & ſexcentos equites cecidit,quinque
tantùm ex ſuis deſideratis. Idem Parmenſi famem machinatus erat, qui vt tranſitum Regi
auferret, duobus Hiſpanorum, & Gallobelgarum millibus Syluæ fauces inſederat. Rex in
oculis totius exercitus per medios perrupit, & fugientium tergis hæſit,quorum pauci inco-
lumes in caſtra euaſere.

Sexto Idus Maias Nauarrus de caſtris hoſtium per ſe cognouit, & explorato ſitu albe-
ſcente die cum delecta manu in caſtra vim fecit, & viginti duas equitum turmas exitio de-
dit, vbi Parmenſi brachium ſcloppeto confoſſum eſt. Eo prœlio duo amplius equorum *Parmenſis*
F millia hoſtibus erepta ſunt, quos regij victores ſarcinis, & præda onuſti abduxere, mille *brachium*
quingenti amplius Hiſpani deſiderati. Parmenſis tot cladibus attritus, animo, & brachio *ſcloppeto cõ-*
æger, Feſcampum cœnobium(vulgò Fecanum dicunt) in Northmania ſe recepit,vbi ſum- *foſſum.*
mam

mam tritici & vini penuriam expertus eſt. Fame vrgente Lutetiam vertit, inde per Briam A
lacerum exercitum in Attrebates traxit, Sfondrati copiæ defluxere, Villartius magnam tritici vim latrociniis portam Rotomagum intulit, & oppidanis fame laborantibus minutatim vendidit, vnde malis rationibus ingentes pecunias creauit.

Fœderatorũ ſtatus,

Ita Fœderati dum erant, vt ad pecuniam quiſque, qua via data, niterentur, vt publico damno priuatum lucrum facerent, Parmenſis abſceſſu Lotharingi, vt aureos Hiſpanos denuò exprimerent, Concilium Ordinum habuerunt, & de Rege creando conſultarunt. Omnes in eo erant, vt Philippi Hiſpaniæ Regis filiam Henrici tertij ex ſorore neptem Reginam renuntiarent, & ei Guiſium, aut Nemoroſium virum adiungerent. Nemoroſius procero ſtatu, forma cõſpicuus Lugduni Regem ſe ferebat. Viennam in Allobrogibus pecuniis à Maugirono emercatus obtinebat.

Hiſpani Baionam in Cantabris validam vrbem inſidiis tentabant. Eo fini Fontarabia B
medicus, cognomento Blancopignonius à Philippo Baionam miſſus erat, qui exitum rei curaret. Is iam oppidanos aliquot, pecuniis deuinctos in partes traxerat, ſed ab Hillierio vrbis Præfecto literis quas puer à pedibus Fontarabia ad Blancopignonium ferebat interceptis res vulgata eſt, medicus & conſcij capite luerunt, Hiſpanæ copiæ quæ terra mariq; vrbem cinxerant euanuêre.

Ineunte Octobri Ambliſius Lotharingiæ equitum magiſter Bellomontio vrbi munitæ inhians, duo millia peditum, octingentos equites traxit. Vicecomes Turaniæ re per exploratores cognita, quadringentos equites, ducentos ſcloppetarios in inſidiis locat, & tam opportunè Ambliſium intercipit, vt eum cæſum ſeptingentis hoſtium cadaueribus accumularit, vno tantùm aut altero ex ſuis deſideratis. Ipſe Turanius vulnus in latere, & maxilla accepit. Tum in finibus Lotharingiæ Dunum Moſæ impoſitam vrbem aſtu cepit. C

Diguierius furto Antibum Sabaudo eripit.

In Prouincia Diguierius furto Antibum Sabaudo eripuit, ad Biottum vadato Varo fluuio, qui Galliam à Sabaudia diuidit, Sabaudos vallo & aggeribus pulſos magna clade strauit, & fugientes Niceam vſque inſecutus eſt. Veuzam irrito ictu tentauit, vbi Giambaous Diguierij vicarius interemptus eſt. Vallautiam admotis crepitaculis cepit.

Sabaudiæ Dux vrbes duas deditione recipit.

Diuerſa parte Dux Sabaudiæ Napolam, & Cagnam deditione recepit, Antibum oppugnauit magna ſuorum ſtrage ad ruinam facta. Ipſe dum è proximo arcem circumſpicit tormenti fulmine penè laceratus eſt.

Mox Antibum deditione captum eſt, & contra pacta direptum. Præda trecentis aureorum millibus æſtimata. Arx ipſa pecuniis à Sabaudu redemta.

Sub id in Septimania Dux Ioüſa frater eius qui Cutraſij oppreſſus erat, Montem Albanum excurſionibus infeſtarat, Monbequinum, Monbarterium, Monbetonium oppida vi, D
Barram deditione ceperat, Mauſacum arcem, Fanum S. Mauricij ſub leges miſerat. Tot proſperis ferox Villemurium oppidum Huguenoris refertum obſidione cinxit. Theminius Cadurcenſi prouinciæ Præfectus, Regi fidus, auxilio laborantibus aduolat, & obſidione ſoluta Mauſacum, & aliquot alia caſtella recipit. XII. Kal. Auguſti Ioüſa cognito Eſpernonij copias incutioſis vigiliis in proximo pago poculis, aut ſomno indulgere, ex improuiſo in eas inuolat, & quadringentos cædit, reliqui fugam capeſſunt, quos Theminius obuiis vlnis excipit, & reſtitutis ordinibus in hoſtem ducit, ex eoque duas colubrinas Montalbanenſibus ereptas recipit.

Ioüſa Villemurium iterum obſidet.

Abſceſſu Eſpernonij Ioüſa iterum Villemurium obſidet, & vrbem decem tormentis III. Idus Septemb. fulminat, quo nuntio commotus Theminius centum 20: loricatos equites, ducentos ſcloppetarios in vrbem belli furto intromittit. E

XII. Kal. Octobr. Ioüſa impetum ad ruinam facit, & magna ſuorum ſtrage repellitur, in quem Theminios eruptione facta quatuor tubis bellicum canentibus cohortem millenariam Toloſa recentem occidione cecidit.

Interea Mommorancius equitum tribunus per Lecchium, & Chambalrium auxilia Theminio ſubmittit, Mauſſilacus Montalbano centum loricatos equites, ducentos ſcloppetarios ad eum aggregat, mox omnes coniunctis copiis pugnæ conſilium capiunt, & ad Villemurium in Ioüſam impreſſione facta vallo ſuperato manum conſerunt. Ioüſa primo impetu re ſtrenuè geſta, vbi Theminium vrbe erumpentẽ, & Lecchium, Chambalrium, Mauſacum tota belli mole ingruentes animaduertit, pedem retulit, & Condomæum in caſtra ſua vbi tormenta erant ſe recepit.

Regiis incumbentibus pons Tarni fluuio impoſitus abrumpitur, & fugientibus iter ab- I
ſcinditur, qui hoſte terga cædente in Tarnim inſiliunt, Ioüſa armis onuſtus fluuio merſus eſt. Regij vadato amne reliquias infelicis exercitus deleuere.

Ea

A Ea clade ſexcenti equites loricati, tria millia peditum, in quibus & Germani, perierunt: quinque tormenta, 22. vexilla capta: quadraginta tantum viui in poteſtatem venerunt, reliqui aqua aut ferro ſuccubuere.

Interim Almontius Equitum Tribunus in Burgundia Caſtellum nouum, & Geſſium recepit, Catalaunum Arari impoſitum, & Caſtellioneum oppidum irrito ſucceſſu tentauit, Fœderatos ad Gaglionæum ingenti clade ſtrauit, centum 50. manu captos in furcam egit, Perignium caſtellum vi, Luanum deditione, & Curſoum cepit. *Almontius caſtelliũ nouũ & Geſſiũ recipit.*

Cùm in eo ſunt Pariſienſes belli oneribus impares, rebus retrò ſublabentibus, eo animo erant, vt antequam Fœderati conuentum ordinum haberent, in gratiam cum Rege redirent, qua de re verba in Senatu, mox in concilio decurionum Meduano frementе iacta ſint, & eo repugnante cum Nauarro actum, vt commerciorum vtrinque libertas eſſet. Quod *Pariſienſes in gratiã cũ Rege redeunt.*
B Rex innata facilitate, & pacis ſtudio annuit.

Inter hæc Pontificis Maximi Legatus Lutetiæ nouis exſecrationibus in Regios fulminabat, aduerſus ea fulmina Curia Pariſienſis, quæ Catalauni ſederat, grauia edicta, veluti clypeum opponebat, quæ hîc me ſubiicere Pontificij nominis ſanctitas vetat.

Id temporis Fœderis Duces priuatas quiſque ſpes agebant, & in eo erant, vt proximis comitiis Rex tenuntiaretur. Dux Feriæ à Rege Hiſpaniæ comitiis impoſitus erat, qui ordines ad ſua vota flecteret. Idibus Nouembris Vaugrenanus Sanct Ioannis Launenſis oppido in Burgundia impoſitus, proximè Diuionum decem & ſeptem ſigna peditum Fœderatorum ſtuderat, & inter ſpolia in capſulis Teniſſij, mandata Nemoroſij receperat, quibus apud Meduanum vrgebat, vt ipſe ſuffragiis ordinum Rex tenuntiaretur, quod in eum Hiſpaniæ Infans propter formæ dignitatem pronior eſſet. *Fœderati de Rege renũtiando cogitant.*

C Sub id quarto Non. Decembris Regiaci (Araſſum vocant) Parmenſis animo æger, corpore fractus fato conceſſit, vir de Rege Hiſpaniæ bene meritus, belli prudens, conſilij ſagax, animi ingens, pacis amans, fidei integer. Eius morte Meduano, qui eam inter proſpera ducebat, animi auxerant. Is vſurpando imperio Rhoſnæum ſibi continuum, & intimum equitum tribunum creauit, eundemque inſulæ Franciæ præfecit, Nauarrus Marchionem Piſanium Romam legauit, qui ſtudia partium apud Pontificem infringeret, & Regem Galliæ Henricum III I. ad meliora pronum eſſe oſtenderet. *Parmenſis obitus.*

Id temporis Nemoroſius Hiſpanos equites Oliuera Duce Lugdunum intromiſit, pedites Viennam amandauit, tum eorum ope Scalas oppidum in confinio Delphinatus, & Sabaudiæ obſedit. In eius exercitu duo equitum, XII. peditum millia erant, quorum ope eadem die vrbs verberata, & capta eſt. Exeunte anno Antibum ab Eſparnonio receptum eſt, *Nemoroſius Hiſpanos equites Lugdunum intromittit.*
D quia Dux Sabaudiæ à Diguerio in Subalpina Prouincia peſſimè acceptus, tempori ſubſidia non ſummiſerat.

Diguierius animo imbiberat dutius agi cum hoſte, quem in ſuo agro exigua manu tenetes, quàm ſi valido exercitu eum in alieno atteras. Quare proximè Pinerolium Peruiſcam oppidum 4. Kal. Octobr. vi cepit, Kalendis Octobr. arcem deditione recepit, tum Oſaſcum caſtellum, turrem Luſernam, Mirebruccum ad pacta coegit, Brigeraſſum opere & præſidio muniuit, ad Pellas Blanchetum, & cohortem eius occidit, Caortium inter Saluſſium & Brigeraſſum in radicibus Alpium oppidulum ſitum XIII. Cal. Decembr. obſedit, vnde Dux Sabaudus vt eum abduceret, Brigeraſſum magna ſuorum ſtrage tentauit. Diguierius milites à Sabaudo Caortium auxilio ſummiſſos interfecit, Nonis Decembris vrbem leges accipere coegit.

E Dum in hoc cardine Gallia vertitur, rerum Belgij alia facies erat, Hiſpani præſidiarij Bonnæ, Remberghæ, Nuiſij, quia ſtipendia non procedebant, tumultuabantur, Groningenſes in arcto poſiti & Petreruesto per Verdugum commeatus & pecunias flagitabant, Mauricius ex improuiſo Maſtrichum crepitaculis, & ſcalis admotis tentabat, quæ tentatio fruſtra fuit.

Id temporis à Cæſare per oratores de pace cum Hollandis actum, quam illi repudiarunt, & nummos cuderunt, in quibus altera ex parte fœmina in horto dormiens, furibus irrepentibus expreſſa erat, cum hac inſcriptione, *Pax patet inſidijs*, altera fœmina vigilans excubitoribus ſepta, cum hoc titulo, *Tuta ſalus bello*. XI. Kal. Iunias Mauricius Steenuichum nouem bellatorum millibus obſedit. Vrbis præſidio Conquelius impoſitus erat, qui tentata militum fide, vbi eos animis certos, ad pericula promptos animaduertit, hoſtem *Cæſar per oratores cũ Hollãdis de pace agit.*
F crebris irruptionibus fatigat, alios cædit, alios manu capit. Mauricius 70. muralibus tormentis vrbem fulminat, XV. Kal. Iulias eruptione facta præſidiarij intra vallum ducentos hoſtes confecerunt, mox commeatu deficiente ad æquas deditionis leges adducti ſunt.

Inde

Inde Mauricius Otmaſenum recepit.cùm Alphonſus Mendoza per medios hoſtes 60.equitibus ferro viam aperuiſſet, quos ad Verdugum incolumes deduxit. Franciſcum Leuinum Famaſium oppidi ſitum explorantem fortuna belli abſtulit. A

Mondragonius oppida nonnulla recipit.

Diuerſa parte Mondragonius Veſterloum, Turnautium, Betcheicanum in Campinio agro recepit, & ad Verdugum copiis aggregatis mille quingentos equites, quatuor peditum milla deduxit, eo conſilio vt Conerdenum ab Hollandis obſeſſum commeatu recrearet. Quæ tentatio fruſtra fuit Mauricio vim faciente,& obſeſſos ad pacta cogente.

Inter hæc Parmenſi è Gallia recenti deterius in dies fiebat. Quidam Philippi boletos incuſabant, alij lento veneno iamdudum eum illigatum eſſe ſuſpicabantur, quòd primà in Galliam expeditione operam ſuam Philippo parum probarat. In principum obitu inclementior fama plerunque à vero aberrat. Comes Fuentius à Philippo cum ſummo imperio miſſus, quaſi dedita opera Bruxellas tempori venit, vt Parmenſi in munus ſuccederet, qui B mandatu Regis Campignium à Parmenſi exauctoratum in integrum reſtituit, Belgij præfecturas Belgis indigenis attribuit, in Comitem Maſium Parmenſi à ſecretis durior fuit.

Claſſiarij Veneti profluuio ſanguinis infeſtantur..

Cùm in eo ſunt, Veneta claſſis ęgrè ſoluerat portu Meduaco(Malomoccum vocant)cùm puſtulis,variolis,profluuio ſanguinis claſſiarij infeſtari cœpêre,quos Cretæ & Corcyræ lues medicis ignorata,aut conſulto diſſimulata excepit,vnde clades ingens ſequuta eſt.

Card. Hyppolitus Aldobr. Pontifex renunciatur.

Eodem anno 1592. ineunte Cardinalis Hyppolitus Aldobrandinus Florentinus, Pontifex Max. Clementis Octaui cognomento renunciatus eſt. Italia latrociniis ab exulibus vexata, qui tandem in mutuas cædes ierunt. In Hiſpania Antonius Pereſius Regi à ſecretis parricidij in Eſcouedum regium Scriniarium compertus è carcere cui mancipatus erat, vxore cum mulierculis affinibus vltrò citroque commeante,& virum crebrò inuiſente, muliebri veſte egreſſus, Cæſaream Auguſtam(Saragoſſam vocant)refugit, vbi populari tumul- C tu Indico Mendoza Aragoniæ iuridico interempto, iterum in vincula datus eſt. Mox populi ſtudiis carcere exemptus in Galliam ſe recepit. Rex XII. peditum, duo equitum millia, quæ in Franciam Alfonſo Varga Duce Fœderatorum auxilio ſummittebat, Saragoſſam flectere iuſſit, & in ſeditioſos capite animaduertit, ſimulachrum Antonij Pereſij flammis addixit.

***

IVLII

IVLII CÆSARIS BVLENGERI HISTORIARVM

LIBER NONVS.

A ANNO 1593. ineunte Turci purpurato Boſſinæ duce in Croria Biſum,
quod & Vichiſum vocant, ad Vlnam fluuium ignauia præſidiariorum
deditione ceperunt, Segnio, quæ Croatiæ firma cluſura eſt, imminebant,
fauces Culpæ amnis, qui ſupra Zagabriam in Sauam influit, vt
in Germaniam aditum ſibi aperirent ſpe & animo ambiebant. Purpuratus
inter Vichiſum, & Carloſtatum Croatinorum quatuor millia deleuit,
ad clauſtra Culpæ amnis propugnaculum, & pontem exſtruxit,
vt Croatiam; & Germaniam ipſam obnoxiam haberet.

Henricus IV. legatos Romã mittit.

Sub id Henricus IIII. Galliæ Rex; cùm Fœderati auctoritate Pontificis in Ordinum
conuentu de nouo Rege creando agerent, Marchionem, Piſanium, & Cardinalem Gondium
Romam legauit, quibus Romani agri aditu Pontifex interdixit. In Belgio Carolus
B Mansfeltius Petrernesti Comitis filius in Picardiæ finibus dilectum habuit, & Non. Febr.
Guiſiam duxit, Neouillium caſtellum proximè Laodunum fulminauit, & per Barlottam
cohortis tribunum vi cepit, per eundem Nouiomagum (Noionum vocant) irrito ſucceſſu
tentauit; vnde ſcalis admotis cum clade repulſus eſt, præfectus Laoduni manu captus.

Sub id copiis Meduani cum Carolo coniunctis exercitus ad XII. peditum, VI. equitum
millia excreuit, quibus freti Nouiodunum obſidione cinxerunt, & tres totos menſes à
præſidiariis crebrò erumpentibus peſſimè habiti ſunt. Ibi Appius Contius Pontificiis copiis
impoſitus iurgio cum Santobrino cohortis tribuno ſumpto, cùm è verbis res facta eſſet,
gladiis vtrinque ſtrictis lethali vulnere confoſſus eſt. Ea obſidio multis obſidentium
capitibus ſtetit. Barlottæ plumbea glande brachium tranſactum eſt. Demùm ad pacta ventum.
Inde Biochenum deditione captum, nec longiùs Hiſpanorum impetus in Picardia
C prorupit, cùm ſtipendia, & commeatus in arcto eſſent.

Rex Galliæ Fœderis artes vulgat.

Inter hæc Galliæ Rex edicto condito, Fœderis artes, & Meduani perduellionem vulgauit,
qui Ordinibus conuocandis regium ius vſurparet. Ipſe ius ſuum ad regnum priuilegio
generis oſtendit, ſe eo animo eſſe, vt vel concilio, vel Synodo, vel colloquio erroris conuictus
ad fidem Catholicam tranſeat. Eo fini ſe Cardinalem Gondium Romam ad Pontificem
cum ampliſſimis mandatis miſiſſe, Fœderatos exitum rei abrupiſſe, Pontifici impoſuiſſe,
conuentum illum à Meduano Pariſios indictum, non legitimum Ordinum conuentum,
ſed perduellionum conciliabulum eſſe, & omnes maieſtatis reos qui conciliabulo interfuerint
pronuntiat. Nihilo ſecius Lutetiam vndique concurſus à Catholicis fiebat, Cardinalis
Placentiæ Pontificis Legatus. Nauarrum tot erroribus illigatum, regni iure excidiſſe,
eam Pontificis Max. mentem eſſe profitetur, vt Ordinum ſuffragiis alius ſubſtituatur,
D Dux Feriæ nomine Regis Hiſpaniæ id ipſum vrget.

Henricus IV. errores ſectæ exuit, & ad fidem Catholicam inſtitui cupit.

Quo tempore Deus eam mentem Henrico IV. Regi inijcit, vt errores ſectæ exuere, &
ad fidem Catholicam inſtitui cuperet. Ad eam rem viri graues & erudití adhibiti, qui ſectæ
inania oſtenderunt, eam à literis ſacris alienam, à priſcis Eccleſiæ Patribus improbatam,
omnium gentium, omnium temporum traditione damnatam eſſe docuerunt. Fœderati re-

pentinam hanc in melius emendationem ſimulatam, coactam, adulterinam criminaban- A
tur, rem eſſe iudicij Pontificij, non vnius, aut alterius Doctoris, aut minorum gentium Epiſ-
copi.

Rex hæreſim abiurat in maiori S. Dionyſij tẽplo.

Sub id Rex Druſiam vrbem deditione recepit, & non ita multo poſt VI. Cal. Iulias ipſa die Sanctorum Iacobi & Chriſtophori, in maiori S. Dionyſij templo hæreſim apud Cardinalem Borbonium, & decem alios cùm Archiepiſcopos tum Epiſcopos, & omnes S. Dionyſij religioſos ſodales populo acclamante, multos annos, vltro eiurauit, fidem Catholicam profeſſus ſacro Chriſti corporis ſacrificio pia mente interfuit. Magna eo die in fano S. Dionyſij omnium lætitia, tormenta intonuêre, tympana ſonuêre, tubæ cecinêre, aurei nummi in plebem ſparſi, regiam menſam ſacerdotes ſigno crucis, & Catholicis precibus conſecrarunt, muſici concentus adhibiti, vota pro Rege nuncupata ſimul, & ſoluta ſunt.

Ea res Meduani animum infregit, & ad inducias coegit, cùm ij qui [illegible] inhiabant, B
in cæteris hominibus regreſſum ad fidem Catholicam probarent, in Rege, quem gubernaculis eiectum cupiebant, improbarent, vt fucum religioni facerêt, & ambitum ſuum pietati antehaberent.

Concionatores fictũ Regis animum vocant.

Interea ex ſuggeſtu Lutetiæ concionatores fictum Regis animum in inuidiam vocabant, omnia fucata, ſynceri nihil in tam ſubita conuerſione eſſe, neceſſitate coactum meliora ſequi, firmata potentia priſtinos mores valituros, nouos exoleturos. Sed felix neceſſitas quæ ad meliora compellit. Omnino Rex coactus Catholicam fidem induit, quam ſponte, vero victus, non hoſtium metu induere cupiebat, ſed volens, & lætus in ea perſeuerauit, & ſectæ offucias tandem explauſit.

Dux Niuernius Romã pergit, vt à Pontifice pacẽ expoſcat.

Sub id Niuernio Duci datum negotium, vt Romam properè pergeret, & a Pontifice pacem expoſceret, quem ita animatum eſſe omnes exiſtimabant, vt recuperata oue quæ perierat, lætitiam agitaret. C

Id temporis inter fœderatos patum conueniebat, pleriq; infanti Hiſpaniæ regnum adiudicari, & ei legitimis nuptiis Guiſium ſociari cupiebant, à quo Meduanus priuatæ potentię diligens alienus erat.

Petrus Barrius Aurel. animum occidendi Regis ſumit.

Inter hæc Petrus Barrius Aurelianenſis Lugduni à Capuchino, vt fama erat, perſuaſus, Lutetiæ ab Alberico parocho S. Andreæ, & Varada Ieſuita in arcano ſacræ confeſſionis ſtimulatus, V. Kal. Septembris animum occidendi Regis ſumpſit. Rem cultro ancipiti tranſigere decreuerat, cum quo deprehenſus, Meloduni ferreis vngulis candentibus excarnificatus eſt, manus ei dextra abſciſſa, mox rotæ impoſitus fractis cruribus, & brachiis per artus exſpirauit. Corpus eius igne crematum in cineres abiit, qui collecti in ventos & fluuium ſparſi ſunt. D

Nemoroſius Lutetiã ad conuentum ire detrectat.

Nemoroſius Lutetiam ad conuentum ire detrectatat, quòd omnium voto Guiſius Rex depoſceretur, & Meduanus ab eo alienior eſſet. Is cùm Lugdunenſem prouinciam latrociniis fœdaret, Lugdunum dominationis ſuæ domicilium conſtitueret, & omnia circum oppida ſui arbitrij faceret, Meduani voluntate in cuſtodiam datus eſt; vnde aſtu elapſus Anicij in Sabaudia iniuriæ impatiens animam egit.

Nemoroſius Anicij animã agit.

Per inducias Boſcoroſæus Feſcampum Cœnobium muniti ſſimum à fœderatis inſeſſum ſcalis in immenſam altitudinem exaggeratis, & inter ſe deuinctis intercepit, & Regis arbitrio ſubiecit.

Vicecomes Turaniæ populationibus Lotharingiam lacerauit, Rex Sanualerium, & Crotaium leges accipere coëgit, Pariſiis annonæ ſubſidia interclusit, in Britonibus Regij Dienamum aſtu cepere.

Id temporis in Sabaudi exercitu X millia peditum, mille quingenti equites erant, quorum E
opera Ocellarum caſtellum ſupra Suſam, in decurſu Doræ amnis inter arduos montes poſitum, ſaxo prærupto munitum, quâ in Subalpinam prouinciam aditus patet, ſui iuris facere 6. Idus Maias aggreſſus eſt. Quare milites in varia ſparſit, qui à Brabaonio Diguierij affini ad internecionem cæſi, duces aliquot manu capti Brianconem in vincula rapti ſunt. Nihiloſecius arx Ocellarum à Sabaudo verberata eſt, vbi ruina edita Hiſpani & Itali magna ſuorum ſtrage vim fecêre. Interim fulminata arce cùm nulla ſubſidij ſpes oſtentaretur ad pacta ventum eſt, Blaconi præſidij præfecto virtutis ergo exſors equus à Sabaudo muneri datus. Mox ab eodem Oſaſſum proximè Pinerolium vi captum, Rodericus Toletanus Hiſpanicæ legionis legatus à Regiis equitibus ex inſidiis cæſus eſt, pauci fuga elapſi.

Rotomagũ in poteſtatẽ Regis venit.

Inter hæc per inducias Rege Catholicum ſe gerente Rotomagum Villartio præfecto dedente in poteſtatem Regis venit. Balignius Cameraci præfectus eius imperium agnouit. F.
Dum in eo ſunt Turci mare ſiculum, Neapolitanum, Appulum, Cicala duce infeſtabant. Panormi caſtellum, in quo puluis ſulphureus erat, igne concepto, trecentos homines ab-
-ſtulit.

A ſtulit. Veneti ad Turcorum, in quibus fluxa fides, impetum frangendum, ad Forojulium
iuxta fanum S.Laurentij, & Palmadam vrbem extruxerunt, cui nomen Palmæ, alueo tutiſ-
ſimo & hoſtibus impenetrabili facto, quo Venetiis, Forolulio, & aliis Italiæ oppidis com-
meatus & copiæ tutò importarentur. Munitionis ſitus is fuit, vt ægrè hoſtes eò loci caſtra
ponere, aut tormenta inferre poſſent, ob terræ vliginem, & rupes hinc inde imminentes.
Solum laticibus, & ſalientibus cum foſſis aqua ſufficeret cuniculis ineptum erat, ſyluæ
proximæ, & terra lateribus coctilibus opportuna, quibus munitio commodè procederet.
Ad eam hoſti inter montes commeatibus conuehendis quatuor tantùm aditus erant; qui
exigua manu obſtrui potuere. Ita illi exiſtimabant Turcum ea munitione ſtante, nunquam
longiùs progreſſurum, ne hoſtem tergo imminentem haberet. Quòd ſi eius obſidendæ
conſilium caperet, tot ſubſidia poſſe immitti, vt exercitum quamuis magnum ante diſſolui
B neceſſe eſſet, quàm verberatio procederet. Ea munitio nouem propugnaculis firmata eſt,
tam capax, vt in eam totius penè regionis annona importari poſſet, quæ res hoſti famem
factura erat. Sicut enim aggeres plerunque, & crepidines diluuio maris coercendo fiunt,
Ita ea munitio coercendo hoſti facta erat, ne in Italiam exundaret, cùm ita natura ferat, vt
ingens exercitus diu ſtare non poſſit, quin propriis viribus ruat, aut inopia, & morbis con-
flictetur, aut è variis gentium ingeniis conflatus in turbas & ſeditiones erumpat. In funda-
menta vrbis ſparſi nummi aurei, & argentei, in quibus altera ex parte S. Marci effigies, ex
altera delineatio vrbis cruce inſignita, cum hoc titulo, IN HOC SIGNO TVTA: in ora
adſcriptum, FORIIVLII, ITALIÆ ET CHRISTIANÆ FIDEI PROPVGNA-
CVLVM.

Id temporis Dux Niuernius Romam miſſus eſt, qui Henricum IIII. Galliæ Regem hæ- *Niuernius Dux ad Pontificem miſſus Hẽricũ IV. hæreſim eiuraſſe refert.*
C reſim eiuraſſe, in fidei Catholicæ ſinum ſe abdidiſſe, & à Cardinalibus, & epiſcopis ſolem-
ni ritu abſolutum eſſe Pontifici communi omnium parenti oſtenderet, rogaretq́; , vt eam
abſolutionem ratam haberet, & ouem errabundam in ſacrum ouile admitteret. Pontifex
fidei ſcenam, & conuerſionis colorem, regni inaugurationi quæſitum ratus, duriorem ad
vota Franciæ ſe præbuit, quòd Regem diceret in foro conſcientiæ cum eccleſia reconcilia-
ri non poſſe, quia nullam publicè pœnitentiam in publico peccato egiſſet, quia piis offen-
ſioni, & ſcandalo fuiſſet, quia ſimulata, non ſyncera conuerſio eſſet, vnde periculum Ca-
tholicæ fidei Rege ad vomitum recurrente creari poſſet. Addebat cum à ſede Romana hæ-
reticum, ac relapſum pronuntiatum, regni Nauarri iure deuolutum, non modò eius regni
gubernacula non exuiſſe, verùm & in Galliæ regnum contra Eccleſiæ Romanæ interdicta
irrupiſſe. Re infecta Niuernius vrbe excedere coactus eſt.

D Sub id in Cantabris (Biſcaiam appellant) Bilbantium oppidum in æſtuario oceani mon- *Bilbantij diluuium.*
tibus arduis vndique cinctum, aquarum eluuie torrentibus ex alto incumbentibus penè
merſum eſt, plerique diluuio abſorpti, portus euerſus, mercium iactura ſexcentis aureorum
millibus æſtimata eſt.

Id temporis in Germania cùm Cardinalis Lotharingius, & Liandeburgus Lutheranus
de Argentinæ (Argentoratum vocant) Pontificio inter ſe ferro decernerent, à Germaniæ
proceribus in has leges pax conuenit, vt Cardinalis Eccleſiæ Antiſtes & poſſeſſor eſſet, an-
nui prouentus ex æquo inter vtrumque diuiderentur. Tunc & Muſali, quæ vrbs eſt Saxo-
niæ proximè Roſtochium, ſtupendum in maioris templi pulpito, vnde ſacræ conciones ha- *Prodigium ſtupendũ in Saxonia.*
bentur prodigium accidit. Ex ima baſi quadrato lapide ſtructa oſſa quædam erupit, quæ
primò in carnem, deinde in manum digitis & vnguibus integris formata eſt. In lorica ſu-
E periori vultus humani ſpecies, oculis, naribus, ore, & barba eminens ſpectata eſt, quæ cre-
brò de die tanta contentione ſe commouebat, vt ſudor è fronte flueret. Quidam oſtentum
ita accipiebant, quaſi Deus fidem quæ per oculos ſignificatur, ab operibus, quorum manus
argumento eſt, non eſſe diſſociandam oſtenderet, alij ſacerdotes moneri aiebant, vt os &
manum loquendo, & ſcribendo veritati tuendæ impenderent.

Eodem anno 3. Kal. April. in Marnigis, & Lutibanis (Sileſiam vocant) in vrbe Vecchels- *Aliud in Sileſia miraculum.*
dorfo cùm puello dentes, vt fieri amat, decidiſſent, paucis poſt diebus eidem in inferiore
gingiua dens molaris ex auro puro puto exortus eſt, quod naturæ vi fieri poſſe naturæ periti
non neſciunt. In caluis ſæpe aurei dentes reperti.

Sub id Cæſar in Auſtria turbas compoſuit, ſeditioſas aliquot vrbes multauit, Aquiſgrani *Cæſar in Auſtria turbas cõponit.*
Catholicos in integrum reſtituit, & imminente Turco, quæ belli erant ſtudioſè inſtruxit.
F Eius mandatu Nadaſtius Dux Hungarus, octo equitum millia coëgit, Marchio Burgauius
4. millia Lanſchenetorum, quinque equitum Reiſtrorum, Comes Montecucoli cohortem
millenariam, & alam equitum, Archiepiſcopus Salaburgenſis mille pedites ſcripſit, qui pur-

putari Boſſinæ omnia ferro flammaq; vaſtantis impetum ſiſterent. Comes Sdrinus in eum A ex tranſuerſo incurrit, & magna cæde Turcorum prædam è faucibus furentium excuſſit. Nihilo ſecius Aſſanus purpuratus Boſſinæ, in cuius exercitu 40. millia bellatorum erant, Seſechum (alij Siſachum vocant) caſtellum in Hungaria inter Sauam & Cupam amnes III. Idus Iunias obſidione cinxit, & pluribus tormentis fulminauit, vbi à præſidiariis tot virtutis & fidei edita exempla, vt inter ſtuporem, & metum Turci ancipites eſſent, qui tamen cùm hoſtium numero obruerentur, Echembergius, Auſpergius, Banus, 10. Cal. Iulias auxilio ſex bellatorum millia traxêre, & in medios tanto impetu irrupêre, vt equitum 20. millia in Cupam fluuium impulerint, reliquos ingenti ſtrage deleuerint. Aſſanus purpuratus, & octo Bei, tres Sangiacchi, profundis hauſti ſunt, è Chriſtianis quindecim deſiderati, ſeptem tormenta, magni commeatus, opima præda capta.

Amurathes ſermones de pace iacit.

Amurathes ita compoſitus erat, vt ex euentu rerum aduerſa abnueret, proſpera agnoſceret, nuntio cladis accepto per purpuratum Budæ ſermones de pace iecit, & hos belli motus ſe inconſulto arſiſſe teſtatus eſt, quem tempori ſeruire, & offenſionem intus abdere Croatiæ B præfectus ratus auctor Cæſari fuit, vt rebus, non verbis animum adiiceret, ac victoriæ caſum vrgeret.

Verùm alij Duces in malum otium reſoluti, dum ſibi quiſque conſulunt, Siſechum oppidum à commeatibus & præſidio inops in prædam hoſti obiecerunt, quod à nouo Boſſinæ purpurato vi captum, & direptum eſt. Mox Veſprinum Neapolitanis ereptum, Caniſa fruſtra tentata, vbi profluuium ſanguinis in Turcos incubuit, eoſque pedem referre coëgit.

Ingens Turcorum ſtrages.

Diuerſa parte à Chriſtoforo Tieffembacho Sabbata vi capta, præſidiarij ad internecionem cæſi, mox ad Filechum duodeuiginti Turcorum millia ab eodem deleta, Filechum, & Ruatium magna Turcorum ſtrage in poteſtatem venêre; Druinum, Hamaſchum, Serſeltinum, Plaueſteinum, Salechum, Dregelum, Palantha leges Cæſaris, duce Tieffembacho, accepere. C

Samoſchum, Aimachum, Hollacum, Veſtium, ſub ditionem cecidere. Si inter Cæſaris duces conueniſſet, res Turcorum in præceps ibant, ſed Germanis ob inſitam auaritiam, parum cum aliis gentibus conuenit, aut inuidia, aut innata barbarie graſſantur, Palfius, Nadaſtius, Huſſarus pridie Cal. Nouemb. ex improuiſo Albam regalem irrito ictu tentarunt, quibus cùm Ferdinandus Ardechius Camari præfectus tempori tormenta non ſubmitteret, pedem referre coacti ſunt, Purpuratus Budæ (veteres Curtam & Aquinum vocarunt) quindecim bellatorum millia trahens eorum tergis hærebat. Palfius fugam flagitij ratus cæteris auctor fuit, vt in hoſtem incurrerent, qui prœlium tantis animis ſumpſerunt, vt octo Turcorum millia ceciderint. D

Turcorum octo millia cæſa.

Chriſtiani mille deſiderati, Palfius inſtandum victoriæ aiebat. Ferdinandus Ardechius paucitatem militum, periculi magnitudinem oſtendebat. Cùm inter eos non conueniret Ardechius Bregetium in Pannonia ſuperiori (Iauarinum vocant) Palfius Tieffembachium ſe recepit.

Poloniæ Rex Sueciã proficiſcitur, patre Rege mortuo.

Id temporis Poloniæ Rex patre Rege Sueciæ mortuo, bona Polonorum venia in Sueciam rebus componendis profectus eſt. Cùm Danſicam Pomeraniæ in Bugundis nobilem vrbem veniſſet, & vnus aliquis è regiis ſtipatoribus in via plebeium hominem impuliſſet, tantæ derepentè turbæ arſerunt, vt 23. Poloni ceciderint, ipſe Rex propius periculum fuerit. Vnde coniicias inter homines ſecta varios licèt fide, & ſacramento Principi teneantur, nihil ſatis tutum eſſe. Præſcriptio religionis, ac fidei, omnia obruit. Sopita per Magiſtratus ſeditione, Rex XVII. Kal. Octob. mari ſe commiſit, vbi fœda tempeſtate iactatus demum incolumis E Sueciam appulit. Narua propugnaculum validum, in quo pulueris tormentarij commeatus repoſiti erant, repentino igne arſit, tanto incendio, vt vrbs infrà poſita in parte deflagrarit. In arce ſeptuaginta 7. præſidiarij eo igne cremati ſunt. Omnino puluis ille incendiarius ſumma cautione attingendus eſt; nam & nauigia, & arces, & vrbes operarum incuria eo caſu ſæpe vaſtantur.

Sigiſmundus Poloniæ Rex Catholicæ fidei cõſulit.

Sigiſmundus Poloniæ Rex, vbi Sueciam attigit, nihil prius habuit, quàm vt Catholicæ fidei conſuleret, ſed tanta ſubditorum in Lutheri ſecta obſtinatio fuit, tam pertinax conſpiratio, vt non leges ſubditis dare, ſed accipere coactus ſit, cùm toto regno Catholica fides exularet, ſacerdotiorumq; reditus prophanis vſibus addicti, in priuatum, aut publicum cenſum abiiſſent.

Motus in Belgio.

Cùm in eo ſunt motus in Belgio in dies augebant, Philippus Naſſauuius Luxemburgum irrupit, indè in Ambiaricis (Brabantiam vocant) Hannutium oppidum diripuit. F

A Inter hæc Comes Fuentius Belgij rebus impoſitus edixit,ne bello capti inter ſe commutarentur,ne pretio redimerentur,ſed ruptis belli commerciis milites vltima capeſſerent, & in ſanguinem ac cędes paſſim irent. Quod vulgo in deterius acceptum eſt,& innatæ Hiſpanorum ſæuitiæ tributum,qui Belgij excidium ſpirarent.

Comitis Fuentij edictũ.

Interim Mauricius Sanctæ Gertrudis fanum, (Sangertrudenbergam vocant,) ad pacta coëgit. Ea vrbs in confinio Brabantiæ, & Hollandiæ poſita oppugnatione ſuperior habetur: à Septentrione Moſa clauditur,qui in Vahalim influit,& ſupra Dodrectum latiùs effuſus, Dongij fluuij aquis auctus, in Meurium irrumpit, cuius nomen ſortitur, & inſulam trecentis paſſuum millibus includit. Inde aquæ tam latè reſtagnant, vt aggeres coërcendo diluuio exſtruere neceſſe ſit, Mauricius ante omnia, vt viam ſibi ad vrbem aperiret,propugnaculum Steenloum à Parmenſi maiori aggeri impoſitum deditione cepit. Mox duos
B pontes è tranſtris, & nauigiis Moſæ impoſuit, & vt aditum auxiliis abrumperet, aggeres foſſa ducta perfodit,& caſtra vndique vallo & aggere muniuit,ne iniurię opportuna eſſent. Maſetius præſidij præfectus crebris eruptionibus hoſtem inſiliebat, ſed eo glande ferrea confoſſo, cùm ſubſidia in mora eſſent, & commeatuum penuria laboraretur, ad pacta ventum eſt,Petrenesto Mansfeltio ſpectante, & fruſtra auxilium oſtentante. Is vt iacturam leniret ad Crepacorium propugnaculum Moſæ impoſitum proximè Bolducum in Aduaticis caſtra poſuit, & deridiculo fuit, cùm militibus inguinum tenus per aquas enitentibus,à fronte Mauritius occurreret, eosq; in ſua veſtigia retro reuolui cogeret.

Sangertrudẽberga ſitus.

Interea Guilielmus Naſſauuius Verdugo fruſtra obnitente in Friſiam irrupit, Gransbergham arcem Vitrio amni impoſitam proximè Bhardembergham vi cepit. IIII. Kalend. Septembres Vuedam munitionem deditione recepit. Quo nuntio territi præſidiarij Viſcoeni
C caſtelli ante ictum fuga euolarunt,& vacuam arcem Guilielmo reliquerunt.

Guilielmus Naſſauuius in Friſiam irrumpit.

Diuerſa parte Fridericus Vuemberghius Oetmarſenum, & Slochterenum ſub poteſtatem redegit, Auerdeſili, & Vueddeni præſidiarios occidione cecidit. Burtangam obſidione cinxit. Ea munitio paludibus in ambitum cincta, quinque propugnaculis munita erat, quæ ſibi ex aduerſum reſpondebant, & mutuis auxiliis ſtabant. Obſidio aquis reſtagnantibus fruſtra fuit.

Quare Verdugus obuiam Naſſauuio factus, ei pugnæ copiam fecit, quam ille abnuit, negauitq; ſe arbitratu hoſtis prœlium ſumere ſolitum, quod tempore & loco ex vſu ſumi debeat. Is commeatus Groningam ad Verdugum miſſos ſemel atque iterum intercepit, vnde appetente hyeme Vuembergius & Verdugus in Brabantiam ſe receperunt, vt militum in Atrebatibus(Arteſiam vocant)tumultuantium motus ſedarent. Eæ turbæ ex inopia
D natæ, quia militi ſtipendia interuerſa erant, aut diutius quàm oportuit dilata. Sine pecunia exercitus parentes haberi non poſſunt.

Naſſauuius pugnam abnuit.

Bellum ſine pecunia geri non poteſt.

Id temporis ager Vaaſius à Berardo Solma grauiter attritus eſt, Hiſpani Hulſtoo, & Aſſelio propugnaculis pulſi, Stecchium ferro, & flamma vaſtatum eſt. Secundùm hæc cùm turbulenti agros popularentur, per vrbes vim facerent, ſtipendia cauſati,& pro infenſis hoſtibus ſe gererent, Venloum, Vuerda, Nuiſium pulſis præſidiariis in libertatem ſe aſſeruêre,& iniuriæ licentiam Hiſpanis abſtulêre.

Exeunte anno inter Nielantum, & Texelum centum quadraginta olcades Zelandæ & Hollandæ mercimoniis onuſtæ, intumeſcente Oceano, & turbinibus ſæuientibus tam fœda tempeſtate deprehenſæ ſunt, vt 44. naues profundis abſorptæ ſint, aliæ ad cautes impegerint, aut in vadis hæſerint, 1500. nautæ, aut vectores naufragio perierint.

Naues 44. profundis abſorptæ, & 1500. nautæ ſubmerſi.

E Sub id Conſtantinopoli Spahi quibus in Diuano(regium Conſiſtorium dixeris)ſtipendia numerabantur, tumultuati,quæſtoris caput ſibi dedi flagitarunt. Amurathes facinus indignum ratus, mille Septizamoglianos immiſit, qui Spahos Diuano exigerent, inter quos pugna exorta, multi vtrinque cæſi, donec expoſitis nummis turbæ reſiderent. Schiauſius Primouiſirus, quia Spahos vi & armis coërcendos Amurathi ſuaſerat, dignitate motus eſt, Sinanus in eius locum ſuffectus.

Hac rerum varietate annus 1593. exiit, quo non minùs funeſtus, & varius iniit annus 1594. ſed Regi Galliæ auſpicatior, & æquior. Is Fœderatis quorum res acciſæ erant, vt conualeſcerent, & inteſtinum incendium diutius alerent, nouas inducias depoſcentibus abnuit, & cum perduellibus regio iure agere ſe velle pronuntiauit. Ne tamen præcipiti ſeueritate querelis locum daret, aut fluctuantibus ſpem abſcinderet, menſis vnius ſpatium
F dixit, quo ad meliora redeuntibus omnia honorum, & fortunarum priuilegia integra eſſe voluit, contumacibus exilium indictum, & maieſtatis crimen inuſtum. Quibus edictis Meldæ omnium primæ Vitrio faciente fidei Regis ſe permiſêrę, Pons Eſiæ, & Nouiodu-

Fœderatis inducias depoſcẽtibus Rex abnuit.

Dux Lotharingiæ in gratiam redit.

num Regis ſacramentum agnouere. Dux Lotharingiæ in gratiam, & patrocinium rediit. A Arelas & aliæ vrbes explauſo Fœdere in fidem venêre. Ad Aquas Sextias Prouinciæ Senatus ſacramentum Regis induit XII. Cal. Mart. Aurelianenſes, & Bituriges Caſtræo hortatore in eius fidem ſe contulerunt.

Lugdunenſes ad Regis ſacramentum vltrò tranſgrediuntur.

Lugdunenſes ad ſacramentum vltrò tranſgreſſi ſunt, & Regis Hiſpaniæ literas Mantua Carpetanorum (Madritum vocant) miſſas, quibus ſuppetiæ oſtendebantur, conſciderunt. Alfonſum Corſum florentibus copiis validum in vrbem acciuerunt, cuius ope Iacquetus Decurio, Liergius, & Setuius è primaria Nobilitate in Theodoricum Decurionem Fœderis in vrbe pertinaciſſimum præconem, qui pontis aditum ſtatione militum inſederat, vim faciunt, oppidani vallum per vicos erigunt, & Regi Henrico fauſta omnia precantur, Archiepiſcopo Lugdunenſi fruſtra obnitente, & publico abſtinere coacto. Lætitiæ ignes paſſim arſêre, faſciæ candidæ, ex humeris pro baltheo accinctæ, viſceratio populo data, & inter B pocula Rex fauſtis ominibus ſalutatus, VII. decuriones loco moti, inter quos Claudius Rubiſius, qui Henrici III. manes virulento ſcripto ſollicitarat. In verba Regis ab omnibus iuratum. Emiſſi vrbe bonis integris aliquot Fœderati, à ſanguine & latrocinio temperatum, & quia Balbani, & Poggij Lucenſes Lugduni ad nouas faces prætulerant, edicto cautum, ne Italis vnquam Lugduni aditus ad magiſtratus pateret.

Inter hæc Curia Pariſienſis graui edicto Hiſpanos, & Gallobelgas vrbe excedere, Belinum vrbis Præfectum, & Decuriones pacis ſtudio in commune conſulere, & Regis ſacramento accedere iuſſerat.

Dux Niuernius re infecta à Pōtifice dimittitur.

Sub id Dux Niuernius re infecta cum muneribus à Pontifice Romà dimiſſus, in reditu Cardinalem Ioiũſam obuium habuit, qui à Meduano Romam ſummiſſus erat, vt à Pontifice ducenta aureorum millia Fœderis nomine exprimeret. Quæ tentatio in irritum C ceſſit.

Rex Carnuti vnctus & coronatus eſt.

Rex Carnuti 3. Cal. Mart. vnctus, coronatus, inauguratus ſolemnia regni accepit. Sacra ampulla ex adyto maioris monaſterij proximè Turonum reuetenter, ac religioſè prompta, Carnutum deportata eſt. Cuius rei fama vires Fœderis infractæ, tanta animorum inclinatio ſecuta eſt, vt certatim oppida ſacramento Regi dicerent. Briſſacius Lutetiæ Præfectus, Ioannes Olearius mercatoribus Præpoſitus, Anglus, & Neretius Decuriones Regi duas portas nouam, & S. Dionyſij aperuêre, quibus ipſe II. Kal. Apriles albeſcente die cum exercitu in vrbem ingreſſus omnium oculos, animoſq; in ſe conuertit, faſciæ candidæ paſſim ventilatæ, fauſtis acclamationibus vici, & compita inſonuêre, Dux Feriæ, Diegus, Taxius, & reliqui Hiſpani arma exuêre, Sega Cardinalis Placentiæ intra priuatos parietes latuit, XVI. viri publico abſtinuere. Rex ſine cæde, & ſanguine Hiſpanos vrbe emiſit, Pariſiis omnia in tran- D quillo fuêre, ſeditioſis concionatoribus gratia vitæ, & rerum facta. Rex exercitu vrbe excedere iuſſo ciuium fidei ſe permiſit. Dies II. Kal. April. quæ Lutetia recepta eſt anniuerſaria feſtiuitate celebratus, publica lætitia agitata, Rex in maiori templo à ſacris ſodalibus ſumma obſeruantia, & pietate exceptus crucem exoſculatus eſt, omnibus bene ominantibus, & fauſta Regi acclamantibus. Tum Curia Pariſienſis in Meduanum, & alios perduelles grauibus edictis fulminauit, Villartius Rotomagum (vbi olim Aulerci fuêre,) Portum gratię, Harflorium, Montiuilerium, Pontomarinum, Vernolium vrbes Regis ſacramento adegit, Triceſſes (Trecenſes vocant) in verba regis Ioinuillio Guiſij fratre pulſo adacti ſunt, Senones, Pictauienſes, Aginnum, Villanoua, Marmanda in Vaſconibus oppida, Regis fidem ſecuta, Laodunum in Morinis (Picardos vocant) in poteſtatem venête, vbi mille quingenti Hiſpani à Rege intercepti, & cæſi ſunt. Caſtellum Theodotici à Peſchio regij arbitrij factum, omnes E pene in Morinis vrbes leges accepêre, Sueſſiones, Fera, Capella Hiſpanis obnoxia oppida ſacramentum Regis detrectarunt.

Pariſienſes Regi portas aperiunt.

Omnia lætitiæ genera Lutetiæ agitata.

Pleraque Galliæ vrbes Regis ſacramento adactæ.

Oratores Veneti magna celebritate à Rege excepti.

Oratores Veneti magna celebritate Pariſiis à Rege excepti, & omnibus officiis culti ſunt. Guiſius Sampaulio cæſo Rhemos ad Regis fidem adduxit, & præfecturam Prouinciæ Maſſilienſis Eſparnono contranitente obtinuit, ſacerdotum Societatis Ieſu cauſa in Senatu acta, declamâre aduerſus eos Arnaldo, qui paulò pòſt Senatus decreto regno pulſi, demum ab Henrico IV. in integrum reſtituti, & inter intimos, ac continuos habiti opibus ac honoribus in maius aucti ſunt.

Inter hæc Hiſpani in Armotica (Britanniam Gallicam vocant) Blauetum munitionem inexſuperabilem præſidio inſederant, & propugnaculum ad Croſilium exſtruxerant, vt aditum in portum Breſtium intercluderent, quod ab Almonrio, & Noritzio Anglo vi captum F eſt, quadringenti Hiſpani cæſi.

Cùm in eo ſunt, ipſa die S. Ioanni ſacra 6. Kal. Ianuarias Rex è Morinis Luteriam regreſſus, in

A ſus, in Luparæ conclaui Ragnium, & Montignium obuiis vlnis excipiens, penè à Ioanne Caſtellio adoleſcente 18. annos nato confoſſus eſt. Is cùm in conclaue furtim irrepſiſſet, in os Regis cultrum adigit, ac dentem vnum excutit. Ei Rex offenſam remiſerat, abnuente Senatu, cuius ſententia perduellis quatuor equis in diuerſa nitentibus publico ſpectaculo diſtractus eſt.

Rex à Ioãne Caſtellio penè confoſſus.

Eius rei inuidia in ſodales Ieſuitas incubuit, qui edicto Curiæ regno exacti ſunt: Toloſa tamen, & Turnonio (Thinurtium vocant) Lugdunenſis prouinciæ oppido pelli non potuerunt. In Ioannem Guignardum Carnutenſem eiuſdem ſodalitij ſacerdotem capite vindicatum, quòd Regem hæreticum iure occidi poſſe ſcripto affirmarat. Ioannes Gueretius eiuſdem ſocietatis ſacerdos Caſtellij Philoſophiæ doctor exilio mulctatus eſt. Columna eo loci erecta proximè palatium, vbi Caſtellij domus ſederat, ſocietatis patres infami elo-
B gio parricidij crimine onerabat. Ea poſtea Regis iuſſu deiecta eſt, memoria rei inducta, Ieſuitæ purgati.

Ieſuitæ Curiæ edicto, regno pelluntur.

Exeunte Nouembr. Rex Attrebatum (Rigiacum veteres dixêre, hodie Arras vocant) crepitaculo ferreo tentauit irrito ſucceſſu.

Diuerſa parte Dux Sabaudiæ Brigeraſſum corona cinxit. Ea vrbs in Alpium radicibus colli impoſita iacentes campos latè deſpicit, à Diguierio tam firmis operibus munita, vt extra ictum eſſe videretur. Decem in ambitu propugnacula exſtruxerat, foſſas altiſſimas duxerat, in quibus ad furta belli ſubterraneæ caſæ, chaſmata vocant. Dux nihilo ſeciùs quinque dierum verberatione ruinam aperuit, in eamque impetum fecit, quem præſidiarij ſtrenuè refutarunt. Interim Diguietius quinque millia peditum, mille quingentos equites coegit, & ad Luſernam tranſmiſſo fluuio per vallem Angrognenſem in vallem Peroſiæ ſine
C offenſione exercitum tranſtulit, vbi S. Benedicti propugnaculum à Duce exſtructum obſedit, & præſidiarios ad pacta compulit, quod poſtea vnà cum arce Brigeraſſi deditione in poteſtatem Ducis venit.

Brigeraſſũ à Duce Sabaudiæ corona cingitur.

Dum in eo ſunt Cicala centum ſexaginta nauium claſſem inſtruxit, & Cretæ, Siciliæ, Apuliæ littora latrociniis infeſta fecit. Syracuſas Siciliæ tentauit, & tormenta clauis configenda per transfugas, & proditores curauit, vnde Siciliæ periculum creatum eſt. Brutios (Calabriam vocant) inſiluit, Rhegium vrbem graui igne affecit, ducenti iuuenes Rhegienſes, ſex millia Turcarum fugarunt, aliquot manu ceperunt, ipſi patres Capuchini pro focis, & aris in Turcos ad arma iêre, & fugientibus vulnera impoſuêre, Cicala Blanco, fano S. Nicolai, Ardori, Giroo, Morabouillæ & Montipanoni oppidis infeſtos ignes ſubdidit, & latè ſtragem dedit.

Cicala Apuliæ littora latrocinijs infeſtat.

D Inter hæc Sigiſmundus Rex Poloniæ, Rex Suetiæ inauguratus, à ſubditis quibus leges dare debuerat, leges accepit, & credendi licentiam inuitus, ac repugnans eis permittere coactus eſt. Tranſſyluaniæ (quam inferiorem Pannoniam eſſe volunt) Princeps Sigiſmundus iuuenis pietatis ſtudiis ardens, iugo Turci excuſſo, in fidem Cæſaris conceſſit, & inſidiis ſuorum elapſus, qui in eius exitium coniurarant, Claudiopoli (Coſnar, & Clauſemburgum vocant) comitia indixit, quibus inſidias expoſuit, & quatuor coniuratos de conſilij ſententia ſecuri percuſſit, quintum quatuor equis in diuerſa tendentibus lacerauit, in Baltazarem Battorium coniurationis principem capite vindicauit. Vaiuodæ Valachiæ, cuius fides fluxa erat, vt eum ad præcipitia traheret, vt inexpiabili offenſione obligaret ſuaſit, vt Turcos omnes qui in Myſia ſuperiore, (quæ Mœſia, Seruia, Valachia dicta) erant exitio daret. Per Cæſarem apud Poloniæ Regem egit, vt Coſacchi Myſia inferiore, quam Moldauiam
E vocant, infeſtanda abſtinerent.

Sigiſmũdus Rex Poloniæ à ſubditis leges accipit.

Rodolphus Cæſar vltrò cum Sigiſmundo ſocietatem armorum iniit, eumq; matrimonio Mariæ Chriſternæ cognatæ ſuæ obſtrinxit. VI. Kal. Decembris Tartari ex inopinato in ſuperiorem Pannoniam irrumpentes Ventzelotum, Genuum, Bulum, Reſtrethum, Bicardeletum, Iſtale, & pleraque alia oppida ferro, flammaq; vaſtarunt, qui in reditu à Valacho, & Tranſſyluano intercepti ad decem millia cæſi ſunt, mille captiui liberati, mille quingenti equi bellatores capti, opima præda erepta. Inde Sigiſmundus Caſuum oppidum in finibus Moldauiæ Turcorum præſidio inſeſſum pugnando vicit, & quingentos equites auxilio ſubmiſſos deleuit.

Rodolphus Cæſar vltrò cũ Sigiſmũdo armorũ ſocietatem init.

Tartarorum ſtrages inſignis.

Sub id in Scotia pietatis præſcriptione turbæ fuêre. Cùm enim Rex Iacobus Catholicæ religionis miniſteriis Nobilitati interdixiſſet, & ſectarij 12. armatorum millia in Catholi-
F cos duxiſſent, mille equites è primaria nobilitate in ſectarios impreſſionem fecerunt, & VII. millia ceciderunt, reliquos fugæ mandarunt. Ineunte Octobri Zoſnæ in Germania luna circulo in ambitum cincta quatuor gladiis crucis ſpeciem reddentibus in quatuor par-

Turbæ in Scotia, pietatis cauſa.

tes diuiſa eſt. E crucis faſtigio Iris, ex tribus aliis lateribus radij igniti exiſtebant. Duæ aliæ A
Irides nube obductæ viſæ, cùm cœlum ad ortum terrifico igne arderet. Dilemburgi quæ,
munitio eſt Ioannis Naſſauuij, fratris Guilielmi Arauſionenſis, ſcintilla ignis è malleo
ferrum tundente expreſſa in puluerem ſulphureum inſiluit, quo tantum incendium
excitatum, vt horrea commeatuum conflagrarint, Francofurtum grauis ignis eodem
tempore affecit, propter Menum, quo plerique viri, & opulenta mercimonia corrupta
ſunt.

Ratiſbonæ ſitus. Interim Cæſar Ratisbonam comitia indixit. Ea ciuitas in Suetia ad dextram Danubij
ripam ſita Cæſaris ditione tenetur, cœlo eſt amœno, vberi ſolo, in qua ducentæ Catholicæ
Eccleſiæ, vnum templum Lutheranis attributum. Danubius põte frænatur 150. paſſus lon-
go, 14. fornicibus arcuato, quibus tres turres præſidio firmæ impoſitæ ſunt. Ager Ratisbo-
nenſis agro Norico (Bauieram vocant) ambitur, mœnia vrbis propugnaculis munita centum B
muralibus tormentis firmata ſunt, oppidani ipſi ad portas ſtationes agunt. Vrbi præeſt Bur-
gnmagiſter, cui vndeuiginti decuriones aſſident, & in partem adminiſtrationis veniunt. Cę-
ſari ciues annui vectigalis centeſimas pendunt, qui XIII. Kal. Iunij regia pompa vrbem iniit,
cæteris imperij proceribus ad comitia vltro affluentibus.

Amurathes per perfid. à Oratores Germanos Conſtatinopoli necat. Ibi actum de perfidia Amurathis, qui contra ius gentium, & conuentionis fidem orato-
res Germanos Conſtantinopoli necarit, Res Pannoniæ populationibus acciderit, aliorum
regnis, & imperiis intolerabili ambitu immineat, in omnium vitam, fortunaſq; impotenti li-
bidine graſſetur. Auxilia ordinum ſuffragiis decreta, 40. bellatorum millia ex omnibus Ger-
maniæ finibus conuenêre, inter eos propter inſitam genti barbariem, & contumaciam per-
petua diſcidia fuêre, quibus omnis eorum impetus elanguit.

Auſtriaci rebus Turcicis inſignes. Id temporis Auſtriaci re ſuperiori anno bene geſta, ſpoliis Turcicis onuſti per triumphi C
ſpeciem Viennam ingreſſi ſunt, & equos phaleratos gemmis inſignes, arma auro fulgentia
Turcis erepta publica tranſuectione oſtentarunt.

Inter hæc Archidux Matthias, penes quem ſummum armorum imperium in Panno-
nibus erat, cognito parum inter Germaniæ Duces conuenire, magnis itineribus Brege-
tium, (Iauarinum vocant) ad exercitum venit, Duceſque inter ſe conciliare, odia, &
contentiones ſopire, omnes amicitia & fide obſtringere conatus eſt, vt conſpiranti-
bus animis in Turcum arma verterent, & inter ſe amici, & fratres pacem colerent.
Tum de conſilij ſententia 30. militum millia Nouigradum duxit vltra Danubium, vt aditus
Budam (veteres Curtam & Aquinum dixere) Peſtam, Strigoniam pateret.

Nouigradi ſitus. Nonis Martiis ad Nouigradum caſtra poſuit, poſtridie 12. tormentis quæ Iauarino de-
portarat mœnia pulſauit. Ea vrbs ſaxo impoſita eſt, cuneis imperuia, foſſis in ſaxo inciſis, quę D
duas fariſſas altitudine ſuperarent, mœnia circum aggeribus munita pugnando vinci non
poterãt. Præſidiariis quingentis duo Bei (tribunos cohortium dixeris) impoſiti, quibus vber-
rimi commeatus, & omnia præter animi præſentiam abundè erant. Illi aſpectu tanti exerci-
tus territi ad pacta deſcendunt, Bei acinace accincti, cæteri inermes emiſſi, quinque plauſtra
ægrotis & vulneratis attributa. Palfius bellandi verus, Beios, & 20. primores Turcos con-
uiuio excepit, ne fortè ignem commeatibus in victoris perniciem ſubdidiſſent. Illi cùm
mero incaluiſſent, conſilia ſuorum euulgarunt, quos ante Idus Iulias ob commeatuum ino-
piam aduentare poſſe negarunt. In eos Sinanus capite animaduertit, quòd eam arcem
ignauia prodidiſſent.

Sub id Tiffembachus Caſſonię pręfectus, Hungaricæ militiæ magiſter, Hattuanum oppi-
dum XV. Kal. Maias fulminauit, verùm cognito Beglierbium Græciæ, Purpuratum Budæ, E
Beios Zaruaci, Gyulæ, Tangradi, XIII. millia militum ſuppetias trahere, obuiam trans Sal-
duaium amnem profectus ſigna contulit, tormentis fulminantibus ordines peruertit, & poſt
ancipitem pugnam Kal. Maiis cùm victoria diu nutaſſet, hoſtem fudit, XVII. tormenta, 24.
ſigna, & opulenta præda capta. Iaſprinum caſtellum Turcis fugientibus in poteſtatem ve-
nit. Duobus iterum prœliis Turci cæſi ſunt, Hattuani tamen obſidio ſoluta eſt, vt impetus
Strigoniam verteretur.

Hattuani ſitus. Ea ciuitas Hungariæ ad Danubij dextram ſita eſt, inter Iauatinum & Budam, in qua duæ
vrbes: vetus, imbecilla, & infrequens Iauarinum ſpectat. Noua munita & firma, Budam in
medio S. Thomę mons interiectus. Vetus Ratzę nomine ad ripam brachij Danubij ſita duas
inſulas intercipit, Noua ad radices montis ardui in pręruptum exit, qua fluuium deſpicit, ar-
ce munitiſſima in excelſo firmata eſt, vbi propugnaculũ Cocherenum foſſis altis validum, F
in quas Grani fluuij aquæ reſtagnãt, & pons cymbis impoſitus, quo ſubſidia intromitti poſ-
ſunt, ad confluenta Ypolli & Grani amnium è Carpatiis montibus fluentium. Primo im-

petu

A petu Vetus vrbs ab Archiduce Matthia magna hoſtium ſtrage capta, deinde S. Thomæ munitio expugnata, præſidiarij ad internecionem cæſi. V I I I. Kal. Iunias ad arcem vis facta, vbi octingenti è noſtris occubuêre.

Interim Sinapi copiæ aduolabant, quæ dum pontem ad Danubium è cymbis moliuntur, à Raſcianis cladem accepêre, qui prædam commeatus, tormenta hoſti erepta Strigoniam deportarunt. Sub id à purpurato Budæ per pontem ſubſidia in vrbem ſubmiſſa, & 5. Idus Iunias eruptio per mille Ianiſſeros facta in Germanos incubuit; à quibus in vrbem compulſi, quidam manu capti ſunt. Sed cùm in exercitu Matthiæ lues graſſaretur, annona in arcto eſſet, libratores tormentorum aliqoot cæſi, tormenta octo clauis confixa, Sinani innumeræ copiæ in proximo eſſent, obſidio ſoluta eſt.

Sub id à Maximiliano Archiduce in Croatia (Illyricum vocarunt) Petrina, ipſa die S. B Mauritij vi capta, vbi Vſcochi (Acroceraunios dixeris) ſtrenuam operam poſuêre, 40. tormenta omnis formæ victoriæ ceſſêre. Mox Caſtrouiza caſtellum ſexto à Petrina lapide ſub poteſtatem redactum, Siſachum oppidum vi receptum, Turcis dilabentibus, à quibus tormenta aquis merſa, vrbs incenſa eſt, ne quid prædæ opportunum eſſet, Caſtellum Gorum hoſte derelictum.

Petrina à Maximiliano Archiduce capta.

Dum in eo ſunt Sinanus centum 150. bellatorum millia, 20. foſſorum, 30. Tartarorum Budam traxit. Tattam, & fanum S. Martini, propter Iauarinum vi cepit, Iauarinum (Bregetium vocant) corona cinxit. Ea vrbs exigua, & infrequens, à vicino fluuio Raba dicta, aquis circumflua, ſitu & opere munita, 70. milliaribus Vienna ſummota eſt, ad dextram ripam Danubij, qui in multa brachia diuiſus Comaram inſulam omnium quæ fluuiis ambitur longè maximam facit. Ea 150. millia paſſuum in ambitum, 60. longitudine, 25. lati- C tudine pateat, vberrima, pagis frequens, vt decem & 5. amplius millibus accolarum ſufficiat. Ad Iauarini munitionem tres amnes concurrunt, Rabſa anguſtus, & altus, Raba latior, Danubius vtriuſque aquis ad Septentrionem exuberans, & præter Comaram, duas alias inſulas efficiens, quarum alteri decem millia paſſuum longæ Zighetę nomen eſt. Ipſius Iauarini ambitus duo milliaria non amplius capit, foſſæ 30. paſſus latæ, quindecim altæ, aquis reſtagnant, tribus portis vrbs aditur, V I I. propugnaculis munita eſt, quorum primum caſtelli nomine inſignitur, alterum Hungarum, tertium Cæſareum, quartum Nouum, quintum Mons Sanctus, Sextum medium, ſeptimum forma plana indigetatum. In vrbe commeatuum abundè erat, pedites quadringenti, centum equites, Ferdinando Ardechio præſidij præfecto, Volones Itali pauci, ſed ſtrenui, in quibus Nicolaus Perlinus Ardechij vicarius, Franciſcus Marchio Montis, & alij qui ciuitatem nouam, & meſſes in ambi- D tum vrbis igne corruperunt, ne hoſti opportunæ eſſent.

Iauarini ſitus.

Nonis Auguſti Ioannes Medices, frater nothus Ferdinandi magni Hetruriæ Ducis, duo millia peditum ad Archiducem ex Italia duxit, quæ Iauarinum intromiſſa ſunt. Sinanus, vt præſidij periculum faceret, Spahos equites ad vrbem emiſit, in quos Ardechius cum equitatu inſiluit, ſed hoſtium numero circumfuſus pedem referre coactus eſt. Mox ita caſtra poſuit, vt populoſam vrbem in vicos, & regiones deſcriptam eſſe diceres. In medio Sinani tentorium fuit, viridi ſerico ſtratum, & tela incerata vndique tectum, tam amplo ſitu, vt Palatium regium aulis, cœnaculis, baſilicis, porticibus, columnis inſtructum eſſe videretur. Ante omnia tria propugnacula munitioni mediæ, & monti ſancto oppoſuit, quibus vrbs pilis ferreis fulminaretur. Mox foſſæ ductæ, & tumuli egeſta terra exaggerati, quibus globi ferrei ex vrbe miſſi hærerent, & milites quaſi vineis tecti in tuto agerent.

Ioãnes Medices duo millia peditum ad Archiducẽ ex Italia ducit.

E Tartari interim agros populabantur, quos temerè palantes Franciſcus Nadaſtius comes Sopronij proximè Iauatinum ingenti cæde ſtrauit. Diuerſa parte Palfius cum equite Hungaro & Germano Turcis annonam interuertebat, aditus commeatibus obſtruebat. Matthias Archidux Zighetam inſulam inſederat, Turcorum fulminibus obnoxiam, à quibus cùm vehementiùs infeſtaretur in eo erat, vt derelicta Zigheta Altemburgum ſe reciperet, quem ab ea mente Perlinus deterruit, oſtenditq; Zigheta ab hoſte inſeſſa, non modò ſpem ſubſidij præſidiariis abſciſſam, verùm & Iauarino capto Turcos Viennam à munitionibus & militibus imparatam irrupturos, vnde prompta Germaniæ pernicies futura eſſet. Quare Matthias ad Septentrionem caſtra transtulit, & iniuriæ exercitum ſubduxit, cùm tormenta in eam partem incumbere vix poſſent.

Tartari agros populantur.

Nonis Auguſti Roſſius de nocte ex vrbe in hoſtem erupit, & tantam vim ignium miſſi- F lium intra vallum, & foſſam iaculatus eſt, tanta glandium plumbearum procella incubuit, vt duo amplius hoſtium millia cæſa ſint, vniuerſus exercitus diſiectis ordinibus perruptus, vt ſi maior ingruentium numerus fuiſſet, immanes Turcorum copiæ penitus profligari potuerint.

Turcorum duo millia & amplius cæſa.

Digitized by Google

fuerint. Nemo fuit ex iis qui eruperant, qui caput hoſtis exciſum in vrbem non retulerit. A

Poſtridie cœlo, imbre, procella, tonitru, fulminibus, fulguribus fœdo, XII. Ianiſſerorum millia in propugnaculum, cui Flaminius Dux Hetruſcorum præerat, inuolarunt, vbi cùm ferreis glandibus pluuia inundante locus non eſſet, cominus pugnarum. Flaminius haſtam fulmineam quatiens hos proturbabat, alios transuerberabat, alij ſaxis, aut gladiis rem gerebant, demum Hetruſci multitudine ingruentium obruti pedem retulêre, Flaminius, Ricazolus, & Zachacaua ſtrenui duces cæſi, aut in foſſam aqua ſtagnante deuoluti ſunt. Interim Turci equites loca vrbis verberationi opportuna oculis luſtrarunt, Ianiſſeri duo propugnacula vi ceperunt, quibus mox tranquillo cœlo pluuia ſidente, tormentis fulminantibus, & ſcloppetis magna ſtrage deiecti ſunt. Hungarus tam præcipiti audacia fuit, vt vexillum, quod Turci intra vallum Turcicum, & Iauarini propugnaculum fixerant, in omnium oculis rapuerit, & ad ſuos leui vulnere ſaucius detulerit. Vexillum eò loci fixum, vt locus B foſſæ ducendæ idoneus notaretur. Omnino tempus illud procelloſum obſidentibus, ſi quid audentiæ habent, ad vim faciendam eſt commodiſſimum, præſidiariis dilabentibus, & cæli iniuriam defugientibus.

Inter hæc Sinanus cùm obſidio parum procederet, animum in varia verſat, & de conſilij ſententia ad Zighetam inſulam impetum transfert. In eam Matthias 24. peditum, nouem equitum millia coegerat, quibus breui acceſſura erant 13. peditum, duo equitum millia, Sdrino & Nadaſtio ducibus. Sinanus foſſas ſecundùm ripam Danubij duxerat, & munitiones excitarat, vnde Hungaros in inſula volitantes globis ferreis infeſtaret, tum pontones, & lintres iuxta inſulam militibus tranſmittendis inſtruxerat, Tartaros ad manum habebat, quorum equi rapidiſſimos, & altiſſimos fluuios facilè perrumpunt, & tranant. XVI. Kal. Septembres, cùm foſſæ à Turcis proximè vrbis mœnia promotæ & ſecundùm ripam fluuij, C qui inſulam ambiebat quadringentis amplius locis dolia viminea vallo & aggere munita, & innumeris tormentis, ac ſcloppetariis firmata eſſent, nauigiolis ducentos ſcloppetarios tranſmiſit, quibus aduentantibus, cùm tormenta vndique fulminarent, Germani præſidiarij loco moti fugam capeſſunt, quos Ioannes Medices in hoſtem trahere fruſtra conatus, ipſe cum peditibus Italis, & equitatu Hungaro in Turcos incurrit, qui omnes penè ad vnum cæſi, aut fluuio merſi ſunt. Eo ſpectaculo territi cæteri, qui tranſmittere parabant, cymbas retrò egerunt, & ad ſuos præcipites reuoluti ſunt. Italorum quatuordecim tantùm deſiderati 40. vulnerati, in quibus & Otto Montius vir fortiſſimus.

Ioannes Medices cũ Italis & equitatu Hũgaro Turcos cædit.

Cùm in eo ſunt deditus rumor, quinque millia Tartarorum iunctis equis, frangendis fluctibus in inſulam traieciſſe, quo nuntio Palfius equitem Hungarum in hoſtem vertit, cuius impreſſio tam valida fuit, vt Tartari terga verterint, & in fluuium peruerſis ordinibus D inſilientes profundis hauſti ſint. Vix trecenti incolumes è tanto numero enatarunt, cùm interim Turcorum catapultæ tam crebrò fulminarent, vt bis mille amplius pilæ ferreæ in Hungaros miſſæ ſint, quib. quatuor tantùm equites obtriti ſunt. Sinanus ea die ſi tota exercitus mole incubuiſſet, & Tartaris fluuium perrumpentibus, Turcis tumultuario ponte & nauigiolis tranſmittentibus impetum feciſſet, inſulam Hungaris eripere potuerat, quòd inter Hungaros, & Germanos parum conueniret, Ducibus Brunſuichi, (veteres Tuliſurgum dixerunt) & Saxoniæ à Matthia vltrò diffidentibus, & cottidie odia, & ſimultates ſerentibus. Sed afflicta Sinani valetudo victoriæ obſtabat, & ætas feſſa annis oneri impar erat.

Germanorũ ignauia.

Interim Matthias ignauia Germanorum cognita, valli & foſſatum ad Danubium cuſtodiam Italo pediti commendat, & tria tormenta attribuit, infra Italos ſecundùm ripam duas E Hungarorum ſtationes locat, & eaſdem aggere, foſſa, vallo, & catapultis ferreis firmat, infra Hungaros Germanos foſſa, & aggere incluſos excubare iubet. Quinta ſtatio Hungarorum infra Germanorum vallum fuit. Hungaris nauiculæ attributæ, quibus Danubium crebrò tranſmitterent, & commeatus hoſti interuerterent. Cùm ea tentatio Sinano ad animum non reſpondiſſet, impetum in vrbem vertit, & tam crebra fulminatione propugnacula verberauit, vt omnia funditus conuellerentur. Sed de nocte ruinæ inſtaurabantur. Iam triginta peditum, XII. equitum millia in Matthiæ exercitum affluxerát, in vrbe ſex bellatorum millia excubabant, cùm è captiuis auditum eo animo Sinanum eſſe, vt tribus pontibus Danubium ſterneret, & tribus locis in inſulam irrumperet, quinque Naſaidas (ita nauigiola vocant) armis, & ignibus inſtructas eſſe, quibus vis fieret.

Antonius Medices ad Maximilianum Italos ducit.

Id temporis Antonius Medices Franciſci magni Hetruciæ Ducis filius adoleſcens, ad F Matthiam centum loricatos, totidem ſcloppetarios, equites ex Italia duxit, & ſumma omnium lætitia exceptus eſt, Dux Braccianus, & Virginius Vrſinus totidem equites au-

xilio

A xilio Cæſaris adduxerunt, & pari lætitia celebrati ſunt.

Quarto Kal. Septembres Ioannes Medices ſex Hungarorum millia ex vrbe duxit, Thonauſus tria Germanorum millia cymbis impoſuit, Palſius quatuor equitum millia in colle ſubſidere iuſſit. Tum Ioannes Medices in vallum hoſtium irrupit tanta vi, vt Turci terga vulneribus præbuerint, ſed Hungaris prædæ attentis & belli munera deſerentibus Ianiſſeri aduolant, & fugientes cædunt, quorum impetum Boſſius fregit, & ordines reſtituit. Germani qui cymbis in hoſtem euaſerant, aſpectum ingruentium non tulerunt, ſed per ſummum dedecus ante ictum fugam arripuerunt, & in cymbulas ſuas refugerunt, quarum vna nimio pondere merſa eſt. Ioannes Medices integrato prœlio Italis & Hungaris manu conſpicuus viam præiuit, & Ianiſſeros, loco cedere coëgit, quorum ſubſidio tria Turcorum equitum millia aduolarunt, in quos Palſius impreſſione facta, latè fugam dedit, ſed equiti-
B bus Turcis tota belli mole incurrentibus Palſius receptui cecinit, & Ioannes Medices ſeruatis ordinibus ſuos in tutum recepit. E noſtris quadringenti, è Turcis tria millia deſiderata, quibus decem & octo vexilla erepta. Si miles à præda abſtinuiſſet, ea dies Turcis luctuoſa, & exitialis futura erat.

Sub id cognitum in propugnaculo à Germanis inſeſſo cuniculum à Turcis vrinatoribus in ſaxo actum, & rupem tam alto ſcalpellis inciſam, vt quatuor bellatores cuniculus caperet. Interim Ianizzeri cladis dedecore mœſti, cuius cauſſam in Sinani filium Græciæ Bellerbeium referebant, purpuratum Budæ Sinam voluntate Græciæ præfectura honeſtarunt, & eum ſibi ducem flagitarunt. Is vt operam probaret ad Rabam nouas munitiones exſtruxit, & vrbem aggeribus & foſſis incluſit, vt ſitus omnia fulminaret, tecta deiiceret, ruinis milites obrueret.

C Interim in exercitu Matthiæ Germani, & Hungari inteſtinis odiis graſſabantur, milites ſtipendiis exhauſti diffluebant, Germani & Hungari annonæ penuria in dies dilabebantur, quorum plerique in manus hoſtium veniebant. Callidi rerum aiebant à Matthia grauiter peccatum, quod exeunte Auguſto cùm 35 peditum millia, XIIII. equitum in eius exercitu eſſent, militesq; animis & corporibus valerent, nec inſidias locis opportunis ſtruxerit, nec eruptionem cum toto exercitu ex vrbe fecerit, quæ tentatio attritis longa obſidione hoſtium animis ſucceſſura videbatur, ſi prœlium auſus eſſet, aut de nocte eruptionem feciſſet, tormentis ex oppido fulminantibus, & veres caderet, receptui locum facilè facturis.

Odia inteſtina inter Germanos & Hungaros.

VI. Idus Septembr. ipſa die natali B. Virginis, cœlo nubilo, & cæco, appetente die Ianiſſeri pontonibus Danubium tranſmittunt, Carolus Borgaui Marchio caſtrorum præfectus,
D & Ioannes Medices tormentis impoſitus, ſecundùm Danubij ripam inequitantes, per nebulam Turcos lintribus in inſulam traiicere animaduertunt, tum ſclopperorum & tormentorum fragor auditi, Hungariæ & Germaniæ ſtationes, quæ ad ripam excubabant fugere, trepidare, arma abiicere.

Ioannes Medices, Dux Saxoniæ, & cæteri Duces, in hoſtem inuolant, Antonius Medices in vallum vſque irrumpit, & ab hoſtibus circumuentus alterum ſcloppeto, alterum acinace mactat, ſed equo ſuffoſſo graui vulnere procubuit, mox Turco fulminante, à Fabio Gallo, & Horatio Montio in equum impoſitus pedem retulit, Germani equites ignauiæ damnati refugere.

Antonius Medices grauiter vulneratus.

De conſilij ſententia Matthias Zighetta inſula exceſſit, & in aliam inſulam quæ inter Rabinizam, & Danubium propè aberat ſuos recollegit Ioannes Medices auctor erat, vt de
E nocte in hoſtem impreſſio fieret, cum facilè Zighetta inſula pelli poſſe, ſed non perſuaſit, Germanis prœlium noctè detrectantibus, quod ſi tempori ſumptum eſſet, Turci fugam meditabantur, cùm vix eorum quatuor millia vallum obtinerent.

Germani equites ignauia damnati.

Matthias animi fractus, mox vtramque inſulam deſerit, Perlino, & Ardechio fruſtra reclamantibus, & Aldemburgum ſe recepit, vbi copiæ omnes ſtatim dilapſæ ſunt. Iauarini ægrè tria præſidiariorum millia, & quingenti relicti. Decimo Kal. Octobres poſt diuturnam fulminationem impetus ad ruinam factus cladi Turcis, & exitio fuit, repetitus poſtridie impetus iiſdem perniciem attulit.

VIII. Kal. Octob. cuniculus ad propugnaculum Hungarum à Turcis factus ignem concepit, illudq; funditus euertit, tum denuò impetus factus parum ex ſententia Turcis ſucceſſit, multi vtrinque deſiderati. Demum ad pacta deditionis ventum, ea lege, vt præſidia-
F rij armis ornati, ſignis explicatis, tubis clangentibus, tympanis ſonantibus in tutum abirent. Quarto Calendas Octobres vrbe emiſſi Aſdemburgum tenuerunt, vbi Ardechius, & Perlinus à Matthia carcere damnati ſunt, quòd inconſulto Archiduce ad pacta deſcendiſſent.

Turci propugnaculū Hungarum funditus euerunt.

diſſent. Iauatinum à Sinano propugnaculis inſtauratum eſt, Tartari populabundi à Paſſio A
deleti, Comara inſula à Turcis tentata, cuius præſidio præfectus Praunus duo bellatorum
millia collegerat. Decem millia Turcorum Comaram irruperant, qui à Tieſſembacchio
deleti ſunt.

Centũ Turcorum millia cæſa.

Iauarini tentatio centum Turcorum millia abſtulit, vix ſex Ianiſſerorum, tria peditum,
35. equitum, 20. Tartarorum millia ſuperabant, cæteros fortuna belli abſtulerãt, centum
quinquaginta tormenta, quadringenta pulueris dolia victori ceſſere.

Belgij fortuna anceps.

Inter hæc fortuna Belgij mutabat, & iam ad hos, iam ad illos inclinabat, cùm Philippi
rogatu Erneſtus Archidux Carinthia excedit, & Belgio cum ſummo imperio præficitur,
Numetocernæ (Namurium vocant) à Comite Fuentio, & primariæ nobilitatis viris honori
ficè excipitur, quibus XIII. Kal. Februarias epulum in prætorio ſuo dedit, inde Hallam, &
Bruxellas venit, vbi regia magnificentia aduentus eius celebratus eſt, quarto Nonas Februa- B
rij codicillos regios in conſilio recitauit, & abdicante magiſtratum Petrerneſto Mansfeltio
actui rerum ſe dedit. Ante omnia leni via perduellium animos fruſtra tentauit; ſuas res quiſ-
que agitabat, & publica mala priuato quæſtui poſthabebat. Quibus vt robore par eſſet, reli-
quias Hiſpani exercitus è Gallia redeuntes collegit Carolus Mansfeltius in reditu Capel-
lam in Morinis obſederat, & XII. tormentis verberat. Ruina edita impetus factus, vbi XII.
ordinum ductores, centum amplius Hiſpani cæſi ſunt; poſtridie cùm denuò vis pararc-
tur præſidiarij per ſummum militiæ flagitium leges accepere, cùm ſubſidia in proximo
eſſent.

Mauricius Gouerdenũ obſidione liberat.

Sub id Mauricius Gouerdenium obſidione liberauit, & paludes viminibus, aſſeribus, ta-
bulatis, faciſculis ſtratas militibus aperuit, tum XIII. Kal. Iunias Groningã in Friſia corona
cinxit. In eius exercitu 123. peditum ſigna, viginti equitum vexilla erant multi aſſeres, tabu- C
lata, vimineæ crates quibus paludes impunè calcarentur. Ante omnia propugnaculum Au-
richum proximè Groningam tranſmiſſis paludibus, & ſcalis ex improuiſo admotis vi cepit,
munitiones Hogembergham, & Slogteram ad pacta compulit, Groningham tormentis, cu-
niculis, irruptionibus leges accipere coëgit, quæ non omnino iniquæ dictæ ſunt.

Mauricio ſupra votũ res fluunt.

Vt Mauricio res ſupra votum fluebant, ita Erneſto multa aſpera occurrebant. In primis
Hiſpanorum vetus, & Italorum recens ſeditio, quæ ſine præſentibus nummis ſedari non po-
terat. Hiſpani pecuniis deliniti acquieuerunt, Italorum habita ratio non eſt, quorum equi-
tes Bruxellas vſque commeatibus expilandis excurrerunt. Ea res Erneſtum male habuit, &
manu vindicandum ratus, Ludouico Velaſco negotium dedit vt Italos Hiſpanorum armis
obtereret. Tum verò Epiſcopum Leodienſem monuit, vt in eorum exitium conſpiraret. Is
quadringentos equites, octingentos pedites ſcripſit, qui annonam turbulentis interuerterẽt. D
Itali nouitate rei offenſi per quadringentos ex ſuis equites, & trecentos pedites Georgio
Macagna & Ioanne Baptiſta Rozaa Ducibus Centrones, & Eburones (Leodienſes vulgò
vocant) ſomno, vinoq; ſepultos de nocte inequitant, obtruncant, ſarcinis ſpoliant, octingen-
tos equos eripiunt, & Sichenum incolumes ſe recipiunt.

Archiepiſcopus Leodienſis hac clade perculſus Italis quindecim florinorum millia
dependit, vt populationes inhiberent. Cùm Hiſpani grauius vrgerent, & proximè
Sichenum duabus munitionibus impoſitos laceſſerent, tanta contentione vtrinque res
geſta eſt, vt quadringenti Hiſpani ceciderint, in quibus & Portus Carrerus Comitis Fuen-
tij nepos.

Itali ad Mauricium ſe recipiunt.

Inde Sicheno Itali aſtu egreſſi ad Mauricium ſe receperunt, à quo humaniſſimè excepti,
& annonæ ſubſidiis recreati ſunt. Eius magnitudo animi tanta fuit, vt nec eos ad fidem Hi- E
ſpani exuendã hortatus ſit, nec in ſuas partes pellexerit, ſed poteſtatem, vel in gratiam cum
Hiſpano redeundi, vel inſtituendæ ſecum amicitiæ fecerit. Illi mox acceptis ab Ar-
chiduce ſtipendiis voluntate Mauricij pristina militiæ munia repetierunt, & ea lege
ſe Erneſto Duci parentes præbuerunt, vt cum Hiſpanis, & Galloбelgis æquo iure mili-
tiæ eſſent.

Rex Galliæ Hiſpaniæ Regi bellum indicit.

Hoc rerum exitu annus 1594. clauſus eſt. Rex Galliæ ſequentem annum aperiet, qui vt
è vulnere conualuit, edicto vulgato Hiſpaniæ Regi, à quo palam appetitus erat, bellum in-
dixit. Ad eum Auſſonuillius, Trembleurtius, Samgeorgius ex Auſtraſia (Lotharingiam vo-
cant) 8. peditum millia, mille ducentos equites aggregarunt.

Dux Nemorοſius agrum Lug-

Inter hæc præſidiarij Sueſſionum, qui Conano Duce Creſpium vſque excurrerant, in
campis Villieti Coſteretij à Gadancurtio, Beinio, Muſſio, Edonuillio fuſi ac deleti ſunt. Dux F
Nemoroſius carcere Lugdunenſi elapſus Viennam obtinuit, tria Heluetiorum millia, tre-
centos equites, mille Gallos pedites coëgit, quibus agrum Lugdunenſem latrociniis infe-
ſtaret,

A ſtaret. Sed eius conſilia Mommorantij magiſtri equitum aduentus euertit, qui ad Regem
mille loricatos equites, quatuor millia peditum ducens, adnitente Deſimieo vrbis præfecto,
Viennam Nemoroſio in Sequanos ad magiſtrum equitum Hiſpaniç profecto eripuit. Monlu-
elum Sabaudiæ oppidum intercepit.

Exeonte Aprili Tribunus equitum Buillionius ad Virtonem in agro Luxemburgenſi XI.
Caroli Mansfelrij equitum flammulas deleuit, 250. cecidit, reliqui relictis armis, & equis in
ſyluas elapſi ſunt. Tremblecurtius, & Samgeorgius in Sequanis Vezoum, Ionuillam, & ali-
quot alia oppida interceperunt, quibus mox à Coneſtabili Hiſpaniæ deiecti ſunt. Bibra-
ctenſes (Belnenſes vulgò vocant) præſidiariis Fœderaris vrbe exactis, Bironio equitum Tri-
buno portas aperuerunt, qui arcem tribus pilarum ferrearum millibus fulminatam dedi-
tione, Nuiſium vrbem vi cepit, Auguſtodunum in Heduis ſacramento Regis adegit, Diuio-
B num factione oppidanorum cum 30. equitibus irrepſit, quorum ope Tauanij copias vrbe
exegit, Franciſcum ordinum ductorem in arcem impulit, aduentantem Regis exercitum
vrbe excepit, qui ciuibus ſubſidio, non oneri fuit, tanta rerum omnium moderatio habita
eſt. Eodem Rex mox aduolauit, didicitque Caſtellæ Coneſtabilem tranſmiſſo Arari cum
exercitu magnis itineribus Diuionum properare, vt eam vrbem ſui arbitrij faceret. Rex
omnes aditus explorauit, Talenium caſtellum quod Tauanius proximè vrbem inſederat,
oculo luſtrauit, mox mille expeditos equites, quingentos pedites, ex improuiſo in hoſtem
ducit, qui nec opinantem opprimerent, relicto Diuioni Thoræo qui arcem obſidione cin-
ctam tormentis infeſtaret.

Ante omnia Auſonuillium cum centum equitibus de hoſte cognoſcere iubet, ipſe ad
Fontem Francicum flectit, & in itinere per emiſſarios cognoſcit Caſtiliæ Coneſtabilis equi-
C tatum in proximo eſſe. Rex Bironium Tribunum equitum cum turma Luxij mittit, qui
de re propiùs cognoſceret, ipſe veſtigia præeuntis cum equitum ala legebat. Bironius in
collem euadit, quem ſexaginta Hiſpani equites inſederant, & hoſtibus pulſis Hiſpanos ad
fanum S. Senij quadrato agmine tendere animaduertit. Tum propter ſyluam trecentos
equites ſibi notat, in quos Luxius impetum facit, cuius equo ſuffoſſo Bironius ad opem ad-
uolat, & Hiſpanos terga vertere cogit, ibi mille ducentos equites, è ſylua erumpentes ani-
maduertit, quibus gradum facientibus, ſeruatis ordinibus ad Regem iter flectit, ſed in re-
ditu quingentos equites obuios habuit, à quibus leui vulnere perſtrictus eſt, mox aduolan-
te Rege periculo exemptus, equites recenſet, qui vix ducenti conuenerant, cùm cæteri lon-
giùs abeſſent. Rex eum ſexaginta equitibus in trecentos impetum facit, eoſq; fugam ca-
peſſere cogit, deinde ducentos alios fugat, tum ſuis fugientium terga cædentibus, 25.
D equites recolligit, quorum ope centum quinquaginta equites fudit.

Bironius duobus vulneribus acceptis, capite concuſſu gladij iheiſo, abdomine lanceæ
cuſpide leniter tentato, cum ſexaginta equitibus in hoſtium globos irrumpit, & quingen-
tos equites, qui cum Meduano ſe coniunxerant impellit, proturbat, & Meduanum ipſum
ad peditum cohortes ſe recipere cogit. Rex cùm vniuerſum hoſtium equitatum in ſe rue-
re animaduerteret, ſeruatis ordinibus cum 80. equitibus in eum locum ſe recipit, vnde pri-
mam impreſſionem fecerat. Inde Vitrio, Clermontio, Ellebouio, Chiuernio, & aliis duci-
bus ſuas equitum alas ad Regem aggregantibus, Rex cùm in hoſtem inſilire vellet, Hiſpani
equites, quorum numerus ad duo millia cenſus erat, pedem retulerunt, & poſtridie iiſdem
pontibus quibus tranſmiſerant, in Sequanos (Francum comitatum vocant) retrogreſſi ſunt.
Tot velitationibus quatuor tantùm è regiis deſiderati, vnus manu captus, ex hoſtibus cen-
E tum quinquaginta cecidêre, ſexaginta manu capti. Rex ſine galea loricatus ante alios ma-
num cum hoſte conſeruit, quod nonnulli temeritati, alij neceſſitati, omnes felicitati
aſcripſêre.

Hæc victoria vniuerſam penè Burgundiam regio imperio ſubdidit, & Diuioni arcem ad
leges coëgit. Eodem anno menſe Iunio Hanninum oppidum in Picardia vi captum, Hiſpa-
ni & Gallobelgæ ſeptingenti deleti: ex regiis Humerius vir fortis interemptus, & alij pleri-
que. Hiſpani poſtea caſtellum, Capellam, Dorlanum oppida expugnarunt, Villartium ma-
ris præfectum ſuppetias ferentem ceciderunt, quo nuntio Niuernius vt Picardiæ conſule-
ret, Corbium, & fanum Sancti Quintini præſidio, & commeatibus muniuit, filium Came-
racum, cui periculum imminebat, auxilio ad Balagnium, cum trecentis quinquaginta equi-
tibus ſummiſit, qui cùm proximè Cameracum veniſſet, mille equites obuios habuit, à qui-
F bus aliquantum deflexit, & 25. loricatos equites ad læuam cedidit, inde ducentos quinqua-
ginta equites haſtatos inſiliit, fudit, & per medios hoſtium globos incolumis Cameracum
ingreſſus eſt.

Bb

dunenſem latrocinijs infeſtat.

Buillionius flãmulas Caroli Mansfeltij delet.

Bironius leui vulnere perſtrictus.

Bironius duobus vulneribus acceptis Meduanũ proturbat.

Burgundia penè tota Regis imperio ſe ſubdit.

Rex Lugduni per triũphi ſpeciem exceptus.

Id temporis Rex Lugduni per ſpeciem triumphi exceptus eſt. Boſcodelphinius in fidem A
regis abiit, eique Caſtellogonterium in Andibus, Sableum in Cenomanis, & alia oppida
ſubdidit. Tum verò Pōtifex Maximus, Romæ, Arnaldo Oſſacio viro probi moris, rerum, &
temporum prudenti, & Iacobo Dauide Perronio Northmano, magnę ob Philoſophicas diſ-
ſertationes apud aulicos Galliæ æſtimationis procuratoribus regis nomine deprecantibus,
& errores ſectæ bona fide eiurantibus, exeunte Auguſto Galliæ Regem diris Pontificiis ſo-
lutum in Eccleſię ſinum, & piorum communionem admiſit, dum pſalmus Miſerere, accine-
retur, Pontifex ferula vtriuſque procuratoris humeros ad ſingulos verſiculos cecidit, leges
pœnitentiæ dictæ, quas hîc non aſcribo.

Cameracũ ſub poteſtatem Hiſpani cadit.

Interim ignauia præſidij Cameracum poſt diuturnam obſidionem ſub poteſtatem Hi-
ſpani cecidit, cuius nuntij dolore Niuernius animam egit, eius exceſſum Nemoroſius pro-
ximè ſecutus eſt. Pauci dies abierant, cùm Dux Bullionius in Verdugum, & Burlotam Fer- B
reum oppidum Cherio amni impoſitum obſidentes duxit, & quingentis Hiſpanis cæſis ob-
ſidione derelicta eos Virtonem refugere coegit.

Meduanus ſacramento Regis accidit.

Meduanus artibus Hiſpanorum cognitis ſacramento Regis acceſſit, Sueſſionas, & Ca-
billonum (Chalonium ad Ararim vocant) leges regias accipere iuſſit. Cum Aumalio
durius actum, cuius effigies Lutetiæ quatuor equis in diuerſa nitentibus diſtracta, bona
in fiſcum redacta, ipſe perduellionis reus Senatus decreto pronuntiatus eſt, is in fidem Car-
dinalis Auſtriæ ſe dedit, à quo humaniſſimè exceptus eſt.

Id temporis Rex Feram in Morinis (Picardiam vocant) obſedit, & Hiſpanos ſubſidio ſub-
miſſos fregit, mox Ambiani Ordinum Picardię conuentus habuit, quibus in eos qui Capel-
lam, Caſtelletum, Cameracum prodiderant animaduerſum.

Diguierius tria bellatorum millia cogit.

Sub id in Subalpina Prouincia Diguierius tria bellatorum millia coegit, quibus Ocella- C
tum arcem obſedit. Sabaudus XI. Kal. Februarias Sancio Salina Duce centum quinquagin-
ta loricatos equites, ducentos pedites auxilio ſummiſit, qui à Diguierio fuſi, fugatiq; ſunt,
mox ipſe Sabaudus non ſine dedecore, cum toto exercitu fugatus eſt, arx Diguierio dedita,
Caſtellum Caorſium à Sabaudo receptum.

Aumontij obitus.

Inter hæc Aumontius equitum tribunus in Britonibus ſua morte obiit, in cuius locum
Lauerdinus ſuffectus.

Longuauillius glande plumbea cõfoſſus, occubuit.

Dux Longuauillius Aureliani exercitum luſtrans, glande plumbea
fortè à milite capite confoſſo occubuit.

Antonius Luſitaniæ nothus fato cedit.

Eodem anno Pariſiis Antonius Luſitaniæ nothus fato conceſſit, vir inconſultus, Luſita-
na ſuperbia tumens, in aduerſis fractus, in proſperis luxu ſolutus, cuius vecordiam fortuna
deſeruit. Id temporis Condæus infans Delphinus, & regni candidatus à Rege Henrico Se-
natu probante renuntiatus eſt. D

Scotus viuus crematus.

Cùm res Galliæ in eo ſunt Clemens Pontifex Maximus auxilia Hungariæ proſpiciebat,
Romæ demerendo Deo ſupplicationes indicebat, quæ dum religioſè obeuntur, & Chriſti
Domini corpus in ferculo pro more circumfertur, Scotus repertus eſt, qui de manu ſacer-
dotis nefario ſacrilegio illud excuteret. Is à populo ad ſupplicium raptus ſine vllo pœniten-
tiæ ſenſu viuus igne crematus eſt.

Bella in Belgio ardent.

In Belgio bella id temporis ardebant. Exeunte Ianuario Breda 12. peditum, 14. equitum
vexilla emiſſa ſunt, Eraugero duce, qui 30. delectis id negorij dedit, vt ſcalis, & funibus ad-
motis in arcem Huij oppidi emitterentur. Id oppidum in Eburonibus ſitum Epiſcopi Leo-
dienſis ditione tenetur, quod olim amplum, & populoſum, Maſtatæ cognomento, duodeci-
mo à Leodio lapide Huio fluuio alluitur, & medium ſecatur, mox ponte lapideo pluribus
fornicibus ſtanti iungitur. Huius amnis infra oppidum in Moſam euoluitur. Ad dexteram E
fluuij arx ſedet ſaxo impoſita, in quam de nocte 30. delecti ſcalis euecti per Hilaria ante
quadrageſimæ dies ad Palatij portas delituerunt, quibus ipſo diluculo apertis in ſtationem
inuolant, alios obtruncant, alios vinciunt, & arce potiuntur, mox ſigno dato Eraugerus cum
copiis aduolat, in vrbem irrumpit, direptione temperat, apud Epiſcopum factum excuſat,
nec eam ſibi mentem eſſe ait, vt vim faciat, ſed belli rationibus conſultum oſtendit, quæ ad-
uerſus Hiſpanos ſine hoc oppido commodè procedere non poſſint, omnes oppidi prouen-
tus integros ei fore ſpondet, & pace firmata omnia in integrum reſtitutum iri.

Erneſti obitus.

Eius rei fama dedita, Erneſtus per Comitem Fuentium, & Mottam tormentis præfe-
ctum, oppidum, & arcem prædonibus eripuit, qui mox afflicta valetudine Comitem Fuen-
tium Belgio præfecit, & paucis poſt diebus pietatis officiis religioſè defunctus ad Deum
exceſſit. Fuentius in Morinos (Picardiam vocant) ſex millia peditum, nongentos 80. equi- F
tes Duce Varambonio immiſit.

Aquarum inũdatio in Hollandia.

Sub id in Holandia per aſpera hyemis tantis auctibus amnes intumuerunt, vt ruptis ag-
geribus

A geribus oceanus iugentem Bataniæ tractum inundarit,& plutes molatrinas, quatuor arces munitas, aggeribus impoſitas,magnam hominum,& brurorum vim rapuerit.

Longuauillius pagos aliquot ferro & igne populatur.

Inter hæc Longuauillius Picardiæ præfectus X I I. Kal. Apriles in Attebatibus Amlincurtium, & Aueſnum oppida, plures pagos igne & ferto populatus eſt. Diuerſa parte Comes Fuentius Caſtelletum deditione cepit. Id oppidum quatuor propugnaculis validum Henricus I I.Franciæ Rex exſtruxerat, vt Cameracum à Carolo V.Cæſare magnis operibus munitum frenaret. In eo ſexcenti pedites Galli,Grangio præfecto,præſidium agitabant,qui hoſtes ad ruinam vim facienres magna clade proturbarunt, ſed perincommodè accidit, vt igne fortuito, quantum ſulphurei pulueris in arce erat, arderet,vnde præſidiarij leges accipere coacti ſunt.

Mulier generoſa Hiſpanos carcere liberat.

Sub id, Hannij caſtellum Gometonis præfecti arcis matre adnitente hoc aſtu ab Hiſpa-
B nis tentatum eſt. Mulier generoſa Sangrium, Bartazzarem Catacciolum, & aliquot alios Hiſpanos carcere clauſos armis ornat, & aperta carceris porta in ſtationem arcis immittit,à quibus vigiles alij cæſi, alij fugati ſunt, donec audito in vrbe tumultu Galli aduolant, crepitaculis admotis arcem aperiunt,eadem mulier quæ audaci facinori anſam dederat,Hiſpanis exitum aperuit, & eos lectica incluſos vrbe incolumes emiſit. Ita arx eadem die ab Hiſpanis capta, à Gallis recepta eſt. Dorlanum item à Comite Fuentio obſeſſum eſt, vbi Valentinus Pardius Motta tormentis præfectus omnibus armis ornatus, dum altitudinem foſſæ explorat, oculo glande plumbea per tenue galeæ foramen confoſſo ſtatim occubuit.

Principis Auellini virtus.

Villartius equo deiectus & cæſus.

Sub id Sampaulius, Buillionius, Villartius in vrbem auxilia ſummittere conati,manum cum hoſte conferunt, equitatum primo impetu fundunt, & in vallum vſque fugientes
C compingunt, vbi Principis Auellini virtus maximè enituit, qui cum Italica nobilitate Gallorum equitum impreſſionem tantiſper ſuſtinuit, donec Roſnæus, Aumalius, Pacconius cùm tormentis & ſcloppetarijs incumberent,& equites è fuga retractos reſtitutis ordinibus immitterent, qui tamen iterum fugam capeſſere coacti ſunt. Mox vniuerſus Hiſpanorum exercitus in Villartium, cum quo ducenti tantùm equites erant, inſequutauit, qui equo deiectus & cæſus eſt.

Famæ datum conſulto Buillionium prœlio abſtinuiſſe, & ante alios fugam cepiſſe, vt Villartium, & nobiles Catholicos ad exitium proiiceret,quorum ſi tantillum imperum adiuuiſſet, Hiſpanæ copiæ peſſum ierant. Alij cladis cauſſam in eo ponunt, quòd aduentante cum mille quingentis primatiæ nobilitatis equitibus Niuernio,Buillionius malo ambitu prœlij gloriam ei præreptam voluerit, quod is à Rege ſummæ rei impoſitus, imperij aucto-
D ritate ante Buillionium,& Sampaulium futurus erat. Eo prœlio pedites penè omnes deleti, centum manu capti, ſeptem plauſtra puluere tormentario, & ferreis pilis onuſta in manus hoſtium venêre.

Hiſpani nullius ſexus aut ætatis diſcrimen faciunt.

Eadem die Niuernius Gallos equites è fuga recepit,& coniunctis copiis poſtridie Fuentio prœlij copiam fecit, quod ille malo cauens detrectauit, ne parto decore excideret. Mox à Fuentio ad Dorlanum verberatione integrata factus impetus, & cominus ſariſſis pugnatum magna vtrinque vi,ſed Comite Dinantio vrbis præfecto confoſſo,Hiſpani per ruinam irrupêre, & nullo ſexus, aut ætatis diſcrimine cædem fecere: duobus capitum millibus ea clades ſtetit. Inde Fuentius Cameracum duxit munitam & populoſam vrbem, cui nomen olim Samarobrinæ fuit,à fluuio Samata,quem hodie Scaldim vocitant.

Ea vrbs anno M. C. X. ab Henrico V. Cæſare Philippo Hieroſolymitano Comiti Flan-
E driæ addicta eſt, quod ius anno 1164. à Friderico Cæſare Philippo Olſatio Comiti firmatum. Ex eo varia fortuna iam ad Gallos, iam ad Belgas per bellorum iniuriam alternauit, donec in fidem Maximiliani Cæſaris abiit, qui vrbis Archiepiſcopo, quem imperij Marchionem renuntiarat, plenum dominij ius arrogauit. Mox Carolus V. arce muniriſſima firmata, in Belgij comitum fide eſſe voluit, Archiepiſco ius ſuum obtinente: demum ab Alenſonio capta Balagnio commendata eſt, cuius impotenti dominatu diu oppreſſa, cùm Attrebates populationibus atteretet, à Fuentio Comite tandem expugnata, ad Belgij comites reuoluta eſt. In eam à filio Ducis Niuernij primùm, deinde à Vichio ſubſidia ſummiſſa, ſæpe ab Hiſpanis impetus factus, ſæpe à præſidiis refutatus eſt. Si Balagnius vxoris ſuæ nobilis fœminæ ex Amboſiana familia virtutem,& animos æquaſſet, vrbs ei è manibus exſculpi non potuerat, illa captæ vrbi ſupereſſe noluit, ipſe cùm intus oppidani opibus euerſi,
F & omni ſæuitia lacerati turbarent,ad deditionis pacta deſcendit, vrbs in Archiepiſcopi poteſtatem rediit.

Id temporis Eraugerius à quo Nuium interceptum erat, ſcalis admotis Liram tentauit. *Lire ſitus.*

Ea inter Machliniam, & Antuerpiam ſita ex æquo ab vtraque ſex milliatibus diſtat, propugnaculis & ſitu munita, in quam de nocte Bauari immiſſi, dum ſacras imagines deiiciunt, & prædas vndique conuectant, ab Hiſpanis Antuerpia profectis repentè oppreſſi,& cæſi ſunt. A

Mauricius oppidū Grollum obſidione cingit.

Diuerſa parte Mauricius in Menapiis (Geldriam vocant) Grollum oppidum obſidione cinxit,quam ſoluere Mondragonio irruente coactus eſt.Ibi leui prœlio veritatum,quo Philippus Naſſauuius Erneſtus Comitis Solmæ affinis, & alij pleriq; ae cecidere. Nihilo ſecius exeunte Octobri Mauricius Vuerdebruchum intercepit. Batauí admotis crepitaculis Vercum opidum,& in eo Henricum Vemberghum præſidio vrbis præfectum ex improuiſo ceperunt Iidem quatuor maioris formę nauibus iu Indiam velificati ſunt,vt res Hiſpanię Regis infeſtas facerent. Ea nauigatio duos annos abſumpſit, de cuius ſucceſſu ſuo loco reddemus. B

Eluuiū ingens in Germania.

Inter hæc ineunte Maio, glacie & niue æſtu ſolis ſoluta in Germania paſſim eluuio graſſata eſt, torrentibus ex alto incumbentibus, cùm ruptis aggeribus molatrinæ, domus, turres,armenta,homines, infantes cunis inuoluti raperenrur Coloniæ, Mogontiæ, Francofurti,Herbipoli templa,pontes,prætoria, propugnacula mœnia vrbium euerſa, vnius noctis Moſæ,& Rheni auctus 30.pedes exceſſere.

Septē Turcorum millia cæſa.

Id temporis Moldaui, & Valachi, Aarone, & Michaele Ducibus tranſmiſſo Danubio Haſſanum Budæ purpuratum ad Vruſichum inſilierunt,V I I.Turcorum millia ceciderunt, prædam Iauarini partam extorſerunt,Smiglium,Achgemanum Olyam, Chiellam, quæ & Monconſtrum dicitur, Babam, Luſachinm, Meemum, Turnulium, Gurgeuum, & Ruſſium, cæteraſq; vrbes vſque ad oſtia quibus Danubius in Euxinum(mare maius vocāt) ſe exonerat igne vaſtarunt. Ad Scatpentram in Sileſtria Ioannem Bogdanum Moldauiæ Vaiuodam magnas Turcorum copias trahentem profligarunt. C

Interea Cæſar per Ioannem Medices Comaram, & Altemburgum tam firmis operibus muniuit,vt nihil Iauarini munitioni concederent. Comitiis imperij Maximiliano, & Tieffembacho ſuperior Hungaria,Matthiæ & Carolo Māſpheltio,quem Cæſar equitem,& imperij principem creauerat, inferior commendata eſt.Is ad Cæſarem 6.millia peditum, duo equitum duxerat. Comitiis 16. millia peditum Germanorum 4.equitum decreta, Boëmia, Morauia,Sileſia,10.millia peditum, 4. equitum, Auſtria 6.millia peditum, duo equitum, Hungaria 6.millia equitum,4.peditum obtulēre.

Fœdus ictū à Cæſare cū Tranſyluaniæ Duce.

Ictum à Cęſare fœdus cum Trāſyluanię,Vallachiæ,Moldauię Duce.Sigiſmundus Trāſyluaniæ Princeps XV. Kal. April.in Moldauia tria millia Turcorum ex inopinato cecidit, Tellteam vrbem incendit, Bragam cepit,& diripuit, Smylum proximè fluuium Neſtetem per Andream Baſtaium expugnauit,duo millia Turcorum interemit,aliquot tormenta,quę Ioannis Hunniadis fuerant, recepit, Veſperam & Sofiam populatus eſt,& victorias ſuas Adrianopolim vſque protulit.In quem Græciæ Bellerbeius 25. bellatorum millia traxit, vt hoſtem in varia ſparſum obrueret. Quod ſubodoratus Sigiſmundus puncto temporis ſuas omnes copias in vnum contractas in Turcos rapuit, eoſque nec opinantes obtriuit,30. tormenta cepit. D

Turci à Vallachis magna ſtrage proturbati.

Kal.Iunii Vallachi Turcos fugientes Nicopolim vſque magna ſtrage proturbarunt, Nicopolim pugnando vicerunt,58.nauigia Danubio fuerat incenderunt,20. tormenta fugientibus eripuerunt.

Mchemetes Amurathis morte ad imperiū euectus.

Sub id Mehemetes Amurathis morte ad imperium euectus ſummū armorum imperium in Feratum contulit, à quo Sinanus, & Cicala diſſidentes, Ianniſſeros & Spahos in partes traxerant.Illi Feratum indignis modis acceperant,tabernaculo eius inciſis funibus deiecto, ipſum penè ruina oppreſſerant. E

Inter hæc Tranſyluanus Aaronis Moldaui defectione cognita, eum Albæ Iuliæ carceri mancipauit,& alium Moldauiæ Vaiuodam inſtituit, ipſe Valachiæ,& Moldauiæ dominum ſe renuntiauit.Poloni in eo erant,vt fœderi Cæſaris accederent,ſed Maximilianus ſuperiori Hungariæ cum ſummo imperio præfectus, qui Regis Poloniæ titulum exuere detrectabat, frigus afferebat,& moras currentibus iniiciebat, tum verò Tranſyluanus in eo vigilabat, ne ſibi à Polonis per ſpeciem amicitiæ Moldauia eriperetur. In Croatia tunc Linconiſſus Caroloſtati præfectus, in Turcos prædabundos incurrit, & duo millia cecidit. Totidem à præſidiariis Segnij deleti, præda recepta. Iterum ad Sauam fluuium proximè Zagabriam mille Turci à præſidiariis Fani Georgij profligati. Sed in his belli furtis diutius immorari pretium non eſt. F

Portenta

Id temporis multa Turcis portenta calamitatem denuntiarunt. Sigheti, & Strigonij pulueris

A ueris ſulphurei commeatus de cœlo tacti, latè incendium ſparſêre. Feratus Conſtantinopoli egrediens ter ruina equi procubuit, vexillum regiũ vexilliferi manu ſemel atque iterum excuſſum eſt. Carolus Mãsfeltius exeunte Iunio veterem vrbẽ Strigonij vi cepit, nouã vrbem, & ipſam arcem crebro pilarũ fulmine verberauit, propugnaculum S. Thomæ ſui iuris fecit, quo tempore poſt acre, & diuturnum prœlium Turci aliquot ſubſidio miſſi Hungaris fruſtra obnitentibus, Strigonium irrepſêre. Librator à Mãsfeltio deprenſus, qui pecunia corruptus in tormenta pro pilis ferreis glebas terræ indebat, iu quem laqueo ſtatim animaduerſum eſt.

Turcis calamitatem denuntiant.

Sub id Palfius Cocherenum propugnaculum, quo vno ſubſidiis aditus Strigonium patebat, vi cepit, & quadringentos Ianiſſeros aqua & ferro perdidit, quo tempore & in Croatia Bobolca vrbs proximè Sighetum à Sdrino, & Crano expugnata eſt, 36. tormenta ærea vi-
B ctori ceſſêre.

Interim Beglierbeus Græciæ 28. millia bellatorum auxilio Strigonij traxit, quæ à Mansfeltio, & Palfio fugata ſunt. Vergente iam die Beglierbeus iterum in noſtros inſiluit, qui cùm victoria elati in aperta euaſiſſent, tormentis expoſiti, in vallum refugere coacti ſunt, quorum fugam Carolus Gonzaga inhibuit, & ſuis in hoſtem incurrentibus victoris impetum fregit, è noſtris octoginta cecíderunt, è Turcis non pauciores.

Viginti octo bellatorum millia à Mansfeltio & Palfio fugata.

Pridie Non. Aug. Turci 7. millibus equitum S. Thomæ propugnaculum inſiluerunt. In eo ſexcenti præſidiarij Alexandro Naldio parebant, qui impetum hoſtium ſtrenuè ſuſtinuerunt. Mox octo Turcorum millia in prima acie, totidem in ſecunda in Mansfeltium, & Ioannem Medices inequitarunt, à quibus duriſſimè accepti cùm in colles fuga euaderent, à Palfij turmis deleti ſunt. Ioannes Medices in tormenta laminas ferreas in ſe con-
C uolutas indiderat, quæ mox in vacuo explicatæ ſtragem edebant. Mansfeltius eo die munera militis, & ducis impleuit, & operam ſuam exercitui mirificè probauit. Quatuor equitum Turcorum millia, mille quingenti Ianiſſeri, purpuratus Iauarini, quinque Behi deſiderati, purpurati Budæ, Caramaniæ, Temiſuari, Beglierbeus Græciæ, vulneribus onuſti, fuga Budam tenuere, 38. campeſtria tormenta, tentoria ſexcenta capta, quorum quædam 4. talarorum millibus indicata.

Varia Turcorũ ſtrages.

Gallobelgarum eo prœlio virtus, & ex Italis Caroli Gonzagæ maximè enituit. Carolus Mansfeltius Idib. Auguſti ex nimia contentione concepta febre, magno noſtrorum dolore mortem obijt. Eius exceſſu in Carolum Gonzagam, & Ioannem Medices tota belli moles recidit.

Gallobelgarũ & Italorum virtus admirabilis.

Inter hæc Aldobrandinus copias Pontificias ad Hungaros aggregauit, quorum aduen-
D tu Ioannes Medices impetu ad ruinam facto recentibus in locum feſſorum ſuccedentibus in vrbem inſiluit, Gallobelgæ, Hungari, Itali, Carolo Gonzaga duce per ruinam irrupêre, mille trecenti Ianiſſeri cecidere, cæteri in arcem refugerunt, quæ tormentis fulminantibus ſolo penè æquata eſt, brachium Behio Strigoniæ ferrea pila diſcerptum eſt, Aga Ianiſſerorum confoſſus. Huic victoriæ quaſi cumulus victoria Tranſſyluani acceſſit, qui ad Foigalum duodecim Turcorum millia purpurato Temiſuari duce, deleuit, cùm è noſtris ægrè triginta cecidiſſent.

V. Kal. Septembris Itali ad XII. millia Strigonij cenſi ſunt animis omnes ad victoriam, aut ad vltima parati, qui cùm ad ruinam impetum feciſſent, & alia parte Hungari, & Germani vim facerent, in mœnia magnis animis euaſêre, ſed ignibus miſſilibus, oleo & pice ſtillantibus, obruti pedem referre magna vtrinque ſtrage coacti ſunt. Carolus Gonzaga
E multo ſanguine in turrim arcis irrupit, vnde Turcos plumbeis glandibus infeſtos habuit, eosq; ad deditionis pacta coëgit. Dictæ leges, vt præſidiarij gladiis accincti emitterentur, 1450. viri, 700. pueri, & fœminæ egreſſæ.

Itali ad 12. millia cæſi.

Ineunte Septembri Erbeſtainus in Croatia XII. millia Turcorum equitum, & peditum deleuit, Petrinam recepit. Lenchouichius Sernichum, Tranſſyluanus Lippam munitam vrbem ad Meriſchum fluuium vi cepit. Pridie Non. Septembr. cum Sinano in cuius exercitu 60. millia bellatorum erant ſigna contulit, vbi tam obſtinatis animis vtrinque pugnatum eſt, vt per VII. horas victoria nutarit, demum inumbrânte veſpera Turci deleti, quibus rranſmiſſo ponte Sinanus pontem abſcidit, vt victori viam abrumperet.

Turcorum XII. millia ab Erbeſtaino in Croatia deleta.

Eo prœlio 25. millia Turcorum aqua, aut ferro conſumpta. Capto Strigonio Matthias Vicegradum duxit. Id oppidum ad Danubij dextram in abrupto ſaxo ſitum, qua deuexo
F colle ſubmiſſum eſt, aquis alluitur, & in fluuium incumbit, vnde nauigia tormentis infeſtare poteſt. XIIII. Kal. Octobres arx fulminibus quaſſata, & Duce Mantuæ cum Carolo Gonzaga impetum faciente ad deditionis leges coacta. Obſides à Duce Mantuæ in ca-

Turcorum XXV. millia aqua ferroq; conſumpta.

ſtris benignè habiti, donec exploratum eſt in arce nihil inſidiarum ſubeſſe, omnia tutò A
adiri poſſe.

Fodina auri reperta. In eo agro Fodinæ auri ducenta amplius aureorum millia annui reditus Cæſari pepererunt. Inde Vacciam ductum ad læuam Danubij inter Vicegradum & Peſtum ſitam, negotio ſpeculatoribus dato, vt omnia antè explorarent, ne inſidiis opportuni eſſent.

Nonis Octobris Marchio Borgauius cognito proximè Budam 30. equitum Turcorum millia ſubſidere, eò quinque millia peditum, tria equitum duxit, in quos quadringenti primò incurrere, tum tria millia equitum, mox ſex millia emerſère, quibus irruentibus, Hungari pedem retulère, cùm noui ſemper, & recentes ſuccederent, Gallobelgæ circumuenti periculum obierant, niſi Germanis prœlium abnuentibus Carolus Boſſius impreſſione facta viam laborantibus aperuiſſet, qui peditibus recedentibus ipſe in fronte hoſtium impetum ſuſtinens, & manu rem gerens ſeruatis ordinibus ſuos in tutum recepit, duo tantùm pedites, tres equites cecidere. B

Sub id, duo Chiauſi capti, de quibus cognitum nihil tam arcani conſilij apud Matthiam agitari, quod non per ipſos conſilij Duces Turcis euulgetur. Id durum Italis viſum, qui à ſuis cauſam fidei prodi querebantur.

Polonia Cancellarius cū Turcis & Tartaris agit, vt Moldauia ad Regem Poloniæ redeat. Inter hæc Poloniæ Cancellarius qui Moldauiæ principatum Regi Poloniæ ereptum anno 1572 ægrè ferebat, cum Turcis, & Tartaris id egit, vt ereptam Sigiſmundo Transſyluaniæ Principi Moldauiam ad Regem Poloniæ traheret, eamque in Hieremiam Mogliam, cui Mehemetes vexillum principatus attributi ſymbolum (inueſtituram vocant) derulerat conſerret. Vt enim olim Imperatores togam pictam, tunicam palmatam, & ſceptrum ad eos tranſmittebant, quibus regna, & regium nomen decernerent, ita & hodie Soltanus ad eos quibus ius principatus attribuit, vexillum tranſmittit. C

Inter hæc Sigiſmundus Battorius Transſyluaniæ Princeps X. equitum, X V. peditum millia XVI. Kal. Nouemb. Tergouiſtum duxit, vnde Sinan in cuius exercitu 35. bellatorum millia erant, pedem retulerat, & Burchareſtum ſe receperat, cùm prius Tergouiſti, quæ Valachiæ ciuitas princeps arcem 150. præſidiariis firmaſſet. Sigiſmundus eo animo erat, vt arce intentata in refugientem hoſtem impetum faceret, quo profligato propugnaculi expugnatio prompta erat. Syluius Piccolominius, quē magnus Herruriæ Dux cum delecta manu eò tranſmiſerat, auctor fuit, vt ante omnia munitio Tergouiſti exſcinderetur, ne ponè hoſtis immineret, aut commeatibus tranſitum obſtrueret.

Tum verò vt militi ex itinere feſſo aliquid otij recreandis viribus daretur, ne exercitus itineris moleſtia languens, recenti ac probè curato hoſti obiiceretur. Denique de hoſte propiùs cognoſcendum, & eius conſilia exploranda aiebat, priuſquam vis tentaretur. Ea ſententia obtinuit, & equites aliquot miſſi, qui extremum hoſtium agmen carperent, & de hoſte certa omnia referrent, Piccolominius munitionem propius inſpexit, & tormentis verberantibus, cùm res non ſuccederet, quia propugnaculum trabibus intextis aggeſta terra firmatum erat, miſſiles ignes iniecti, & cunei acti, tum impetu facto munitio XIII. Kal. Nouemb. eodem die, tentata, & capta eſt, præſidiarij omnes exitio dati, tribus exceptis, qui noctis beneficio ad Sinanum pernicibus equis euolarunt. Is nuntio perculſus ad Georgium proximè Danubium refugit, tam præcipiti fuga, vt maxima vaſorum, & ſarcinarum pars relicta ſit. Duos dies recreando militi, & annonæ proſpiciendæ Sigiſmundus Tergouiſti poſuit. Piccolominius auctor fuit, vt per compendia viarum fugientem hoſtem inſequerentur, ſed cùm primis per emiſſarios de hoſte cognoſcerent. D

Pridie Cal. Nouemb. Georgium ventum, cùm iam pleræque Sinani copiæ Danubium ponte tumultuario è nauigiolis ſtrato tranſmiſiſſent, & ſex millia Turcorum ad pontis cuſtodiam relicta, mille præſidiatij Georgij arci impoſiti eſſent, Turci ad pontem primo impetu fugati ſunt. Arx à Piccolominio obſeſſa, qui vt ſubſidiis aditum in arcem occluderet, pontem ignibus miſſilibus corrupit, & alterum pontem brachio Danubij impoſitum inſedit, tum arce fulminata ruinam fecit, quæ quatuor vlnas latior non erat. In eam tamen impetus ab Italis factus, cùm Hungari periculum refugerent, & inumbrante veſpera per vim arx capta, Mecenate Octauiano Aretino primo, non citra ſanguinem, & vulnera irrumpente, quem reliqui Itali ſequuti hoſtem occidione ceciderunt. Tormenta 70. capta, multi Chriſtiani ſeruitute exempti, Georgium igne corruptum. E

Aliquot oppida in ſuperiori Hūgaria Maximiliani auſpiciis capta. Id temporis in ſuperiori Hungaria Maximiliani auſpiciis 13. Cal. Nouembr. S. Nicolai oppidum, Scandarum, Baccum, Vichiſium oppida capta ſunt. In Auſtria pagani, & villatici vectigalibus oppreſſi turbarunt, mox ex turbæ paucorum exitio conquieuerunt. F

In Suetia ſæuitum in ſacri ordinis patres, & omnes Catholicæ fidei cultores, in oppido

Vaſteno

A Vaſteno cœnobium Virginum S. Brigitæ ritu, & diſciplina Deum curantium, totius principatus Neritiæ celeberrimum, à ſectariis euerſum eſt, omnes ſacerdotes Suetia exacti ſunt.

Sectarij in ſacris ordinis patres ſæuiunt.

Inter hæc Amurathe XV. Cal Februar. vita functo, Mehemetes ad gubernacula ſedit, à quo XVII. fratres neci dati ſunt. Is Ferato in Tranſſyluania rem parum ex ſententia gerente Capigliarem (ita protectorum tribunum vocant) miſit, qui ei caput enſe demeteret. Feratus tribuno caput depoſcenti reſpondit, ſe caput ſuum Mehemeti Conſtantinopoli repræſentaturum, mox in caſtra Hacmalo Memphis (Cairum vocant) purpurato aduentante, & litteras Sultani offerente, fuga euolauit, firmo Boſſinenſium comitatu ſeptus, quem cùm Ianiſſeri equites Deruiſij dicti inſequerentur, & veſtigiis hærerent, Soldaninos per itinera ſparſit, in quibus colligendis illi occupati, curſum interruperunt, & effugio lo-

Mehemetes ve imperio potiretur, XVII. fratres neci dari curat.

B cum præbuerunt. In eum tamen capite poſtea vindicatum eſt, quingenta Soldaninorum millia, quæ ille corraſerat fiſco adiudicata.

Mehemetes excidio Strigoniæ, & clade Sinani perculſus cùm annona Conſtantinopoli incanduiſſet, peſtilenſq; annus graſſaretur, dubius animi hæſit, an Sinanum ſecuri percuteret. Mox alio nuntio eius aures verberatæ, Perſarum Regem adoleſcentem mortuo patrè Turcos in eo tractu oppreſſiſſe, Petrum Toletum claſſi Neapolitanæ præfectum Idib. Septembris nundinas, quæ Patris in Achaia frequentiſſimæ, & celeberrimæ habentur, intercepiſſe, mercimonia diripuiſſe, prædam quadringentis aureorum millibus æſtimatam.

Id temporis in Anglia feriæ belli non erant, Irlandis Catholicis Tironeo comite inſtigante rebellantibus, & Ioanne Aquila Hiſpano, qui ex Armorica mille quingentos equites in Angliam tranſmiſerat, Cornualiam ferro flammaq; vaſtante, à quo Franciſci Gouolfini

Feriæ belli in Anglia nulla.

C Britanni copiæ deleræ ſunt. Nec feliciorem exitum habuit claſſis Anglica, quæ Dracco Duce in Indiam vela fecerat. Nam & ad portum diuitem, & ad fanum Sanctæ Marthæ, & Pauamam claſſiarij duriùs ab Hiſpanis accepti, Nomedidium portum tenuerunt, vbi Draccus impatientiæ doloris animam reddidit, Angli procella, lue, & inedia confecti poſt varios errores in Angliam anno inſequenti rediere.

Draccus mortẽ obit.

Hac vice rerum annus 1595. exactus eſt, quem 96. excepit, non minori caſuum acerbitate fœdus, quo tempore Erneſto Principe Auſtriæ mortuo Albertus frater eius, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Toletanus Archiepiſcopus, Luſitaniæ prorex, Maximiliani ſecundi Germaniæ Imperatoris minor natu filius, in Belgio ſummæ rei à Rege Hiſpaniæ impoſitus eſt, cùm iam ætatis annum XXXV. attigiſſet. Is ante omnia id à Philippo Hiſpaniæ Rege expreſſit, quo ſibi æquiorem Mauricium haberet, vt Philippus Guilielmus

Albertus S. Rom. Eccleſia Cardinalis in Belgio ſumma rei à Rege Hiſpania imponitur.

D Naſſauuius Princeps Arauſionenſis, qui ab anno 1568 in Hiſpania captiuus egerat, libertate donaretur, quo itineris comite Genuam appulit, Nonis Octobris anno 1595. inde per Taurinum, Sabaudiam, Lutharingiam quarto Kal. Februarias anni 1596. Luxemburgum ſex millia peditum, mille equites inoffenſo itinere deportauit, vnde à Comite Fuentio Bruxellas honorificè deductus eſt. Ibi qua magnificentia fuerit exceptus nihil attinet ſcribere, cùm cæteris principibus ſolennia imperij capeſſentibus idem honor haberi ſoleat. Bruxellis nihil prius habuit, quàm vt codicillos imperij ſui vulgaret, & Comiti Fuentiò reditum in Hiſpaniam adornaret, tum verò vt Italos qui Tilemonti turbauerant, impenſo pretio ſibi conciliaret, prout inclinaſſent ſocij aut aduerſi, grande momentum allaturos.

Mox ex improuiſo Hulſtum Flandriæ oppidum in ditione VVaeſenſi tota copiarum mole aggreditur, Barlotta, & Tieſſelingo ducibus, qui de nocte per æſtuaria ponte, ratibus

Albertus Hulſtũ Flãdriæ oppidũ aggreditur.

E ſtrato irruperunt, & Comite Solmeo Hulſti, & Zelandiæ præfecto fruſtra obnitente propugnaculum infra moles, & Diguas poſitum vi ceperunt. Quæ tentatio capite ſtetit Tieſſelingo Italo duci, Comes Solmeus, & Barlotta graui vulnere confoſſi ad ſuos ſe receperunt. Ipſis Iulij Kalendis obſidio cœpta in 7. Idus Auguſti extracta eſt, cùm Erneſtus Naſſauuius quinque peditum vexilla in eam vrbem auxilio tranſmiſiſſet. Quare irruptio ſæpius tentata cum clade obſidentium, Barlotta lethali vulnere tranſfactus Antuerpiam delatus eſt, Ronæo nobili Lotharingo, caſtrorum præfecto, belli ſcienti duci, caput pila ferrea comminutum, in cuius locum Comes Hermanus Vandenberguius ſuffectus eſt.

Sexto Kalendas Auguſti cùm actis cuniculis, & puluere ſulphureo ſubditò propugnaculi, Rauelinum vocant, pars latè diſſiluiſſet, & viginti amplius præſidiarij ruina, & incendio hauſti eſſent, Hiſpani & Itali vim faciunt, munimentum inſiliunt, & tenent, Præſidia-

F rij ad munimentum geminæ portæ refugiunt, vbi plures dies reſtiterunt, & frequenti eruptione hoſtes fatigarunt.

Cùm autem Albertus Archidux pridie Non. Auguſti in caſtra ipſe veniſſet, & 23. tor-

mentis mutalibus munimentum geminæ portæ continuò verberaſſet, oec præſidiarij vl- A
lum effugium ſpetarent, Comes Solmeus de conſilij ſententia honeſtis conditionibus dedi-
tionem ſecit Nonis Auguſti, & ſummam Alberti principis humanitatem, ac fidem ex-
pertus eſt.

Ordines de ditionẽ Zelandia ingratè ferũt.

Deditionem Zelandiæ Ordines ingratè acceperunt, & Comitem Solmeum exauctora-
tunt. Inde Albertus ſucceſſu ferox ordinum Brabantiæ togatu Bredæ obſidionem cogitat,
& ad Turnhotium decimo ſexto à Breda lapide quinque cataphractorum equitum vexilla,
& ſex peditum millia, quod robur Hiſpani exercitus fuit, ſedulò cogit. & Comiti Varaxio
tormentis bellicis præfecto bellandi veteri, qui 30. plus minus annos copias ductarat, belli
ſummam tradit.

Comes Mauritius conſiliis ſubitus.

Quo per exploratores cogniro, Comes Mauricius conſiliis ſubitus, exercitum numero
non inferiorem, robore potiorem tumultuariè vndecimo Kal. Februarias anno 1597. con- B
flat, & Gheertrudenbergæ viceſimoquatto à Turnhotio lapide, caſtta metatur, mox ciro
itinere in hoſtem ducit, & Rauelſium pagum proximè Turnhotium occupat. Gnarum id
Varaxio, qui animi trepidus, de nocte caſtra mouet, & quadrato agmine itineri, ac pugnæ
procedit, diſpoſitis quà incederet frequentibus præſidiis, qui hoſtis inſequentis curſum tar-
darent, cumque leui velitatione detinerent. In quo bis ab eo peccatum, qui viribus non in-
ferior, diſceſſu fugæ proximo, ſuis animos fregerit, hoſtibus auxerit, quos ſi de via feſſos, &
luto ac vligine ſoli impeditos, copiis integris, ac recentibus iniquo loco deprehenſos in-
curriſſet, primo impetu proterere potuerat, ſed dum ignauia, & metu fugam capeſſit, ſex
millia cùm equitum, tum peditum Hiſpanorum, & Gallobelgarum, quorum virtus ſæpe ali-
bi inclaruerat, ab octingentis Germanis equitibus quos virtute Hiſpanis pares eſſe fando
antea nunquam auditum eſt, ſe proculcari, ac cædi per flagitium paſſa ſunt. C

Comes Varaxius ignauiæ pœnas primus luit.

Mali labes à Comite Varaxio, qui ante alios, vt debuit, ignauiæ ſpiritum reddidit. Eo
prœlio Hiſpanorum deſiderari ſupra tria millia. Centuriones, ac duces fermè omnes manu
capti, aut cæſi. Comes Mauricius victoria tumens arcem Turnhotij verberatam deditione
recepit.

Meduanus ad fidem & obſequium redit.

Interim res Galliç paulo meliori loco eſſe cœperant Ineunte anno Meduanus, qui ab Hi-
ſpanis ſemper abhorruerat, caueratq; omni ſtudio, ne in Gallia imperium ſtabiliret, cognito
Henricum IIII. à Clemente Pontifice diris ſolutũ, & ad Eccleſiam aggregatũ, ad obſequium
& fidem rediit, & à Rege obtinuit, vt rebellibus, qui ad certum diem reſipiſcerent anteacto-
rum gratia fieret. Pauci deinceps in pertinacia perſeuerarunt. Cùm autem iam inde ex quo
Sixtus Pontifex Henricum III. diris deuouerat, exuſtis Turoni carnificis manu deuotioni-
bus, Senatus Pariſienſis edixiſſet, ne quis ſedem Apoſtolicam de ſacerdotiis eccleſiaſticis D
ſollicitaret, ſed ea Regis voluntate ab Epiſcopis Galliæ diſpenſarentur, Rex altari reconci-
liatus edicto cauit, vt ſuum ius Pontifici Romano integrum eſſet, & Romana curia de be-
neficiis, priùs appellaretur. Oeconomi à Rege pro epiſcopis inſtituti exoleuerunt. Cle-
mens octauus publici otij ſtudio Ducem Mercnlium in Armorica graſſantem monet, vt
Regem piè de Deo ſentientem colat, & in eius fidem tranſeat. Mercolius in Andibus occu-
patis Rupiforrio, & Croano munitiſſimis arcibus, omnia latè populationibus infeſta habe-
bat, & cùm pro Rege ſe gereret, auerſo animo Regis pietatem accipiebat, quam conſiliis ſuis
iniquam eſſe ſenſerat.

Pons nouus Lutetiæ extruitur.

Id temporis Lutetiæ nouus pons cuius pilæ, & fundamenta multò antè ab Henrico III.
in Sequana iacta erant, Henrici IV. ſtudio procurari, fornices exſtrui, & concamerari cœpe-
re, viſendum opus, & ad ciuium vſus maximè neceſſarium. Idem perrupto monte porticum E
admirabilem ab arce regia Lupatæ ad prætorium ſuburbanum, cui ab imbricibus, & tegu-
lis nomen eſt, arcuato opere duxit, qui locus hortis, arboribus, viridariis, latè conſitus eſt,
ambulationibus amœnus, & ſumma rerum varietate conſpicuus.

Guiſiũ adoleſcentẽ Aquis ſextiis Rex præficit.

Sub id Rex Guiſium adoleſcentem, qui cæde Ducis S. Pauli defectorum teterrimi, Rhe-
mos, & Campaniam ad obſequium adduxerat, Prouinciæ ad Aquas ſextias præficit, aduer-
ſus Eſparnonium, & Valerium fratres, qui ei prouinciæ ab Henrico III. impoſiti erant. Vale-
rio in obſidione Rupis Brunæ glande plumbea confoſſo Eſparnonius in ea præfectura ſibi
ſoli ius eſſe defendebat. Contra ſtabant Senatus Aquenſis, & Comes Garſius, & pro Guiſio
Regis voluntate faciebant.

Eſparnonius, vt erat animi peruicax, Motoroſium vrbem multos dies reſtantem vi capit,
Antipolim Allobrogico præſidio inſeſſam expugnat, Aquas ſextias obſidet, ad portas fir- F
mum propugnaculum exſtruit, vt famem vrbi machinetur. Cõtra oppidani vim vi refutãt,
catapultis æreis graſſantur, quarum diſplauſu proximè Eſparnonium ſub pellibus ſedentem

ſex

A ſex iuuenes ex intima eins amicitia exartuati, & comminuti ſunt, ipſe incolumis ſanguine,
& cerebro morięntium aſperſus eſt, cuius nuntij acerbitate vxor eius femina ſeruati pudoris,
& mirabilis ad exemplum amicitiæ, Candalæ familiæ vnica hætes, ſtatim exſpirauit.

Aquenſes obſidione preſſi Diguieriũ ſuppetias aduocant, à quo ptopugnaculum Eſpar-
nonij euerſum, vrbs copiis tecreata, Eſparnonius Brugnolium pulſus, vbi quidam piſtrini
colonus cùm pro farina & minutiſſimo polline puluerem ſulphureum ſacco incluſum ne-
ſcins in prætorium Eſparnouij intuliſſet, & ſub cubiculum eius locaſſet, vt miniſtro pani-
fici admetiretur, ignis, qui fune couceptus intus latebat, pulueri applicitus tantam ruinam
edidit, vt cœnaculo perrupto, cæteris labefactis, & ruina oppreſſis, ſolus Eſparnonius exitio
exemptus ſit, qui cùm à Fraxineo primo Regis epiſtolari, quem à ſacris iuſſionibus, & à
ſecretis vocanr, deinde à Roclorio præcipui nominis aulico verbis regiis ad officium coge-
B retur, non niſi bis clade accepta conquieuit. Cuius rei memoria in animo Regis reuoluente
iras diu valuit.

Aquenſes obſidione preſſi Diguieriũ ſuppetias aduocant.

Aquenſes, Diguierius, Comes Carſius, & Comes orationis Guiſij partes fouebant, à
quibus vis facta Eſparnonio, vt Guiſio cederet. Is voti compos Aquis ſextiis de Maſſilia
recipienda cum Senatu egit. Ea vrbs manu & opere munita, Regni Franciæ ad mare clu-
ſura eſt, in qua tum temporis duo Vulturij cœlum tetta miſcebant, & omnia pro libidine
agebant, Ludouicus Aquenſis Vicarius vrbis, & Caroles Caſallus, primus Decurio, qui
ad quinquennium imperium ſibi prorogarant, cùm fanum Virginis cuſtodis in colle poſi-
tum, & ſubiectum S. Victoris ſuburbium præſidio inſiderent. Iidem in littore loco edito
vnde vrbs fulminari poterat, munitionem exſtruxerant, & duas triremes inſtruxerant, qui-
bus mari imperitarent. Procedentibus vbique præibant quinquaginta ſclopetarij, ſequeban-
C tur equitum turmæ.

Aquenſes, Diguierius, Comes Carſius, & Comes orationis Guiſij partes fouent.

Carolus Doria Genuenſis Regis Hiſpaniæ nomine inſtructa claſſe maria inſedetat. Gui-
ſius vt aditum ſibi Maſſiliam exſtruetet, non aperta vi, ſed cuniculis agendum ratus, Graſ-
ſam, Draguignanum, Hieram, S. Euttopium ſui iutis facit, Guardiam oppidum Eſpar-
nonij præſidio munitum obſidione cingit. Ibi per emiſſarios didicit Libertam ſtrenuum
Maſſiliæ centurionem Regiæ portæ præfectum eo animo eſſe, vt ei aditum in vrbem pa-
tefaceret. Anceps id viſum, & periculoſæ aleæ plenum, ne fortè quid inſidiarum ſubeſſet,
donec Guiſius à Bernardo Maſſiliæ iuridico de fide, & conſilio Libertæ certior factus XIII.
Kalendas Martias Albibagno profectus nocte procelloſa, & turbinibus fœda, vt conuene-
rat, cum firmo equite, proximè Maſſiliam ſe admouet. Ludouicus Aquenſis cùm de mo-
te Porta regia extra Pomœrium albeſcente die egreſſus eſſet, à Liberta centurione addu-
D cto ſtatim ponte penſili excluditur, & aduolante Guiſio præſidiariis è pinnis murorum
fulminantibus phaſelo leui in vrbem regreditur. Interim Liberta, vt animi, & corporis
firmus erat, Caſallum aduentantem pugione confodit, Guiſium parente porta excipit, vnà
omnes Caſalli filium, qui cum Aquenſi copias ſuas coniunxerat, perſequuntur, Hiſpanos,
& perfugas paſſim cædunt. Remiges triremium Caſalli, & Aquenſis compedibus expe-
diti rebellium duces, ac ſocios malè mulctant. Doria cum claſſe fugam expedit, ipſo die
dominico, Caſalli propugnaculum à furente plebe exſcindirur, Aquenſis, & Caſallus filius
Genuam fuga euadunt, eorum domus præda, & latrociniis copioſæ, diripiuntur, Regis
nomen tota vrbe feſtis acclamationibus frequentatur, Guiſius in oculis omnium volitat, &
regiam auctoritatem vbique firmat.

Id temporis Nonis Aprilis Coudæus ſeptennis oppido Angeriaco in Xantonibus cum
E Carlota Ttemolia matre Lutetiam arceſſitur, & in Senatu Pariſienſi ptimus tegij ſanguinis
princeps pronunriatur.

Sub id Rex in Feræ obſidione multus erar, quam Fœderati cum Hiſpanis inſederant,
per aquilices, & mechanicos hydraulicos reſtagnantes ex Iſara fluuio aquas in mœnia pro
ariete contorſerat irrito conatu. Cùm itaque quatuor menſes in ea oppugnatione poſuiſ-
ſet, obſeſſiſq; annonæ ſubſidia obſtruxiſſet, graſſante iam penuria Princeps Albertus Geor-
gio Baſtio viro ſolerti, & ſtrenuo id dar negotij, vt Caſtelleto equirum turmis eductis du-
centos equos munda ſimilagine onuſtos in vrbem ſubſidio ſummitteret, quod ille 3. Idus
Martias tam feliciter perfecir, vt ignoratus per deuia & derupta nocte inumbrante in vr-
bem nullo ex ſuis amiſſo irrepſetit, vnde mox pari felicitate egreſſus, ſaluus & incolumis ad
Albertum rediit, Rege fruſtra in inſidiis ad Quintini fanum ſubſidenre. Cùm tamen inde
F fames obſeſſos, inde continua verberario premerer, nec effugij ſpes eſſet æquiſſimis con-
ditionibus deditio facta eſt, Aluareſio Oſorio, & Seneſchallo Montaldemarenſi res ſaluas
pactis.

Conſilium Tridentinũ in Gallia admittitur.

Inter hæc Galliæ Clerus ad Regem in obſidione Feræ laborantem Epiſcopos, Cenoma- A
nenſem,& Sarlatenſem cum mandatis mittit, qui Tridentinam Synodum in Gallia paſſim
admitti, pragmaticam ſanctionem & ſacras electiones clero reſtitui peterent. Rex ad om-
nia benignè reſpondit, & orthodoxæ fidei cultum in omnibus regni ſui oppidis redinte-
grandum res raptas eccleſiis reſtituendas vulgato diplomate curauit.

Sub id Briſſacus cum expedita manu in Mercolium miſſus Rhedonas obſidione liberat,
Ioeüſa Cardinalis qui pecunias & milites à Clemente VIII. pro Fœderatis petens Romæ re-
pulſam tulerat, ad partes Regis cum Duce fratre, quem cœnobio Capucchinorum ad bel-
lum eduxerat, tranſit, Rex cum ſorore inter cænandum ſuperioris cænaculi ruina penè op-
preſſus, plerique tignorum pondere cedente tabulato infra obruti ſunt. Suus cuique dies à
Deo fixus eſt, quem vitare, aut differre neſas, Reges Deo curæ ſunt.

In Gallia in ſino Belſiæ Eudi Martij Srampenſis, qui tranſmarino voto Regem Franciæ B
abſoluerat, cùm pedes & loricatus Solymos adiiſſet, gentiles immunitate, quæ diu liberali-
tate Regum integra eis fuerat, exuti ſunt, quòd multi extranei furtim in eam gentem irre-
pſiſſent,& priuilegium illud latiùs funderetur. Rex, vt erat ſolers,& animi ingens, ſtatim ab
initio ſuperuacua reſecare occepit.

Toloſa ſacramentum Regis induit.

Toloſa ſacramentum Regis vltrò induit, prçterita, ſi quæ grauiora fuerant, obliuione de-
leta ſunt, Athenienſium amneſtia publicata, Senatus è caſtro Sarraceno, quò ſe Regis auſpi-
cus,& fide receperat, Toloſam cum pompa,& publico apparatu redit.

Dux Ioeüſa Magiſter equitum creatur.

Dux Ioeüſæ cœnobio emiſſus Magiſter equitũ (Mareſcallum Franciç voãt) regiis codi-
cillis creatus eſt. Inter hæc Albertus S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, vt Regem obſidione
Feræ auerteret, Bruxellis cum valido exercitu mouet,& Itium portum tentat, Caletum vul-
gò indigetant, quo nullum in Gallia munimentum validius eſt. Bidocenſius vrbi præfectus C
erat, vir ſui tenax, alieni appetens, ſupino otio marcidus, qui vt ſumptibus parceret, vali-
dum vrbem copiis inanem reliquerat. Præmiſſus ab Alberto cum octo machinis, & firmo
equite Rhonæus, Ricobauum in portu Itio validam turrim primo impetu occupat, ſequi-
tur Albertus cum robore exercitus, & ſuburbium cognomento Curquetium ſui iuris facit.
Oppidani exitio propinqui in tanta rerum omnium ſolitudine leges accipiunt, plerique
cum Bidocenſio, quibus fides,& decus vita antiquius fuit, in arcem ſe recipiunt, Campanio-
lus à Rege ſubſidio miſſus in arcem cum ducentis equitibus ſubit inutili præſidio, cùm op-
pido,& arci longè antè copiis ac munitionibus conſultum oportuerit.

Caletum ab Alberto captum.

Poſtridie ruina facta poſt ingens ac pertinax prœlium, arx capitur, vbi ſanguine fuſo Bi-
docenſius auaritiæ ſuæ parentauit. Albertus victoria ferox Caletum præſidio munit, inde
Ardeam munitum oppidum oppugnatum it, vbi Boſco Annebonius, Belinus, Monlucius, D
Remburius duces ſtrenui præſidium agitabant, Monlucius eruptione facta cædem hoſtium
facit, ſed dum fugientium tergis imminet,& cuneos perrumpit, glãde plumbea occumbit,
cuius occaſu cæteris animi fracti. Nono Kalendas Iunias deditionis leges dictæ, quibus ac-
ceptis, Ardea præſidio firmata, domum Albertus redit.

Terræ filius quidam ſe Caroli filiũ mẽtitus, ad furcã damnatur.

Id temporis in agro Rhemenſi quidam terræ filius Caroli IX. Galliç Regis filium, Hiſpa-
norum aſtu, ſe mentitus, Senatus Rhemenſis ſententia ad furcam damnatus eſt, alter in Hi-
ſpania ſe Carolum Philippi Regis Hiſpaniæ ex Luſitana coniuge filium profeſſus, capite
luit, tertius Chriſtum dicere ſe auſus, flammis addictus eſt. Noſtra ætas portenta tulit, qualia
poſteris ſæculis ſtuporem ferent, vetera erubeſcent.

Sub id Eliſabetha Angliæ Regina,& Batauì, cognito Regem cum ortodoxa fide, & Pon-
tifice in gratiam rediiſſe, veriti ne omnes coniunctis ſtudiis in ſuam perniciem incumbe- E
rent, Cardinali Florentino legationem à Pontifice in Galliam obeũte, oratores Pariſios mit-
tunt, qui ab ea mente Regem deducerent, quibus Rex benignè reſpondit, & eos infecta re
domum remiſit. Itaque Cardinalis Florentiæ rogatu Regis per ſuburbium S. Iacobi ſub co-
nopeo ſerico vndulato Lutetiam init, populo fauſta acclamante.

Cùm autem peſtilens annus, Pariſiis ſæuiret, Rex de conſilij ſententia Rotomagum
ſe recipit. Is cùm in villa Gaglionis amœniſſima inter eundum à ſectis conquieſceret, à ſe-
ctariis importunè interpellatus eſt, qui per libellum ſupplicem ei manu Lanouij filij defe-
ctionem à ſuis partibus exprobrarunt, & ſimulatum orthodoxæ fidei ſtudium, vt regno &
ſibi ſeruiat, obiecerunt. Rex ira percitus libellũ concerpſit,& mentiri eos qui ſe per ſimula-
tionem Catholicum agere dicerent, pronontiauit. Quare ex eo magna in eius comitatu ſe-
ctariorum ſolitudo fuit, pleriſque Salmurium, & Vindocinos ſe recipientibus, vbi & mi- F
niſtrorum ſectæ conciliabulum habuerunt.

Id temporis conſcripti è Senatu patres, qui forum rerum capitalium (magnos dies vo-

caut)

A cant) in agro Lugdunenſi agerent, & de criminibus magiſtratuum, iudicum, nobilium diſtrictè cognoſcerent, vbi cenſura trimeſtris acta, & in multorum capita vindicatum. Inter hæc Bironius, vt cum Alberto, qui Morinorum agros populationibus, & incendio vaſtarat, paria faceret, mandatu Regis cum expedita cohorte, & quinque equitum turmis fines Hannoniorum & Atrebatum inuolat, oppida, pagos, ſuburbia ferro, flammaq́; vaſtat, greges, armenta, viros, fœminas abigit, caſtrum Imbercurium ad receptum ſuorum intercipit, & officinam prædarum, vinctorumq́; carcerem ibi deſtinat, vbi ſtatiua habere decreuerat. Eius impetum Marchio Vatambonius vt retunderet, ex Atrebatum præſidio quingentos equites cogit, & cum Bironio manum conſerit infelici exitu. Eius copiæ à Bironio prima acie deletæ ſint, ipſe captus, & Lutetiam miſſus quadraginta aureorum millia pro capite exſoluit. Nihilo ſecius Bironius Sancti Pauli fanum diripit, & vaſtatis agris opi-
B mam prædam traiecto Somma fluuio ad ſuos defert. Mox cùm iterum in Belgium penetraſſet ſpectantibus, nec contra tendere auſis Aſcotio, & Aumalio ducibus, agros Bethunenſem, Teruanenſem, Atrebatum, & Caruacorum fines populatus eſt, Gabrielem Rodericum pugnæ ſcientem ducem occidit, Aſcotium in Atrebati ſuburbia concluſit, & quaſi fulmen de cœlo miſſum, quacunque ſe tulit, latè ſtragem dedit. Paulò pòſt Aſcotius, cùm ille in Galliam rediiſſet, per eius abſentiam Imbercurium recepit.

Magni dies in agro Lugdunenſi aguntur.

Dum hi Martis ludi in Belgio fiunt, Carlotta Trimollia Principis Condæi mater ad Chriſti gregem vnde exceſſerat ſalutari Cardinalis Florentiæ miniſterio aggregatur, & eius ore, ac manu vinculis perfidiæ exſoluitur. Clemens VIII. per ſummum Franciſcanæ familiæ magiſtrum id ſedulò egit, vt duo potentiſſimi Chriſtiani orbis reges, Gallus, & Hiſpanus, in gratiam inter ſe coaleſcerent, quo conciliatore biennio poſt pax inter vtroſq́; ini-
C ta, hodieque perſeuerat.

Carlotta Trimollia Principis Condæi mater ad gregē Chriſti, vnde exceſſerat, aggregatur.

Sub anni huius initium Tranſſyluaniæ Princeps vno omnium Ordinum conſenſu coactis ritè comitiis Turcæ bellum internecinum indicit, deinde Pragæ apud Cæſarem de Poloniæ Regis iniuriis conqueritur. Idem Zeccleros priuilegiis mulctat, qui ad arma prorumpere conati ſtatim opprimuntur, apud Albam Iuliam in viginti quinque turbarum auctores capite animaduertitur. Zeccleros aiunt à Scythis oriundos, Moldauiæ ad ortum, & Ruſſiæ ad Boream conterminos eſſe, qui diuiſi in 7. prouincias ſuis legibus viuunt, & ex æquo omnes ipſi etiam Vinarij, Laniiq́ue, qui labore ſumptum exercent ſuum nobiles habentur.

Id temporis Mahumetes Turciæ rex Hungarico bello fractus, ſeditionis metu, Chriſtianos omnes, & Græcos cælibes Conſtantinopoli eiecit, Iudæorum vt Perſis ingruentibus obſiſteret, delectum habuit, Feratho purpurato qui res Hungariæ afflixerat, Sinani Baſſæ
D criminatione circumuento, laqueo fauces eliſit, bona eius in fiſcum redegit, Ibrahimum Baſſam in locum Sinani, quem ardentiſſima febris abſtulerat, ſuffecit.

Mahumetes Chriſtianos omnes Conſtātinopoli eiicit.

Inter hæc Temeſuariæ præfectus, cognito ſibi ſucceſſorem à Mahumete datum, eo aduentante, ſuppellectile aurea, & ſarcinis collectis, Belgradum pergens, ab Heiduccis, qui Lippæ, & Ienæ erant, interceptus, cæſusq́; ſuppellectile ſpoliatur, cuius caput Albam Iuliam tranſmiſſum eſt. Eius nuntij acerbitate Mahumetes æger delectum indicit, & Hungariam exitio deſtinat. Nihilo ſecius Cliſſam, maritimam Dalmatiæ vrbem, Leucouitio ductore noſtri ex inſidiis occupant, quam corrupti pecunia milites proditione Turco, non ſine multorum pernicie, tradunt.

Sub id, Angliæ Regina Caleti ab Alberto capti nuntio territa, claſſem ingenti apparatu inſtruit, cui Comitem Eſſexium, & Millordum Hauardum rei nauticæ ſcientes præficit.
E Batavi viginti maioris formæ bellicas naues, & quatuor onerarias vehendis commeatibus, & armamentis ad eam claſſem aggregant, & felici velificatione fretum Gaditanum tenent, proximè inſulam, quæ hodie Calis, olim Tarteſſus dicta, in confinio Beticæ prouinciæ, vbi Africa ab Europa dirimitur.

Angliæ Regina claſſem ingenti apparatu inſtruit.

Eam inſulam claſſiariis in terram expoſitis ferro, flammaq́; petunt, in aditu anguſti portus ſtrenuè certatur, Hollandica nauis cognomēto Delphinus ab inſita velocitate ante alias incēdio perit, Hiſpani ſuas ipſorum naues, in quibus, & nobilis illa Philippina igne in puluerē ſulphureum ſubdito, perdunt, ne hoſti prædæ cedat, Angli emporium, & mercium officinas incendio vaſtant, Ludouicus Naſſauius ſexcentis hoſtium equitibus, & totidem peditibus interemptis, fugientibus inſtans cum Anglis in oppidum irrumpit, cædit, ſternit, populatur, & prophana & ſacra iuxta habet, Hiſpani fuga in arcem euadunt, quæ mox dedita ea lege, vt
F centum, & viginti millia aureorum ſtato tempore perſoluerentur. In eam rem obſides dati. Dux Medina Gaditano tractui præfectus viribus impar, quantum fuit mercium, quantum nauium incendit, quo incendio 32. naues onerariæ pegrinis mercibus opulentæ deflagrarunt,

Naſſauius ſacra & prophana iuxta habet.

runt,

runt, vt hoſtibus præda eriperetur. Angli præda onuſti fruſtra obnitente comite Eſſexio re- A
ditum moliuntur.

Eodem anno, ineunte vere, Batavi more humanæ cupidinis, vt noua noſcerent, ad peni-
tiſſimum Boream nauigationem inſtituunt, Auguſto menſe, cùm apud nos Procyon furit,
in mare frigore aſtrictum delati ſunt, tanto hyemis rigore, vt naues vinctæ pigro mari ſtete-
rint. Quare coacti ſunt exſcendere in littus, & humiles caſas ex fortuita materia, aut rude-
rato ſibi ſtruere, ad vitandam cœli iniuriam, cùm manus prærigerent, & ambuſti multorum

Ingens hyemis rigor.

artus vi frigoris eſſent, vt ſæpe manus oneri adhærentes truncis brachiis deciderent. Acce-
debat vrſorum, & vulpium immanitas, quarum eſu diu vitam tolerarũt, & pellium integu-
mentis rigorem hyemis mollierunt, donec paulatim reſoluto mari, mitiore cœlo, repetitis
nauibus, pauci ex magno numero exſangues, exſucci, ſemineces ſociis aſperitate frigoris
amiſſis, Batauiam appulerunt. B

Auxilia in Hũgariam ab imperij Principibus miſſa.

Dum in eo ſunt, auxilia ab imperij Principibus in Hungariam miſſa, Vaciam oppidum à
prçſidiariis deſertũ, ac incenſum inſtaurant, ac muniunt. Herberſtinius per noctis caliginem
ex improuiſo tranſmiſſo Vnna fluuio Purpuratum, qui munitionem in oppoſita ripa cam-
peſtribus aliquot tormentis, & mille prçſidiariis tuebatur, opprimit, & Craſtonitium, in quo
pauci & inualidi præſidiarij erant, obſeſſurus amnem ponte ſternere aggreditur. Sed ab eo
conſilio maiore hoſtium numero incurrente deterritus eſt.

Inter hæc Tartarorum imperator centum armatorum millia in fines Moldauiæ immi-
ſit, Vaiuoda copias, & annonæ ſubſidia ſubminiſtrante. Palfius, nouem equitum, peditum-
que millia in caſtra deduxit, & aduentantem cum inſigni equitatu Maximilianum Archi-
ducem pridie Non. Auguſti honorificè vnà cum Schuartzenburgio excepit. Vacia præſidio
munita, noſtri Hatuam deunt, vrbem amplam, in qua mille præſidiarij erant validis mœ- C
nibus, & altiſſima foſſa ſeptam, è qua Turci vndecimo Kal. Septemb. eruptione facta ma-
gnam ſtragem noſtrorum ediderunt, quæ tamen ab equite repreſſa, Turcis in oppidum re-
fugere coactis, cohorti quæ loco moueri ſe paſſa erat mulcta impoſita, vt per aliquot dies
duplex vrbis ſepimentum conuelleret, foſſamque aggeſtu materiæ expleret, quod à milite
ſtrenuè, & audacter breui perfectum eſt.

Turci de deditione verba iaciunt.

Eo metu perculſi Turci de deditione verba iaciunt, quibus ſpretis tria nauigia firmo ta-
bulato in altum ſurgentia, boum tergoribus, & aluta contra ignes miſſiles teguntur, & tertio
Nonas Septemb. in fluuium Sagiuam, qui oppidum circumluit, & ad Solnocum in Tibiſ-
cum exit, ſubiectis rotis trahuntur, vnde mari terraq; variis locis oppugnatio cœpta, quæ
tam feliciter proceſſit, vt eadem ipſa die ſub crepuſculum noctis vrbs capta ſit, in qua per
quatuor horas ita ſæuitum, vt ne vagientibus quidem in cunis infantibus, aut fœminis præ- D
gnantibus parceretur. Id ſæuitiæ genus noſtris in præſens munimento, in poſterum hoſtibus
terrori fuit.

Interim Mahumetes Belgradi 4. Non. Septemb. ducenta militum millia, & 300. tormenta
campeſtria recenſuit, vnde quadraginta millia Temeſuariam miſit, ipſe cum reliquis copiis
Budæ ſubſtitit. Quo metu à noſtris Hatua incenſa, deſertaq;, à Turcis inſtaurata. & firmiori
præſidio munita eſt. Viennæ trepidatum, Tranſyluanus ad Albam Iuliam nobiles omnes in
armis eſſe iuſſit. Mahumetes iter Agriam vertit, & vt vndique noſtros diſtineret, Boſniç pur-
purato Petriniæ munitæ, in Croatio vrbis obſidionem mandat, quam ille quinquaginta
millibus militum quarto idus Septembres cingit, & tanta vi tormentorum fulminat, vt ne
ad biduum quidem ſuffectura videretur. Aduolant ſuis ad opem Stirij agmine incompoſi-
to, & parum inſtructo, quibus cùm obſtaret Culpa fluuius, qui ſine ponte traiici non potuit, E
Siſſechium flectunt, vbi Croatiæ Prçfectus pontem è lembis, & lintribus tumultuario opere
conſtruxerat, Turci Stirios fugere rati Culpam ſolutis ordinibus, vt cuique copia fuit, ſu-
pra ſex millia traiiciunt, & denſo agmine in Stirios incumbunt, qui inſtructa acie, expeditis
armis, compoſitis ordinibus, tanto impetu in obuios irrumpunt, vt præcipites in fluuium in-
ſilire coegerint.

Huius cladis fama didita tanto reliquos ad Petriniam terrore perculit, vt omnes ſubitò
diffugerent, & ſolus Boſniæ præſes cum exigua Ianiſſerorum manu reſtaret. Stirij victo-
res Siſſechij fluuio tranſmiſſo Petriniam iter per ſyluam arboribus denſam inſtructa acie
tendunt, & proximè vrbem in Serdarem purpuratum incidunt, qui ſex equitum, peditum-
que millia ductabat, conſerunt manus, hoſtem fugant, Serdaris parte inter alios cæ-
ſo vexillum prætorium referunt, & Petriniam magna omnium lætitia victores ineunt. F

Mahumetes Agriam obſidet.

Dum in eo ſunt, Mahumetes Agriam vetus Hungariæ, & Epiſcopali ſedę nobile oppi-
dum obſidet. In eam vrbem Terſcius mille ſcloppetarios, & numeroſam Italorum, ac Ger-

mano

A manorum manum, Dieſenbachius tria peditum millia ductore Comite Turnenſi,cum ma-
gno belli paratu intulerat. Quinto Idus Octobres Mahumetes centum quinquaginta mil-
lia militum ad obſidionem rapit,caſtra inter Ticinum, & Danubium fluuios locat, poſtero
die quinque excitatis propugnaculis ſumma vi tormentorum vrbem verberat, vt Hungari
vrbe incenſa, & relicta in arcem ſe recipere cogerentur. Arci aſſitum erat munimentum
validum, quod frequenti verberatione diſiectum, Turcis multo ſanguine ceſſit,quibus no-
ſtrorum eruptione poſtridie vi & armis ereptum eſt.

Interim cùm pulueris igniarij penuria eſſet Archidux, vt ſuis laborantibus ferret opem,
frequentibus nuntiis monetur: ille vt erat morator,conſilia non expedit,diem de die ducit,
Tandem Strigonium cum firmo exercitu aduentat. Interim Mahumetes cùm res tormen-
tis parum procederet foſſas materia, & aggeſtu terræ explere inſtitit. Sexto Idus Octobris
B vis facta eſt, irruptionibus quater repetitis, & quater infectis, quinta irruptione vetus ca-
ſtrum nouo vicinum victoribus acceſſit, octingenti præſidiarij cæſi, tum 14. locis arx noua
cuniculis ſuffoſſa. Nondum ignes ſubditi erant,cum Itali ducenti quinquaginta clam arce
dilapſi eiurata Chriſti fide, ſacra, legesq; Turcorum induunt, quæ res ducum animos ad
deditionem flexit,his legibus vt Terſeius, & alij præfecti, ac duces captiuis aliis mutaren-
tur,præſidiarij omnes vita, & rebus ſaluis, gladiis accincti dimitterentur. Legibus datis &
acceptis noſtri bis mille circiter numero tertio Idus Octobris arce excedunt, quos Tartari,
& Turci abeuntes trucidant. Meliùs ſibi conſuluiſſent,ſi abiecta ſpe ſalutis, in propugnan-
da fide,& arce,toties Turcorum perfidiam experti,animam poſuiſſent. Sed vitæ ſtudio mi-
les ſibi crebrò exitium arceſſit.

Mahumetes tamen rem indignè accipere viſus,Ianiſſerorum Agam in palum induit, &
C edictum propoſuit, vt ſi qui ex iis qui arcem dediderant, in vinculis eſſet, liber ſtatim di-
mitteretur. Terſeius,& reliqui à primario Baſſa benignè accepti, & ad transfugium à Chri-
ſti fide inuitati abnuerunt,ipſe in vinculis carceris ſqualore obiit.

Maximilianus interim coniunctis cum Tranſſyluano,Palfio,& Dieſenbachio copiis quę
ad 20.millia equitum,30.millia peditum, cenſæ erant, prœlio de ſumma rei experiri ſtatuit:
12.Kal.Nouembres omnes vno animo Agriam tendunt,& ex itinere Giaffarem Baſſam,qui
20. millibus Ianiſſerorum noſtros traiectu fluuij prohibebat, diuerſis partibus incurſant.
Dieſenbachius exigua Italorum manu hoſtes loco mouet, & obuios ferro demetit, reliqui
caligine tecti fugam capeſſunt.

Maximilianus prœlio de ſūma rei experiri ſtatuit.

Nono Kal. Nouembris ad Rareſtam vniuerſus hoſtium exercitus in conſpectu fuit, vbi
leuibus in tranſitu fluuij velitatum. Poſtridie vtrinque acies inſtruitur, concurritur, Tartari
D fugantur,centum & nouem campeſtria tormenta hoſti eripiuntur,vergente iam die Tranſ-
ſyluanus, Palfius, & Hungari omnes in primam hoſtium aciem, quæ 40. militum millibus
conſtabat tanta vi perrumpunt,vt obuios prorererent, deinde longius progreſſi vniuerſum
exercitum cædunt,profligant,ſed dum prædæ attenti militum munera negligunt,& Mahu-
metis ipſius pelles ſollicitant, inde ex edito in noſtros catapultæ fulminant, & ſtragem fa-
ciunt,inde Cicala Baſſa Hungaros à latere impellit,tanta omnium conſternatione, vt equi-
tes turpem fugam conſciuerint,& peditum ordines penè corruperint. Mox prœlium dire-
mit. Vtrinque par conſternatio fuit,maiore tamen Turcorum ſtrage. Mahumetes enim ma-
nè cum ſuis fuga ſe proripuit,cuius tormenta,ſarcinæ,tentoria,paſſim in agris & caſtris ſine
cuſtode iacuêre,Archidux item abiecta ſpe Caſſouiã,Tranſſyluanus Toccaiam ſe recepere.

Tot prœliis noſtrorum ad viginti,Turcorum ad ſexaginta millia periere. Si plus diſcipli-
E næ,& fiduciæ in noſtris fuiſſet, potuerat eadem nocte, & ſequenti die vniuerſo Turcorum
exercitu funditus deleto Hungaria ſeruitute eximi,& priſtinum decus tueri. Sed miles præ-
dæ auidus victoriam corrupit,& abiectis armis ignobili fuga imparem ſe bello præbuit.

Turcorũ ad ſexaginta millia cæſa.

Turci receptis animis Agriam incredibili celeritate inſtaurant,& valido præſidio firmãt,
Mahumetes belli exitu lætus Conſtantinopolim rumore aduerſo reuertitur. Sub id didita
Hungarorũ cladis fama Baſſa Budenſis Vaciã pridie Non. Nouemb. irrito ſucceſſu tentauit.

Mahumetes Conſtantinopolim reuertitur.

Id temporis in Auſtria ruſtici tumultuati ſunt hac de cauſa. Aniſus fluuius in Carinthiæ
finibus ortus,meridionalem Auſtriam diſpeſcit, & iuxta oppidum eiuſdem nominis in Da-
nubium ſe exonerat. Occidentalem regionem ſuperiorem Aniſiam, Orientalem inferio-
rem vocant. Qui ſuperiorem accolunt agricolæ onera cauſati,& tributis exhauſti,occultas
primùm coitiones faciunt, deinde aucti numero, & viribus,in neruum erumpunt,ad arma
F palam conuolant, Georgij Brunneri ſartoris auſpiciis, & in agro Crembsmonaſterienſi ex-
eunte Septembri ad octodecim millia ſub ſignis conueniunt, per initia nihil durius patra-
tum,commeatu contenti ſpecie pacis incedebant,ſed quod in his talibus fieri amat,laſciuia

Ruſtici in Auſtria tumultuatur.

longiùs in dies gliſcente, reliquos in ſuas partes trahunt, detrectantes fortunis ſpoliant, in A oppida & pagos hoſtilia non auſi. Cæſar ne malum ſerperet, leniter primùm, & benignè miſſis nuntiis monet eos, vt ab armis diſcedant, & ad ſua ſe recipiant. Ea lenitas animos contumacibus fecit, & augeſcente in dies numero ſupra quinquaginta millia tripartito agmine Auſtriam peruagati omnes in ſua verba adigunt, quicquid in villis, & arcibus repertum, deſcribunt, & ſpectatæ fidei viris commendant, eſculenta & poculenta in ſuos vſus vertunt, ſingulorum querelas de Dominis, ac patronis accipiunt, & in literas eo conſilio mittunt, vt Cæſari rem indicent.

Interim à vi non temperant, Dominos ſedibus pellunt, principes dignitate viros vinculis onerant. Rogati iterum à Cæſare vt propoſita venia tuta capeſſerent, cùm in contumacia perſeuerarent, Cæſar armis agendum ratus, per Colonitſium quingentos plus minus ad Graueneccam iugulat, Straſſam pagum incendit, quo incendio multi cum liberis, & vxoribus conflagrarunt. B

Ruſtici ab armis diſcedunt. Hac clade fracti, & Cæſaris verbis deliniti, vt vulgus ſubitis mutabile eſt, ab armis diſcedunt. Mox nouis intemperiis acti, & inſania vecordes Lilleſeldam nobile cœnobium diripiunt, Sampeltæ oppido copias admouent, quas exigua equitum manu nocte adulta Comes Thurnus impreſſione facta diſiicit, & ſeditionis capita capitibus mulctat. Ita ſeditio compreſſa reſedit. Ruſtici rebus comploratis ad ſua ſe recepêre.

Turrenius Equitũ magiſter in Angliã à Rege legatur. Dum hæc in Auſtria geruntur appetente Septembri Turrenius Equitũ magiſter in Angliam à Rege legatur, qui fœdus aduerſus Hiſpaniæ Regem cum Eliſabetha ictum vice regia iureiurando firmet. Comes Saliſberienſis Rotomagi pro Regina apud Regem idem iuſiurandum adactus eſt, vtque plus dignitatis Fœderi eſſet, cingulum Anglicæ militiæ, cui à periſcelide cognomentum eſt, Regi detulit. C

Ordines Batauorum huic fœderi accedunt, & innato aduerſus Hiſpanos odio ad partes veniunt, vt in plura diſtractis Hiſpaniæ viribus faciliùs iugum excuterent, & ſuis legibus ſecuri venerent.

Rex Rotomagum ingreditur, & Roſno ſummũ rei nũmariæ ius datum. Iam hyemis aſpera in proximo erant, cùm Rotomagum Rex, incredibili ciuium apparatu, ingreditur, & coactis regni comitiis de ſumma Reip. conſultat. Ibi tum Maximilianus Roſnius iudicij ſagax, animi ingens, ſpectatæ fidei vir, in intimam Regis amicitiam aſſumptus, rei nummariæ ſummum ius, iudiciumq́; accipit, & coercendis theſaurenſium rapinis præficitur. Is tam ſeuerè, & integrè in eo munere verſatus eſt, vt vulturiis prædam ex vnguibus exſculpſerit, & tam ſedulò publicas rationes diduxit, vt omnes rapinarum anſas præciderit. Comitiis multa commodè conſulta, & prouiſa in longum non tenuerunt. D

Actum de funere Henrici III. Galliæ Regis regio more procurando, cuius corpus inſepultum Catolopoti populari loculo in cœnobio S. Cornelij iacebat, item de pace & venia manibus eius à ſummo Pontifice petenda, vt diris abſolutus, quibus à Sixto defixus erat, tumulo ſuorum redderetur.

Amnes immẽſis auctibus agros emaciant. Hyeme fœda nimbis, & turbinibus, amnes immenſis auctibus creuerunt, & ruptis aggeribus eluuione agros emaciarũt, Sequana ſtrage obſtãtis molis refuſus, vi inſuperabili aquarum, molitorum pontem radicitus euulſum abripuit, cuius ruina nocte intempeſta, & illuni molatrinæ, officinæ, ædificia, horrea, tritici, & mundæ ſimilaginis ſacci, viri, fœminæ, pueri profundis hauſti ſunt, omni effugij ſpe abrupta.

Garumna exundatio. Eodem caſu exundante Garumna Toloſæ piſtrinaria moles admirandi operis in parte afflicta eſt, Burdegalis grauis ignis arſit, quo pars illa Palatij quæ litium inſtrumentis conditorium eſt, conflagrauit. E

Id temporis Senatores magni illius concilij quod Principem ambulantem ſequitur, & in comitatu eius cognitionibus præeſt, petiti, datique ſunt iudices, qui ſectariis ius dicerẽt, vnde tanta litium meſſis ſuccreuit, vt ei demetendæ id concilium impar eſſet.

Batavi duplicem legationem inſtituunt. Eodem anno exeunte Auguſto Batavi duplicem legationem inſtituerunt, alteram in Daniam, vt Chriſtiano quarto Regi ſolennia regni ineunte gaudiò fungerentur, alteram in Angliam, vt Reginæ in cuius ære erant, debitum flagitanti, verbis, ſi minùs præſentariis nummis ſatisfacerent, rogarentq́; vt voluntate debitorum ſuſtentaretur, eamque ad tempus in ſolutum acciperet. Ciuiliùs illi cum Regina Angliæ egerunt, quàm Hiſpaniæ Rex cum menſariis, & argentariis, qui mera fide, vel prolixis tabulis ei ingentem auri vim crediderant. Exhauſto enim per bellorum iniuriam ærario, cùm vndiq; tabulis flagitaretur, nec ſoluendo eſſet, aut dare poſſet cum quo ſponſio fieret, ſtatuit vna litura nexus omnes obligationum diſſoluere. F

Itaque

A Itaque in Hiſpania, Germania, Belgio, Italia , Venetiis , Genuæ , Auguſtæ Vindelicorum, Mildeburgi, Antuerpiæ, queſtus de iniquitate menſulariorum , qui per incrementa vſurarum ſortem primariam non modò æquarant, ſed vieerant , programmate vulgato ex vſuris æs contractum iniuſtum , & nefarium pronuntiat , atque adeò à fœneratoribus res pignori acceptas ad fiſcum reuocat, eosq; ad rationes his conditionibus arceſſit , vt vſuræ ſi quæ in annos ſolutæ ſunt , pro ſorte in ſolutum accipiantur. Eo programmate plerique mercatores tebus accisis fote cedere, & bonam copiam eiurare coacti ſunt.

Idem Hiſpaniæ Rex,vt cladem ab Anglis acceptam vlciſceretur,claſſem validam magnis ſumptibus inſtruxit,eiq; Martinum Badillam cum ſummo imperio præfecit. In claſſe centum viginti roſtratæ naues,præter triremes,& nauigia minora fuere,claſſiarij ſupra quatuordecim millia numerati. Verùm perincommodè cecidit , vt ea claſſis ad Promontorium, *Hiſpaniæ Rex validā claſſem inſtruit.*
B quod finem terræ vocant,fœdiſſima tempeſtate deprehenſa,naufragio propior eſſet,& multæ triremes,aut profundis haurirentur,aut ad ſaxa remos detergerent,naues pleræq; roſtratæ vorticibus circumactæ abſorberentur.Idem hic annus Petrum Pithoeum virum eruditione , & pietate inſignem Neomagi ad Sequanam , inter agnatos tribulesque ſuos Kalend. Nouembris abſtulit , cuius pleraque ſcripta doctorum manibus teruntur,plura quæ inter manus gentilium eius latent,immortalitate digna flagitantur.

Petrus Pithoeus vir eruditione & pietate inſignis vita fungitur.

.

IVLII CÆSARIS BVLENGERI

HISTORIARVM

LIBER DECIMVS.

Comites præcipui qui in obſidione Rhinbercæ adfuerunt.

ANno 1597. Comes Mauritius Alberti Cardinalis copiis ad Turnhotium deletis,& Comite Varaxio cæſo, ex Ordinum ſententia vt Rheni nauigationem aperiret, obſidionem Rhinbercæ aggreditur, quæ vt ex C voto procederet, ſexaginta octo peditum ſigna,& quantuor in Batauis equitum fuit ad Sohencqueſcanum conuenire iubet.

Adfuêre Goillielmus Naſſauuius Friſiæ præfectus, Comites Holēloius, & Solmenſis, Comes Erneſtus, Ludouicus, & Henricus Fridericus Naſſauuij. Eodem quadringentæ plus minus minoris, & maioris formæ naues, copiis,ſarcinis,commeatu,& 40.maioribus tormentis onuſtæ acceſſere.

Sexto Idus Octobris Alpam oppidum ventum,cuius Acropolis 60.Hiſpanis inſeſſa,quia Batauis commeantibus plurimum incommodare poterat, Mauricius ex itinere præſidiariis deditionem imperat,& verberationem adornat. Illi viribus impares,vita,rebuſq; ſaluis,loco ceſſêre. Eodem die Rhinberca Colonienſis Epiſcopatus oppidum corona cincta eſt, & hinc inde bina caſtra poſita, altera ſuperiori loco vnde in vrbem deſpectus, ad Rheni,& Caſſelij D portas,quibus Guillielmus Naſſauuius,Horatius Veerius, & Arnaldus Duiuenuordius impoſiti,altera in colle S. Annæ ad Sanportam, quibus Comites Hohenloius, & Colmenſis imperitarunt.

Mauricius cum Henrico Friderico filio radices montis inter vtraque caſtra inſederat, quæ foſſa, & vallo ita munienda curauit, vt inter ſe continenti opere iungerentur, & ab vtroq; fluuij latere vrbem ambirent. Idem Veerdiam inſulam in ipſo Rheno,aggere, & foſſa v allauit.

Pridie Idus Auguſti foſſę ad vrbem duci cœpere,quibus impunè milites commearent,& gradum ad mœnia ſtruerent. rum è ratibus pons ſtratus, qui à Caſtris ad Veerdiam inſulam, & inde ad ripam fluuij pertineret, vt commeatus facilè comportari poſſent. In vrbe noogenti amplius præſidiarij erant belli ſcientes, qui ferreis pilis aduentantes è turribus & E pinnis exceperunt, & Ludouico Naſſauuio crus plumbea glãde traiecerunt. Mauricius turres illas quibus infenſabatur crebro trium tormentorum fulmine pulſauit, munimentum ad portam Caſſelliam duobus tormentis concuſſit,tam certo & continuo verbere,vt præſidiarij loco moti ſint.

Ludouici Naſſauuij crus plũbea glande traiectum.

Leges in deditione vrbes quales fuerint.

X V I. Kal. Septemb. vrbi 36. tormentis verberatæ deditio imperatur, quæ his legibus facta eſt, vt tympanis ſonantibus, ſignis explicatis,ſarcinis, & armis ſaluis egreſſi ad oppidum vſque Gueldrium deducerentur.

Oppidanis priuilegia integra fuêre. Nongenti præſidiarij tutò Gueldrium venerunt, cuius aditu portis occluſis cùm prohiberentur, per vim irruperunt, & Comitem Henricum Vaodenberguium,reliquoſque magiſtratus,vrbe expulerunt.

Rhinbercæ præda quales.

Rhinbercæ præda opima reperta,44.tormenta ærea,30.ferrea, varia militaris ſuppellex. F Mauricius vrbis ruinis inſtauraris Schaapium centurionem præſidio impoſuit. Inde impetum Meurſam vertit, in ditione Cliuenſi, quæ iam inde ab vndecim annis Hiſpano ceſ-

ſerat,

A Itaque in Hiſpania, Germania, Belgio, Iralia, Venetiis, Genuæ, Auguſtæ Vindelicorum, Mildeburgi, Antuerpiæ, queſtus de iniquitate menſulariorum, qui per incrementa vſurarum ſortem primariam non modò æquarant, ſed vicerant, programmate vulgato ex vſuris æs contractum iniuſtum, & nefarium pronuntiat, arque adeò à fœneratoribus res pignori acceptas ad fiſcum reuocar, eosq́; ad rationes his conditionibus arceſſit, vt vſuræ ſi quæ in annos ſolutæ ſunt, pro ſorte in ſolutum accipiantur. Eo programmate plerique mercatores rebus accisis fore cedere, & bonam copiam eiurare coacti ſunt.

Idem Hiſpaniæ Rex, vt cladem ab Anglis acceptam vleiſceretur, claſſem validam magnis ſumptibus inſtruxit, eiq́; Martinum Badillam cum ſummo imperio præfecit. In claſſe centum viginti roſtratæ naues, præter triremes, & nauigia minora fuere, claſſiarij ſupra quatuordecim millia numerati. Verùm perincommodè cecidit, vt ea claſſis ad Promontorium, *Hiſpaniæ Rex validã claſſem inſtruit.*
B quod finem terræ vocant, fœdiſſima tempeſtate deprehenſa, naufragio propior eſſet, & multę triremes, aut profundis haurirentur, aut ad ſaxa remos detergerent, naues pleręq; roſtratæ vorticibus circumactæ abſorberentur. Idem hic annus Petrum Pithoeum virum eruditione, & pietate inſignem Neomagi ad Sequanam, inter agnatos tribulesque ſuos Kalend. Nouembris abſtulit, cuius pleraque ſcripta doctorum manibus teruntur, plura quæ inter manus gentilium eius latent, immortalitate digna flagitantur. *Petrus Pithoeus vir eruditione & pietate inſignis vita fungitur.*

***

IVLII CÆSARIS BVLENGERI HISTORIARVM

LIBER DECIMVS.

ANno 1597. Comes Mauritius Alberti Cardinalis copiis ad Turnhotium deletis,& Comite Varaxio cæſo, ex Ordinum ſententia vt Rheni nauigationem aperiret, obſidionem Rhinbercæ aggreditur, quæ vt ex C voto procederet, ſexaginta octo peditum ſigna, & quantum in Batauis equitum fuit ad Sohenquefcanum conuenire iubet.

Comites præcipui qui in obſidione Rhinbercæ adfuerunt.

Adfuêre Guillielmus Naſſauuius Friſiæ præfectus, Comites Hohẽloius, & Solmenſis, Comes Erneſtus, Ludouicus, & Henricus Fridericus Naſſauuij. Eodem quadringentæ plus minus minoris, & maioris formæ naues, copiis,ſarcinis,commeatu,& 40.maioribus tormentis onuſtæ acceſſere.

Sexto Idus Octobris Alpam oppidum ventum,cuius Acropolis 60.Hiſpanis inſeſſa,quia Batauis commeantibus plurimum incommodare poterat, Mauricius ex itinere præſidiariis deditionem imperat,& verberationem adornat.Illi viribus impares,vita,rebuſq; ſaluis,loco ceſſêre. Eodem die Rhinberca Colonienſis Epiſcopatus oppidum corona cincta eſt, & hinc inde bina caſtra poſita, altera ſuperiori loco vnde in vrbem deſpectus, ad Rheni,& Caſſelij D portas,quibus Guillielmus Naſſauuius,Horatius Vecrius, & Arnaldus Duiuenuordius impoſiti,altera in colle S. Annæ ad Sanportam, quibus Comites Hohenloius, & Colmenſis imperitarunt.

Mauricius cum Henrico Friderico filio radices montis inter vtraque caſtra inſederat, quæ foſſa, & vallo ita munienda curauit, vt inter ſe continenti opere iungerentur, & ab vtroq; fluuij latere vrbem ambirent.Idem Veerdiam inſulam in ipſo Rheno,aggere, & foſſa v allauit.

Pridie Idus Augusti foſſę ad vrbem duci cœpere,quibus impunè milites commearent,& gradum ad mœnia ſtruerent, tum è ratibus pons ſtratus, qui à Caſtris ad Veerdiam inſulam,& inde ad ripam fluuij pertineret, vt commeatus facilè comportari poſſent. In vrbe nongenti amplius præſidiarij erant belli ſcientes, qui ferreis pilis aduentantes è turribus & E pinnis exceperunt, & Ludouico Naſſauuio crus plumbea glãde traiecerunt. Mauricius turres illas,quibus infenſabatur crebro trium tormentorum fulmine pulſauit, munimentum ad portam Caſſelliam duobus tormentis concuſſit,tam certo & continuo verbere,vt præſidiarij loco moti ſint.

Ludouici Naſſauuij crus plũbea glande traiectum.

Leges in deditione vrbes quales fuerint.

X V I. Kal. Septemb. vrbi 36. tormentis verberatæ deditio imperatur, quæ his legibus facta eſt, vt tympanis ſonantibus, ſignis explicatis, ſarcinis, & armis ſaluis egreſſi ad oppidum vſque Gueldrium deducerentur.

Oppidanis priuilegia integra fuêre. Nongenti præſidiarij tutò Gueldrium venerunt, cuius aditu portis occluſis cùm prohiberentur, per vim irruperunt, & Comitem Henricum Vandenberguium,reliquoſque magiſtratus,vrbe expulerunt.

Rhinbercæ præda qualis.

Rhinbercæ præda opima reperta,44.tormenta ærea,30.ferrea, varia militaris ſuppellex. F Mauricius vrbis ruinis inſtauratis Schaapium centurionem præſidio impoſuit. Inde impetum Meurſam vertit, in ditione Cliuenſi, quæ iam inde ab vndecim annis Hiſpano ceſ-

ſerat,

A ſerat, & V. Kal. Septembr. ad vrbem ſe admouet, quam vtrinque militum cuneis obſidet.
Ipſe ad portas Kercij & Heni, cum Guilielmo Naſſauuio, & Solmeo, in opere conſiſtit, al-
terum vrbis latus Cloetingueno, & Duiuenuordio ſtrenuis viris oppugnandum tradit, foſ-
ſis & aggere ductis hinc inde glandibus ferreis res geritur.

Et iam in eo Mauricius erat, vt foſſas vrbis viminco ponte ſterneret, cùm oppidi præfe-
ctus ad deditionis leges deſcendit, quibus id datum præſidiariis, quod nemini antea, vt ſi-
gnis explicatis, armis integris, funibus accenſis, ore glandibus armato, equis, & ſarcinis
ſaluis, tormentum minus egreſſi traherent. In has leges conſenſit Mauricius, ne moras
in oppugnatione traheret, quòd in celeritate plurimum momenti poſitum eſſe ſciret.

Mediolanã arcem prope Rhinbercã Mauricius ſolo æquat.

Tum verò Camilli propugnaculum, Mediolanam arcem vocant, proximè Rhinbercam
à præſidiariis vltro deſertum, quia prædæ receptandæ à Camillo Sacchino Italo prædonum
B duce munitum fuerat, Mauricius ſolo æquauit. Idem eodem menſe quantum Hiſpani na-
uium militarium in Rheno inſtruxerant, vicit, ac recepit, Meurſam præſidio, & propu-
gnaculis firmauit, vnde digreſſus Grollam loco & opere munitum oppidum obſidione
cinxit.

Ea vrbs quinque propugnaculis firma, oppugnatione ſuperior videbatur, ſed ipſa rei
moles Mauricio animos faciebat. Itaque octingentis foſſoribus adhibitis, paulo momento
ſex munitionibus vrbem tam arctè clauſit, vt aditus, exitusq; prohiberetur, è foſſis oppidi
aquas incilibus deriuauit, & per Ioannem Bonerium inſignem mechanicum octauo Kal.
Octobr. igne miſſili ſupra quadraginta domos ſtramineo tecto intra vrbem cremauit, repe-
titis poſtridie ſulphuratis iaculationibus penè vrbs tota in cineres concidit. Idem cœca iti-
nera ſubter vrbis foſſas ſilentio ſtrauit, quibus milites in ipſa hoſtium munimenta dedu-
C ctos locauit, vt manum comminus cum hoſte conſererent, deinde quatuor propugna-
culis 24. tormenta impoſuit, quibus præſidiarios è pinnis murorum, & aggeribus detur-
bauit.

Oppidani interim crebris eruptionibus opera interrupta turbare, iaculationibus hoſtem
ſubmouere, propugnaculo Leuelleo lunatum aggerem obducere, omnia ſtrenuè moliri,
quibus oppugnatio frangeretur. Qui cùm ſemel, atque iterum deditio imperata eſſet, &
cuniculis qui intra munimenta hoſtium promota erant ignis ſubderetur, deditio æquis
conditionibus facta eſt, priuilegia oppidanis, ipſis etiam ſacerdotibus, & clericis integra
manſerunt, quæ humanitate hoſtium animos molliebat, vt in ſe proniores eſſent.

Breforda ſitus.

Vrbe præſidio firmata Brefordam copias vertit acropoli munitiſſimam. Ea vrbs in co-
mitatu Zurpheni ſita paludibus vndique cincta eſt, quas faſcibus, tabulatis, axamentis, &
D comportata vnde materia dicto citiùs expleuit, ac peruias fecit, & in iiſdem aggeres, ac
viminea dolia erexit, 20. machinis muralibus impoſitis, quibus vrbis duo palmaria muni-
menta protererētur. Idem ſubter foſſas cœcis itineribus cuniculos duxit, quod propter vli-
ginem terræ, & paludes arduum, & ſupra omnem exſpectationem erat, propugnaculum
lapideum ad meridiem crebra verberatione diſiectum Scotis incurrentibus vi cepit, cùm in
eo eſſet vt pontib. natatilibus, è ſubere & ſtramine foſſas ſterneret, deditionis leges flagitatę,
quas irrumpente milite, & ſtragem paſſim faciente Mauricius dedit, & præfecto vrbis Guar-
dotio, cæteriſque magiſtratibus, ac præſidiariis vitæ gratiam fecit, vt benignitate homi-
num animos pelliceret: bona tamen ciuium prædæ ceſſerunt, vrbs militum laſciuia, incen-
dio conflagrauit.

Vrbes nonnullæ ſub Mauricij poteſtatem cadunt.

Quibus exemplis territæ vrbes Tuentinæ prouinciæ, Enſcheda, Oldenzeella, Otmarſe-
E na eodem menſe deditione ſpontanea leges acceperunt, & ſub poteſtatem Mauricij ceci-
derunt, vnde apparuit fortunam belli meliùs procedere, ſi tempore, & loco benignitas ſe-
ueritate temperetur. Ita nimia Ducis Albani ſeueritas Belgium in ſtudia diduxerat, & à
Rege Hiſpaniæ abalienarat, nimia Mauricij clementia, niſi aliquod ſeueritatis exemplum
ederet, deſpicatui futura erat.

Exeunte Octobri præſidiarij vrbe, & arce Goorræ derelicta fugam capeſſunt. Mauricius
ne frequentibus præſidiis copias diſtraheret, Enſchedam, Otmarſenam, Goorrani mœni-
bus, & propugnaculis diſcinxit, cùm ſciret ei facilè vrbes ceſſuras, cui camporum plana
cederent.

Is ſeptimo Kalend. Nouembres Linghenum flexit, quæ vrbs Belgij limes, & clauſura eſt,
arce munita, quam anno 1546. Carolus V. Imperator Comiti Conrado Teclemburgo
F ademptam fiſco addixerat, quòd fœdere Smalcaldi hoſtilia induiſſet. In ea præſidiarij ſex-
centi amplius fuêre, qui tolerandæ obſidioni pares ſuburbia incendunt, ne hoſti commo-
dent, & crebris eruptionibus Mauricium infeſtant. Is milites ſuos cœcis ſub terram itineri-

bus intra 4. dies ad vrbis propugnacula promouit, vbi hoſtium cuniculi aperti non ſine Ba- A tauorum clade, qui Nonis Nouemb. ad portam cui cognomentum eſt ab Epiſcopo, munimentum inuolant, & tenent.

Fridericus Vandenberguius à Mauricio leges accipit.

Sextò Idus aqua obſeſſis erepta, 24. tormentis arx totum diem vapulauit, cùm interea duo propugnacula cuniculis ſubruerentur, quo metu Fridericus Vandenberguius leges accepit, & Mauricio vrbem æquiſſimis conditionibus tradidit, Alberto in alia diſtracto, & partium ſuarum iacturam, & cladem ſiccis oculis ſpectante, cuius ſtipendiis id temporis ſexaginta militum millia merebant.

Sigiſmũdus Poloniæ Rex oratores ad Batauos mittit.

Ineunte anno 1597. Sigiſmundus Poloniæ Rex pietatis ſtudio, vt orbi Chriſtiano conſuleret, omneſque ad communem fidei hoſtem oppugnandum incenderet, oratores ad Batauos miſerat, qui Ordines ad obſequium Regis Hiſpaniæ, & pacis ſtudia inuitarent. Illi benignè in ſpeciem accepti, & re infecta honorificè dimiſſi in Angliam eo conſilio vela fecerũt, B vt Reginam ad publici otij officia, & ſocietatem armorum aduerſus Turcum vocarent, quos illa egregiè ludificata per ludibrium dimiſit. Omnino cauſſam religionis pauci agũt, priuatis rationibus quiſque ſtudet, eodem loco Turcos, & Chriſtianos habent, dũmodo ſibi ſeruiant. Cæſar, & Chriſtianus IV Daniæ Rex ad Ordines ſuper pace, & obſequio Hiſpaniæ Regis oratores miſêre, irrito euentu, cùm Batauí res ſuas agerent, & priuata commoda Reip. Chriſtianæ ſaluti potiora haberent Regina Angliæ ſuper eadem re Daniæ Regis preces, & per oratores hortamenta inſuper habuit, nec ab inſtituto demoueri potuit.

Batauí incredibiles æſtus experiuntur.

Interim Batauí in curſu nauigationis, quam anno 1595. ad Auſtrum inſtituerant defixi, cùm è portu Texeliuno ſoluiſſent, ad æquinoctialem circulum deuenerunt, ſub quo incredibile dictu, quantos æſtus experti ſint. Inter hanc lineam, & Tropicum Capricorni viginti dies proſpera velificatione vſi, breuia quæ Braſileæ littori prætenduntur, non abſque periculo, ſed abſque naufragio quod fortunæ imputandum eſt, ſuperarunt. C

Aquaſambres portus & incolarũ ipſius mores.

Ineunte Auguſto Bonæ ſpei promontorium in conſpectu fuit, cuius rei ſpem aliquot ante dies aues nigræ, & albæ cygnorum magnitudine ſæpe fecerant. Iactis in portu (quem Aquaſambres vocant) anchoris, exſcenſione facta in homines incidunt aſpectu truces, moribus barbaros, ſtatu corporis breui, voce ſtridulos, & more gallinarum glocirantes, qui cætera nudi, caudis vulpium obſcœna corporis velant, lautiores pellibus verſicoloribus pro palliis teguntur. Carne cruda victitant, auium inteſtina, & exta cum fæcibus vorant, & oſſa, canum inſtar, rodunt. Vnde oris oſcedo, & fœtor intolerabilis, lãceas lato ferro vibrãt. Apud eos oues ſunt caudis adeò craſſis, vt pondere quartam corporis partem æquent. Pro boue, aut veruece datus culter, vel ſimile aliquod ferramentum, quorum aliquot in naues illatis, quarto Idus Auguſti ad S. Laurentij inſulam vela faciunt, & eò tertio Non. Auguſti appel- D lunt, vbi lues in claſſiarios ita ſæuiit, vt omnino pauci ſupereſſent.

Batauí à Barbaris amicè excepti.

Inde proximam inſulam aquis vberem petunt, vbi à Barbaris amicè excepti ſtanneum cochleare, & æreas legulas, aut gladiolos tribus ouibus, aut opimo boue permutarunt. Magna hîc copia pſittacorum, turturum, cercopithecorum oues caudas 12. pondo, cubiti longitudine trahunt. Viri non illiberali ſpecie, partes quas natura tegit, goſſypio velant, cætera nudi, qui licèt commercia cum Batauis agitarent, eos tamen hoſpitio terræ prohibuerunt, memores olim ab Hiſpanis illa humanitate ſe duriùs acceptos.

Regis Barbarorũ habitus.

Inde Iauam, mox inſulam S. Mariæ ſecundo Idus Ianuarias anno 1596. appellunt, quibus obuij inſulani orizam, ſacchari cannas mala citrea, gallinas obtulerũt & tenui merce commutarunt. Ad eos ſalutatum Rex viſit, nulla re niſi nigra cute præter cæteros, & cornibus in capite conſpicuus. Inde in ſinum Antongilenſem delati magnam rerum, quæ ad victum E pertinent, copiam repererunt. Benignè ab indigenis accepti, datis vtrinque obſidibus, inſulam luſtrant, quæ ad decem millia patet, dorſum eius quatuor aliæ minores inſulæ claudunt, quarum vna cultores habet, reliquæ ab hominum cultu vaſtæ ſunt.

E mari in amnem ingreſſis occurrit pagus in quo ducentæ amplius domus, cui ad dextram duæ vrbes, vallo cinctæ, caſæ ſtramine, & vili alga tectæ, quatuor ligneis fulcris incumbunt, duos circiter pedes à terra ſuſpenſæ, ne incolæ ſerpentum, lacertorum, chamæleontum, quorum regio ferax, dente adpetantur. Potum è melle, & oryza confectum auidè bibunt, crapulæ dediti. Clypeo ligneo, & fariſſis decem pedes longis armantur. Torques è corallis, & vitreis globulis collo implicant, & hoc ornatu oppidò triumphant. Regi brachia ſex æreis circulis ornantur. Obſcœna corporis leui cortice velant, cætera nudi. Inſula pagis frequens, citrorum, oryzæ, gallinarum, hœdorum, mellis ferax. F

Tertio Nonas Febr. anno 1596. procella ſæuiente in altum impulſi periculum obiêre. Interea Æthiopes ratí fluctibus hauſtos, ſcaphas in fluuij ora relictas comminuũt, & diripiunt,

redeun

A redeuntes hoſpirio arenæ vi, & armis prohibent, ſed pilis ferreis peteulſi, ſyluas fuga petunt, Bataui caſis aliquot ignes ſubiiciunt, & alterum inſulæ latus petunt: vbi commeatu tereati ſunt.

Inde Somatram pridie Idus Iunias appellunt, ea veteribus Taprobana fuit, & in vacuo commodè aquantur, Rex obuius veſte Turcica comiter aduentanres excipit. Accolæ nuces Indicas, melones, eucumeres, allia, cepas, piper, aliis mereibus murant. Decimo Kalendas Iunias inſulam quandam tribus millibus à Bantamo diſtantam tenent, vbi à Luſitanis rogati vnde domo eſſent, quid vellent, reſpondent ſe mercatores eſſe, qui commercia cum indigenis exercere velint. Luſitani benignè omnia pollicentur, eosq; Bantamum aromatum omnium horreum deducunt. Bataui in inſula quadam ad Septentrionem proximè vrbem conſiſtunt, vbi præfectus vrbi indigena ſalutatum ad eos viſit, incolæ certatim
B aromata deuehunt.

Somatra à veteribus Taprobana appellata.

Id temporis Bantami Rege mortuo, cùm filius trimeſtris regni hæres ſupereſſet, Quipates infantis tutor, cui pro Rege adminiſtratio credita, Batauos monet, vt ſibi aduentanti obuiam procedant, illi officioſè obuiam eunt, & comiter excepti obſidibus vtrinque datis in vrbem deducuntur. Ibi conductis ædibus commercia agitantes à prorege monentur ſuis rationibus conſulerent, Luſitanos, qui eò loci frequentes erant, exitium ſibi moliri. Mox ipſe prorex à Luſitanis ſubuerſus, quantum mercium in vrbe fuit inuolat, quarto Kalend. Septembres Batauos aliquot in vincula tradit, quod vbi inter claſſiarios percrebruit, continuò interpreti, & aliis inſulanis, qui tum caſu apud eos agitabant, vincula iniiciunt, nauibus ad vrbem admotis pilis ferreis fulminant, tria Iauana nauigia nucibus, piſcibus, gariophyllis, aliiſque fructibus onuſta inſiliunt, & abducunt. Interim captiui caput ſuum agi ſocios
C monent, prorex ipſe de pace verba iacit, in quæ ni conſentiant, minas adiicit, Bataui, niſi dimiſſis captiuis, pacis commercia reſpuunt, qui mox aquæ penuria preſſi, ſolutis anchoris, pridie Idus Septembres vicina littora legunt, & pridie Nonas Octobres Bantamum vt ſuis conſulant, redeunt, conuentum in has leges, vt Bataui bis mille Philippicos proregi numerent, & liberis commerciis fruantur.

Luſitani exitiũ Batauis moliũtur.

Illi cùm pacem à Luſitanis laceſſi, ac moueri cernerent, receptis captiuis in altum vela dant, & quarto Non. Decembres ad Tubam, & Sidajam anchoras iaciunt. Aduolant incolæ, merces ſuas offerunt, nuces myriſticas, garyophylla, poma omnis generis. Rex Batauis ſignificat ſe poſtero die naues ipſum inuiſere velle, quem illi honorificè, ac ſplendidè excepturi, nouem nauigiola vectoribus plena ſenſim adremigare animaduertunt. Ex iis aliquot Onerariam petunt, reliqua Liburnicam.

D In nauim ad ducentos ingreſſi ferro derepentè ſtricto duodecim Batauos trucidant. Claſſiarij qui in interiori nauis parte erant, tumultu exciti barbaros haſtis, contis, gladiis per tabulata fodiunt, ac proturbant, tum glandibus ferreis fugant, funduntq;, Liburnica periculo aliorum intentata manſit.

Barbari nauim ingreſſi Batauos 12. trucidant.

Inde octauo Idus Decembres Maduram inſulam applicant, vbi piperis copia primùm facta, mox per ſpeciem amicitiæ plura nauigia leni remigio ad Onerariam iter affectant, quæ inſidias ſubodorata tormentis barbaros excepit, & ſtrage edita fugat. His dimiſſis exhauſti claſſiarij de reditu conſilia ineunt, & diebus aliquot inſtaurandis nauibus, ac commiſſuris ferruminandis conſumptis, vnam earum exportatis commeatibus, & armamentis cremant, tribus reliquis Iauæ littus legunt, mox inſulam Ballyam tenent, vbi benignè accepti.

E Anno 1597. octauo Kal. Iunias S. Helenæ inſulã prætervecti tres naues Luſitanicas à longè ſpeculantur. quarum metu fugam accelerãt, & continuo curſu maria emenſi menſe Auguſto in Hollandiam poſt varios 29. menſium errores appellunt.

Hiſpani per id ne nihil omnino in Belgio egiſſe viderentur, pridie Idus Nouembris Bergopſomam ex inſidiis tentarunt, irrito ſucceſſu. Hiſpaniç Rex valetudine atroci, ſpe pacandi Belgij abrupta sereniſſimam infantem filiam Archiduci Alberto, eique in dotem Belgicas prouincias, & Burgundiæ Comitatum aſcribit. Quod Brabantiæ Ordinibus ignarum qui Regis conſilium probare, & Archiduci fauere ſe ſignificarunt, ante omnia tamen conuocandos omnes Belgij Ordines, ex eorum ſententia cum Regibus Galliæ, & Angliæ pacem ineundam, fœdus cum ſacri imperij Electoribus Moguntino, Colonienſi, Treuirenſi, & Epiſcopo Leodienſi feriendum, Ducem Aſtriaſiæ & Iuliacenſem ad partes trahendos, & com-
F muni Belgij otio conſulendum pronuntiarunt.

Hiſpania Rex infantẽ filiam Archid. Alberto locat.

Dum in hoc cardine Belgium vertitur, Chriſtianiſſimus Galliæ Rex dimiſſis Rotomagi Comitiis, vt Hiſpani laſciuiam compeſceret, Lutetiam properat, vbi dum à fano S. Germani

miniſtri aulici Occum plauſtris, & ſarcinis ad amnem in 4. alueos ſectum naue onetatia A
ſarcinas & equos obtrudunt, vt Luteriã prono alueo petant, nauis onere fatiſcẽs ad portum Charantoniũ 30. regios pincernas cũ auro pototio, & alia ſupellectile fluctibus ſecũ hauſit.

Rex Catharinæ Borboniæ ſororis nuptias cõciliat Marchioni Põtimuſſano.

Nihilo ſecius Rex Catharinæ Borboniæ ſororis vnicæ nuptias Marchioni Pontimuſſano Lotharingiæ Ducis primogenito conciliat, & Ducem à pattibus Hiſpani ad ſuas transfert. Intetim Hiſpani Caleto, Ardua, & finitimis vtbibus egreſſi Bellouacos, Syluanectum, Meldas, ipſa etiam Luteriæ ſuburbia candidis faſciis falſi infeſtabant.

Ferdinandus Antellus ortu Cantaber, prætoris Pompeiopolitani filius, Dorlani, quod inſigni clade Gallis ereptum erat, præſidio Præfectus valida manu Ambianorum fines oberrabat, ſi fortè caſum vrbis intetcipiendæ reperitet. Quod vt ex voto ſuccederet, famæ datum S. Pauli in Belgio præſidiarios, quòd ſtipendia oon procedetent, tumultuati, Albertum coërcendæ ſeditiooi copias cogere. B

Hac ſcena Belgæ ad quinque millia ſexto Idus Martias S. Pauli fano egreſſi, Dorlanum aduolant, vbi ſortuito cibo recreati de nocte magnis itineribus Ambianum tendunt, & adpetẽte die ad tertium ab vrbe lapidem in ruderibus, ac maceriis latent, Antellus portis multa iam luce recluſis, quadragiota milites villatico habitu, cultuq;, annonarias ſatcinas dorſo geſtantes, intus loricatos, & breuibus ſclopis, ac pugionibus accinctos, præmittit, qui diuerſo itinere pottam, qua in Atrebates exituti ſubeunt, & anhelantibus ſub faſce ſimiles ad leuandas ſarcinas io vtbis aditu ſubſiſtunt, donec plauſtrum à quatuor militibus tuſtica veſte diſſimulatis actum pontem penſilem inſideret, ex quibus vnus ſacciperium nucibus plenum, veluti caſu ſolutum effundit, accurrunt portæ cuſtodes per laſciuiam, & nucibus attenti, vt erant inermes, à ruſticis conſodiũtur, qui ne penſiles cancelli fune ſecto demiſſi aditum obſtruerent, plauſtrum opponunt, & ſclopeti explauſu ſigno dato veſtibulum inſident, C
quo ſonitu Antellus cum ſuis aduolat, & in vrbem irrumpit, mœnia, turres, compita, & munitiora vrbis loca præſidiis firmat, populus ſacris Quadrageſimæ concionibus attentus, audito campanæ claſſico, & fremitu diſcurrentium in vicos exit, ſed hoſtium armis teiritus, domi latet. Comes S. Pauli vrbi, & prouinciæ præfectus, vrbe capta, eum ſuis euolat, & fuga periculo parum decorè ſe eximit, nemo repertus in tanto diſcrimine, qui manus moueret, plus omnes in pedibus quàm in dextris ſpei repoſuẽre.

Comes S. Pauli fuga periculo ſe eximit.

Eo ipſo die Rex Lutetiæ, veſpera inumbrante, luctuoſo nuntio captæ vrbis verberatur, qui vt erat animi præſens, & conſilij ſubitus, obſidium exotnat, Bitonium cum valida manu coercendis hoſtium excuſſionibus præmittit.

Antellus ab Alberto velleris aurei inſignia accipit.

Intetim Albettus, vt Antello animos augeat, velleris autei ad eum inſignia mittit, qui fortuna, & honote tumẽs munimenta inſtaurat, propugnacula inſtruit, & fortiter ad extre- D
ma omnia ſe comparat.

Id temporis Hiſpani Strenuicum munitiſſimum oppidum à Mauricio ſibi ſuperioribus annis magna vi ereptum inſidiis intercipere conati, tanta ſuorum ſtrage repulſi ſunt, vt quindecim plauſtra cadaueribus onuſta domum reportarint. Nec Maurio felicius ad Ventoum oppidum tentatio ceſſit, qui cùm duas naues aduerſo Moſæ fluuio milite refertas in portum de oocte traheret, minore naui propiùs ad vrbem admota, portum portamq; ſubita irruptione cepiſſet, maiore naui onere impedita, nec aditu expedieote, oppidanotum cõcurſu, aliquot ex ſuis deſideratis fugam capeſſere coactus eſt.

Albertus Delphinatũ infeſtat.

Interim Albertus, vt Regis Galliæ impetum infringeret. & vires eius in plura diſtraheret, Delphinarum per Sabaudiæ Ducem, Armoricam per Mercolium infeſtat, Mercolius, vt exercitu munitior in vrbes regias vim faceret, Sanlaurentium cum ſexcentis peditibus, E
equitibus centum, Dinano euocat, quem Tremblaius pedeſtribus Briſſaci copiis pręfectus, in pago Maurio vt conſediſſe didicit, decimoquarto Kal. Auguſti veſtigio cooſequitur, & non procul à pago deprehenſum incuttit. Tremerucius Sanlaurentij fratet extremum agmen ducebat, cuius copiis copiæ prima impreſſione diſiectæ, fugam expediunt, inſtat Tremblaius, & fugientium terga cædit, ſed occurrente Sanlaurentio diu pugna in ancipiti fuit, donec regus vrgentibus fuga, ſtrageſque latè creuit. Tremerucio maou capto Sanlaurentius cum equitatu Dioanum refugit, vnde cùm ad S. Maclouium prædas agerct, Tremblaio cum Maclouienſibus conuenit, vt ipſe pedeſtri itinere Sanlaurentianos per plana camporum ſparſos, ac palantes inuaderet, Maclouienſes rei nauticæ ſcientes duabus triremibus mare inſiderent, & prædonibus fugæ poteſtatem adimerent.

Tremblaij glande plũbea caput confoſſum.

Ex voto res ceſſit ducenti ex hoſtibus cæſi, pòſt paulò ipſi Tremblaio in obſidione Ca- F
ſtri Pleſſij Bertrandi glande plumbea caput confoſſum eſt. Eius morte commilitones obſidione ſoluta dum ſe ad Briſſacum tecipiunt, in cohortem Fœdetatorum incidunt, eaque

A fugata tribunum capiunt, à quo de Sanlaurentij ſtatiuis edocti eò iter affectant, & imparatum, nec opinantem adorti trecentos pedites cædunt, primores manu captos in cuſtodiam tradunt.

Dum in eo ſunt, Diguierius conſcripto ad quinque millia militum exercitu, par deuia, & abrupta ad Voconrios Centrones, quos Tarantesſios vocant, prorumpit, Allobrogum præſidium in iugo montis poſitum fundit, fugatque, & oppidum S. Ioannis Moriani deditione recipit, Comiti Salinurio abſens tantum ſui terrorem iniicit, vt arcem ſubalpinam S. Michaelis cum ſarcinis & munitionibus bellicis deſeruerit.

Diguierius Tarenteſios prorumpit.

Inter hæc Dux Sabaudiæ per vallem Auguſtam inter montes Brigam, & S. Bernardi equites ac pedites per teſca, & ſaxa inhoſpita rapit, proximè Gallos caſtra ponit.

Diguierius vt commodè annona Gratianopoli Aquam bellam arcem munitiſſimam,
B quæ ab Allobrogibus ad Voconrios aditum obſtruit, deportaretur, arcibus quas hoſtes conuectandæ prædæ inſederant vi captis, vias militares metu abſoluit, & itinera purgat. Is cognito Sabaudiæ Ducem ad Iſatę ripam munitionem foſſoribus vndique acciris incredibili celeritate exſtruere, continuò duo millia ſclopetariorum, Crequio genero duce, per ania immittit, qui opus euerterent, ipſe cum equitatu ſubſequitur, Galli ſex tormentis latera inuadentium ferientibus impreſſionem tanta vi faciunt, vt quadringentis hoſtibus cæſis munimentum irruperint, & funditus exciderint, & à Delphinatų in Sabaudiam iter expeditum effecerint.

Diguierius annona Aquam Bellã deportanda ſtrenuè prouidet.

Poſt paulò Diguierius turrim Carbonariam in vertice montis muro, foſſa, & aggere vallatam, trium cohortium præſidio firmam, deditione recipit, vt & propugnaculum cognomento Acum, à ſcopulo acuminuto, cui inſidet, quod ab altero latere ob prærupta ſaxa
C eſt imperuium, ab altero, quod decliue foſſa duplici munitum erat, ſupra omnem oppugnationem eſſe putabatur.

Dux Allobrox tot Diguierij victoriis nequaquam animi fractus, cùm Heluetios, & Neopolitanos ad quinquè millia copiis ſuis accenſuiſſet, ad Montem meillanum caſtra ponit, & prœlio experiri deſtinat.

Diguierius re per emiſſarios comperta copias numero inferiores, robore ſuperiores obuiam rapit, & non procul ab hoſte ſtatiua interiecto fluuio locat. Allobrox tranſmiſſo fluuio locis vliginoſis proximè Diguierium ſubſidet, & poſtridie ipſo diluculo aciem in qua quindecim peditum, duo equitum millia cenſa, patenti camporum æquore inſtruit, Diguierius ſigna confert, manum conſerit per 7. horas ancipiti marte decernitur, vergente die fuga fit, Allobroges altum incile, quo ſe tutati ſunt, periculo exemit.

D Inter hæc Ambiani feriæ belli non erant: Antellus eruptione facta Vallum regium perrupit, cuius impetum Bironius recenti milite fregit, & non ſine ſtrage in vrbem compulit. Rex quadraginta catapultis mœnia pulſauit, & latè ruinam edidit, ſaxis diſſilientibus, & hoſtes obterentibus, quibus lue intra mœnia ſæuiente domi, foriſq; peſſimè factum.

Antellus Vallũ regiũ perrumpit.

Sub id Albertus cognito ſuorum periculo ſubſidium exornat, & Gaſtonio Spinolæ, Burlotio, Baſtio viris bellandi veteribus, id dat negotij, vt itinera explorent, vadum tentent, quo traiecto fluuio ſubſidia in vrbem ſubmittat, locum caſtris capiant. Illi mille equitibus ſepti, illuceſcente die in pago Quiruuio ſubſiſtunt, de quibus Rex didita fama in hoſtem tumultuarium agmen Bironio comite rapit, equites ſclopetarij ad pagum Anchoram in vado fluminis Hiſpanos adoriuntur, quorum alij cæſi, alij manu capti, Rex ad Bapalmum vſque fugientium tergis vulnera impoſuit, duo ſigna militaria retulit, quingentis equiri-
E bus cæſis.

Tertio Non. Septembres Antellus dum in opere multus eſt, & foſſorum operas vrget, pila ferrea laniatur, è noſtris Sanlucius vir belli ſciens, & manu ſtrenuus pari caſu perit. Antelli obitu hoſtibus animi fracti, cuius loco Marchio Montinigrius, impari conſilio, & fortuna ſuffectus. Nihilo ſecius Albertus quindecim peditum, quatuor equitum millia, ſexdecim campeſtres machinas Belgio trahens, ſexcenta plauſtra catenis inter ſe vincta circumferebat, quibus inquiore loco deprehenſus, pro vallo, & aggere ſuos tegeret.

Antellus pila ferrea laniatur.

Tanto agmine procedens, ad longum pratum, vbi Rex ſtatiua habebat, in conſpectu Regiorum, ex improuiſo ſtetit, cui Rex ad tertium ab vrbe lapidem obuiam factus, aciem inſtruit, tormentis fulminantibus hoſtem ſeruatis ordinibus procedentem latè ſubmouet, cuneos perrupit, aditum obſtruit, quem vt ſibi abſciſſum Albertus animaduertit, nulla vi
F tentata, nullo ſuorum periculo facto, de conſilij ſententia receptui canit, & in pago S. Saluatoris primo ab vrbe lapide noctem trahit, cuius vigilias Gallicæ cohortes nocturnis excurſionibus infeſtas habuerunt.

Rex

Rex cognito eum ad ripam Somæ conſediſſe, Vicium, Montignium, Scluſeum ſtrenuos A
duces, cum tribus peditum millibus, & quadringentis equitibus fluuium de nocte tranſ-
mittere, & viam ad vrbem hoſti abrumpere iubet. Albeſcente die Hiſpani ad tria millia
ponte natatili ex canabi,& ſuberibus fluuium traiiciunt, & ferro ſibi viam ad vrbem ape-
rire tentant,in quos Vicius cum ſuis tanto impetu incurrit, vt in fluuium inſilire,& eodem
ponte ad ſuos regredi coacti ſint,in fuga plerique cæſi, aut fluuio merſi, vnde magna totis
caſtris trepidatio, milites ponte relicto confeſtim ſtatione excedunt, & abeuntes, ne ab
equite infeſtarentur plauſtris in ambitum extremum agmen claudunt.

De Alberto dictũ vulgò iactum.

Rex vnum,& alterum diem abeuntium tergis hæſit, & prœlij ſæpe Alberto detrectanti,
& irritam expeditionem quiritanti, copiam fecit, qui contracta ignominiæ labe, Dorlani
ſubſedit,in quem dictum hoc vulgò iactum, Albertum,qui dux ad hoſtem venerat,ab hoſte
ſacerdotem abſceſſiſſe. B

Interim obſeſſi,Belgarum fuga ſpe caſſi,& animis fracti, deditioni acceſſêre, cuius leges
dictæ, vt ſignis explicatis ad tympani pulſum, cum armis, equis,ſarcinis,carris excederent.
Egredientibus honor à Rege habitus, ægris ſtudium impenſum. Vrbs vicenis ſignis pedi-
tum,tribus equitũ Præfecto Vicio munita. Rex nimboſo cœlo,ſolo vliginoſo, turmas equi-
tum, & tormenta octodecim Atrebatum traxit, & portas ferreis pilis fulminauit, ſum-
ma ciuium conſternatione, inde Morinos, & Veromanduos præſidiis firmat, & Lutetiam
ouans init.

Scæuola cuiuſdam Lotharingi prædonis proditio.

Inter hęc Scęuola quidam,obſcuris natalibus, Lotharingus prędo,partes Hiſpani ſequu-
tus, Villæ Francæ præſidiarios ad proditionem vrbis pretio emercati tentata. Ea vrbs in
confinio Belgij,& Sequanorũ breui gyro, validis munitionibus ad coercendos Burgundio-
nes à Franciſco I. condita eſt. Præſidiarij re cum Tremelerio Præfecto communicata,pecu- C
niis Scęuolam emungunt,diem proditioni dicunt. Tremeletius Rumenillum,& Eſtiualem
vicinarum vrbium præfectos de inſidiis monet, illi validum ſubſidium Villæ Francæ ſub-
mittunt, Rumenillus in inſidiis cum cataphractis equitibus ſubſidet,non defuit vadimonio
Scæuola, ſtata nocte portis apertis in vrbem cum ſexcentis equitibus ſubit,diſplauſis ma-
chinis præſidiarij occurrunt,fugientem cædunt,Rumenillus cum equitibus aduolat, & in-
terceptum hoſtem obtruncat tanta ſtrage,vt Scęuola cum vno,& altero cęteris cæſis bene-
ficio noctis effugerit. Rumor inceſſit eum magica ſigilla geſtare ſolitum, quibus ab hoſte
inuiolatus eſſet.

In Gallia multi hæreſim eiurant.

Sub id, cùm in Gallia plures hæreſim eiurarent, ad meliorem mentem redeuntibus
conſultum, & Regis ac Cleri prouidentia cautum, vt publica domus cum prouentu
annuo inſtituatur, vbi reſipiſcentibus, ſi res arctior domi eſſet, quæ ad victum, cultum- D
que faciunt abundè ſuppeditarentur. Interim Mercolius, vt vidit receptis Ambianis, in
ſe totam belli molem transferri, cum Regis oratoribus 16. Kal. Nouemb. inducias in reli-
quum anni paciſcitur.

Sectarij apud Regẽ de imminutis priuilegiis conqueruntur.

Sectarij cùm plures cernerent relictis inanibus ad auitum cultum poſtliminio reuerti,
edito libello,de imminutis priuilegiis apud Regem conqueſti ſunt. Rex pro innata manſue-
tudine illis indulſit, vt in Caſtro Heraldi in agro Pictonico de more conciliabulum habe-
rent,cui Tremollius præfuit,vir primatiæ in Gallia nobilitatis, qui ſororis cũ Principe Con-
dæo nuptiis, vt eum ſibi arctius obſtringeret, in ſectæ partes eiurata fide Catholica tranſie-
rat. Rex ne quid illo conciliabulo ſectarij grauius aduerſus otium publicum ſtatuerent, mi-
ſit Comitem Scombergiũ,ſecta Lutheranum, Auguſtum Thuanum, & Calignonium Cu-
riæ Pariſienſis Præſides qui ferocientes animos mollirent,& conſilia auctoritate, qua pluri- E
mum valebant,regerent, aut frangerent. Sectarij vt ſine ope ſua Regem receptis Ambianis
Fœderatorum auxilio victoria exultantem viderunt, miniſtellos ſuos ſeditionum faces fa-
cti inuidia onerarunt, quibus conuerſio ad fidem Orthodoxam, Sancij, Spondæi vtriuſque,
Rebulſij, Baronis Saligniaci, Caierij incredibili dolori fuit.

Dux Luxẽburgicus Romã à Rege miſſus.

Interim Rex Ducem Luxemburgicũ Romam oratorem mittit,qui Clementi VIII. Pon-
tifici maximo fidem,& obedientiam,quod à deceſſoribus ſuis Galliæ Regibus ſemper antea
factum nouerat,exhiberet,& de prono in ſe, & vniuerſam Galliam animo gratias ageret. Is
à Clemente honorificè,& beneuolè,ſi quis alius exceptus eſt,cui Chriſtianiſſimi Regis pie-
tas, & in fide conſtantia nimiùm quantum probata fuit.

Gilbertus Genebrardus literatorum lumẽ mortẽ obit.

Hic annus Eccleſiæ, ac literatorum lumen abſtulit Gilbertum Genebrardum, genere
Aruernum, Sancti Benedicti ordinis decus, cuius famam luculenta ſcripta toto orbe vul- F
garunt.

Eodem anno Perpignianum Caſtrum in Ruſcionenſi Comitatu munitiſſimum, quod

ab Hiſpa

A ab Hiſpano patrum noſtrorum memoria Regibus Galliæ per iniuriam ereptum eſt, Centurionis Gentilis inſidiis, Rege probante, & conſilia iuuante fruſtra tentatum eſt.

Dum tes Galliæ in eo ſint, graſſante in Turcis fame, Perſis infeſtantibus, Mahumetes conſilia Hungaricæ expeditionis abiicere coactus eſt. Vrgebat in primis eum Tranſſyluaniæ, Valachiæ, & Moldauiæ defectio, quatum horrea, & promptuaria quàm neceſſariæ prouincialibus ſuis fuerint, ipſa re deprehenderat. Primùm igitur oratores ad Tranſſyluaniæ Principem cum amplis muneribus mittit, quibus eum ad ſuas partes traduceret. Is cognito Turcas,vt fidei fluxæ ſunt,armis Valachiam tentare, & ſpecie pacis hoſtilia facere, tumultuaria manu irrumpere auſos,ad vnum obtruncat. *Turci oratores ad Tranſſyluaniæ Principem mittunt.*

Decimotertio Kal. Martias Pragam 40.ciſiis aduolat,& cum Cæſare conſilia communicat, vbi ab Hiſpano frequenti Curiæ conſeſſu velleris aurei torque, & adamante impenſi

B pretij pyramidis orbe cæſo donatus eſt. Inde auxiliorum ſpe auctus, in Tranſſyluaniam iter ingreditur.

Sub id in Hungaria Bernſteinius,& Palfius habito cum reliquis belli ducibus de Totiſa reciperanda conſilio, milites ſecundo flumine ad Almaſium pagum exponunt, & ne indicia extarent, diſpoſitis excubiis cùm plerunque noctis proceſſiſſet, tres linguæ Turcicæ peritos ad portas vrbis equitare iubent, mox crepitaculum æreum cubitalis tubi magnitudine plauſtro impoſitum aduehunt, adiunctis qui ſcienter portis admotum incenderent,aliis qui ſcalas,& arma inferrent.

Tres illos emiſſarios excubitores Turcæ ſtatim inclamant, & vnde domo eſſent,interrogant, qui Iauarinenſes origine Buda venire ſe, & Garbaſiæ Iauarini præfecto commeatus ab Achmete Aga coemptos aduehere, de via feſſos interquieſcere velle reſpondent, dum

C colloquium extrahitur Bernſteinius crepitaculum propiùs admouet,quo viſo excubitores, quid,inquiunt,vos carrum potiùs illigatis inq; pontem ſubductis. Reſpondent illi,facere ſe hoc metu Heiduceorum, vt periculo commeatus ſubtrahant.

Inter hæc admota machina, & igne ſubdito, portæ horrendo tonitru diſſiliunt, pons penſilis diſrumpitur, ipſe ponte cannabino iniecto in arcem irrumpunt, alij ſcalis enituntur, obuios mactant, præſidiarij diffugiunt, & in foſſas deſiliunt, aut in turrim ſe recipiunt, vbi circumuenti, cæſi, aut manu capti ſunt, inter quos & Begus cum vxore, & liberis.

Præſidio impoſito gratiæ Deo ſexto Idus Maias actæ ſunt. Interim Maximilianus coactis ad 24.millia armatorum millibus, capto de Pappa oppugnanda conſilio, Nadaſtum, & Colonitſium ad itinera exploranda præmittit, qui ex itinere Ianiſſeris octoginta cæſis centum viginti captos ad Archiducem adducunt. *Maximilianus de Pappa oppugnãdo cõſiliũ capit.*

D Idibus Auguſti obſidio Pappæ cœpta, tormentis fulminantibus per ruinam vis facta, & ſtrenuè à Turcis fracta eſt. Rumore aduentantis ſubſidij Turcici didito, altera irruptio tantis animis inſtaurata eſt, vt vrbs victoriæ acceſſerit, arx in quam præſidiarij ſe receperant, vita, rebusq; ſaluis dedita, Gallobelgæ contra fidem deditos vita, rebusq; ſpoliarunt. Colonitſius Baſſam cum centum & ſexaginta Turcis ægrè ſeruatum deducere iuſſus eſt, qui vix mille paſſus progreſſus erat, cùm turris igne in puluerem ſulphureum à Turcis ſubdito tanto fragore conuulſa eſt,vt ducenti Auſtriaci præſidio impoſiti,cum pleriſque captiuis Chriſtianis ruina ſepulti ſint. Turci ex itinere retracti fiducia magis, quàm cauſa ſe purgarunt.

Maximilianus Pappa vi capta, Iauarinum ad ictum deſtinat, & quinto Idus Septembres

E eò ducit, iiſdemq; in locis caſtra ponit, è quibus ante biennium Sinanes Baſſa vrbem Hardeccij Comitis flagitio, ſui iuris fecerat. Præſidiarij ad primum ſtatim impetum quoſdam è noſtris incautius mœnia ſubeuntes cædunt, vbi Dux Mantuæ Colonitſij maximè opera periculo exemptus eſt, cuncta vrbium excidiis reperta ſimul admouentur, fluuij pontibus ſternuntur, lunati aggeres exſtruuntur, foſſæ ducuntur, vineæ, plutei, turres fiunt. Palfius duas cohortes Budam mittit, quæ iter ſubſidiis abrumperent. Harum altera infra Budam Turcos trecentos ſomno graues opprimit, alij fuga elapſi dum ſe recolligunt, & cladem vlciſci parant alterius cohortis aduentu noua ſtrage funduntur, noſtri præda læti redeunt.

Poſtridie caſtris iterum egreſſi medio inter Vicegradum, & Peſtam itinere in Ianiſſeros incidunt, quos fugientes Danubio pontonibus traiecto in Tartarorum vſque caſtra inſequuti ſternunt, profligant, & magna Tartarorum ſtrage caſtris exigunt, mox præda onuſti *Tartari ingenti clade accepta fugantur.*

F ad ſuos ſe recipiunt. Cùm autem Turcæ qui montem S. Martini inſederant noſtros à ſignis longiùs digreſſos interciperent, Bernſteinius exigua manu eò tendit, cuius aduentu Turci arcem deſerunt, quam noſtri præſidio firmarunt. Sed vniuerſo Turcorum exercitu ſuis ad opem

opem accurrente, obſidione ſoluta, extremum noſtrorum agmen laborauit. Inde Turci A
Totiſam repetita crebro per aliquot dies impreſſione tandem irrumpunt, noſtris ſpe abrupta
per Danubium diffugientibus, ſed puluere ſulphureo variis locis ignem concipiente
plures hoſtium abſumpti ſunt.

Tranſſyluanus Turcorum aliquot prouincias ferro flámáque vaſtat.

Tranſſyluanus interim duodecimo Kal. Octob. occaſione captata, pontem Sauo ad Albam
Græcam impoſitum deiecit, Turcorum aliquot prouincias ferro, flammaq; vaſtauit,
Villacum, & Gionarum munitiſſima oppida hoſtibus eripuit, Temeſuariç obſidionem hyemis
inclementia ſoluere coactus eſt.

Exeunte anno Cæſar Ratiſbonam comitia indixit, vbi per Matthiam fratrem de iis qui
malignè auxilia promiſſa conſerrent, expoſtulauit, pro veteranis quotannis ritones ſubiici,
æſtate rantùm hoſtem, quo tempore maximè firmus eſt, apperi, hyeme rei gerendæ occa-
ſiones dimitti, cùm hoſtis vel nullus eſt, vel iu arcto eſt, Coruinum exigua veterani militis B
manu rem egregiè geſſiſſe, ſi militi in quinquennium ſtipendia ætate, & hyeme procedant,
nihil eſſe rum arduum, quod eius opera non perficiatur.

Inde ab Ordinibus petitum eſt, vt per quinque annos in poſterum tricenum menſium
auxilia quotannis prçſtarent, duodecim peditum, & quatuor equitum millia in armis habe-
rent, quibus exercitus ſuppleri, & offenſione accepta ingruenti periculo obſiſti, parta victo-
ria hoſtibus inſiſti poſſet. Re in conſilium miſſa Cæſari triginta menſium, Stiriæ Carinthiæ,
ac Carniolæ, quorum miſerias Martinus Epiſcopus Segouienſis expoſuerat, duorum men-
ſium ab Ordinum legatis ſtipendia decreta ſunt.

Dum res Hungariæ in eo ſunt, Alphonſus Eſtenſis Ferrariæ Dux anno 1596. ſe in caſtris
Cæſaris vicarium, & in ea octo armatorum millia ſuis ſumptibus deducturum, ea lege ſpon-
der, vt Clemens VIII. Pontifex. Op. Maximus, nepotem ex fratre extra nuptias iniuſto rba- C
lamo natum, Ferrarienſi dominatu veſtiat. Pontifex patrimonium Eccleſiæ prodere piaculi
tatus, conditiones repudiat. Ferraria enim patrum memoria Eſtenſibus Romanæ ſedis be-
neficiariis in fiduciam, quod feudum vocant, data erat.

Pōtifex res Eccleſia prodere, piaculum exiſtimat.

Quare anno 1597. Nonis Octobris. Alphonſi decrepita iam ætate ſua morte mortui
principatus fiduciarius ad Pontifices rediit. Ita Parma, & Vrbinum fundi Eccleſiæ clientela-
res ad iuſtum dominum vt referantur omnes vouent, quòd Pontificio imperio nullum in
Italia mollius, aut æquabilius ſit. Cæſar Alphonſi ex fratre nepos vi & armis Ferrariam ob-
tinere conatus eſt, vnde bellum in Italia excitum, quod inſtar nebulæ ſtatim euanuit, res Ec-
cleſiæ in integro fuêre.

Anglia Regina claſſem inſtruit aduerſus Hiſpania Regē.

Dum Ferrariæ turbæ conſileſcunt, Regina Angliæ nuntio claſſis Hiſpanicæ accepto,
cùm hanc in ſe lunam trahi ſciret, ad Terceram inſulam, ſi fors dederit, aut naues Indicas D
intercipiendas, aut nauali prælio cum hoſte experiendum claſſem inſtruit, quæ tempeſtati-
bus afflicta, & quaſſa exitum non repperit. Dilapſo milite Comes Eſſexius rei maritimç prç-
fectus, collectis copiis naues pice, & ſulphure ardentes in Hiſpaniæ claſſem irrito euentu
immitrit, irato mari, & ventis contra danribus.

Hac ſpe deiectus Azoras inſulas, maximè S. Michaelis inſulam, irrito ictu tentauit. Ei no-
cendi animus non defuit, Draci magni illius nauium ductoris fortuna non adfuit. Momen-
rum in eo omne poſitum eſt, vt faro, & occulta numinis vi ad res gerendas homines vo-
centur.

Edictū Londini aduerſus Anglos.

Kalendis Augnſti edictum Pragæ aduerſus Anglos monopolia exercentes, & pòſt paulò
Londini aliud aduerſus Andeaticarum vrbium mercatores ab Eliſabetha propoſitum eſt,
quo Germani comprehenſi ſunt, Poloni, ſi pro Andeaticis non ſe gererent, excluſi: Angli E
Germania excedere iuſſi Mildeburgum Zelandiæ oppidum ex Ordinum decreto ſe recepe-
runt, Andeaticis Anglia pulſis domus ereptæ. Hic exitus anni 1597. fuit.

Anno 1598. Alberto Anglia egreſſo vt Iſabellam Claram Eugeniam, Philippi ſecundi
primogenitam vxorem duceret, Franciſcus Mendoſa in Arragonia mari præfectus, Admi-
ralem vocant, cui belli adminiſtratio credita, Hiſpanas copias viginti millibus peditum,
bis mille quingentis validas Munſtram ducit, à quibus multa contra fas gentium pa-
trata.

Veſtphaliā latrocinijs fœdat Albertus.

Ante omnia Orſoniam oppidulum ſupra Reinbercam ad ripam Rheni ſitum deditione
recipit, Veſtphaliam latrociniis fœdat, & transmiſſo Rheno in aduerſa eius ripa munitio-
nem feſtinato dies nocteſque opere excitat.

Paulò antè Albertus XVIII. Kal. Octobres Bruxellis iter in Hiſpaniam arripuerat, Iſabel- F
læ nuptiis illectus, quarum hæ leges fuêre, vt ei Belgicæ prouinciæ cum Burgundiæ, & Ca-
roleſij Comitatibus cederent, & ad filios mares tranſirent, quibus deficientibus filiæ ſucce-
derent,

A detent, quæ ſi forte deſiderarentur ad Regem Hiſpaniæ redirent, Alberto Belgij præfecto ad exitum vitæ perſeuerante, dummodo nauigatione ad vtraſque Indias abſtineret, quam ſi inſtitueret, Belgij iure caderet. Hæredes, & filij ſi qui forent, non aliter Belgij ſolemnia ſuſciperent, quàm ſi in verba fidei Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ iurarent.

Altera lex, vt Albertus omne æs alienum, quod vel Philippus ipſe, vel Carolus V. in Belgio conflarat exſolueret, donationes à ſe, vel à patre factas ratas haberet, Eliſabetha filia ius magiſtratuum creandorum, legendorum iudicum, conſtituendi ærarij haberet, & in ſuum nomen prouincias iuſiurandum ageret. Hanc eſſe animi ſui ſententiam, quam maioris fidei gratia ſigno ſuo, manuq́; obſignatam in acta referri Madritij pridie Non. Maias iuſſerit.

Ad has literas Philippi tertij conſenſus ſigillo firmatus acceſſit, quam ceſſionem Iſabella B ſtatim ratam, acceptamq́; habuit, & manu ſua ſubſcriptam, ſignatamque magno ſigillo regio communiuit, tum ipſa Belgij adminiſtrationem, quam Albertus à Rege acceperat eidem ſponſo ſuo priuata auctoritate, quaſi rem ſui iuris, & iudicij diplomate vulgato commendat.

Id temporis Albertus, quem nuntius de morte Philippi II. oppreſſerat Margaretam Caroli Archiducis filiam, Philippo III. pactam, ſperatamque cum matre puellæ Maria Bauara ingenti apparatu ducit, vt bina nuptiarum commercia vno tempore in Hiſpania celebrentur. *Bina nuptiarũ commercia vno tempore in Hiſpania celebrãtur.*

Inter hæc Mendoza per Archiducis abſentiam Rheinbercam in Rheni ripa Colonienſis diœceſeos, ac iuris oppidum, oppugnare ſtatuit. Cuius conſiliis Mauritius vt obſtrueret, inſulam quam infra oppidum Rhenus facit, præſidio munit. Eam primo impetu Men- C doza præſidiariis in vrbem refugientibus capit, vrbem perniciali lue tabidam machinis conuerberat, vbi pila ferrea candens tormento miſſa cùm in turrim muris aſſitam puluetis tormentarij conceptaculum, & horreum incidiſſet, non ipſa modò turris radicitus conuulſa eſt, verùm & proxima ædificia, & vna in primis ad portam Rhenanam obiecta munitio, cuius ruina præfectus ipſe, & præſidiarij non pauci obruti perierunt. Quare ad deditionem reliqui coacti ſunt, quæ hac lege facta eſt, vt præſidiarij cum armis & ſarcinis incolumes abirent. Vrbe recepta Mendoſa omnem Rheni nauigationem præcluſit.

Dum in eo ſunt Vlricus Dunius Comes Falcoſteinius, & Broecſis, Cliuenſis Ducis beneficiarius, vir animi ingens, vt prædia ſua, quæ in eo tractu multa, & opulenta habebat, ab Hiſpanorum populationibus muniret, ſexaginta militum præſidium, quos à Duce Cliuenſi, in cuius clientela erat, acceperat, caſtello ſuo Brocenſi impoſuit, quorum ope iniuriam D defendebat. Mendoza cognito ſuis pabulatum egreſſis vulnera impoſita, ereptos equos, iniuriæ auctores à Comite ad ſupplicium depoſcit, & deditionem imperat. Comes factum purgat, & arcem Cliuenſi Duci acceptam ferre ſe reſpondit, alteri ſine flagitio ſe dedere non poſſe teſtatus.

Repulſæ iniuria Hiſpanus incenſus, tribus machinis arcem verberat, ruinam facit, Comite ad deditionem accedente præſidiarij contra fas gentium iugulantur, Comes omnia tuta ratus altera die ad piſcinam claua in caput impacta concidit, vbi cadauer eius biduum iacuit, ac tandem in horreum vnco tractum ſubdito igne arſit.

Inde Mendoza Budericum Cliuenſe oppidum Veſaliæ finitimum per vim irrumpit. A Veſalienſibus aureorum centum millia, frumenti modios mille alendis militibus extorquet, Lippam fluuium ponte ſuo ſumptu ſternere cogit, Ræſam, Embricam, Santonam, Dinſla- E cam, Holram, multaq́; alia in eo tractu oppida pro imperio vertit, agris, & agricolis vaſtitatem affert, caſtris ad Dotecomum in Zutphanienſi comitatu oppidum poſitis octauo Idus Nouemb. *Mendoza Budericum irrumpit.*

Eadem ipſa die portam quæ Dusburgum ducit, quati iubet. Triduo poſt in has leges deditio facta, vt præſidiarij cum armis & ſarcinis, ſine ſignis excederent, oppidanis fortunæ integræ eſſent. Ingraueſcente hyeme Hiſpanus miles vaſtatis agris, pabuli egens, grauitate annonæ, per Cliuiam, Veſtphaliam, Marchiam, & diœceſim Monaſterienſem, prouincias orthodoxæ fidei retinentes in hibernis deſidere iubetur. Militiæ leges à Mendoza dictæ, vt pietatem coleret, ſtipendio victitaret, hoſpiti oneri non eſſet, per agros prædabundus ne palaretur, quibus fides non conſtitit.

Interim Albertus in cuius comitatu equi bis mille, homines tria millia quingenti, per F Venetos, Veronenſem, & Mantuanum agros Ferrariam venit, vbi Pontifex id temporis ad turbas à Cæſare Areſtino excitatas componendas agebat. Qua pompa Hiſpaniæ Regina excepta ſit æſtimet quiſque. Non eſt operæ puſilla hæc, & inania perſequi. Noua cottidie & *Albertus Ferrariam venit.*

in ſpeciem ampliora principum honori procuduntur. A

Quis ſtatus ſponſalibus celebrandis.

Hoc tamen inter cætera eximium fuit, quòd XVII. Kal. Decembres, qui ſponſalibus celebrandis ſtatus erat, cùm Ferrariæ Pontifex Maximus in maiori templo habitu anguſtiori, & tergemino diademate, quod regium vocant, fulgens, celebrando ſacro in ſolio conſediſſet, Regina candida veſte, gemmis & adamantibus inſignis, inter duos Cardinales Sanctiquatrium & Farneſium, matre cum Archiduce proximè ſequentibus, ad idem templum frequenti comitatu deducta, poſtquam ſub aureo cum matre conopeo conſedit, & Archidux è regione ſub ſuo, ſacrum ſolemne Pontifex auſpicatus eſt. Apoſtolico fidei ſymbolo decantato Regina à Cardinalibus cũ matre ad Pontificem deducta eſt, Archidux item cum comitatu ſuo. Tum mandati inſtrumento, quod à Philippo III. Archiduci datũ fuerat, publicè perlecto, Pontifex matrimoniũ inter Regem Catholicum per Albertũ auunculum, legatum Regiam vicem implẽtem, & Margaretam Reginam celebrauit, & ratum eſſe iuſſit. B Deinde ſimili ritu Iſabella per legatum ſuum Archiduci à Pontifice ſpondetur, ac traditur.

Roſa aurea inter dona Pontificia principẽ locum tenet.

Sacro peracto Põtifex Reginę ad altare adductę conſecratã auream roſam muneri dedit, quæ inter dona Pontificia principem locum tenet. Tum vbiq; per vrbẽ lętitia agitata. Inde Mantuam itum, vbi ſuper cætera honoris argumenta omnium admirationem, & fidem vicit ſcenicus Tragicocomediæ, quæ ſequenti die dominico exhibita eſt, apparatus. Argumentum eius erat paſtoris Myrtilli fides, qui pro ſua Amaryllide diis ſe deuoueri, & immolari cupiebat, addita Mercurij, & Philologiæ fabula. Quo ſpectaculo nullum vnquam illuſtrius, aut admirabilius tota Europa viſum memorant. Mantua digreſſi per Cremonam Mediolanum eunt, vbi ſubſiſtere tantiſper viſum, dum nauigario aperiretur.

Veſtphaliæ proceres Cæſaris & Electorum auxiliũ implorant.

Interim cùm Hiſpani ductore Mendoza in imperij finibus graſſarentur, Veſtphaliæ proceres, vt gliſcenti malo quamprimum obuiam irent, Cæſaris, & Electorum auxilium im- C plorant, clades ab Hiſpano illatas commemorant. Cæſar ab Ordinibus imperij appellatus, cùm ad tumultum in Germania omnia prona eſſent, edictum exeunte Decembri edit, & Hiſpanos, Batauoſq; quamprimum imperij finibus excedere, oppida, & arces dominis reſtituere, damna ſarcire iubet, proſcriptionis pœna in contumaces addita. Nihilo ſecius Hiſpani in Hibernis graſſabantur, Batauí finitimas prouincias, in quibus Hiſpani agerent, hoſtium numero habebant, vnde ex edicto Cæſareo nullus, aut exiguus fructus.

Mercolius maioribus copiis bellũ integrat.

Dum hac rerum vice Belgium iactatur, Mercolius recepto Ambiano ſuum caput agi, ſe vnum regiis armis peti animaduertens, maioribus copiis bellum integrat, Fœderatas vrbes munimentis, & præſidiis firmat, militem vndique cogit, nutantes metu coërcet, Nannetum caput prouinciæ, & veterum Ducum Regiam, opere & manu munit. Briſſacus contrà pro Rege Armoricæ Præfectus regij aduentus terrore Fœderatas vrbes ad obſequium inuitat. D Maclouienſes qui pertinaciter adhuc in fœdere ſteterant imperata faciunt, & finitimos Dinani ciues ad partes vocant, qui Briſſaco in vrbem occulto aditu admiſſo præſidiarios in arcem refugos admotis machinis tam arctè premit, vt leges accipere coacti ſint.

Rex hoc nuntio lætus apperente vere in Armoricam cum exercitu flectit, vbi graui nuntio perculſus eſt, Sabaudum quicquid ſibi vrbium, & arcium à Diguierio interceptum fuerat, recepiſſe, Crequium in poteſtatem hoſtium veniſſe. Quæ tamen iactura propugnaculi à Sabaudo in municipio Gallicæ ditionis extructi expugnatione ſarta eſt. Municipium id Barrautium vocant.

Diguierius municipium Barrautiũ capit.

Diguierius enim generi captiuitate exſperatus, cognito munitionem hanc ab hoſte in ſua præfectura erigi, eius ſitum in membrana ſibi delineandum curat, omnes eius aditus oculis explorat, & animo deſtinat, & coactum tumultuariè militem vrbano ponte, quaſi E Tarenteſiam iret, fluuium tranſmittit, mox adulta nocte regreditur.

Diguierius Gratianopolis copias recenſet.

Pridie Idus Martias 30. validas ſcalas cum crepitaculis, vncis, harpaginibus, aduerſo flumine, noctis ſilentio, ne cui ſuboleret, efferri iubet. Poſtridie diluculo Gratianopoli digreſſus copias recenſet. Trecenti equites, mille pedites cenſi. Quid ille animo volueret in ambiguo erat, cùm primariis viris ſeorſim accitis conſilium ſuum aperit, munitionis iconem, & qua parte vim inferri placeat, expoit, tum militem animis, armiſque inſtructum prima face luna viam monſtrante propius muris admouet, alij crepitaculis portas perrumpunt, alij ſcalis in propugnaculum inſiliunt. Belgardio Allobroge, qui cum 7. cohortibus præſidio impoſitus erat, fruſtra obnitente, irrumpunt, obuios ferro demetunt, quotum centum amplius cecidere, alij fiducia noctis fuga dilapſi ad Ducem ſuum apud Vocontios in ſubalpina ſua ditione morantem, nuntium cladis deferunt. Belgardius manu captus, ſex ænea maiora tormenta, 4. minora, ingens vis tormentarij pulueris victoriæ ceſſere. F

Fama rei didita non Allobroges modò, ſed omnes in Gallia Fœderatos afflixit, vt Rege in Armo

A in Armoticam eunte Villeboeiis, qui Mirabelli oppidum Pictonicum, Santofangius, & Huttaldus qui Rupifortium munitiſſimam in Andibus atcem, Pleſſeius Coſmeus qui Gra-conem præſidio inſederant, & alij plerique omnes ad obſequium redirent, & Senatuſcon-ſulto de fide publica ſibi caueri vellent, vt præteritorum memoria induceretur.

Digueriꝫ victoria non modo Allobroges, ſed & Fœderatos in Gallia affligit.

Rupifortium latrociniorum conceptaculum quod in rupe ſitum cuniculis, & tormentis impenetrabile, ac ferro contumax, à Principe Contio, & Magiſtro equitum Dalmontio fruſtra tentatum erat, Regis imperio exſcinditur.

Quo nuntio territus Mercolius, vt Regem cum exercitu Andegauum veniſſe audiit, coniugem Lucemburgicæ gentis, lectiſſimam fœminam, ad Regem interpretem, & parariam mittit, quæ ſibi Regem omni genere obſequij maximè filiæ virginis cum Cæſare Regis notho nuptiis conciliaret.

Mercolius coniugem interpretẽ ad Regẽ mittit.

B Pòſt paulò Rex Nannetes petit, vbi ego tum Regi à ſacris concionibus, primam ex tempore concionem in primario templo habui, cùm Epiſcopus Andegauenſis eam operam abnuiſſet. Rex Rhedonum cum Nannetibus praua certamina aboleuit, & præteritis obliuione deletis, victos cum victoribus ſolida pace coaleſcere iuſſit. Incultis aſperiſque regionibus diurius niues hærent, vbi aratro domefacta tellus nitet, dum loqueris leuis pruina dilabitur, ſimiliter in pectoribus ita conſidit, feras mentes obſidet, eruditas prætet-labitur. Armoricæ tamen præfectura Mercolio adempta, in Cæſarem Puſionem quadrimũ, Regis filium incubuit.

Id temporis Rex Lutetiæ regiis profeſſotibus à Franciſco I. inſtitutis duos addidit, qui publicis ſtipendiis veteris, ac noui inſtrumenti arcana ex ſuggeſtu explicarent, ad quod munus Andreas Valla, & Philippus Gamachæus viri ſacris literis non leuiter tincti, merito ſuo,

Regiis profeſſoribus duo additi.

C Cardinali Perronio viro ingenij præclaro facieute aſſumpti ſunt. Trecenti aurei ſolares in annum diplomate regio nouis profeſſoribus firmati.

Petrus Gondius iampridem purpureo galero fulgens in Henricum ex fratre nepotem infulas, & ſarcinam Pariſienſis Epiſcopatus eiurauit, vſuſtructu collarionum, Pontificis indulgentia ſibi ſingulariter prætet Galliæ morem relicto.

Inter hæc Philippus II. Hiſpaniæ Rex affecta ætate, ac prope confecta, morbo ingraueſcente, vt filio bellandi neſcio conſuleret pacem tacitus ſuſpirabat, de qua verba iacere infra dignitatem ſuam eſſe putabat, quod ſubodoratus Pontifex Clemens VIII. vir in exemplum pietaris publico bono natus, ſe medium pacis interponit, & per Cardinalem Medices natalibus ac dignitate principem cum Galliæ Rege primùm, deinde per Caietanum in Hiſpania Legarum cum Philippo II. de pacis rationibus feriò agit, nuntiis ac literis per

Philippus II. Hiſp. Rex de pace tacitus cogitat.

D Franciſcum Bonauenturam Calatogironum ſummum Franciſcani ordinis magiſtrum virum prudentiæ, & pietatis præclarum commeantibus, vtrinque multi obices obiecti.

Galliæ nobilitas, priſtini decoris retinens Martem animis ſpirabat, Rex tot iniuriis ab Hiſpano laceſſitus victoria ferox ad ferrum pronior erat, iuuenis Hiſpaniæ Rex bellum, quod inexpertis dulce eſt, ſitiebat, aderant qui rudem eius animum flabello ſeditionum ventilarent. Sed Chriſtophorus de Mira, vir ætate compoſita, egregiis artibus, qua in conſiſtorio Hiſpaniæ auctoritate pollebat, iuuenem principem belli ſtudio ferocientem compeſcuit, & ad pacis rationes flexit.

Rex & Gallia nobilitas bellũ animis geſtant.

Chriſtianiſſimus Rex ne pacis conſilia Germanis, Anglis, Rhetis, Heluetiis, Belgis, cæteriſque veteribus regni fœderatis fraudi eſſent, omnes de pacis rationibus monet, vt ſi in ſocietatem venire cuiquam expedire videatur, adſit, aut poſtulata mittat.

E Angliæ Regina, & Batauiæ Ordines id modò feſtinabant, vt pacem Regum imminuerent, quam ſibi periculo fore animaduertebant. Contra Rodolphus Cæſar, Poloniæ, & Suetiæ Rex Sigiſmundus pacis ſtudia alunt, & promouent, & Batauos ad otium vocant. Illi ad Sirenum cantus obſurdeſcere, in armis ſuum decus ponere, & innato Hiſpani odio furere, bacchari, conditiones reſpuere, quas omnes in perniciem ſui accipiunt. Rex Sillerio Legato ſuo id in primis dat in mandatis, ne de pace audiat, vel agat, niſi reſtitutis vrbibus & arcibus, quas Hiſpanus inſidiis interceperat, vel vi, & armis abſtulerat.

Philippus morti propior, res raptas otij publici ſtudio reſtituit, res inter Pomponium Bellearæum, & Nicolaum Brulartum Sillerium, regij conſiſtorij Conſiliarios, Regis Galliæ procuratores, & Ioannem Richardotum, Conſilij Belgici principem, Ioannem Baptiſtam Taxis militiæ S. Iacobi Equitem, & Ludouichum Verreichemum Conſilij Belgici actua-

Philippus Hiſp. Rex res raptas reſtituit.

F rium, Regis Hiſpaniæ vicarios, de ſententia Cardinalis Medices, & Gonzagæ Mantuæ Epiſcopi, tranſigitur. De loco inter eos leue certamen fuit. Hiſpani Synodorum Conſtantienſis, & Baſileenſis auctoritate, & nupero illo exemplo, quo in conſecratione Didaci Hi-

ſpani Marchioni Piſano ſeſſio ante alios adiudicata eſt, victi ceſſêre. A

Pace coalita Gallis omnibus ad obſequium redeuntibus Sabaudiæ Dux per Marchio-
nem Lullinſium vicarium ſuum, de Marchionatus Salluſſiani redhibitione, imperata ſe fa-
cturum profeſſus eſt. Fœderis capita hæc fuêre, pacem cum Henrico II. Galliæ Rege anno
1559. in caſtro Cameracenſi conuentam, ratam fore, omnia vetera odia obliuione ſepulta
eſſe, commercij ius inter vtroſque populos liberum fore, arces, vrbes, & oppida quæ à fœde-
re Cameracenſi vtrimq; capta fuerint, reſtitutum iri, ſi quæ controuerſia emergat eam per
arbitros ſine armis, iure, ac iudicio dirimendam. Dux Sabaudiæ in ſocietatem fœderis ea
lege admiſſus eſt, vt arcem, & vrbem Beitiam in Maſſilienſi prouincia intra bimeſtre cum
tormentis, & reliquo inſtrumento dederet.

Sabaudia Dux cur in fœderis ſocietatē admiſſus.

Eodem fœdere omnes pene Chriſtiani orbis principes, quibus commodum eſſet com-
prehenſi ſunt, Caletum, Ardea, Dorlanum, Mons Hetullinus, Capella, Caſtellū, & Blaueta li- B
toralis arx ad oceanum, Chriſtianiſſimo Regi ex fœdere reſtituta.

Hiſpani Lutetiā ad fœdus iureiurando ſanciēdum veniunt.

Hiſpani ad fœdus iureiurando ſanciendum Lutetiam venerunt, Dux Aſcotius, Comes
Haremburgius rei maritimæ in Hiſpania Præfectus, Richardotus Conſilij Belgici antiſtes
& alij plerique regio apparatu excipiuntur. Solennibus pacis dies Dominicus in Eccleſiæ
principe Lutetiæ dicitur, vbi pegmatis hinc inde erectis magno Principum, ac populi con-
uentu Cardinali Medices verba præeunte, ſactis euangeliis propoſitis, pax vtrinque iureiu-
rando firmatur. Duobus Regibus ab omnibus multi anni acclamati, In Epiſcopi ædibus
primùm, deinde in Lupara feſtis epulis luculenter operatum eſt.

Pax Lutetiæ per 24. tubicines promulgata.

Poſtrie per 24. tubicines Luteti̜ in compitis pax promulgata, Campan̜ læto ſonitu ſtre-
puêre, tormenta pacis commerciis explauſa. Bruxellæ paulò pòſt Albertus Philippi Vicarius
in pacis verba iurat. Cambetiaci Dux Sabaudiæ idem iuſiurandum à Guadagneo Lug- C
dunenſis prouinciæ Præfecto, vtriuſque ordinis torquato equite lætus lubens adigitur, Car-
dinalis Hetruſcus pace Chriſtiano orbi feliciter parta Romam reuertitur, apud quem in
æde Celeſtinorum ſuper euangelij verbis, quæ ipſe mihi dictarat, magna epiſcoporum, &
doctorum hominum frequentia Latinis verbis extemporaneam me concionem habuiſſe
plerique meminerunt.

Comitia à Clero Galliæ indicta.

Inter hæc Clerus Galliæ Comitia indixit, quibus corrupti mores, qui in Eccleſiam irre-
pſerant, caſtigarentur. Guerſeus Turonenſis Archiepiſcopus Cleri orator luculenta oratio-
ne apud Regem inſtitit, vt bona eius venia priuilegiis Gallicanæ Eccleſiæ, & libertate regni
ſaluis, Concilij Tridentini oracula ſeruarentur, vt Epiſcopatus, Cœnobia & infulata ſacer-
doria cleri ſuffragiis veteri more deferrentur, Rex nominandi antiſtitis prærogatiuam
fœdere Bononienſi ſibi tributam vltrò abdicaret, vt annonæ, ſtipendia, aliæq; indictiones, D
quibus aulici reditus Eccleſiaſticos imminuunt, abrogarentur, & ſacerdotiis ab omni one-
re ſolutis ſuum ius integrum eſſet, vt collapſæ vetuſtate, & incuria diuinæ ædes reſtitueren-
tur, vt ſacerdotiorum reſeruationes, quibus votum captand̜ mortis alienæ includitur, coer-
cerentur, vt mutua inter Regem, & Clerum ſuper decimarum indictionibus pacta rata,
firmaque eſſent, Rex ad omnia benignè reſpondit, & ſanctioris conſiſtorij conſiliariis ius,
iudiciumq; rerum omnium, quæ ex æquo & bono poſtulantur, ſe permiſſurum eſſe oſten-
dit, Clerum inſuper monuit, vt bonis moribus regno Galliæ ſe probaret, Regem bonis legi-
bus nec regno, nec clero defuturum.

Ingens Tyberis Romæ reſtagnatio.

Id temporis Clemente VIII. Ferraria Romam natalitiis Domini celebrandis reditum
apparante, Romæ Tiberis tanta eluuione reſtagnauit, vt ipſo Domini natali die in declini
vrbe nulla ſacra in baſilicis peracta ſint, cùm aquis ipſa etiam editiora loca obſiderentur. E
Vna S. Bartholomæi ædes loco humili, ac depreſſo iacens, fluctibus intacta, & inuiolata fuit,
quod in parte miraculi habitum eſt. Clemens ciuium vicem, cum aquis & fame in editiſſi-
ma vrbis parte luctantium, quibus potuit annonæ ſubſidiis, ſolatus eſt, fluuius eximprouiſo
concubia nocte immenſis auctibus intumuerat, vt quadraginta amplius vincti, qui turre
incluſi erant, ſuperante fluctu cùm effugium non pateret derepente obruti ſint.

Veruineo fœdere Rex Chriſtianiſſimus Eliſabethæ Reginæ Angliæ fœderatæ ſuæ con-
ſultum cupierat, & eam cum Hiſpano in partem fœderis vocare conatus erat, ſed dum de
præſidendi loco certatur, fœderi locus nullus relictus eſt.

Comes Adolphus Schuartzēbergius de Iauarino intercipiendo cogitat.

Dum res Galliæ in eo ſunt ineunte Martio, anno 1598 Comes Adolphus Schuartzen-
bergius Viennæ cum Palfio de Iauarino ex inſidiis intercipiendo conſilia contulit. Adol-
phus Germanicis copiis, Palfius Hungaricis præfectus erat. Vterque paribus conſiliis Go- F
morrham ſcalis, pontibus, crepitaculis & alia bellica ſuppellectile nauigio impoſitis re-
deunt, & per fidum ſpeculatorem Iauarini portas, turres, vias, propugnacula, pontes ex-
plorant,

A plotant, cognito commeatus Buda Iauarinum magno comitatu inuehi tempus commo-
dum rati, coacta militum manu Gomorrha egreſſi, Danubium ponte frænant, & copias
tranſmittunt, præmiſſa equitum parte, quæ obuios interciperet, vt famam ſui præuenirent:
vbi Iauarinum in conſpectu fuit, Adolphus Ducibus conſilium ſuum aperit, & audacia
opus eſſe oſtendit.

Ante omnia Fabacurtio Gallo id dat negotij, vt crepitaculo clathros ligneos, qui pro ag-
gere portam muniebant perrumperet, Camaſio architecto, vt tormentum æneum maius
cœco itinere ad interiorem portam impelleret, & foribus globo ferreo diſiectis aditum re-
liquis aperiret, tum milites hortatur, ne irruptione facta prædæ cupiditate victoriam cor-
rumpant, ſi vrbem potirentur prædæ ſatis, ſuperq́ue futurum. Sed omnis rei expediendæ
ratio in eo vertebatur, vt cùm mœnia ſubire clam hoſtibus non poſſent, aſtu eos elude-
B rent. Ex Huſſaris igitur quinque Turcicæ linguæ periti exornantur, qui colloquio Turcis
imponant, quos Turci excubitores à longè conſpicati, cuiates ſint interrogant, Reſpon-
dent illi Buda ſe venire præmiſſos, qui de commeatuum inuectione nuntium afferrent, lite-
ras addunt ad Aaronis Agæ Budenſis ſponſam habere ſe, quam commeatibus importatis
ad ſponſum deducendam ſuſceperint, veteri ſe ne ſui, qui non longè cum copiis abſint,
Chriſtiani hoſtis excurſionibus infeſtentur. Pontem ergo demitterent, quo ante lucem
commeatus intromitti poſſent.

Cùm inter eos hæc vltrò citroq́ue iactarentur, ecce tibi derepentè nubes è Danubio lu-
nam oculis eripuit, cuius fulgor noſtris iniquior erat, vt excubitoribus omnem infra pro-
ſpectum adimeret, eodem puncto ventus ingens ortus, qui fragore cuncta impelleret, &
noſtris aduerſus, aduentantis exercitus ſtrepitum à Turcis auerteret. Noſtri ſpe diuini au-
C xilij erecti muros ſubeunt, & commodum ex voto pontem demiſſum reperiunt. Ibi tum
Fabacurtius exteriore porta patente ad interiorem crepitaculum admouet, exciti vigiles,
inſidias, vt erant, rati, clamore edito ferreis globis tres è noſtris tranſuerberant, ſed ſerum
id remedium fuit, iam enim ingenti fragore porta diſſiliens aditum noſtris aperuerat, qui
facta eruptione obuios cædunt, loca munita inuolant, portas reliquas ſeruatis ordinibus
perrumpunt, mox interclusis omnibus ad arcem viis, eam obſident, Palfio extra vrbem cum
equitatu externa ſubſidia ſummouente.

Tota vrbe inermes Turci trucidantur, nullo diſcrimine virgines, infantes, ſenes iugulo
ferrum accipiunt. Baſſa vrbis præfectus vtraque manu acinacem vibrans confoditur, Tur-
ci in eodem veſtigio pertinaciſſimè pugnantes trucidantur, & vita priuſquam loco mouen-
tur, Adolphus Baſſæ caput in propugnaculo Hungarico, quod maximè conſpicuum erat
D defigit. Trecenti plus minus Ianiſſeri cùm nullus effugio locus eſſet in munitionem quan-
dam, in qua ſulphurei pulueris magna vis, ſe abdiderunt, & ſubdito igne ſe ſuosq́ue cum
Chriſtianis aliquot propugnaculo inſiſtentibus eodem exitio merſerunt.

Baſſa vrbis præfectus confoſſus.

Capta vrbe Adolphus prædam omnem recolligit, & Cæſaris iuſſu in milites partitur.
Huius excidij fama Turcis animi fracti qui Iauarinum clauem eſſe, quæ omnia Chriſtiano-
rum propugnacula aperiret gloriabantur, Cæſar Adolphum Iauarini præſidio præfecit, Pal-
fius, Fabacurtius, & alij plerique amplis muneribus à Cæſare aucti, virtutis ergo in equi-
tum ordinem aſcripti ſunt. Adolpho decem armatorum millia cuſtodiæ vrbis attributa,
munitiones inſtauratæ, vt ſupra ſpem expugnationis eſſent.

Præda iuſſu Cæſaris in milites partitur.

Inter hæc Sigiſmundus Bathorius Tranſſyluaniæ princeps, Tranſſyluaniam, Molda-
uiam, & Valachiam, Oppelienſi, & Ratisbonenſi Sileſiæ Ducatu, tranquillioris vitæ ſtu-
E dio, cum Cæſare mutat. Tranſſyluani, Moldaui, Valachi, Maximiliano ſacramento dicunt,
Oppelienſes, & Ratisbonenſes in fidem Sigiſmundi tranſeunt.

Id temporis X V. Kalendas Maias ad Babotſam trecenti amplius præſidiarij ad excur-
ſiones Turcicas Iauarino egreſſi Begi Sigethani inſidiis intercepti, & cæſi ſunt. Adolphus
Begum aduentus ſui fama Sigetham compulit, & quarto Idus Maias Albam regalem irrito
ſucceſſu tentauit. Progreſſus ad Sancti Othmati templum Nadaſto cum centum quinqua-
ginta Huſſaris equitibus ad vrbem, pelliciendis hoſtibus præmiſſo, ſexcenti portis erum-
punt, qui noſtrorum inſidiis intercepti, ducentis amplius deſideratis refugerunt, mox ma-
ioribus copiis egreſſi iterum fuſi, fugatiq́ue ſunt, quadraginta ſeptem manu capti, plerique
diſrupto ponte præ nimio fugientium onere foſſis aqua reſtagnantibus hauſti ſunt, plures
ferro in fuga cæſi.

Turci magna ſuorum clade fugantur.

F Non multò pòſt noſtri ſcalis de nocte admotis Sexartum caſtellum irrumpunt, & præſi-
diariis interemptis, Bego capto, præda onuſti ad ſuos reuertuntur.

Inter hæc Sigiſmundus Tranſſyluaniæ Dux peragrata Sileſia, cognito quantum ex pro-

uincię quos à Cæſare acceperat, dignitare & fructibus Moldauię & Valachię dominatu in- A
feriores eſſent, abſentibus æquior, præſentibus mobilis ad pœnitentiam mutatur, & diſſi-
mulatus monachi habitu in Transſyluaniam redit, vbi ſuos in fidem recipere, ſoluto quod
Maximiliano dederant ſacramento, conatur, vnde grauiſſimi belli ſemina orta, & Sarmati-
cis prouinciis vaſtitas, magna Chriſtiano nomini labes inuſta eſt.

Sub id Tartari cum quibus in Transſyluania Maximilianus annui tributi penſitatione
fœdus inierat, abrupta fide in Debreciorum agrum impeſſione facta, villis, & pagis ferro,
flammaq; vaſtatis, ſupra quinque hominum millia trucidarunt, alios vinculis onuſtos cum
ingenti pecorum equorumq; præda domum deportarunt. Adolphus in Hungaria orij pro-
cax, ex improuiſo Totiſam obſidet, & ruina facta, cùm diu anceps prœlium fuiſſet, in vrbem
magna hoſtium ſtrage irrupit. Inde Gaſteſium caſtellum in monte ſitum mouet, quod à
Turcis repentino noſtrorum aduentu conſternatis derelictum, victoriæ acceſſit. Idem Pal- B
lottam, Veſprinium, Sambucum deditione recipit.

Omarus Baſſa Varadinum oppidũ obſidione cingit.

Exeunte Septembri Omarus Baſſa Varadinum oppidum in Transſyluaniæ finibus obſi-
dione cinxit. Melchior Rederus nobilis Sileſius, vir egregiis artibus, qui vera bona quæ in
virtutibus poſita ſunt, impleuerat, præſidio impoſitus oppidum obſidioni impar incendit,
annonæ ſubſidia in arcem comportat, Germanos, & Hungaros ſacramēto adigit, neminem
cum hoſte conſilia communicaturum, aut de vrbe dedeenda verba iacturum. Idem ſe ſpi-
ritum fidei impenſurum iuratus ſpondet. Arx quinque propugnaculis munita erat, quorum
primum cognomento Kyraliuanum Niato commendat, alteri ligneo, quod è trabibus, &
terra aggeſta exſtructum erat, Kyralem Georgium imponit. Tria quæ ſupererant Rubitio
permittit. Prima vis hoſtium in propugnaculum ligneũ facta eſt, quod à Turcis incenſum,
à noſtris incendio reſtincto ſeruatum eſt. Id ne ſæpius incenderetur foſſa in ambitum ducta C
eſt, & ſtatio militum poſita, quæ hoſtium impetum frangeret.

Pridie Non. Octobris aquam Turci è foſſis auertunt, & aliò deriuant, ad Kyraliuanum
cuniculos agunt, vbi foſſores ab Heiduecis deprehenſi, cæſique ſunt. Quarto Idus Octobres
cuniculis ad ligneum, mox ad tertium munimentum actis ignem ſubiiciunt, qui per ſpira-
cula quædam fortuita erumpens, munimento inuiolato, in Turcos incubuit, & pleroſq; in-
cendio afflauit. Munimentum tamen ligneum cuniculis ſuffoſſum, terra in foſſam deſidente
tandem ſolo æquatum eſt.

Tzeuchanũ oppidũ igne funditus cõuulſum.

XVI. Kal. Nouembres tertium propugnaculum, cognomēto Tzeuchanum, ſubdito igne
funditus conuulſum eſt: cùm igitur ruina latè hiaret, irruptio duobus locis facta, quam noſtri
magna hoſtium ſtrage, quibus octo ſigna eripuerant, ſtrenuè retuderunt, vbi Hungaræ
mulieris audacia eluxit, quæ in prima acie altera manu acinacem, altera ſaxa in confertum D
hoſtium agmen vibrans, nonniſi vulneribus confecta prœlio exceſſit. Cùm omnia muni-
menta incendio perrupta eſſent, & irruptionem Turci ſumma vi repeterent, opitulante Deo
noſtri iterata ſtrage hoſtem ſubmouerunt.

Interim Cæteſis fluuius qui arcem alluebat alueo egreſſus hoſtium munitiones euertit,
abruptis pontibus annonę ſubſidia obſtruit, & res eorũ penè accidit. Septimo Kal. Nouem-
bres vi ad ruinam pluribus locis vno tempore facta Turcis clades cum dedecore impoſita
eſt. Iterum cuniculis res acta qui in hoſtium exitium ceſſerunt: quare animis fracti deſpera-
ta expugnatione tertio Non. Nouembris collectis vaſis obſidione ſoluta, Budam mœſti, &
cladibus exhauſti ſe receperunt. In ea obſidione hoſtium ad 13. millia cecidere, noſtrorum
mille trecenti variis caſibus abſumpti ſunt.

Dum in eo ſunt, Adolphus Budæ obſidionem adornat, & tertio Non. Octobris ſubur- E
bium magna vtrinque cæde, capit. Triduo pòſt Archidux Matthias cum ſummo imperio in
caſtra venit, & alterum ſuburbium inuolat, vbi Turci mille quingenti deſiderati, noſtri opu-
lenta præda potiti ſunt. Palfius Potentianam arcem munitiſſimam ad Rheni ripam infra
Budam, vi capit, & præſidiarios trecentos necat. Inde duæ hoſtibus naues ereptæ magna
eorum cæde.

Tertio Idus Octobris noſtri munitionem occupant, vnde in arcem fulminatio prompta
erat. Verberationi acceſſêre cuniculi, quorum fiducia noſtri deditionem hoſti imperant,
qua repudiata vehementius incumbunt, & irruptionem exorant, quam continui per ali-
quot dies prohibuerunt. Quare cuniculis ſubditi ignes, quorum alter, quia longiùs in vr-
bem proceſſerat, domos labefactas afflixit, mœnibus pepercit, alter igne foras reſilien-
te hoſtibus parum, noſtris plurimum damni dedit, qui ſubſidiis vndique ad vrbem affluen- F
tibus, incenſis ſuburbiis, & tormentis in tutum receptis, obſidione ſoluta, Varadinum ſe
receperunt.

Eodem

A Eodem anno Idibus Martiis Sigiſmundus Poloniæ Rex Comitia Verſauiæ habuit, qui-
bus Liuoni ad Poloniæ dignitates admiſſi. Ratæ ad Regem appellationes datæ, ſummum
rerum iudicium Principi Liuoniæ tribunali arrogatum eſt. Legati de pace in Moſchouiam
miſſi re infecta redierunt, quod Theodoro magno Moſchouiæ Duce ſine prole mortuo,
Micita Romanouitſius proximus eius agnatus, ad quem Theodori ipſius decreto ſpecta-
bat hæreditas, à Boriſonio, qui ex Comite ſtabuli, ad regnum aſcenderat, excluſus eſſet.

Liuoni ad Poloniæ dignitates admittuntur.

Sigiſmundus Poloniæ Rex Otdinum conſulto in Sueciam iter inſtituit, vt Ducem Ca-
rolum coerceret, qui pietate Catholica pulſa ſectæ opes fouebat. Itaque Rex ineunte Maio
Dantiſcum adueniens, claſſem & quinque armatorum millia inſtruit, claſſique Geor-
gium Farensbeccium cum ſummo imperio præficit, tum ad Calmariam maritimum Sue-
ciæ oppidum, Catholicæ fidei in eo regno conſtituendæ ſtudio, appellit, quam Caro-
B lus Sudermanniæ Dux, Regis patruus, omni opera oppugnabat. Is igitur conſcripto exer-
citu ad Stecoburgium primùm, deinde ad Srangæ pontem, prope Lincopiam, regiis co-
piis ſe obiicit, & per oratores Regem obteſtatur, ne vetera, & firma loco moueat, ne Ca-
tholicos ritus inuitis & repugnantibus ſubditis ingerat, aut animis in fidei lege vim
afferat.

Sigiſmũdus in Sueciam iter parat Caroli Ducis coërcendi cauſa.

Sigiſmundus propoſiti tenax, Apoſtolicæ, Romanæq; fidei zelo ardens, conditiones re-
ſpuit, & patentibus campis aciem inſtruit, quæ hoſtibus ex improuiſo inſilientibus fracta
eſt, Poloni abrupto ponte cæſi, Rex fuga elapſus datis induciis, colloquium cum Carolo
habet, à quo dutiùs acceptus, cùm Catholicæ fidei ſtudium firmiter retineret, clade, & nau-
fragio exercitus Verſauiam rediit.

Eodem hoc anno Cæſar Aquiſgranenſes, qui ante biennium damnati imperata non fe-
C cerant, proſcriptos omnium direptioni, & cædibus expoſuit, dato Colonienſi, & Treuirenſi
Septemuiris negotio, vt contumaces ad officium cogerent. Quod ab iis ſine vi, tanta co-
mitate perfectum eſt, vt exulibus in integrum reſtitutis, ſectæ populares, viris piis, & Ca-
tholicis magiſtratus vrbis, & officia mandare, & veteres Apoſtolicæ Eccleſiæ ritus recipere
cogerentur.

Sub id Batauí octoginta amplius nauis omnibus rebus inſtructiſſimas ex Hollandiæ, &
Zelandiæ portubus in vtramque Indiam emiſerunt, magis quidem vt Hiſpanis incommo-
darent innato gentis odio, quàm vt ſibi fructui eſſent. Ea claſſis principis inſulam amœno
cælo, fructuum copia vberem, feralem habuit, ducibus, & claſſiariis lue, aut inopia maxi-
mam partem exſtinctis, cùm eos inſulani ferro, flammaque inſectarentur.

Batauí naues octoginta in vtrãq; Indiam aduerſus Hiſpanos mittunt.

Id tempotis Philippus II. Hiſpaniæ Rex, morbo graui, & ineluctabili, diem obit, arthri-
D tide, & chiragra perditus, qui morbus luxum, & malum otium ſequitur. In eo tantum ani-
mi robur fuit, vt corporis viribus afflictis, vix lecticæ patiens, Madritio, ad fanum S Lau-
rentij, quod in arce Eſcutiali incredibili ſumptu exſtruxerat, ſella geſtatoria, lecticariorum
humeris deportari ſe voluerit, vbi pia confeſſione expiatus, ſacro Domini corpore ſumpto,
mortui caluam è ſepulcrero allaram iuxta diadema aureum menſæ imponi, & feretrum æ-
reum cubiculo inferri iuſſit, vt hominem ſe eſſe meminiſſet.

Philippi II. Hiſpaniæ Regis obitus.

Inde accerſito filio corpus Syllano morbo tabidum, & verminans commonſtrat, aitque,
En tibi, fili, mundanæ gloriæ, quæ homines luto mixtos obſidet, egregium ſpecimen. Aſpi-
ce quæ peſtes miſerabile hoc corpus exedant: Hoc vltimum humanæ legis documentum
cape, & tot imperiorum hæres iuſtitiæ, & mortalitatis memor eſto. Inde promptum è cap-
ſula pretioſiſſimum ex gemmis & adamantibus monile filiæ tradit, & matris hoc tuæ, in-
E quit, mnemoſynum habeto, ex eadem chartam acceptam filio dat, qua breuiarium impe-
rij & reipublicæ gerendæ ratio deſcripta, Caue, inquit, ſi me, teque amas, ne latum vnguem
ab hac regula deflectas. Mox Scuticam nodoſis funibus contextam, cuius extrema ſan-
guine ruberent, in conſpectu poſuit, & attolli iuſſit, Hoc, inquit, pater meus flagello corpus
ſuum caſtigare ſolitus, quod ego vt vos auitæ pietatis commonefacerem inter cemelia iuſſi
aſſeruari. Tum liberis Romanæ Eccleſiæ fidem, ac obedientiam commendat, & vltimum
eos complectitur, voce defectus biduum inter gemitus animam traxit, cùm vixiſſet annos
ſeptuaginta vnum, & quadraginta in imperio fuiſſet.

Dum ille hanc clauſulam facit, Albertus Archidux voti reus Pontificis Max. voluntate
in æde virginis Hallenſis toto orbe miraculis clariſſimæ, purpuram, & galerum exuit, enſe,
& baltheo accinctus, vt militem induat, ſacrum ordinem eiurat. In Hiſpaniam nuptiis ope-
F tatum iturus, ſummam rerum agnato Andreæ Auſtriaco Cardinali permittit, & Batauos
per literas ad obſequium, in primis Comitem Mauricium ſollicitat. Ille qui inter popula-
res principem locum teneret, & tributa, annonam, claſſem, exercitum pro imperio mode-

Albertus Archidux purpurã & galerum exuit.

raretur, pacem exauctoramentum eſſe ratus,armatus coli, & timeri, quàm inermis in ordinem cogi maluit. Cæteri qui publica inopia,in re læta,& prolixa agitabant,pacis conditiones repudiarunt. A

Franciſcani ſex in cruce acti.

Eodem hoc anno in regno Iapponis Franciſcani ſex, quòd Chriſtum crucifixum prædicarent, & pleroſq; myſteriis imbutos ſacro fonte tingerent, in crucem à Quabacondono acti ſunt. Ex Iapponibus quingenti Chriſti ſacris initiati eundem exitum repererunt, & ſupplicij, vt fidei Sanctis Patribus ſocij fuerunt. Timebat ille,ne per ſpeciem pietatis exteri homines Hiſpanis in Iapponem,vt in reliqua Indiæ regna,viam facerent.

Sequitur annus milleſimus nonageſimus nonus Galliæ lætus, Belgio granis, Hiſpaniæ non tam obitu Philippi I I. luctuoſus, quàm Philippi tertij auſpiciis, & geminatis Auſtriæ Principũ inter ſe nuptiis auſpicatus. Albertus enim cùm Mediolano, & Genua peragratis Maſſiliam appuliſſet,à Guiſio Narbonenſis prouinciæ præfecto omnibus officiis Regis Galliæ mandato cultus, & honorificè exceptus, exſcenſione facta,ſalutatis Sanctorum,quæ ibi aſſeruantur reliquiis,ad claſſem tubis ac tibiis clangentibus magno comitatu, & plauſu deductus eſt,vnde felici velificatione Hiſpaniam attigit, & in Binatio portu exſcendit, Auriæ Principis filio ad Regem miſſo,qui optatum nuntium ferret. B

Albertus Maſſiliam appellit,& à Guiſio honorificè excipitur.

Ineunte Aprili Philippus Rex,Speratæ ſuæ viſendę miro deſiderio incenſus,equitis habitu diſſimulatus, nomine Regis ad eam viſit,vbi à matronis primariæ nobilitatis agnitus,& incredibili lætitia exceptus eſt.Decimo 4.Kal.Maias Regina Valentiã deducta,deinde Barcinone inaugurata eſt:Solennia pompę aliis ſcribenda relinquo,quòd hęc talia pro ingenio Regum,ac regionum in maius cottidie ſummouentur. Albertus & Iſabella coniuges de rerum ſtatu ſolliciti ſeptimo Idus Iunij Barcinonæ à Rege & Regina honorificè dimiſſi cito nauigio Genuam delati ſunt, vnde per Mediolanum Heluetios, Alſatiam, Lotharingiam, Namurcum tandem appulerunt, vbi diſcutiendis longinqui itineris moleſtiis,aliquot dies morati ſunt. C

Ad Brabantiæ fines Ordinum legati obuij fuerunt, qui principibus aduentum gratulati, Hallam eos ingenti comitatu deduxerunt. Andreas Archidux Cardinalis præfectura quam per Alberti abſentiam geſſerat abdicata, poſt paulo in Germaniam rediit. Halla Bruxellas, & Louanium Brabantiæ metropolim regio apparatu ingrediuntur, & poſtridie Ordinibus ſolenne iuſiurandum præſtant, & ab iiſdem accipiunt Bruxellis.

Archidux velleris aurei equites creat.

Archidux poteſtate à Rege Hiſpaniæ accepta principem Arauſionenſem, Ducem Areſcotanum,Marchionem Haurenſem, & Comitem Egmõdanum aurei velleris equites creat, Comitem Barlemontium Arteſiæ præficit,& Germano milite, ac Hiſpano ſummotis, Ræſam, & reliquas munitiones numerato præſidiariis ſtipendio legitimis dominis ea cautione reſtituit,ne in eas Batauì reciperentur. D

Ineunte Februario Antuerpiæ, & aliis locis Infantis nomine(ſic Eliſabetham vocant Hiſpanię Regis filiam, Archiducis vxorem)edictum propoſitum eſt,quo de Batauorum contumacia,& iniuriis queſta velle ſe,ac pro ea quę legitimo Principi debeatur auctoritate iubere profeſſa eſt, ne quis poſthac vllum mercium genus terra mariue,ſiue exoticarum,ſiue indigenarum ad Hollandos, Zelandos, eorumque ſocios ſiue recto itinere,ſiue per circuitus tranſmittat,aut miſſa ab illis mercimonia recipiat, vel vllas res, rationéſve cum iis contrahat. Omnes præterea literas quibus libertas itinerum,nauigationum,piſcationum ſancitur,(ſaluos conductus vocant)& ea diplomata,quę vltrò citróque commeantibus data ſunt reuocare, ita tamen vt redire ad ſuos volentibus, menſis vnius gratia fiat. Ne quis verò ſibi ſpem veniæ hoc edicto abruptam putet reſtari ſe omnibus bona fide pœnitentiam emendantibus,& ad meliora verſis,clementiam ſuam apertum iri. E

Batauorum edicta.

Huic edicto Batauorum Ordines, vt clauum clauo truderent contrarium oppoſuerunt, interdicere ſe,vt omnes Hiſpaniæ iugũ exuant, & imporẽti dominatu abſoluti Deo liberè, & inconcuſſa mente ſeruiant, ne quis ſuorum ciuium vllum mercimonij genus in eas prouincias,quæ Hiſpano imperio tenentur,importet,piſcatores,& eos qui mari negotiationem exercent,ab iiſdem commeatus ne accipiant,quibus irretiti bonis crebrò euerſi ſint. Præterea bona,fortunaſque omnium, qui ſub Hiſpanico imperio degant,omnibus in prædam, & lacerationem permittere,& cætera talia,quæ in ipſo ortu occiderunt.

Inter hęc per abſentiam Alberti primo ſtatim vere Andreas Auſtriacus Cardinalis Germanis vrgentibus,copias Hiſpanicas ex Hibernis educi iubet,& Antuerpiæ, Gandaui,Liræ præſidiariis ne turbæ intumeſcerent,ſtipendia numerat, eoſque exauctoratos,cum ignominia dimitti iubet. Inde Traiectum ad Moſam magnum belli apparatum conuehit,& præter Mendoſæ ſententiam, qui Grauenuerdæ animum adiecerat, Bommeliam inſulam, quam F

Moſa

A Moſa ex Gallia, Vahalis è Germania decurrens efficiunt, obſidet, & per Barlottam expugnato ad alteram Moſæ ripam Creuecurio propugnaculo, ad vrbem propius pedem ſtruit.

Interim Mauricius Dusburgi, Vahalis, & Rheni ripas ſtudioſè munit, & Vahali ponte traiecto in inſulam cum exercitu tranſit, vbi Andreas accepta clade Germani transfugæ monitu munitionem exſtruit, quæ vtriuſque fluuij nauigationem impediret. Ei S. Andreæ nomen inditum eſt, in qua quinque propugnacula, quorum duo Moſam, duo Vahalim, quintum Bommeliam ſpectabat. Hyems anni erat, & concreta flumina ſtupebant, cùm Ludouicus Naſſauuius Vachtendoncam Geldriæ oppidum ſuis per lacunam glacie concretam immiſſis inuolat, & deditione recipit, Hiſpanis cùm ſtipendia non procederent tumultuantibus, quorum pleríque Aumontium Leodienſis ditionis vicum occuparunt, & aggere, ac vallo munierunt, vnde vagis excurſionibus infeſta vicina loca habebant. Ipſi etiam ad
B Sancti Andreæ arcem relicti præſidiarij ni ſtipendia ſoluerentur, transfugium ad hoſtes minabantur.

Dum in eo ſunt Germaniæ principes coacto exercitu Hiſpanorum iniuriis aſperati 7. Kal. Auguſti propugnaculum ad Bercam inſiliunt, & Hiſpanos opprimunt. Inde Embricam Cliuiæ oppidum, & Gennepam ad deditionem cogunt. Tum Ræſam Hiſpanico præſidio infeſſam obſident, quò Mendoza Andream Orticium, & ſexcentos amplius dilectos ſubſidio mittit. Andreas oppido admiſſus, vt erat animi ingens, & manu ſtrenuus portis erumpit, & hoſte fuſo, fugatoque vrbem obſidione liberat. *Germaniæ Principes propugnaculũ ad Bercam inſiliũt.*

Sub id Bataui centum nauium claſſem inſtruunt, & Petro Duſæ commendant, quæ 6. Kal. Iulias magnam Canariam appulit, vbi exſcenſione facta claſſiarij inſulanos ad Alegonam inſulæ oppidum cædunt, & tribus machinis fulminantes in arcem cognomento Gra-
C tioſam refugos, ad deditionem cogunt, oppidum ipſum ab incolis deſertum admotis ſcalis inſiliunt, & præda in naues exportata incendunt. Inde Teneriffam è Canariis inſulis vnam, & Gometam diripiunt, ac incendio vaſtant. Tum Santomaram inſulam ſub æquatore appellunt, & oppidum S. Thomæ Franciſco Meneſio totius inſulæ præfecto capto expugnant: ſed è toto numero ſæuiente lue cæteris exſtinctis duo tantùm centuriones cum ampliſſima præda in patriam reuerſi ſunt. *Bataui claſſem centum nauium inſtruunt.*

Dum claſſiarij Bataui cum mari & peſte luctantur recepta Ræſa, & aliis imperij vrbibus, quas Hiſpani infederant, Cæſar de pace Belgij ſollicitus miſſis oratoribus Batauos ad obſequium Hiſpaniæ Regis hortatur, irrito euentu, cùm illi de contumacia deduci nullis artibus poſſent.

Interim Galliæ Rex omnium ſui ſæculi regum fortiſſimus, prudentiſſimus, fœliciſſimus
D Galliam pacis otio bearat, quod Henrico tertio mortuo præcipuum eius ſtudium fuit. Is patre Catholicæ pietatis propugnatore natus erat, in cuius dignitate aſſerenda Rotomagi obierat, cùm ſciret Borbonios omnes Guiſiorum odio, & priuatis iniuriis, non religionis ſtudio ad ſectæ auxilia trãſgreſſos, nuperos errores nunquam animo combiberat, ſolitus ab ineunte ætate miniſtellorum artes, & ambitum ludificari, & auitum fidei cultum à quo matet muliebri leuitate defecerat, ſuſpirare. Itaque cùm Henrico mortuo legitimum ſe regni ſucceſſorem omnium votis ambiri, omnium oculis, & ſtudio defigi cerneret, vt erat animi validus obtritis hoſtibus, ac inteſtinis diſſenſionibus oppreſſis, com Hiſpaniæ Rege, Batauis, & Anglis repugnantibus pacem coiit, errores ſectæ à quibus alienior erat, vltrò eiurauit, auitæ fidei ſacra Pontifice faciente induit, ſectariis quorum ingenium contumax nouetat ſectæ exercitia, ne Gallia nouis tumultibus arderet, permiſit, ſororem vnicam ſectæ
E obnoxiam, cuius inuidia onerabatur, cùm in aula regia ſectæ miniſteria vſurparet, per ſpeciem nuptiarum, à ſe dimittere, & in alias oras amandare conſtituit.

In regni adminiſtratione hæ artes eius fuerunt. Ante omnia clerum, & nobilitatem beneficiis ſibi obſtrinxit. Eos qui Fœderi ſtudioſiùs hæſerant pecuniis ad ſe traduxit, ſectarios ne quas in regno turbas cierent auctoritate deterruit, nobiles, ac duces, qui vel indulgentia Henrici tertij, vel bellorum licentia nimiis opibus aucti erant, ſenſim imminuit, ac pteſſit, nouos homines in quibus plurimum conſilij eſſet, vt beneficiarios & fidos haberet, ad præcipuos honores euexit, Curias centumuirales, & omnes iudiciis præfectos per vniuerſam Galliam officiis, ac honoribus ſibi deuinxit. Res plebeculæ ne quid nouæ rei molirentur, ſenſim accidit, & nimias opes coercuit, rei pecuniariæ, quæ ex tributis, & vectigalibus reficiebatur per Rhonium, & alios notæ integritatis viros conſuluit, auctoritate, & virtutis
F opinione omnes deterruit, ne quid in Gallia turbarent, colloquio ad Fontembelleum ſectæ ludibria ventilauit, vt orthodoxæ fidei victoria aduerſarij, vel reſipiſcerent, vel amoto fuco ineptias ſuas agnoſcerent. Sed vt ad Regiæ ſororis connubium redeamus, Rex ei Lotharingiæ *Hẽrici IV. artes in regni adminiſtratione.*

tharingiæ Principis nuptias conciliauit, & nuptialibus tabulis Ducatus Albregenſem, Ar- A
meniacum, & Ruthenenſem attribuit, qui in poſteros ſi qui forent tranſirent. Sciebat vri-
que vir vſu callidus ſororem ætate prouectiorem tollendę proli parum opportunam eſſe. De
ritu nuptiarum, quòd ea paulò à Catholicis alienior eſſet, diu certatum, Pariſiis in Prætorio
Lotharingiæ Theologi adhibiti, qui cum ſectæ miniſtris, Nauarrea poſt velum latente, &
aures ſermonibus præbente, de fide diſſererent, inter quos & ego ſublatis epulis, Rhonio
præſente, argumento de ſacra Euchariſtia è ſacris literis petito, Tilleno, & aliis miniſtellis
os contumax obtruxi, & Rhonium ipſum ad ſuffugia confugere miniſtris ſilentibus coegi.
Poſtridie diſputatio habita, me ſuperioris diei colloquium referente, vbi Andreas Valla
Sorbonicus Doctor, pius, & eruditus, ſectæ pertinaciam rationibus è ſchola petitis tenicit,
irrito euentu, cùm ſubtiles illas, & ſpinoſas argutationes ſectarij nec caperent, nec agnoſ-
cerent. B

Cùm autem ſectæ miniſtri traherent omnia, & alias deinde alias moræ cauſſas facerent,
Rex Lotharenum Principem, & ſororem in interius Luparæ conclaue vocat, eóſque Catho-
lico ritu per Archiepiſcopum Rotomagenſem fratrem nothum nuptiis ligat, & Februario
exeunte Lutetia in Lotharingiam amittit, vbi à patre, & ſocero honorificè excipiuntur, &
ſuis in fide moribuſq; legibus viuũt, Lothareno Duce nurus pertinaciam ingratè ferente, à
qua omnibus machinis eam abducere fruſtra conatus eſt.

Conſtitutiones in blaſphemos renouata.

Id temporis in blaſphemos, qui in triuiis, popinis, & ſphæriſteriis impiè deierant, & Dei,
ſanctorúmque nomina temere lacerant ſeptimo Kal. Februarias in Senatuſconſulto Ludo-
uici noni, Henrici ſecundi, & Caroli noni Conſtitutiones renouantur. Nicolaus quidam
Meſſeus ſacrilegij conuictus, è Senatus Pariſienſis ſententia Carpento nudus reſti collo ne-
xo, tædam manu gerens, Lutetiæ pro foribus principis ædis ſacræ Virginis in genua proci- C
dens, impiè, ac ſacrilegè in Deum, & matrem Virginem infanda ſe protuliſſe profeſſus, lin-
guam candenti ferro terebrandam, & labia ſecanda præbuit, alius Sphæriſterij miniſter
eiuſdem noxiæ compertus, & in foro monaſterij S. Genouefæ capitis damnatus, in ſuburbio
S. Iacobi pro foribus Sphæriſterij, vbi prophanas illas deuotiones impio ore profuderat, è
trabe faucibus laqueo eliſis pependit.

Edictũ Nãnetenſe, quo ſectarij cum Catholicis in dignitatibus pari iure vtũtur.

Sub id, Edicto Nannetenſi, quo ſectarij ad conſortium dignitatum in Curiis maioribus,
& minoribus, & ad omnes præfecturas pari iure cum Catholicis vocabantur, Clerus Galliæ
& Senatus Pariſienſis interceſſit, irrito ſucceſſu. Nam & edictum promulgatum eſt, & in
omnibus oppidis & caſtris Catholici ritus, qui diu exulatant, in ipſa etiam Rupella reſtituti
ſunt, Eccleſiæ legitimis dominis poſtliminio redditæ, & orthodoxæ pietatis officia vbique
libera facta. Henricus Ioiũſius, qui per ciuilium diſſenſionum æſtum mortuis fratribus bel- D
lo in Narbonenſi prouincia inſtaurando monachum exuere coactus erat, à lorica & aulicis
delitiis redit ad cucullam, & pannoſus, coma ad cutim in orbem deraſa, in S. Franciſci mo-
naſterium abditus vt priùs cuculla in acutum deſinente, capite tecto Capuſſinum religioſè
agit, cuius ſacræ conciones frequenti auditorio Pariſiis paſſim auditæ, & probatæ ſunt.
Germanus Scombergius Heluetius, qui Henrico quarto fidem, ac operam vbique probarat,
in Villaregij ſacratum cognitionum ac epiſtolarum primi, ſplendida & amœna villa, quę ad
Sequanæ & Matronæ confluenta proximè Pontem Carentonium ſita eſt opiparè pranſus
inter redeundum carruca vectus ſanguine in fauces confluente ſtrangulato ſpiritu, repente
exſpirauit.

Cõtrouerſia de Marchionatu Saluſſiano.

Inter hæc Romæ controuerſia de Marchionatu Saluſſiano, quem Sabaudiæ Dux ſupe-
rioribus bellis interceperat, vt Veruineo fœdere cautum erat, apud Clementem 8. Pontifi- E
cem arbitrum, actitata. Sabaudiæ Dux iure inferior arbitrium eiurauit, quod indignè à Pon-
tifice eſt acceptum.

Gabriella Eſtrea obitus.

Id temporis Gabriella Eſtrea mulierum ſpecioſiſſima, è qua Rex plures liberos ſuſcepe-
rat, vteri doloribus maioris hebdomadæ feria ſeptima extincto partu diem ſuum obiit,
cuius obitu Rex in lachrymas victus, nimis molliter ægritudinem pati viſus eſt. Aulici om-
nes pullati funus duxerunt. Martha quædam Broſſia muliercula obſcuris natalibus, fanati-
cam, & ceritam mentita Senatuſconſulto Pariſiis Iliodorum Bituricenſis ſoli gentile op-
pidum amandata eſt, quæ Romam poſtea deducta, vt plana, & circulatrix damnata, & peſſi-
mè accepta eſt. Marchioniſſa Bolinſulana ex illuſtriſſima Longouillæorum familia, quæ pa-
ternum genus ab Aurelianenſi Duce notho Franciæ, maternum à gente Borbonia trahit,
primogenito filio Mareſcalli Rethenſis nupta, viro proditione interempto, vno mare filio F
relicto, poſt quinquennium à viri morte ſine culpa, ſine fabula, pudicè exactum, Fulcenſi fœ-
minarum cœnobio Toloſæ, inſciis ac inuitis affinibus, & agnatis, ſe dicat, vbi pium
vitæ

A vitæ inſtitutum ſanctè, ac religioſè tenet, ac in eo perſeuerat.

Inter hæc Philippinus Sabaudiæ nothus dicto atrociore à Crequio Diguierij genero violatum ſe ferens, cum eo ſingulari certamine decernit, & leui vulnere crure debilitato prœlio exit, Crequio gloriante, ſe Sabaudicum cruorem elicuiſſe. Vt è vulnere conualuit Sabaudiæ Ducis imperio, qui rem ad iniuriam trahebat, noui certaminis aleam cum Crequio ſuſcipit, qui nota duelli lege cum eo cui gratiam vitæ fecerat, neceſſitate certaminis non tenebatur. Crequius tamen, vt erat animi validus, periculum non detrectat, & ferro tam ſtrenuè rem gerit, vt Philippinum repetito vulnere confoſſum necarit. Cauſſa certaminis fuit, militaris faſcia, quam in expugnatione propugnaculi cuiuſdam Philippino ereptam ſe victoriæ inſigne gerere Crequius iactarat.

Philippini cũ Crequio duellum.

Hoc eodem anno pater Honorius in Cœnobio Mediolanenſi Capuſſinus, per epiſtolam B Regi ſicarij inſidias indicauit, & frontis, ac veſtis inſignibus ita pinxit, vt ex tabella agnitus, ac Lutetiæ comprehenſus publicè pœnas dederit.

Honorius Capuſſ. ſicariũ detegit.

Superiori anno Dominicanus quidam, Barrieri in caput Regis coniurati inſidias indicatat, & Regem periculo exemerat.

Dominicanus quidã Barrieri inſidias indicat.

Hoc ipſo tempore Rex peregrinis, & exoticis mercibus toto regno interdicit, ratus hinc pecuniis Galliam emungi, quæ ſi opificia, & textutæ ab indigenis fiant, nec aliunde petantur, regno contineri queant, & in maius augeri, cùm tritici & vini commercio ex Hiſpania, Italia, Anglia, Germania, Belgio nouæ indies in Galliam acceſſantur. Edictum id ciuilium rerum periti probarunt, quod auaritia mercatorum Lugdunenſium, breui exoleuit, qui quia cauſſabantur Gallicum ſolum, cælumque Bombicino ſtamini aduerſum eſſe, motorum ſatio per vicos, & municipia imperata quæ tanta vbertate ſuccreuerunt, vt Gal-
C lia iam bombicibus felici fœtura fruticantibus Italico ſerico carere poſſit. Chiuernius Cancellarius annis vergens domi ſuæ in villa natali repentina morte è ſtratis exſiliens hominem exuit, in cuius locum Pomponius Belleureus Regis iudicio ſine ambitu, & ſuffragiis ſuffectus eſt.

Senatus Pariſienſis qui ſciret non exercitus, non claſſes, aut pecunias tam valida regni ſubſidia eſſe, quàm filios iuſto matrimonio natos, Regem de coniugio contrahendo monet, cui obſtabat Margaritæ Valeſiæ coniugium, in quo ſine prole tot annos vixerat. Id iam olim vtroque repugnante, Caroli I X. imperio, in tertio affinitatis gradu, ſine Pontificis venia contractum erat. Quod Margarera Valeſia vltro profeſſa, nouo Regis coniugio bona venia Pontificis, aſſenſum ſe præbere teſtata, rei expediendæ rationes explicauit. Cauſſa cognita prius matrimonium à Pontifice irritum pronuntiatur, nouo via aperitur, multæ
D nuptiis opportunæ virgines proponuntur, in vna Maria Mediceæ gentis, quam Franciſcus Medices magnus Hetturiæ Dux ſecundus ex Ioanna Auſtria Ferdinandi Cæſaris filia ſuſceperat, Rex oculos, animumque defigit, & eam Ferdinando magno Hetruriæ Duce Franciſci fratre, qui armis, pecuniis, & conſilio, per bella ciuilia Regem iuuerat, adnitente, faciẽte, ſpondente, vxorem accipit, è qua Dei virtute Ludouicum X I I I. qui hodie ad regni clauum ſedet, pluresque alios liberos auſpicato ſuſcepit.

Rex de matrimonio cõtrahendo monetur.

Inter hæc Sabaudiæ Dux, vt quod arbitrio Pontificis de Marchionatu Saluſſiæ perficere non potuerat, apud Galliæ Regem ipſe præſens euinceret, profectionem in Galliam hyberno cælo, graui bruma per Alpes inſtituit, Lugduni regio apparatu excipitur, inde pernicibus equis Roanam euolat, vbi Ligeris nauigij patiens eſt, & ſecundo fluuio nauigiis Aurelianum deuectus fontem Bellæum ignoratus properat, vt equires ſibi à Rege in occurſum
E miſſos fallat, & inſperatus exiguo comitatu ad genua Regis procumbit, qui pronum erigit, obuiis vlnis excipit, illuſtri comitatis, & amicitiæ ſignificatione, eumque octo dies epulis, venatu, & muſicis oblectamentis in Regiæ Fontis Bellæi ſolitudine, inter ſpelæa ferarum, & horrida teſqua detinet, inde Lutetiam per Natalis Domini ferias itum, & de Marchionatu Saluſſiæ verba incaſſum iacta, cùm vterque in propoſito firmus hæreret, & alter ſua ſibi reſtituta vellet, alter prædam ſibi ex vnguibus exſculptam nollet.

Sabaudiæ Ducis iter in Galliam.

Eodem hoc anno Conuentus Principum, ordinumque Rhenanorum Coloniæ primùm, deinde Principum imperij Confluentiæ habiti ſunt, à quibus de Conſilij ſententia decretum, Hiſpanos, & Batauos armata manu imperij finibus arcendos, & ad damna ſarcienda Schenccianum propugnaculum in Geldria deiiciendum, qui motus Cæſaris prudentia compoſiti ſunt.

Conuentus Principum ordinumq; Rhenanorũ.

F Interim Sigiſmundus Bathorius Tranſſyluaniæ Princeps Nonis Martij Comitia Medutij habet, quibus Andreæ Bathorij Cardinalis fidei ditionis ſuæ prouincias omnes certis legibus miro humanæ inconſtantiæ exemplo permittit, eaq; de re oratores ad Cæſarẽ mittit.

Poſt

Poſt paulò Cardinalis Bathorius eadem de re per oratores ſuos cum Cæſare agit,& Annæ Auſtriacæ,quæ à Sigiſmundo Bathorio diuerterat,ſibi nuptias ambit, cui cùm à Cæſare nihil ad animum reſponderetur , in eoq; iam eſſet , vt in Turci clientelam abiret, Michael Valachiæ Vaiuoda Cæſaris iuſſu , conſcripto exercitu , in Transſyluania Cronoſtadium vi capit,vt Polonis Cardinalis partes fouentibus iter obſtrueret.Inde Zecceros in fidem receptos in verba Cæſaris iurare cogit,tum in Cardinalem aciem inſtruit,& copiis eius, quæ ad 25.armatorum millia conuenerant, deletis, Viſeburgi magna ciuium gratulatione excipitur,Clauſeburgum,& Hoſtam Poloniæ Rege otium adamante recipit,Cardinalem Bathorium è fugâ retractum obtruncat , Transſyluanos omnes iuſiurandum in nomen Cæſaris adigit. A

Carolus Sudermanniæ Dux Ienecopiā comitia indicit. Dum in eo ſunt, quarto Idus Februarias,Carolus Sudermanniæ Dux Ienecopiam comitia indicit, quibus contra orthodoxæ fidei cultores in ſectæ miniſteria iuratum, Carolo per abſentiam Regis regni adminiſtratio data , oratores in Poloniam ad Sigiſmundum Regem miſſi,qui Vladiſlaum filium eius Sueciæ Regem, ſecuatis regni priuilegiis depoſcerent,Calmaria præſidio Germanorum exacto deditione recepta eſt, Sueci quadraginta in furcam acti , Polonis & Germanis vitæ gratia facta. Mox Carolus comitia regni Stocolmiæ habet, quibus vt publico ſeruiat,maiora ſubſidia depoſcit,& de Liuonis,Finnonibus,aliiſq; Sueciæ ſubditis,qui à fide ſe abruperant, ad obſequium cogendis agit , tum vt in Archiepiſcopi, & aliorum capita, qui cauſam tumultibus præbuerant, & in vinculis erant cauſa cognita animaduertatur petit. B

Sigiſmūdus ab Ordinibus regno abdicatus. Ordines cùm capita inter ſe contuliſſent, Sigiſmundum Regem de conſilij ſententia regno abdicant,& obſequium eius,ac fidem eiurant,Vladiſlao filio eius,ſi regni legibus intra ſemeſtre parentem ſe in Suecia præbeat,ſacramento dicere parati. Suecis, & Germanis qui ex regno profugerant diem dicunt,qua,niſi ſe iudicio ſteterint,eorum bona in fiſcum commiſſa pronuntiant , Finnones vi , & armis ad obſequium cogendos , niſi vltrò imperata faciant, quod inſtructa claſſe Carolus ex Ordinum decreto poſt paulo perfecit. C

Dum in eo ſunt Turcæ in Hungariam,quæ bello vſui ſunt,ſedulò comportant,& noſtros inſidiis petunt.Ineunte Aprili equites centum & ſexaginta cultu Germanico candidis crucibus Sigetho profecti præſidiarios aliquot,Strigonienſes inſiliunt, qui ſpecie primùm falſi, & amicos rati,vt ex diſſono clamore hoſtes eſſe animaduerterunt,in ſyluam proximè Drauum fluuium euadunt,& loci opportunitate ſe muniût,Turci cùm ſylua equiti impernia eſſet,pedites Sigetho euocant,& noſtris confecta è ſuccifis arboribus rate in aduerſam ripam traiicientibus,fruſtra ſunt.Poſtridie quadringenti equites cognito Caniſienſes populabundos excurrere Sigetho egreſſi totum diem noſtros fruſtra perſequuntur,& vagis excurſibus feſſi in pago quodam ſe quieti dant, quos re comperta noſtri ſomno iacentes opprimunt,& quatuor Agis interfectis,cæteros vel manu capiunt,vel trucidant. D

Schāboceum captum. Inter hæc Adolphus, Palfius, & Naſtadus octo bellatorum millibus Schamboco arce munitiſſima vi capta, præſidiarios omnes obtruncant, arcem ſolo æquant,de nocte Albam regalem propetant,ſepimentum ligneum quo ſuburbia præcincta erant ſilentio effringunt, & portis crepitaculo conuulſis Turcos ſomno ſepultos trucidant,ſuburbia igne vaſtant, & præda onuſti abſcedunt.

Nouigradū direptum. Sexto Idus Maias à Chamo Tartarorum oratores Viennam miſſi cum Cęſare de pacis rationibus agunt,& cum bona ſpe dimiſſi,vt fluxę fidei ſunt,Nouigradum, & tres alios pagos diripiunt,& vinctos pleroſque ſeruitute damnant. Contrà Palfius cognito per emiſſarios ingentem varij generis commeatum Belgrado Budam nauigiis vehi,tumultuariâ Heiduacorum manu itinera obſidet.Begum Barenſem,& copias eius delet,viginti naues commeatu onuſtas intercipit , Heiducci Begum , à quo ſępe immaniter excarnificati erant, ad palum alligant,dentes ei omnes vncino vellunt,promiſſę barbę pilos ſingulatim carpunt,& membris omnibus contractis per ſummos cruciatus necant. E

Duodecimo Cal.Iulias Turci Tolnâ egreſſi Budam velificantur , ſpeculatorio faſelo explorandis hoſtibus pręmiſſo, Heiducci nauigia in Turcos emittunt,duas triremes, quatuor naues roſtratas expugnant,mox in onerarias inſiliunt , eaſque claſſiariis ferro necatis cum ingenti pręda potiuntur : captę ſunt naues onerarię quinquaginta ſex , in quarum ſingulis centum amplius frumenti modij,ſexaginta alię mercibus, & bellico apparatu inſtructę, ſtipendium omne quod Budenſibus pręſidiariis numerandum erat & nouem maiora , vndecim minora tormenta Heiduccis prędę ceſſere , frumentum inter villaticos diuiſum, vt ſibi proniores efficerent , naues quę abduci non poterant profundo merſę ſunt , octo millia Turcorum ab Heiduccis mille quingentis cæſa , plures arces vi captæ , quadringenti F

A genti Chriſtiani ſeruitute exempti, plerique pontes euerſi.
Septimo Idus Auguſti iidem Foruaram arcem infra Budam caſſo euentu tentant, Tol- *Foruara*
nam vicum diripiunt,duas arces expugnant,pontem quo Drauus iungitur deiiciunt. *arx irrito e-*
Ioeunte Octobri Turci cum Archiduce Matthia per oratores de pace verba iaciunt, *uētu tētata.*
quæ noſtris fruſtratui fuêre, Tartaris ad Strigonium graſſantibus, & ſupra decem homi-
num millia in ſeruitutem abducentibus, qui Tartaris in Morauia cæſis maximam partem
liberati ſunt. Iterum à Serdare Baſſa de pace cum Palſio, & Adolpho actum,quæ coaleſce-
te non potuit, Tartaris prædas paſſim agentibus. Quare noſtri ductore Adolpho Ceſne-
eam, & Laccam deditione, Palantuariam vi,& ferro receperunt,à Caputzuata cum clade
ſummoti ſunt.
Dum in eo ſunt, Carolus in Suecia Viburgo capto Fiononas, Rutenos, Iuanogrodenſes *Viburgū in*
B ad obſequium traduxit, Reualienſes à partibus Sigiſmundi Sueciæ & Poloniæ Regis,abdu- *Suecia ca-*
ci non potuerunt,quare Carolus militibus in hiberna deductis in Sueciam ſe recepit,& Ia- *ptum.*
cobum Schellium mari præfecit.
Inter hæc Moſchorum imperator Poloniæ aditu excluſus, oratores ad Cæſarem mittit,
qui trimeſtri nauigatione mare Germanicum emenſi Bohemiam appulerunt,vbi honorifi-
cè excepti, accipitres, falcones albos, clauam auream gemmis ferruminatam, crateres au-
reos, icunculam auream S. Nicolai, quem præcipuo cultu dignantur, tintinnabulum au-
reum, belluata Babylonica acu picta, pelles exoticas, hermelinas, imperoſi pretij, ad Cæſa-
rem longo ordine præmittunt. Sequebantur epiſtulares duo, cum geminis epiſtolis, qua-
rum ſumma fuit,Moſcouiæ Imperatorem clades ab hoſte barbaro Chriſtianis illatas ægrè,
ac dolenter ferre,habere ſe in numerato 40.equitum millia,quæ Chriſtianæ libertati vindi-
C candæ animam vltro impendant. Cæſar gratias agit, & muneribus cum Moſcho certat,
tum oratores prolixè, & liberaliter acceptos in patriam dimittit. Hac vice rerum annus
1599.clauſus eſt.
Anno 1600. à Pontifice Max. Clemente VIII. Indulgentia peccatis aperta initium de- *Iubileum &*
dit. Ea centeſimo quoque anno ineuntis ſæculi auſpiciis tradito eccleſiæ more procedere *eius ſolēnia.*
ſolet, Iubileum annum indegetant, vocabulo ab Hebræis ſumpto,à quibus ritus ipſe fluxit.
Eius ſolemnia hoc ordine incedere aiunt: Pontifex portam toto ſæculo clauſam, & cocto
latere abditam, læua cereum, dextra marculum argenteum geſtans reſeraturus, parietem
terno pulſu verberat,qui protinus ab operis manuariis impulſus corruit, quo tempore ſym-
phoniaci ſtatim in Dei laudes conſentiunt,tubæ lituis miſtæ clangunt,ad parietis fragmen-
ta populus certatim ruit, & rapta pro prœbris, atque amuletis religioſè ſeruat. Porta illa
D aperta cælum reſerat,eccleſiæ theſauros recludit.
Id temporis ad eluenda peccata, & emerendam veniam ex toto orbe Chriſtiano, ma-
ximè ex Gallia tanta hominum vis Romam influxit, vt in eam vrbem illa ciues ſuos tran-
ſcripſiſſe videretur, ad quos benigno ſinu excipiendos, fouendosq́ue, Pontificis, & purpu-
ratorum partum copiæ patuêre, ita celeſtis ille, ac liberalis Spiritus erogandæ per honeſta
pecuniæ cupiens, omnium animos,manusq́ incefferat. Reguli Italiæ ad limina S.Petri pie-
tatis officia impleuerant, ex Tranſalpinis Principibus ſolus Lotharingiæ Ducis filius Ro-
mam petiit, vt initum cum Catharina Nauarrea vetitæ ſectæ fœmina præter conſenſum
Pontificis connubium excuſaret, ac contractum ex eo piaculum exſolueret.
Dum pietas Romæ calet Rex Chriſtianiſſimus Sabaudiæ Duci Senatus Pariſienſis am- *Sabaudiæ*
plitudinem in quadruplici iudicio ſpectandam præbet, vbi Robertus, & Arnaldus ſpe- *Dux Sena-*
E ctatæ eloquentiæ viri, dicendi vi, & copia audientes quaſi fulmine attonitos in ſilentium, *tus Pariſiē-*
& ſtuporem defixerunt. At de Marchionatu res ita compoſita eſt,vt is intra Kalend. Iunias *ſis amplitu-*
Galliæ rebus integris reſtitueretur, aut ſi tanto Dux Ciſalpinæ ditionis deſiderio teneatur, *dinē ſpectat.*
arce quamprimum Seguſiana,Breſſiam vocant,& finitimo agro cederet.
Icto fœdere Dux exeunte Februario dimiſſus, à Rege ad vicum vſque Charantonium
deducitur, inde mandato Regis à Barone Luſſio, ad extremum vſque regni limitem regia
per vrbes magnificentia excipitur.
Sub id firmato Mariæ Medices cum Rege Chriſtianiſſimo coniugio, Ferdinandus ma-
gnus Hetruriæ Dux coniugij pararius, affinitatis argumento ad lilium quod in inſignibus
Florentiæ vnicum iam olim fuit, duo Galliæ lilia iungit.
Interim magna in rebus fidei concertatio exorta eſt, quæ per viros ingenij, & ſtudiorum
F preclaros in ortu ſtatim cōpreſſa, inſequenti poſt anno,Rege faciente,in arce Fontis Bellæi *Philippi*
penitus exſtincta eſt. Philippus Mornaius Pleſſeus ſectæ antiſtes, Salmurij præfectus, vir *Mornaij*
egregiis artibus, & ſupra militi decorum, literis addictus, ſuperiori anno horribilem, & fa- *Pleſſei liber.*

ctum libellum de cœna Domini vulgauerat, opus varium,& miſcellum, ex omnium ſectæ A
Doctorum laciniis,& centonibus concinnatum,ſolo dictionis flore ab eo veſtitum, & verborum lenocinio,quo inter primos elegans eſt,quaſi ſeſamo, & papauere ſparſum,quo Catholicos miſſæ ritus, precumq́; formulas à primitiuæ Eccleſiæ Patribus exploſas aſſerebat. Eius ſcripti per initia tanta contágio fuit,cùm verba Patrum paſſim ingereret, vt multi traherentur in partes, & veritati fucum facerent, hominem mendacij, quod veri ſpecie latebat,reuinci non poſſe rati. Mirum apud Pariſienſes Theologos ſilentium, intenta orationis elegantia,tam diſertis Patrum verbis.res penè depoſita videbatur.

Bulengerus Mornäium falſi reuicit.

Id temporis ego Chriſtianiſſimo Regi à ſacris concionibus eram, qui ex Armorica Lutetiæ recés,vt epiſtolam in limine operis expoſitam percurri,verba Patrum ſubdolè à Mornaio corrupta, & deminuta deprehendi calamoq́; protinus manum admoui, vt hominem falſi reuincerem,quod Dei virtute tanta celeritate non totis quindecim diebus perfeci, vt B
in ipſius epiſtolæ decurſu,centum amplius locis verba Patrum interpolata eſſe oſtenderim, & ipſiſſimis Patrum verbis ex fide recitaris libello edicto Mornaij ſcriptis auctoritatem omnem ademerim,eumq́; falſi compertum pro plagiario, falſario, & alienæ ſententiæ corruptore traduxerim. Deinde verba eius veſtigio ſequutus, intra trimeſtre reliqua ſcripta reſponſo vulgaro fregi,& falſi conuicta in totius Galliæ oculis magno Reip. Chriſtianę,bono, ſummo ſectæ dedecore profligaui.

Diſputatio inter Perroniū Epiſcopū & Mornaium.

Altero poſt anno in villa Fontis Bellæi mandato, ne falſa pro veris obtruderentur celeberrimo doctorum hominum conuentu, lectiſſimis totius Galliæ viris arbitris, inter Perronium Epiſcopum Ebroïcenſem, & Mornaïum ſolennis diſputatio apud Regem inſtituta eſt,vbi verba Patrum,quæ libello edicto ſuperiori anno falſi notaueram, libris in conſpectu poſitis,& diligenter expenſis,falſi conuicta ſunt, tanta ſectæ contumelia,tanto Mornaij dolore, vt ſubita fuga omnium oculis elapſus ſit, & febri ruboris impatientia contracta, penè ad interitum datus ſit,ſibi miniſtros falſi auctores fraudi fuiſſe clamitans. Quæ victoria, vt fidei Catholicæ in Gallia munimento fuit,ita Perronio tunc Epiſcopo,Romæ ad purpuram eualuit,mei à quo ante alios corruptæ indicatæ erant,quia inter literas abditus latebã, nulla ratio habita eſt, quòd lauream auctori debitam, alij quibus maior ambitu fuit, præripuiſſent. Oportuit me ſemel his annalibus iuſtum dolorem depoſitum exoneraſſe. Sed bene eſt, quod mercedis ab hominibus inops, in ſolo Deo mercedem repoſitam habeo. Ampliſſimis mihi fructus eſt,difficili tempore operam meam eccleſię Dei probatam,& vtilem fuiſſe. C

Hæc concertatio Freſneium Canaium, qui ob ſingularem eruditionem inter arbitros à Pleſſæo delectus erat,ad Catholiea caſtra tranſlatum eccleſiæ peperit. D

Ereſnaius Canaius ad Eccleſia Catholica ſinū refugit.

Rex vt Lutetiam redit, per comitem Sueſſioneum meditatum in ſuum caput à Nicolea caupona, quæ regio coquo nupſerat, teterrimi veneficij ſcelus cognoſcit. Ea Lomenij epiſtularis regij teſtimonio, qui poſt parietem latebat, veneficij comperta, flammis addicta eſt.

Henricus IV. bellū in Sabaudiam aggreditur.

Iam trimeſtre exierat, cùm Sabaudiæ Dux à Rege appellatus, vt de Marchionatu fidem abſolueret,reſtitabat, & Hiſpaniæ Regis conſilio tergiuerſabatur. Rex ſe ludum Allobrogi fieri ratus,dilectũ habet,vrbibus foſſores imperat,belli paratus ex armamentario Pariſienſi, vt erat rei gerendæ properus, Lugdunum deportat, Dux per oratores Regi os ſublinere tentat,quibus ille flecti neſcius,Ducem monet,vt Kal. Sextilibus fidem liberet, aut bello ſe comparet. Cùm ille per legationis ſpeciem diem de die duceret, quod ab ariolis Regem in Gallia menſe Sextili non futurũ didiciſſet,Rex cognitis eius conſiliis in Sabaudiam irrumpit,& nullo repugnante Senaculum Sabaudiæ deditione recipit. Bironius Burgum in agro Seguſienſi munitiſſimum oppidum veſpera inumbrante ſine cæde, & ſanguine,præſidiariis in arcem refugientibus intercipit. Galli arcem ne aditus, vel exitus pateat, foſſa in ambitum valloque cingunt. E

Dux ſucceſſu territus,cùm omnia fortunæ Regis cederent, per Franciſcanum regis animum experitur,& fœderi Pariſienſi ſe acceſſurum ſpondet,Rex poſtulata auribus excludit, per Diguierium oppidum Monmeillianum intercipit, Grillonius peditũ magiſter Camberiaci ſuburbia inuolat,vrbs deditioni vltro accedit,Confluentiæ propugnaculum ruina facta leges accipit,Carbonaria munitio in radice montis, difficili aditu,fluuio circumflua, vt iter ad Alpes obſtruat,nouem machinis pulſata eſt,tanto hiatu,vt nullus obſeſſis munimento locus eſſet, quæ res eos ad deditionem compulit, erepta præſidiariis ſigna in eccleſia F
principe Lugduni valuis affixa ſunt. Sequitur exemplum arx Mommelliana, opere, & ſitu inexpugnabilis,quam Comes Brãdiſius in rupis inacceſſæ ceruice ſitam, per ignauiam ante

machi

A machinatum verbera dedidit. Dux rebus comploratis, cùm in armis ſpei nihil eſſet, Cardinali Aldobrandino Pontificis oratori ſe, ſuaque commendat. Is penetratis Alpibus paci conciliandæ, Camberiaci à Rege honorificè excipitur, & arbiter pacis eligitur. Crequius primariæ nobilitatis iuuenis, Diguierij gener, Mommeillanæ arci præficitur, dum Bironius oppugnationem Breſſiacæ munitiſſimæ arcis vrget, cui Boueneus fidei, & militiæ præclarus impoſitus erat, commeatibus omne iter obſtruit, vt hoſti famem machinaretur.

Diuerſa parte Sancius tumultuario milite S. Catharinæ munimentum, quod ad ſuburbia Geneuæ coërcendis oppidanis ſitum erat, obſidet, quem præeuntem maioribus copiis Victrius inſequutus eſt, vnde augente in dies milite præſidiariis res magis in arcto fuêre. Sabaudiæ Dux tentatis per Heluetios, Rhætosq́; itineribus, Vicio intercedente, qui apud eos Regis orator erat, ſubmouetur, & ſpe caſſus aliam quercum excutere iubetur.

S. Catharinæ munimentũ à regiis aggreſſum.

B Interea Rex triduo poſtquam in caſtra venerat, propugnaculi S. Catharinę pręfectum leges accipere cogit. Nuſquam gentium maiora militiæ flagitia fuerunt. Et arx Monmeillani, & S. Catharinæ munitio, omnes Regis copias toto anno non tantùm diſtinere, ſi tantillum in præſidio roboris fuiſſet, verùm etiam perdere, ac peſſundare potuerant. Scitum eſt enim, & vſu probatum, victores exercitus in obſidendis vrbibus exhauriri.

Dum in eo ſunt, Reginæ ex Hetruria aduentus Regi nuntiatur, quam ille per ſummos regni proceres, Maſſiliæ excipi, & deduci Lugdunum ad connubij pompam curauit. Rogerius Belloguardius, magnus Franciæ Hippocomus, (ita regij ſtabuli præfectum vocant) cum delecta nobilitate, ad obeunda ſponſalia nomine, & loco Regis Florentiam miſſus à Ferdinando magno Hetruriæ Duce in Palatium Pictium regio paratu deducitur, & ipſo veſpere ſperatam regiam verbis domini ſui ſalutat.

Maria Medicea ex Hetruria in Galliã aduentus.

C Eodem Pontifex Aldobrandinum Cardinalem ſolemnibus coniugij peragendis mittit, qui clero linteato cum crucibus obuiam eunte exceptus eſt.

Septimo Non. Octobris, vt ſolemnia procederent, ad altare maius itur, Belloguardius mandatum exhibet, quo vice Regis vxorem paciſci iubetur, codicillis recitatis ſponſaliorum ritus peracti, mox vndique tormentorum genialis fragor auditus, epulum regali luxu extructum, cibi quos inuitæ quodammodo, reluctanteq́; naturæ hominum pericula rapuerant, apponuntur, mala aurea ingenio artificum ad naturæ inuidiam ficta, ſyluam ſubitariam efficiunt, poſt prima fercula menſa ex oculis incredibili arte ſubducta eſt, in cuius vicem occulto meatu alia ſuccedit, tractis farinaceis ſaccaro conditis, lucuncullis, paſtillis, & omni opere dulciario onuſta, qua ſubito dehiſcente, tertia elenchis, vnionibus, adamantibus, monilibus, torquibus, & alio mundo muliebri fulgens extitit. Ea ex oculis per automata dilapſa: D quarta emergit, hortos, & vireta violis, roſis, hyacinthis, & omni florum genere texta referens, non longè hinc aquarum ſcaturigines leni agmine fluebant, auiculæ liquido meatu aerem ſecabant, vt adulta bruma frutices noua viriditate pubeſcere, & veris amœnitas arridere videretur. E ſuperiori loco ab vtroque triclinij latere geminæ Muſæ prodibant, quæ alternis hymenæum canerent, & ſuauiſſimo concentu auras, aureſque demulcerent.

Epulum regale, & magnificum.

Tertio Idus Octobres Regina mari ſe, ventiſque committit, qui primò puppim molliter impellere viſi, ne fluctus grauius intumeſcerent, quibus tamen poſt paulo mala fide ſæuientibus, regia ſponſa nouem dies in portu Liguſtico in anchoris hæſit, vnde Genuam, & biduo poſt Maſſiliam aſpirante euro delata eſt. Eam Cancellarius Franciæ, & quatuor Maſſilienſes Ædiles ſub conopeo bombycini operis excipiunt, genuque nixi claues vrbis ex ſolido E auro Dominæ offerunt, à quatuor Cardinalibus, & pluribus Epiſcopis deducta Senatum Aquenſem obuium habet, cuius Princeps Guilielmus Vairius ſummis oratoribus æmulus validus ſenſibus, aduentitia oratione Reginam appellauit, & ei totius Galliæ fidem, ac obſequium dicauit. Non eſt operæ lætitiæ argumenta perſequi, quæ ingenti concurſu hominum omnis generis, Auenioni, Valentiæ, & aliis in vrbibus toto itinere data ſunt. Duodecimo Kal. Ianuarias Lugdunum tenuit, vbi regio paratu excepta eſt.

Maria Medicea Lugdum regio paratu excepta.

Dum Rex in Allobrogibus fulminat, Senatus Pariſienſis inſtaurandæ Academiæ animum adiecit, quæ bellorum iniuria iacebat. In ea hæreſi plerique omnes erant, profuſos in ſtudia ſumptus, qui Pariſiis ſuſtinentur, hanc Academiæ ſolitudinem afferre, quos vt minuerent, Mineruali, quod bis anno veteri conſuetudine præceptoribus magna celebritate à diſcipulis in auditoriis publicis certatim numerabatur, modus poſitus eſt, honorarium F menſtruum effectum, & dimidiato aureo definitum, legendi, docendique leges poſitæ, vt ipſiſſima Ariſtotelis verba, non ſpinoſæ, & inutiles argutiæ auditoribus inculcarentur, licentia diſcipulorum, & anniuerſarij ad S. Dionyſij ędem diſcurſus, ac helluationes coercerę,

Academia Pariſienſis inſtauratio.

& cætera talia quæ breui exoleuerunt. Omnino vaſtitas, & ſolitudo Academiæ, à frequentia Collegiorum, quæ tota Gallia per bellorum iniuriam ſuccreuêre, profecta eſt. Cùm enim quiſque ſumptibus parceret, & liberis tamen conſultum cuperet, vbique collegia diſſeminata ſunt, publico vrbium ſumptu, quibus ſtudioſis, ac ſtudiis conſultum. A

Patrum noſtrorum ętate in matricibus tantùm prouinciarum ciuitatibus literę docebãtur, Lutetiam omnes qui aliquid ſupra vulgus ſapere vellent, propter academię celebritatem confluebant. Hodie neſcio vnde illa inſania inoleuerit, etiam villatici literas ſcire volunt, negotiatio quieſcit, arationes deſeruntur, nemini in Gallia niſi bene nummato ad honores aditus patet, & tamen omnes vt nihil agant, aut ſacerdotiis inhient, literas delibant, & tenues earum vmbras conſectantur, quaſi magnum ad rem faciendam in literis ſit præſidium.

Inde tanta ſacrificulorum meſſis luxuriat, tanta rabularum forenſium, notariorum, tabulariorum ſeges exiſtit, vnde Reip. pernicies prompta eſt. Meliùs olim Græci, & Romani, quibus in agricultura, negotiatione, aut militia, ſtudium omne fuit. Meliùs hodie Itali quorum plerique omnes abdicatis ſtudiis mercaturam, & trapeziticam faciunt. Meliùs Hiſpani, qui noui orbis opes nauigatione ſequuntur. Meliùs Turci, qui militia, aut negotiatione vitam agitant, Meliùs Belgæ, & Batauí qui maria tentant, & mercimoniis rem faciunt. Optimè cum Gallia hodie agatur, ſi mediocris fortunæ homines ſtudiis arceantur, ſolis diuitibus literæ, & magiſtratus pateant, cæteri agros exerceant, maria tentent, merces pecunia mutent, Collegia ſtudiis in paucis vrbibus dicentur, & illa ingeniorum luxuries reſecetur, vnde homines lingua factioſi, ignaua opera ſuccreſcunt. B

Bataua claſſis ex India reditus.

Eodem hoc anno 1600. Bataua claſſis quæ in Indiam vela fecerat aromatis onuſta non pœnitendo fructu domũ reuerſa eſt. Ea conſtabat octo nauibus quarũ ſex Hollandiæ, Zelãdiæ, Geldriæ, Friſiæ, Vltrajectinæ, Trãſſyluaniæ fœderatarũ prouinciarum, ſeptima Mauricij Comitis, octaua Amſtelredami Hollandiæ nobilis emporij nomina & inſignia præferebãt. Naues iſtæ omnes Kal. Maiis anno 1598. portu Texeliano vnà omnes ſoluerant, & ad Bonę ſpei vſq; promontorium ſimul appulerant, vbi fœda tempeſtate deprehenſæ in diuerſa delatæ ſunt, tres S. Mariæ inſulam tenuerunt, aliæ quinq; Docernam inſulam, quæ ad gradus circiter 20. cis æquatorem Madagaſcari aſſita, & ad Auſtrum obuerſa Hollandiæ magnitudine par ſtationem nauigiis fidam præbet. C

Hollandia deſcribitur.

Ea partim montibus aſpera, & proceris arboribus ſtipite nigro & leui oſſium duritie denſa eſt, partim in ęqua, & plana camporum patet, columbis, pſittacis, & piſcibus fœlix, vbi teſtudines viſæ, quæ decem homines inſidentes dorſo caperent, palmitum ferax tam ſuaui ſucco, vt eo pro vino Indi vtantur, amœno cœlo; vberi ſolo à cultoribus vaſta. Tres naues ad S. Mariæ inſulam alieno anni tempore fructibus immaturis in anchoris hærentes oriſæ aliquid repperetunt, inde in ſinum Antongilenſem delatæ aqua recenti dolia replerunt. Mox Iauam curſu petunt, & Bantamum exeunte anno appellunt, vbi Rege puero, & Cephate Prorege poculo argenteo inaurato, & aliis munuſculis delinitis, gallinas, oua, nuces Indicas, placentas ex oryza piſta, & vinum Chinenſe tam vili pretio mutarunt, vt quiſque cochleari ſtanneo victum in hebdomadem ſibi pararet. Coemptis ad Bantamum aromatis quatuor naues onuſtæ reditum adornant, iterque mox ingreſſæ quindecim menſibus omne iter quod octo millia milliarium Germanicorum implet emenſæ ſunt. D

Iaua inſula & earũ incolæ.

Reliquæ naues Iauæ inſulæ longè maxima littora legẽtes ad Tubam eiuſdem inſulæ maritimum oppidum anchoras iaciunt, cuius Rex totius Iauæ potentiſſimus ingenti comitatu pomparicè procedit. Incolarum merces ſunt veſtes ſericæ, vndulatæ, & goſſypinæ, piper, macis, nuces myriſticæ, caryophylla. Medium corpus panno goſſypino tegunt, cætera nudi. Nobiles tunicis holoſericis vndulatis, & falcato ad latus enſe inſignes ſunt. Omnes quibus domi res lautior eſt, equos alunt noſtratibus longè minores, exilibus cruribus pernices, quos ephippiis holoſericis, & ad fræna lapillis candidis ornant, ocreati equitant, & equos peritè in gyrum agunt, aut ad curſum incitant. Tuba ſoluentes ad Maduram inſulam appellunt, oriſa copioſam. E

Inde Vltraiectina, & Amſtelrodamenſis naues Arosbaiam Maduræ oppidulum curſu petunt, & è ſuis aliquot in terram exponunt emendis commeatibus, quos inſulani armis, veſtibuſq; nudatos in carcerem abripiunt. Id maris præfecto gnarum, qui Iorta reliquas naues euocat, & centum 50. ſclopetarios in oppidum irrumpere iubet, à quibus aliquot inſulani cæſi. Sed vento derepente ſæuiente vigintiquinque ex eo numero ſcaphis euerſis occubuerunt, alij manu capti bis mille Ioachimicis Germanicis redempti ſunt. F

Cùm

A Cùm ad eam inſulam res parum ſuccederet, Amboinam Moluccis finitimam appellunt. Ea caryophyllis, malis citriis, & medicis, cannis ſacchari, aliiſque id genus aromatis opulenta, quorum tanta ibi eſt vilitas, vt octoginta mala aurea globulo ſtanneo mutata ſint. Ibi honorificè, & amicè accepti domum mercibus inferendis accipiunt, & Geldricam, ac Zelandicam naues Bandam inſulam in Moluccis celeberrimam mittunt, vbi magnus aromatum, quæ ex Iaua, Malacca, & China importantur, mercatus eſt. Incolæ Mahometæ ſectam ſequuntur, inteſtinis diſſidiis laborant, nauigia bello inſtruunt. Duæ aliæ naues Amboina Ternatem Moluccarum inſulam, quæ milliaribus duodeuiginti à Banda recedit, aduentant. Ea frugum, & oryzæ inops, aromatum fetax eſt. Indigenæ à Luſitanis abhorrent, & cum iis bellum gerunt. Inde aromatis coemptis domum iter affectant, quò anno 1600. incolumes redierunt. *Amboina inſula quæ.*

B Huius anni auſpiciis, cùm fluuij, & lacunæ glacie ſtarent, Ludouicus Naſſauius Vachtendoncam Geldriæ oppidum ſuis per foſſam gelu rigentem immiſſis deditione cepit. Albertus milite ob ſtipendia non ſoluta tumultuante, & vicos, agroſque populationibus fœdante, animo plurimum angebatur. Miles Geldricis oppidis excluſus Aumontium Leodienſis ditionis pagum irrupit, & muniit, vnde vagis excurſibus finitima loca infeſta habebat. *Vachtēdonca à Ludouico Naſſauio capitur.*

Dum in eo ſunt, XV. Kalendas Apriles Mauricius Creuecoram propugnaculum quatuor Gallobelgarum ſignis inſeſſum ad deditionem tumultuario exercitu cogit, quorum duo ſigna Batauis ſacramento dixerunt, duo ſigna in Alberti fide manſerunt, & in arcem S. Andreæ ſe receperunt, quam Mauricius obſidione cingit, & foſſam qua Vahalis fluuius ad arcem ſinuatur, duci iubet, quæ inferius cum Vahali commiſſa militari laſciuia Crux S. Andreæ dicta eſt, inde perfoſſis aggeribus plana omnia cluuione aquarum ad Syluam vſque Ducis reſtagnarunt. *Creuecora à Mauricio capta.*

C Cùm igitur viæ obſeptæ eſſent, Hiſpani Barlotta, & Ludouico Velaſco ductoribus obſidionem ſoluere tentarunt, quæ tentatio in irritum cecidit: quare obſeſſi Mauricio irruptionem parante centum viginti quinque aureorum millibus ſtipendij nomine ab Alberto non ſoluti acceptis deditione facta, in partes plerique tranſierunt, magno belli paratu, & decem atque octo muralibus tormentis, quæ præſidio erant, traditis.

Sub initium eiuſdem anni Michael Valachiæ Vaiuoda, qui Cæſaris nomine Cardinalem Bathorium oppreſſerat, ſucceſſu ferox à Turco per legatos muneribus ambitur, in cuius partes pronior viſus.

D Interim Sigiſmundus Tranſſyluaniæ Dux Moldauis, ac Polonis copiis auctus, ad Iſtrum fluuium haud procul ab Ortuuo caſtello cum Valacho iuſto prœlio collatis ſignis funditur, & octo ſuorum millibus cæſis Moldauia excedit, quam Valachus in verba Cæſaris adigit, & Tranſſyluaniæ inhians, cùm Georgio Baſtæ parere iuberetur, carnificina in Tranſſyluaniæ Principes multis locis exercita, Cæſaris fidem abrumpit: quo per exploratores cognito Baſta Viſeburgi Hungaricis copiis circumuentum fugat, qui ſuis dilabentibus, abiecta ſpe, Viennam ad Cæſaris clementiam cum vxore & filiis confugit, Valachi à Polonis oppreſſi, oratores ad Georgium Baſtam mittunt, qui ſe in Cæſaris poteſtate futuros dicerent, arceret modò Polonos, & ſibi ſuppetias ferret.

E Inter hæc Archidux Bruxellis comitia ordinum habet, ex Hiſpania ducena quinquagena ducatorum millia in ſingulos menſes ſibi decreta eſſe oſtendit, quæ ad tolerandos belli ſumptus ex prouinciatum opibus ſuppleri debeant. Decretum, vt ſtipendia militi tumultuanti vnde vnde proſpicerentur, Oſtendæ obſidio omni ope vrgeretur, quam Mauricius vt ſolueret, claſſem bis mille nauium in Zelandiam trahit, in Flandriæ ora Philippinam munimentum vi capit, expoſitos in terram milites recenſet, erant in exercitu duo equitum, duodeuiginti peditum millia numeratis ſtipendiis militem in hoſtem ducit, Vdenburgum, & Brendidiquium munimenta præſidiariis dilapſis ſui iuris facit, & Bredena, Plaſſendala, Alberto, propugnaculis receptis Nuporti portū vi capit, & munimentis excitatis ad Oſtendam ſibi viam facit. *Archidux Bruxellis comitia ordinis habet.* *Oſtendæ obſidio.*

F Archidux Mauricium oceano, & aduerſis vrbibus circumuentum inedia confici poſſe ratus, tumultum militum præſenti pecunia ſedat, copias vndique cogit. Iſabella ipſa ducis munia implet, Hiſpanoſque ad gentile decus tuendum hortatur. Kalendis Iulij Albertus Vdenburgum ducit, & deditione recipit. Inde munimentum Snaskercanum Scotis præſidiariis cæſis intercipit, Hiſpanis præter fas gentium, & deditionis leges immaniter ſæuientibus.

Mauricius ratus id quod res erat, Archiducem itinera infeſſurum, Erneſto Naſſauio

duo millia Scotorum peditum,& turmas aliquot equitum cum duobus campeſtribus tor- A
mentis attribuit, qui pontem inter Vdeburgum, & propugnaculum Albertinum hoſtibus
eriperent, à quibus pertinaci pugna fuſus Erneſtus, tormentis, & militaribus ſignis exutus
eſt. Mauricius tẽtato vado cùm relabente matis æſtu tranſitum facilem eſſe animaduertiſ-
ſet, equites primùm, deinde copias omnes in vlteriorem ripam tranſmiſit, & inſtructa
in litore acie, naues in altum ſubducere ſe iuſſit, vt fugæ ſpe abſciſſa, milites fortiùs pu-
gnarent.

Mauricij exercitus ordinatur.

Dextræ equitum alæ Ludouicus Naſſauuius cum 4. turmis præerat, ſiniſtrã Baxius cum
totidem turmis ducebat, inter hæc duo cornua legio Anglicana cum duobus Naſſauuiis &
Hottenloij prætoriis ſignis, & Friſiorũ cohorte in procinctu ſterit, Eberhardo Comite Sol-
menſi duce, qui primam aciem regebat. In ſecunda acie Fridericus Comes Solmenſis dex-
trum equitum cornu quatuor turmarum, ſiniſtrum Gothardus Balenius cum tribus equi- B
tum turmis ducebant. Inter hæc cornua, legiones, Francica, & Gallobelgica, Daniele Mar-
queto ductore cum Heluetiis mediam aciem conſtituebant, vbi Mauricius ipſe ſubſtite-
rat. Extremum agmen tres equitum turmæ, peditum ſigna 27. Erneſto Naſſauuio duce
claudebant.

Archiducis exercitus ordinatio.

Archidux in fronte Hiſpanos, in media acie Gallobelgas, & Italos, Alphonſo
Daualo, Barlotta, & Baſtago Anglo ductoribus collocat, in vltima cie Germani ſubſe-
derant.

Sub meridiem concurritur. Ludouicus Naſſauuius, vt conuenerat, refert pedem, & inſe-
quentes ſeptingentos hoſtium equites in eum locum trahit, vbi machinarum ictibus, quas
in litore, loco commodo Mauricius collocauerat, exponerẽtur, quibus diſiecti inter tumu-
los arenarios ſe receperunt, relictis tormentis, quæ fatiſcentibus arenis hauſta ſunt. Quo C
loco diu anceps prœlij fortuna fuit, donec augente maris æſtu, reſtagnante litore, vtraque
acies, ſeruatis ordinibus, in plana camporum euaſit, vbi æqua manu diu pugnatum, cùm
equites Mauritij hoſte vrgente terga vertũnt, Friſiis fugientibus, & Anglis ad machinas vſ-
que ſuas repulſis, Mauricius prima acie fluctuante, aut veriùs diſiecta, ſecundam excitat, in
qua Gallobelgæ Hiſpanorum, quibus in oculos radij ſolis incurrebant, & ventus in os are-
nas ventilabat, impetum fregerunt.

Interea Mauricius nutantem aciem reſtituit, fugientes in prœlium impellit, Archiduce
obequitante, & ſuos ad rem ſtrenuè gerendam cohortante, qui cùm ab equite derelicti mul-
titudine incurrentium obruerentur, fugam capeſſunt, Mauriciani terga fugientium vrgent,
cædunt, fugant, toto camporum ęquore fit ſtrages. Hiſpanorum, & Italorum fortiſſimi qui-
que cadunt, Mendoza Arragoniæ maris præfectus, cum pleriſque aliis primariæ nobilitatis D
viuus in hoſtium poteſtatem venit, Archidux ipſe, & Aumalius aduerſo pectore vulnera
exceperunt. Gregariorum militum ad ſex millia deſiderata, è Mauricianis duo amplius
millia cecidêre. Archidux Brugas ſe recepit, vnde Neuportum mille ſexcentos pedites ſub-
ſidiò miſit.

Præcipua laus Mauricij, quòd locum pugnæ maximè idoneum ceperit ſolem, ventum-
que hoſtibus obiecerit, tormẽta locis opportunis diſpoſuerit, & alas equitum tam frequen-
tes ſparſerit, vt laborantibus quacunque opem facilè ferrent, & hoſtium latera perrum-
perent.

Mauricius Flãdria excedere cogitur.

Archiduce tamen loca omnia præſidiis firmante vt militem inedia fractum recrearet,
Mauricius Flandria excedere coactus eſt. Inde quarto Idus Iulij victorem exercitum, in quo
peditum decem & ſeptem, equitum tria millia erant, Reinbercam magnis itineribus ra- E
pit, & fluuium nauibus, ſupra oppidum inſidet, vt oppidanis exitum intercluderet. Vrbi Fer-
dinandus Daualus cum firmo præſidio impoſitus, commeatus vndique illati, naues ne hoſti
vſui eſſent demerſæ, eruptiones frequentes factæ, quibus Mauricij copiæ crebrò attritæ
ſunt. Is tamen, vt militiæ impiger erat, breui foſſas, & aggeres ad vrbem duxit, cuniculis &
tormentis mœnia ſubruit. Tum obſidibus vtrinque datis deditionis leges ſcriptæ, vt armis,
& ſarcinis ſaluis miles excederet. Inde Murſam vrbem à Duce Iuliacenſi, poſt Valpurgis
Comitiſſæ obitum, occupatam, deditione recipit.

Pappa præſidiariorum flagitiũ indignum.

Dum in eo ſunt, Galli, & Gallobelgæ, qui Pappam munitiſſimum Hungariæ propugna-
culum præſidio tenebant, per ſummum militiæ flagitium, quia ſtipendia in mora erant, du-
ces ſuos vinculis onerant, domos eorum diripiunt, Cæſaris vexilla, & propugnaculom ip-
ſum pretio Turcis addicunt, oppidanos omnis ætatis, & ſexus planſtris impoſitos, ac hoſti- F
bus deditos Veſprinium ablegant. Fama rei didita, Adolphus Schuartzembergius nouem
millia militum magnis itineribus eò rapit, propugnaculum machinis verberat, Molatrinam

ad

A ad Pappam vi capit, aquam incilibus è foſſis derinat, & ſubductis annonæ ſubſidiis transfugas premit, qui fame perditi, abrupta veniæ ſpe, nocturoa eruptione militem vino, ſomnoque ſepulrum adorri omnia cædibus implent, ipſumque Adolphum ſuis opem ferentem plumbea glande conſodiunt, in cuius locum Melchior Rederus ſuffectus, fuga ex vrbe dilapſos inſequitur, quorum alij cæſi, alij pelle oudati carnificinam omnem experti ſunt, alij palis infixi, quidam in rotis confracti, per artus exſpirarunt, nonnulli vocis tracti, aut lento igne cremati perierunr, ne perfidia in exemplum traheretur.

Tertio Non. Septembr. Turci Pappenſium ſupplicio exaſperati, Babotſiam oppidum ignauia præſidij dedirioue receperunt, Nonis Septembris Caniſiam corona cinxerunt, quos eruptione facta noſtri magna ſtrage ceciderunt. *Babotſia capta.*

Kal. Octobris Mercolius Lotharingæ gentis Dux à Cæſare ſummæ belli impoſirus, Mu- B ra fluuio tranſmiſſo præſidiariis ſubſidio adeſt, & rurmis aliquot hoſtium cæſis acie inſtructa prœlij copiam facit. Turci aggere, & vallo ſe contioent, & obſtructis itineribus anoonæ copias noſtris ſubtrahunt, quibus pedem reſerentibus, oppidum totius Stiriç munitiſſimum in poteſtatem hoſtium venit, præſidiariis vita, & ſortuoç in integro fuere. Paradiſetius oppidi præſectus, quia per ignauiam, aut perfidiam, Caniſiam dedideras, poſt annum dextra primùm, deinde capite truncatus eſt. *Mercolius à Cæſare ſumma belli in Turcos impoſitus.*

Dum Hungariæ res hoc turbine aguntur, Iacobus Scotiæ Rex capitis dimicationem adiit. Is anno 1565. decimo tertio Kal. Iulij Edimburgi, Henrico & Maria Sruartis, Scotorum regibus, inter pericula, & rurbas natus, Rex inſans anno 1567 graui, ac funeſto Reip. tempore proountiarus eſt, regnumq; diu ſine tumultu adminiſtrauit. Dum autem ſalconiæ venationi operam dat, Nonis Sextilibus, dilucefcente die, cùm inſcenſo equo ceruos de mo- C re agitaret, Alexander Ruuenus, Comitis Gouriæ frater, eum pernici equo conſequitur, & in genua præter conſuetudinem procidens, ſecrerum poſtular. Cùm Rex arbitris ſemotis, aures præberet, Superiori, ait ille, die, animi cauſa obambulanti mihi, quidã capite palliolaro occurrir, de quo cùm ſollicitè quærerem quid in loco auio, & ſolo id noctis ageret, quid veller, ille in ſilentium defixus cùm neque oculis, neque auribus, aut lingua ſatis competeret, mihi cogitati ſceleris ſuſpicionem mouit. Itaque propiùs hominem inſpicio, & ſinu qui turgidior viſus excuſſo vrnam ad os vſque auro refertam ſub ala deprehendo: ille interim ſui neſciens, & oculis ſtupens, rremere, cohorreſcere, quem nemine alio conſcio domum deductum, in interius conclaue vinctum abdidi, & hodie ipſo diluculo domo egreſſus, quanta potui celeritate huc ad tuam celſitudinem accurri, vr ſtaruas, an ſuper ea re amplius quærendum celſitudo tua exiſtimet. Ad ea Rex cùm gratias egiſſet quæſiit, an peregrini D nummi eſſent, an vir ille indigena videretur. Reſpondet ille, nummos peregrinos, ipſum hominem iodigenam videri, potuiſſe ad turbas io regoo conciendas aurum illud ab alienigenis importari. Rex dicto motus, Alexandro comitem adiungit, monetque, vt homioem vrbis Perthi iudicibus dedar, qui legibus eum interrogent: deinde in equum inſilit, indagine canum ceruum ſecututus, mox Alexandri verba eum animo altius expendens, eum per equitem ad ſe vocat, qui de animo Regis dubius, ad fratrem hominem conſilij ſocium miſerat. Rex Alexandro ſignificat ſe peracta venatione Perthum ocyùs iturum. *Iacobus Scotiæ Rex capitis dimicationem adit.*

Itaque appetente meridie eodem equo quem venatu ſatigarat, oe enſe quidem ſumpto, Rex tam celeri gradu properauit, vt equus recens integrum milliare pleno eum curſu ſequi coactus ſit, Aulici non ante Regem aſſecuti ſiot, quàm Perthum manu penè contingerent. Alexander interim Regem monebat, vr Lenoxiæ Ducẽ, & Marchiç Comitem à ſe dimitte- E ret, rem ranto comitatu commodè tranſigi non poſſe: quæ verba Regem, cùm iuueni neque color, neque vultus conſtaret, anxium habuerunt, & ſuſpicacem animum in varias cogitationes traxerunt, quas ille Duci Lenoxiæ aperuit, & vt lateri ſuo comes indiuiſus hæreret, admonuir. Alexander rem ingratè habuit, & Regi ſoli theſauri copiam, & aſpectum datum iri aſſeuerauit: vnde Rex inſidias animo præcipieos, ſe temere periculo commiſſurum oegar, cui aduentanti Comes Gouriæ Alexandri frater octoginta equitibus ſeptus obuiam procedit, & prandium ſatis ieiunè inſtruit, nec ante aulicos ad prandium vocat, quàm Regi ſecundæ menſæ apponerentur. Indoluit Rex Comites ſuos tam frigido epulo excipi, quod Gouriæ Comes inexſpectato tanti hoſpitis aduentu excuſatum voluit. Dum Aulici prandent, Alexander Regem ad theſaurum vocat, qui ne incomitatus iret, Areſcinum equitem veſtigia ſua premere iubet.

F Interim inſcenſa cochlea Rex, per quatuor cubicula ſecotus, Alexaodro ianuas in tranſitu obſerante, in cellulam deducitur, vbi hominem ooo vinctum, ſed pugione armatum obuium habet. Alexander ianua occluſa eum pugione in Regem inſilit, Et hic gladius, in-

quit, de patre meo contra ius à te interempto pœnas exiget. Rex hominem eloquentia qua A
plurimum valet de ſententia adeò deduxit, vt de eius vita nihil ſequius ſe cogitaturum affirmaret, vocem modò nullam ederet, ſe interim fratrem aditurum, cuius arbitrio res ſtaret, & ipſe tunc cum dicto ad fratrem egreditur, qui aulicis Regem iamdudum abiiſſe confirmat, mox Alexander à fratre reuerſus vincula manibus Regis iniicere conatur, quæ Rex auerſatus dextra gladium eius premit, ſiniſtra fauces inuolat, & diu luctatus repugnantem valida vi ad feneſtram apertam trahit, & capite, ac brachio exertis, ſibi vim adferri exclamat.

Eà tum fortè Dux Lenoxiæ, & Comes Marciæ tranſibant, qui voce Regis cognita, omnes vno impetu per ianuam irrumpunt, & iter ad Regem moliuntur, quos Gouriæ Comes occulto aditu anteuertit. Rex diu cum parricida luctatus Alexandri caput ſub ala interceperat, & gladio quem manibus extorſerat, hominem confodere intra cellulæ oſtium medi- B
tabatur, cùm ecce tibi Ioannes Ramiſæus derepente aduolat, qui Alexandrum pugione geminato ictu confoſſum, per gradus cochleæ præcipitem deuoluit. Comes Gouriæ Thomæ Areſcino equiti, qui audita Regis voce, intrò ſe proripuerat, manu fauces eliſit: ſed à famulo liberatus, cum Hugone Hereſio equite ad Regem accurrit, in quos Gouriæ Comes armata ſatellitum manu inſilit, & mortem intentat. Illi Regem ante omnia inuitum in cellulam abdunt, foreſq; obſerant, & quarto ad opem accedente, quatuor cum Comite Gouriæ, & ſeptem eius famulis manus conſerunt, & Gouria Ramiſæi manu confoſſo famulos vulneribus graues per cochleæ gradus impellunt, ac proturbant. Interim Lenoxiæ Dux aditu per quem Rex aſcenderat, malleis, & ſecuribus aperto, Regem periculo exemptum perduellibus cæſis inuenit. Rex è feneſtra ſe populo ſpe- C
ctandum præbet, & Deum pro victoria ſupplex ſalutat. Hic anni 1600. exitus fuit.

***

IVLII CÆSARIS BVLENGERI HISTORIARVM

LIBER VNDECIMVS.

A ANNO 1601. Galliæ Rex Lugduni, Ducis Sabaudiæ legatis, quibus belli quocunque modo componendi diligentia permiſſa erat, æquiſſimum ſe præbuit, & ea lege paci annuit, vt reſtituto Marchionatu belli ſumptus, cui Ducis iniuria cauſam dederat, refundantur, aut Marchionatus Seguſiano agro mutetur, cùm interim rumor ditus, Geneuenſes eruptione ex vrbe facta, S. Catharinę propugnaculum ſibi aduerſum, & exitioſum ſolo æquaſſe, vt nulla eius veſtigia extarent, quo nuntio Aldobrandinus ira percuſſus eſt, vt extemplo abitum pararet, oratores arma Germaniç, & Hiſpaniæ minarentur. Ronius Lutetiam ad bellum inſtaurandum excurreret.

Pax inter Henricum IV. & Sabaudiæ Ducem.

Cùm omnia in turbido eſſent, legatus Hiſpaniæ Mediolano timens, quòd à Ludouico XII. Franciæ Rege vi & armis receptum, Saluſſiano agro Gallis obſtructum ſperabatur, in
B faciem pacis venit, tabulas fœderis in verba Galliæ Regis ſcribit, & per Sabaudiæ legatos ſignat, pax optata coaleſcit, Arx Seguſiana præſidiariis fame confectis Bironio accedit, quæ vnica pacis firmandæ ratio fuit, Duce rebus depoſitis ad mitiora conſilia traducto.

In Seguſiano agro Burgum primaria ciuitas Gallici fori formam induit, & præfectura Præſidialis conſtituitur, ad quam minora tribunalia prouocarent, à qua Curia Diuionenſis appellaretur. In eum agrum, ſolemnia Sanctiſſimæ miſſæ, quæ propter Geneuæ viciniam diu exulatunt, ſtatim vt Gallici iuris eſſe cœpit, poſtliminio redierunt. Geneuenſis epiſcopus ſolio tandiu excluſus, in proximo oppidulo ſedem poſuit, & edicti Nannetenſis vindiciis, ſi non in integrum, certè in tenues aliquos reditus reſtitutus eſt.

Burgũ Gallici fori formã induit.

Nummus Sabaudiæ Ducis exſculpto centauro inuerſum humi diadema conculcante, vt afflictam ſub Henrico III. Gallici regni maieſtatem innueret, ab Henrico IV. alio num-
C mo repenſus eſt, quo Hercules impreſſo pede centaurum proſtratum, & anhelantem calcans exſculptus erat. Ita inane ludibrium veraci ludibrio coercitum.

Nummus Sabaudiæ Ducis in quo centaurus exſculptus alio nummo ab Henrico IV. repenſus.

Id temporis Aſtolphus Vignacurius ex nobili familia in Morinis natus, Rhodius eques, ordinis ærario in Gallia præfectus, cùm ad rationes Melitē eſſet euocatus, Ephemeridem, & fidem vniuerſo ordini rationibus deductis tanta cõmendatione probauit, vt per interregnũ omnibus equitũ ſuffragiis ad magiſterium ordinis vocatus ſit. Lodoica Lotharinga Henrici III. vidua ſeruati pudoris fœmina, ſine culpa, ſine fabula, quod in fœminis principibus rarum eſt, ineuntis anni auſpiciis, ex hac infelici ad felicem vitam migrauit. Ea ſucceſſerat in res dotales Eliſabethæ viduæ Caroli IX inter quas Boiorum dirio principem locum tenet, vbi reliquum æui, luxum aulæ exoſa, religioſè ac piè exegit. Tabulis teſtamenti hæredem damnauerat, vt virginibus ordinis S. Franciſci ſeuerioris, Auarici Biturigum, dotali
D ſolo, cœnobium conderet, quod à filia Ducis Mercolij hærede multo ampliori ſumptu matris miniſterio, & liberalitate perfectum eſt, condito cœnobio in Lutetiæ ſuburbio, quod in matrice vrbe multo ad pietatem commodius Pontifici viſum erat. Aureliani ſæculari peccatorum venia propoſita, per Iubilei anni indulgentiam, tantus ex omni Gallia populi concurſus fuit, tanta largitio, vt Sanctæ crucis ædes quæ inteſtinis bellorum incendiis, à ſe-

ctariis

ctariis deiecta erat,ad priſtinam magnificentiam inſtaurata ſit,quod opus artificio,& mole, A
pilarumque numero viſendum.

Eadem pietate inſequenti anno Franciſcanorum ampliſſima ædes , quæ igne graui cun-
ciderat,Lutetiæ reſtituta,& in maius,ac luculentius aucta eſt.

In Hiſpania Rupipotius,Regis Galliæ orator,torquatæ militiæ eques parum ſanctè,& re-
religioſè habitus eſt,cuius contubernales cùm natatu in fluuio æſtum mollirent,& ab indi-
genis per laſciuiã dictis peterentur, ocyus ex aquis emergũt, & ſumptis interulis ſtricto en-
ſe dicta factis refutant,Hiſpanos aliquot nobiles infeſtis gladiis concurrre auſos,confodiũt,
& victoria læti in oratoris Prætorium,velut in aſylum,confugiunt,tota vrbe tumultus exci-
tus,quæſtor rerum capitalium contra fas gentium in legati prætorium inſilit , noxios per
vim abripit,& in cuſtodiam tradit.Rex Galliæ in legati iniuria violatus apud Hiſpaniæ Re-
gem conqueritur,commerciis cum Hiſpano interdicit,ad bellum omnia prona erant, cùm B
vinctis carcere emiſſis , & Romam traductis , Clemente octauo Pontifice auctoritatem in-
terponente noxiæ ſatisfactum.

Veneti Henrico IV. de pace firmata & coniugio cõtracto per legatos gratulatur.

Inter hæc Veneti Donatum,& Delphium patricios,S.Marci quæſtores,Regi gratulatum,
deuictis hoſtibus , pace toto regno firmata , felici coniugio contracto , oratores mittunt,
quibus Lutetiæ,& in regia fontis Bellæi honor habitus. Byzantio item à Turco miſſus ora-
tor à fide perfuga Maſſiliẽſis, rebus Turcicis in Hungaria,& Perſide attritis, cum Chriſtia-
nis inducias Rege conciliatore,rogabat,pugionem & enſem capulo,vigináque ſolido auro
ſtantibus, pyropis ardente,cum conis ex ardearum pennis,vnionibus,& gemmis interſtin-
ctis muneri attulit.Conqueſtus à Duce Mercolio regni indigena domini ſui res infenſari, à
Rege audiit, Mercolium Autraſia ortum in Cæſaris clientela eſſe , & operæ militaris ei iure
teneri,indignante Rege Anglos, Belgas, Batauos , qui Galliæ lilia præferunt,& pro vexillis C
habent,ipſos etiam Gallos , à Turcis prædonibus ſpoliari , & captos in Africam venales de-
portari,quæ latrocinia niſi coerceantur,fœdus,& amicitiam renuntiaturum, de induciis in
Hungaria quod roget ſe per oratores apud Cæſarem perfecturum.

Fuit & nobilis Bironij,cum Aruerniæ Comite,& Crequio in Angliam legatio,vbi Regi-
na ſublimi ſolio ſedente , Bironius cùm humiliori ſella ſubſidêre iuberetur , indignam loco
ſuo,& legati nomine,quod ſuſtinebat ratus,abnuit,quare Eliſabetha cauſata æſtum de ſolio
exſcendens manu apprehenſum ad feneſtram vt frigus captaret deduxit , & ſermonem diu
conſociauit , tum Comitem Auerniæ agnitum primo loco ſemper habuit , Bironium poſt
regias opes oſtentatas in penetrale lararium introducit,& Comitis Eſſexij caluam inter alias
plures,digito ſignat,additque,Hæc eos pœna manet,qui à regibus ad honores euecti ab iiſ-
dem per flagitium deficiunt. D

Ludouici XIII. natalitia.

Interim Galliæ Regina puerperij doloribus in Regia Fontis Bellei tentata , principibus
ex veteri Galliæ inſtituto parturienti aſtantibus , ne quis pro fœmina marem ſuppoſitum
crederet, Delphinum felici partu enixa eſt, qui Ludouici XIII.nomine, ad regni guberna-
cula hodie ſedet.

Id temporis in ætarij publici Vulturios edictum propoſitum , Iudices rerum capitalium
ex omnibus Pariſienſis Curiæ claſſibus delecti,in fortunas, non capita vindicatum,nimium
molli exemplo:fiducia illis data modica parte prædæ immodicos peculatus redimi poſſe.

Tum & Seguſiani Allobrogis obſequio ſoluti , Regi Galliæ ſacramento dixere, Edicto
cautum , ne extra regni fines , regni aurum , argentúmque factum & infectum exportetur,
adhibitis ad exitus regni cum emiſſariis oculis indicibus. Itidem ne aurum , argentumue
in textiles operas inducerentur , quod huiuſmodi opificiis magnum rei nummariæ inter- E
trimentum fiat,modus fœnebri pecuniæ poſitus , ne nobilitas bellorum ſumptibus exhau-
ſta,ſenſim à Calendariis,aut annariis creditoribus exederetur, vſuræ, & menſulariorum at-
tes coërcitæ,quæ ex Italia in Galliam peſſimo exemplo irrepſerant.

Fœderi inter Chriſtianiſſimum Regem , & Sabaudiæ Ducem ſacramenti religio tum
temporis acceſſit. Rex enim Lutetiæ in æde Cœleſtinorum apud Sabaudiæ oratores magno
Patrum conſeſſu, Dux Taurini fœdus iureiurãdo ſanctè & religioſè firmarunt,quod inuio-
latum,ac perpetuum fore auguramur.

Nato Regi filio , cùm pax in Gallia immota eſſet , ad veteres amicitias alendas , aut no-
uas deuinciendas , Berthunius Romam ad Pontificem Max. Barraldus primariæ in Aqui-
tania nobilitatis ad Hiſpaniæ Regem, Freſneius Canayus Venetias, Belmontius Harlæi Se-
natus Pariſienſis filius in Angliam oratores miſſi ſunt, & ampliſſimum munus ex dignitate F
omnes ſuſtinuerunt.

Inter hæc Carolus Sudermaniæ Dux , Liuonia peragrata, pluribus propugnaculis vi aut
deditione

A deditione captis, Polonis Suecia pulſis, cùm ei res ſupra votum fluerent, Coquoultſium ad Coquehuſam obuium habet, qui valida Polonorum manu cum eo concurrit, & Suecos magna clade ſternit, cui mox Carolus ad Vendam gratiam repoſuit, copiis eius occidione cæſis, ipſo Coqueuitſio, & primariis Ducibus captis, cuius gladis nuntio Ioannes Samoſcius magnus Poloniæ Cancellarius, de conſilij ſententia expeditionem in eum mouet, per clarigatores bellum internecinum indicit, & diem prœlio dicit. Carolus iniuria offenſus, cognito Polonos caſtris locum cepiſſe, paludibus, & fluuio vndique clauſos, vbi ſecurè incuriosſis vigiliis agerent, nouem lectiſſimorum militum millia fluuium de nocte tranſmittit, & in hoſtes periculi ſecuros ex improuiſo impetum facit, quos ſomno, vinoque languidos cædit, & caſtris exuit, mox ſoluta Rigæ obſidione propter hyemis inclementiam in Sueciam redit.

Carolus Sudermania Dux Liuoniam peragrat.

B Dum in eo ſunt Tranſſyluaniæ proceres, qui à Sigiſmundi Bathorij partibus ſtabant, Comitiis Clauſeburgi habitis, omnibus qui à Cæſare faciebant in cuſtodiam traditis, in verba Sigiſmundi iurant, & ei principatum reſtituendum pronuntiant, miſſis ad eum è Moldauia retrahendum nuntiis; per abſentiam eius Thchiacum claris natalibus, ingenio ſæuo, & ambitu perditum, regno præficiunt. Is Michaelis Vaiuodæ, qui tum in Cæſaris comitatu erat, vxorem & filium in vincula trahit, & cladium omnium inuidiam in eum exonerat. Cui malo longius gliſcenti Baſta Cæſaris legatus vt obuiam iret, Tranſſyluaniæ excedit, Bathorius è Moldauia in Tranſſyluaniam exiguo comitatu redux, Viuaram à Rubirio recipit, & apud Cæſarem per oratores factum excuſat. Cæſar tot iniuriis violat, S. Michaelem Vaiuodam pecunia, & copiis inſtructum, conſiliis cum Baſta coniunctis, Tranſſyluaniam ad obſequium addocere iubet. Bathorius quadraginta quinque millibus equitum, & valido
C peditatu firmus, caſtellis aliquot vi captis in Baſtam, & Michaelem, dum adhuc inualidi ſunt, priùs quam ſubſidiis augeantur, ducit. Illi velitationibus tempus extrahunt, & aggere ſe claudunt, donec Sileſiorum vires in caſtra coeant, quarum ſubſidio freti Kalendis Sextilibus vtrinque aciem inſtruunt: inde Gallobelgæ conferto agmine gradum inferunt, & cuneos hoſtium perrumpunt. Baſta cum valida manu, Vaiuoda cum validiori vim faciunt, & diſiectis ordinibus Bathorio milites ferro demetunt, quorum ſupra decem millia deſiderata, ex Cæſarianis ægrè centum cecidère: victoriam maximè tormentis accepto lata eſt, quæ commodo loco à Baſta poſita, è colle clementi iugo hoſtium ordines perrupetunt, Bathorij machinæ ex arduo monte ſine noxa fulminarunt, cùm ferrei globi ſupra militum capita irrito ictu ferrentur. Ingens præda militi acceſſit, qui victoria tumens Clauſeburgum ex pacto capit, ciues qui per flagitium Cæſaris fidem exuerant, magna pecuniæ
D vi mulctati, Michaël quia malo ambitu nefaria conſilia cum Turcis agitabat, à Gallobelga quodam in tumultu Baſtæ iuſſu trucidatus eſt. Sub eius pellibus repertæ literæ, quibus perfidia reuicta. Valachi factum probarunt, & Cæſaris ſacramento acceſſerunt. Baſta ſæuiente hyeme totam penè Tranſſyluaniam Cæſari reſtituit, Bathorius exſpes, inops, ſolitudines, & auia ſequutus eſt.

Sub id in Anglia Comes Eſſexius, quem formæ dignitas, & munditiæ validiorem in Reginæ amicitia fecerant, cùm ex intimis libidinibus aſſumptus eſſet, vir animi immodicus, rebus bello geſtis clarus, cui Domina ſummam rerum penè crediderat, vt res hominum ſumma inconſtantia fluunt, ac refluunt, gratia excidit, & inuidia gliſcente, incertum quibus de cauſis, ſpeciem magis in Reginæ amicitia, quàm vim tenuit. Ante omnia vt aula faceſceret, in Hiberniam mittitur, honeſta ſpecie, vt cum Comite Tyroneo bellum gere-
E ret, qui cum accolis Catholicæ fidei iura mordicus tuebatur, acciris in auxilium Hiſpanis, quorum tandem incolæ pertæſi, ne ſpecie pietatis libertate, & imperio exciderent iugum excuſſerunt. Tyroneus populi ſtudiis fauens, cum Comite Eſſexio dubius belli, pacis rationes agitat. Ille Reginæ animum de pace explorat, & conſilia hoſtium aperit. Res aduerſo rumore accepta eſt, Eſſexium Hiberniæ imperio inhiare, ei cum Tyroneo bene conuenire, pacta de fide Catholica, & inſulæ dominio intercedere, manifeſti transfugij hominem teneri. Quod vt ipſe præſens dilueret, in Angliam redux, in ipſam regiam neſcia, & inconſulta Regina mulierum ſuaſu, quæ in gynecæo miniſtrabant, ſe inſinuat, præſentiam ſuam omni alia aduocatione validiorem fore ratus, & ad genua Reginæ orto iam ſole, dum comitur, & ornatur, procumbit. Exhorruit illa inopinato aſpectu hominis, & inſidias verita. Quid iſta ſibi vult, inquit, inſolens irruptio, num & caput, & ſceptrum meum inter mu-
F lieres appetis.

Eſſexij Comitis tragœdia.

Ille contra genibus aduolutus, innocentiæ ſe præſcriptione tueri, crimen deprecari, aduerſorum inuidiam onerare, incomitatum ex Hiberna veniſſe, vt crimina purgaret, & ſe

fortu

fortunáſque ſuas Reginæ ac Dominæ ſuæ vtcunque in ſe animata eſſet, ſubmitteret. Illa A grauiùs excandeſcere, & famulis indignari, quæ aditum ad ſe imparatam, & penè nudam ſuſpectæ fidei homini dedetant. Eſſexius offenſæ conſcientia, in Hiberniam abit, vnde mox Reginæ literis alio in prouinciam ſuffecto reuocatur, tanto gentilium eius plauſu, & plebis acclamatione, ac concurſu, vt Reginæ ipſi terrori fuerit. Monitus deinde, vt ſaluti conſuleret, iactam de ſuo capite aleam, in villam ſe recipit, quò Regina miſit qui animum eius explorarent, ille ambitu & vecordia præceps miſſos in vinculis habet, mox Londinum regreditur armata manu ſummo nobilitatis concurſu, populo fauſta paſſim acclamante, vt ſi plus audentiæ habuiſſet, vrbem potiti, & Reginam ſolio pellere potuerit. Illa initiis obſiſtendum rata, & peſtem in ipſo ortu opprimendam, vt initia prouenerint, famam in cætera fore programmate publico præconis voce Comitem, & omnes eius ſocios perduellionis damnat, quæ vox, vt in vulgus mutabile, & varium exiit, omnes diffugiunt, mira apud Co- B mitem ſolitudo, iuridici hominem perſequuntur, qui celoce prono fluuio in proximam villam euolauit, vbi derepente obſeſſus, in poteſtatem vltrò venit, & cum ſceleris populatibus in carcerem compingitur, ex vinculis cauſam dicit, capitis damnatur, fruſtra Deum teſtatus, de ſalute Reginæ nihil vnquam ſequins ſe cogitaſſe, ſed ſibi munimentum aduerſus inimicos conquirere voluiſſe. Cùm ſermonem in longum extraheret, ſecuri percutitur. Amici qui vincto intimi, & continui erant, etiam damnato ſi veniam rogaret ſalutis fidem faciebant, tradito enim Angliç more poſt capitis ſententiam in multos dies ſeruatus eſt. Ille pręfractè abnuit, & ſe quem innocentia tegeret, nocentium auxilio non vſurum oſtendit.

Oſtenda ab Archiduce omnibus machinis oppugnatur. Dum hæc tragœdia luditur, in Belgio Archidux omnibus machinis Oſtendam oppugnabat. Id oppidum Flandriæ maritimum eſt, tertio à Nupotto lapide, decimo quinto à Brugis. Pagus quondam fuit, ſed per initia ciuilium tumultuum ab Ordinibus loci oppor- C tunitatem ſecutis leuibus primùm, deinde firmis operibus muniri cœptus eſt. Fluuio enim alluitur, Ipperleam vocant, qui ſinum, & portum nauigiis tutum eò loci facit, vbi in mare ſe exonerat.

Oſtendæ ſitus. Oppidum eſt mediocre, cuius ambitus tria vix paſſuum millia impleat, incolis non infrequens, in quo tria olim ciuium millia cenſa, hodie vix trecenti numerantur. Duplici foſſa, multiplici aggere cingitur, tanta altitudine, vt aſcenſus abruptus ſit. Quà mare ſpectat, refluente æſtu munimento nudum eſt, affluente muniriſſimum. Portus ad occaſum ſe porrigit, ſinu alto, & nauigiorum capaci, quæ tutò, vtcunq; magna, ſubeunt, & exeunt. Breuis inde in Zelandiam, Galliam, & Angliam traiectus. Id oppidum Ordines Anglis pignori oppoſuêre, qui præſidio impoſiti, finitimos agros excurſionibus vexant, & vicos pagos, oppida tributis onerant. Quod dedecus Archidux vt premeret, Ordinum rogatu vrbem obſi- D det, caſtella in ambitum exſtruit, & propugnaculis, velut indagine cingit, impoſito præſidio, vt populationes arceret. Id cùm è ſententia non procederet, anno 1561. octauo Kal. Sextiles admoto ad vrbem exercitu obſidium cœprat, & obſeſſis veteris portus vſum eripit. Oppidani in opus continui, & inuicti nouum ſibi portum aperiunt, & perfoſſis aggeribus, aquis exundantibus, hoſtes ita ſummouēt, vt oppido ipſi maius ab vndarum impulſu, quàm hoſtium, periculum imminetet. Tanta autem vtrinque tormentorum vi per initia certatum eſt, vt menſe nondum exacto quinquagies mille in vrbem pilæ ferreæ, vicies mille ab vrbe in caſtra contortę ſint. Præſidia vrbis milite vndique confluente in tantum aucta ſunt, vt de numero cum hoſte penè certarent.

Sylua Ducis tentata. Sub id Mauritius Hiſpanos qui Vertæum Brabantiæ oppidum, quia ſtipendia non repręſentabantur, per tumultum inſederant, præſenti pecunia tentare, & à fide auertere conatus E eſt, quæ tentatio cùm in irritum ceſſiſſet, octo peditum millia, equitum bis mille quingentos Syluam Ducis tapit, & vrbem fulminat. In ea equitum, peditumq; mediocre præſidium Comite Vandembergio pręfecto, ad cuius copias Grobbendoccius eques illuſtris quinquaginta equites aggregarat. In vrbe de nocte per vias lucernæ accenſæ, aquam quiſque domi reſtinguendis incendiis comportarat, ciues ipſi militum munera ſedulò fungebantur, & in opere multi erant, aggeres exſtruunrur, intus foſſæ ducuntur, munitiones excitantur, cùm viri, fœminæ, pueri, puellæ vno animo in opus incumberent, pro Vuchtenſi porta diuiduæ lunæ forma vallum pro munimento aggerant. Hoſtes catena ferrea magni operis quę portæ obtenta erat ferreis globis perrupta ponte foſſam ſternunt, qui faſcibus, & ſtramine ſubiectis, à ciuibus exuſtus eſt.

Sexto Idus Nouemb. ipſo diluculo trecenti milites Grania ſubſidio miſſi in vrbem ſine F offenſione ſe inſinuant, quorum aduentu ciuibus animi creuêre, in quos igniti globi excitando incendio à Mauricio miſſi fruſtra fuere, quòd domus lateritiæ imbrice coctò, vel fer-

teis

A reis laminis tectæ eſſent, ipſa tabulata paſſim arena ſtrata erant. Mox præſidio mille alij pedites tranſmiſſis paludibus acceſſere, quibus vis hoſtium fracta.

Interim ſeditioſi Vertenſes periculo ſuorum admoniti ad obſequium redeunt, qui Friderico Vandenbergio ductore, per deuia paludum, & itinerum, pleriſque vi frigoris cùm omnibus artibus obriguiſſent, pereuntibus, peropportunè mœnibus ſucceſſere, quorum aduentu obſidio ſoluta eſt.

Id temporis Archiduci obſidium Oſtendæ parum ex animo procedebat. Ex incuſtodito enim igne turbaris incendio caſtris ſubſidia in vrbem irrepſere.

Sub exitum Auguſti, mari lunati incremento maioribus æſtibus intumeſcente, Alberti aggeres deiiciuntur, quinquaginta nauium claſſis Caſtillioneo Gallo duce plena velificatione portum init, & obſeſſos commeatu, & milite reficit. Tertio poſt die Caſtillioneus fer-

Caſtillioneus ferreo globo laceratur.

B reo globo laceratur, poſtridie anteſignanus Veſtembroccius ſimili fulmine diſceptus eſt. Non vna via mors ſæuit. Exeunte Septembri oceani intumeſcentis æſtus pleroſque abſorpſit, & vtrinque munitionibus euerſis, obſeſſos, & obſidentes damno æquauit.

Poſtridie Idus Nouembres Alberti tabernaculum arſit, incredibili iactura, Voetus eques præſidio impoſitus, deditionis ſpe iniecta inducias, pactus, milite, & commeatu præſidium auxit. Archidux per ſpeciem colloquij ſibi illuſum indigniſſimè tulit.

Alberti tabernaculum incenſum.

Dum in eo ſunt Mercolius Gallus Cæſaris copiis cum ſummo imperio impoſitus coacto ad duodeuiginti militum millia exercitu, Albam regalem in Hungaria corona cingit. Ea eſt Hungariæ matrix ciuitas, in qua Reges ſolemnia regni capeſſere, inungi, ſepeliri ſoliti, atque inibi Corona, Sceptrum, Chlamis purpurea, & cætera aulæ repoſita, vbi & Regibus Mauſoleum, quam Solimanus anno 1543. Cæſari eripuit, Mercolius anno 1601. reſtituit.

Mercolius Cæſaris copiis cũ ſummo imperio impoſitus.

C Is caſtris ad vrbem poſitis, ingentem foſſam, quà iter Budam eſt, ducit, & aggere munit, vt obſeptis itineribus, annonæ, & militum ſubſidia obſtruat, duo in ſuburbiis propugnacula deditione recipit, ſuburbanam, & decliuem vrbis partem crepitaculis admotis, ita ferreos tubos cubitales vocant, ſulphurei pulueris igne perrumpit, alij per ruinam appetente die irrumpunt, alij ſcalis affixis mœnia inſiliunt, obuios cædunt, & ad arcem fugientes inſequuntur. Capta vrbe Mercolius arcem fulminat, & mœnia ſternit, quibus latè hiantibus hinc inde miles irrumpit, & ferro graſſatur, hoſte diffugiente, cui nullum cladis effugium fuit. Purpurato, & Ianiſſeris qui in turrim munitiſſimam refugerant, vitæ gratia facta eſt. Chriſtiani aliquot, incendio, dehiſcente terra, hauſti ſunt, cùm Turci rebus depoſitis ſubterraneis cuniculis ſulphureo puluere farris, quà maximum militis appulſum fore coniectarant, ignem ſubdidiſſent, Chriſtiani amplius mille ſeruitio exempti, quatuor impube-

D rum, & fœminarum millia, quibus ferrum pepercerat ſeruitio damnata.

Interim Turci reciperandæ vrbis ſtudio ingenti exercitu aduolant, vrbem laceram, ruinis vaſtam, deiectis propugnaculis hiantem, & peruiam obſident, Mercolius exili equitum globo per vim in eam irrumpit, propugnacula exſtruit, munitiones inſtaurat, altiſſimas foſſas ducit, crebris irruptionibus hoſtem cædit, & vrbe communita nocte illuni per auia, & abrupta in caſtra redit, crebris velitationibus hoſtem fatigat, annonæ ſubſidia obſtruit, palantes barbaros intercipit, & abſciſſis itineribus famem machinatur, nouem machinas ingenti ſtrage Turcis eripit, obſidione ſoluta tumultuariè abeuntes procellæ more incurrit, alios vita, ſarcinis alios ſpoliat, & Albam regalem Cæſari decem & trium dierum obſidione aſſerit, quam ægrè Solimanus trimeſtri eripuerat. Is dum in Galliam redit Nurimbergæ tot laureis partis febre abſumptus eſt.

Mercolij obitus.

E Interim Ferdinandus Archidux Italiæ auxiliis auctus Caniſiam exeunte Autumno corona cingit. Franciſcus Aldobrandinus Clementis VIII. nepos, copiis Pontificiis imponitur. Dux Mantuæ Archiducis vicarius conſtituitur, in exercitu 23. peditum, quinque millia equitum cenſa, vrbs machinis pulſatur, & præſidiariis Albæ regalis nuntio territis deditio impetratur: abnuentibus illis, vt vis ad ruinam fieret, foſſa ponte ſternitur, qui breuior, & infirmior fuit, quàm vt militum inſiſtentium onera ſuſtineret. Eius prolapſio noſtris cladem attulit, cui priuata diſſidia acceſſionem, quaſi cumulum fecêre, Aldobrandino Archiducis, & Mantuani imperium detrectante, qui dum in contumacia obdurat, fato concedere cogitur. Eo mortuo hyeme ingraueſcente, ac ſæuiente in dies cælo, de conſilij ſententia, exuſtis tabernaculis, machinis & ſarcinis amiſſis, per dedecus & flagitium obſidio ſoluta eſt, vnde Italis, & Germanis ignauia probro, Mercolio & Gallis fortitudo decori fuit.

Caniſia à Ferdinando Archiduce corona cingitur.

Frãciſci Aldobrandini obitus.

F Id temporis Pragam à Rege Perſarum oratores feriendo cum Cæſare fœderi, literas Latina lingua ſcriptis attulere, quibus benignè reſponſum, & omnia humanitatis officia præſtita, fœdus ictum, & belli aduerſus Turcum ſocietas pacta.

Perſarum cum Cæſare fœdus.

Ff

Colloquium inter Ieſuitas & Auguſtanæ cõfeſſionis ſectarios.

Eodem anno ſub Idus Decembris voluntate Maximiliani Bauariæ Ducis, & Philippi A
Ludouici Comitis Palatini Neoburgici, Ratisbonæ inter Ieſuitas, & Auguſtanæ confeſſio-
nis ſectarios, colloquium habitum eſt, vbi Lutherani ſacra vtriuſque inſtrumenti verba,
Chriſtianę fidei certam, & omni errore liberam regulam eſſe dixerunt, Gretſerus, & alij Ca-
tholicæ pietatis aſſertores eccleſiæ auctoritatem, orthodoxæ fidei perpetuam, certam, & ne-
mini ignorabilem regulam eſſe defenderunt, eccleſiam enim fuiſſe, antequam oracula fidei
ſcriptis committerentur, Chriſtum nihil ſcripſiſſe, mandatum ſuis dediſſe, vt prædicarent,
non vt ſcriberent, regulam perpetuam eſſe debere, certam, cuiuis notam, ſcripturas nullas
ante Moyſem fuiſſe, certas quidem eſſe, & ab errore integras, ſed non cuiuis notas, pleriſ-
que locis obſcuras, quæ ab ipſis Patribus in varios plerumq; ſenſus trahantur. Quare fidei
eccleſiæ quaſi regulæ aequieſcendum. Cùm inter eos de hoc capite non conueniret, collo-
quium ſolutum eſt. B

Fabula de Sebaſtiano Luſitaniæ Rege.

Eodẽ ipſo anno de Sebaſtiano Luſitaniæ Rege fabula vulgata eſt, qui prœlio à Mauris de-
letus pluribus vulneribus acceptis, à fratribus ordinis S. Franciſci excalceatis diligẽter pro-
curatus, & poſt varios, ac diuturnos errores Venetiis loco tuto, & ſecuro ſortem ſuam dete-
xerit. Ille tota corporis, & oris conformatione, verrucis, næuiſque ſub tunicula reconditis,
penitiſſimis Sebaſtiani arcanis Venetis & Luſitanis ipſis impoſuit. Veneti damnare vt pla-
num, abſoluere vt Regem inuidioſum rati, hominem finibus ſuis intra octiduum excedere
iubent. Is dominicani cuculla, & palla raſo capite, vt Hiſpanorum inſidiis elaberetur, in He-
truriam venit, vnde ne orbi fucum faceret, & turbas in Luſitania conciret, repoſcente Hiſpa-
no traditus, Neapolim primùm, mox in Hiſpaniam deportatus eſt. Ibi Ducem de Medina de
abditis, & arcanis multa rogantem, rei miraculo in ſilentium defixit, memoriam enſis refri-
cat, quem illi traiiciens in Africam dono dederat. Enſis ex armamentario allatus eſt, quem C
inter multos ille recognouit, & ſecreuit: tum ad Ducis coniugem, Heu cõſanguinea, inquit,
memoria ne tenes, Gadibus à me tibi donatum annulum? Rogo, inquit, is in cõſpectu pona-
tur: tibi ſignum ſub gemma latens nemini obſeruatum indicabo, annulum prolatum agno-
uit, & in gemma nomen ſuum inſculptum eſſe adiecit, quod pro vero compertum lachry-
mas Medinæ, & vxori expreſſit. Quid de rei veritate ſtatuendum ſit, alij viderint. Hoc ſcio,
prœlio illo, quo Sebaſtianus Luſitaniæ Rex à Mauris deletus eſt, cadauer eius à viris prin-
cipibus agnitum, comploratum, ſepultum: nec vero ſimile eſſe, vt è prœlio ſuperſtes tot an-
nos inter monachos lateret, & vigeſimo poſt anno ſtatus quæſtione mota, tot in Luſitania
turbas conciret. Hic exitus fuit anni 1601.

Voërum ab Archiduce oppugnatũ.

Ineunte anno 1602. Archidux ſimulatæ deditionis à Voëreo ludibrium iniquo animo fe-
rens, obſidibus vtrinque remiſſis, vrbem omnibus copiis oppugnat, & 7. Idus Ianuarias im- D
petu in ruinam quæ latè hiabat, facto, clade accepta deinceps vim abſtinuit, ac id vnũ egit,
vt commeatibus viam abſcinderet, obſeſſoſq; inopia conficeret. Sæuiebat interim in vrbe
lues, & contactu ad integros gliſcebat, corporum iacentium peſtifero afflatu aëre polluto,
vt milites eò miſſi ad certum exitium ſe mitti crederent. Archidux nouas ex Heluetiis co-
pias conſcripſerat, & triremes aliquot in Hiſpania inſtruendas curauerat, obſidendo canali,
per quem vnum in vrbem aditus patebat. Eas triremes Batauī inſidiis in itinere interceptas
pilis ferreis fulminantibus profundo merſęre, paucis ſuperſtitibus, quas Spinola in portum
Dunquercanum ægrè ſubduxit.

Sub id Mauricius coacta Germanorum, & Anglorum manu, cùm Archidux pertinaciùs
ad Oſtendam hæreret, exercitum in tres acies tribuit. Singulæ 28. equitum turmis, ſenis pe-
ditum millibus conſtabant. Eo paratu, Mendoſa ad Tienam prœlium detrectante, ad Gra- E
uiam XII. Kal. Sextiles caſtra ponit. Ea vrbs ad Moſam ſita Geldriæ Ducibus olim paruit,
vnde ad Brabántiæ Duces trãſlata pẽr Alexandrum Farneſium Parmæ Principem Hiſpanis
acceſſerat, opere & ſitu munita, foſſis altiſſimis, propugnaculis firmiſſimis, cui cis Moſam
præſidiarij munimentum obtenderant, quod primo impetu à Mauricio vi captum eſt. Tum
foſſæ ductæ, & lorica cinctæ, vbi ſtatio militum excubaret, ſi forte hoſtes erumperẽt. Caſtra
quatuordecim munitionibus incluſa, in quibus ſingulis 50. ſclopetarij, vigilias agerent. Ad
ortum Mauricius Moſæ oram inſederat, & duobus pontibus traiiciendo militi fluuium fræ-
narat. Catenas item duas ab altera ripa ad alteram duxerat, & vtrinq; propugnaculis firma-
rat, vt naues incendiariæ, ſi quas fortè Hiſpani prono alueo immitterent, arceri poſſent, ad
occaſum Guilielmus Naſſauuius cum Friſiis & Scotis curabat. Infra vrbem Reingrauius, &
Fridericus Comes Solmenſis cum Anglis ſubſederant. In vrbe mille, & quingenti præſidia- F
rij, oppidani treceni cenſi ſunt quibus mœnia infeſta cùm Mauricius admotis aggeribus,
& cuniculis actis faceret, Mendoſa inane ſubſidium attulit, quare ſpe abrupta æquiſſimis

conditio

A conditionibus deditio 13.Kal. Octobres ſacta eſt. Cuius oppidi iactura cùm Archiducem
angeret, eaq; ſeditioſorum militum contumaciæ aſcriberetur, de ordinum ſententia turbu-
lentis omnibus qui intra tertium diem ad obſequium non redierint, aqua & igne interdi-
cit, & noxiorum capita proſcripto in tabella nomine præſentibus nummis venalia propo-
nit. Edicti acerbitate milites aſperati, paſſim in Brabantia prædas agunt, Leodienſes, Iu-
lienſes, Cliuienſes, Colonienſes, Treuirenſes, Aquiſgranenſes populationibus opprimunt,
& præſenti pecunia vexationem redimere cogunt. Non mitiùs Batavi per agrum Luxem-
burgenſem graſſati ſunt, Sanuito oppido capto, & pecunia mulctato, villis incenſis, capti-
uis abductis, inter quos Abbas Cœnobij S.Huberti quadraginta millia aureorum pro capi-
te pependit.

Oſtenda deditio.

Dum in eo ſunt, Galliç Rex cũ Helvetiis quos ab Hiſpano tẽtari audierat, fœdus renouat:
B Comitia gentis, Baſileç, & Soluturni habita, quibus Vicio, & Silletio annitẽtibus belli ſocie-
tate firmata, vt fides coaleſceret, in Galliç verba iurarũ, aliis principibus amicitia renuntiata.

Fœdus cum Helvetijs renouatum.

Inter hæc Finæus claro genere, ſubleſta fide, annis vergens, arcanorum Bironij con-
ſcius, Regi neſaria conſilia, tacitas coitiones, occultum transfugium, pacta cum hoſte con-
uenta enuntiat, ipſe perfidiæ caput, quo internuncio commercia ſceleris commeabant, li-
teras facti indices tradit. Rex natura factus, & conſuetudine exercitus arcana premere, in-
dicia regere, velare odia, vere adulto per ſpeciem vectigalis ſalis, quod Lemouices detre-
ctabant, in Pictonas excurrit, & Iamuilleo Præſidi rei componendæ negotium dat. Tum
verò frequentibus nuntiis Bironium in aulam vocat, qui ſceleris ſibi conſcius malo cauens
Comitia Burgundiæ prouincialia, & Hiſpanicas cohortes, per Seguſianum agrum in Bel-
gium properantes excuſat, moras agitat, tergiuerſatur. Rex vt omnem ex eius animo ſuſpi-
C cionem detergeret, Deſcurium mittit, hominem Bironio carum, cuius alloquio delinitus,
accedente Ianini Præſidis, & Vicedomini Carnutenſis adhortatione, iter ingreditur, &
apud Regem ipſo aſpectu ſi quid ſcabritudinis ſubeſſet, ſe deleturum ſperat. Rerum gnari
omnem mali labem ab ea profectione arceſſunt, qua ſanciendo cum Hiſpanis fœderi Biro-
nius Bruxellam miſſus eſt. Ibi enim Picotius quidam origine Gallus, conſilio Hiſpanus,
apud Belgas profugus, Bironio inculcat, eum tanta nominis ſui celebritate Hiſpanorũm
animos impleuiſſe, vt ſi ad partes eorum tranſgredi velit, ad maxima quæque honorum ſit
euaſurus. Bironius hac illecebra inductus negotium in aliud tempus reiicit, & iu Gallia
ſermonibus iſtis fore locum reſpondet. Vt rediit, de legatione ſua Regi ſatisfacit, & ab eo
coniugium oblatum reſpuit, qui alta omnia ſpectaret, & Sabaudiæ Ducis filiam voto deſti-
naret. Ad hoc negotium explicandum, & noui belli ſemina ſpargenda veteratore aliquo
D erat opus, quo nullus mortalium aptior Finæo, qui variis negotiis contritus, ætatem in au-
la egerat. Is in conſcientiam aſſumptus ad Ducem Sabaudiæ, Parochum vſu peritum, ac
ſolertem, ad Comitem Fuentium Ciſtercienſem monachum, ad Hiſpaniæ Regem Pico-
tium firmata ſilentij fide mittit. Re per literas, & nuntios vltro citroq; agitata Sabaudiæ
Dux, & qui apud eum erat, Hiſpaniæ orator, Comes Fuentius, Finæus, & Picotius remotis
arbitris capita conferunt, notha Ducis Bironij coniugio ſpondetur, quinquies centena au-
reorum millia doti dicuntur, ius omne quod Hiſpanus in Burgundiam ſibi vindicat, doti
accedit, conſilium de inuadendo Galliç regno initur, de quo cùm Regi ſuboluiſſet, Bironius
ipſe in Allobrogibus Regi rem indicat, crimen agnoſcit, veniam petit, quæ ea lege confi-
tenti reo data eſt, ne quid in poſterum huius conſilij captet. Depoſita omni offenſione in
gratiam redite viſus. Sed quia natura fert, vt qui ſemel peccarit, peccatum confidentius
E integret, pauci dies abierant, cùm ipſe ad ingenium redit, & Finæo interprete eaſdem mo-
litiones agitat, de quibus verba inter amicos temere à Finæo acta cùm eſſent, fama rei ad
aures Regis incerto rumore delata eſt. Finæo dies dicitur, quo ad Regem ſe ſiſtat. Ille Bi-
ronium de Vadimonio ad aulam admonet, & Regi ſui copiam facit, cui præmio propoſito,
tacitos conuentus, occultas conſultationes indicat, chartas explicat, & arcana omnia pro-
dit, quæ Rex ſilentio velans Bironium ad aulam euocat.

Finæus Bironij arcana Regi aperit.

Bironius cõſpirationis à Rege veniã impetrat.

Is Idibus Iunij multo iam ſole ad regiam Fontis Bellæi venit, Regem in horto ambulan-
tem adit, & altero genu nixus ſalutat, Rex aduentanti gratulatur, & in viridario collo-
quens audita de tacitis illis conſultationibus ingerit, petitq;, vt quod eſt liberè fateatur,
apud ſe veniæ locom eſſe, quæ commiſſa diffitenti nulla futura ſit. Ille negat, & indicis
nomen depoſcit. A meridie Rex per Comitem Sueſſionem à Bironio verum exprimere
F fruſtra conatus, literas & chartas iuridicis excutiendas tradit, à quibus maieſtatis teneri
pronuntiatur. Is tamen, vt erat animi fidens, inter aulicos volitat, & à cœna cum Regina
teſſeris ludit, nocte iam adulta Rex ludo finem imperat, & tribunis cuſtodum corporis

Pralino, & Vitrio dat in mandatis, vt Bironium, & Aruerniæ Comitem in cuſtodiam tradant. Vitrius abeuntem inſequitur, & enſem depoſcit, quem ille baltheo diſcinctum non ſine ſtomacho tradit, mox in cuſtodiam abducitur. Comes Aruerniæ à Pralino comprehenditur. Poſtridie vterque ſecundo fluuio Lutetiam ducti, ad S. Antonij portam arce Baſtilia diuerſo carcere cohibentur. A

Bironius & Aruerniæ Comes capti.

Interim Rex Lauardino equitum magiſtro miſſo, Burgundiæ, ne quid turbarum exiſtat, cauet, Baſtiliam excubiis fidis firmat, ne quis effugio ſit locus, iudicium Curiæ Pariſienſis, cuius de Galliæ Patriciis cognitio eſt, mandat, quatuor ex omni Senatu delecti, Achilles Harlæus Senatus Princeps, Nicolaus Poterius ſecundus Curiæ Præſes, Stephanus Floridus, & Philibertus Turinus, veterani Senatores.

Bironius interrogatur.

In arce Baſtilia Bironius legibus maieſtatis interrogatur, ſcripta cùm ſua, tum aliena manu ſignata recognoſcit, teſtes citati in conſpectum veniunt, inter quos & Finæus, de quo B rogatus an eius teſtimonio ſtare velit, an fidẽ eleuet, vt hominem æquiorem haberet, reſpõdit eum ſibi amicum, loco nobili, bonis artibus, fama integra eſſe, verùm auditis quæ ille pro teſtimonio dixerat, conuitiis non temperat, vetitarum & occultarum artium criminibus onerat, contrà Finæus teſtimonio fidem aſtruere, omnem coniurationis textum retexere, ſe conſcium, ſe interpretem ac conciliatorem adhibitum, Picotium Gallum totius ſceleris fornaculam nominare. Bironius vt Finæi verba quaſi ſingularis teſtis eluderet, inclamat, Renazeo teſte ſi extaret, eum falſi teuinci poſſe. Is cum Finæo rei gerendæ ad Ducem Sabaudiæ internuntius crebrò commearat, & quia non ſatis firmæ fidei habebatur, ab eodem in cuſtodiã traditus erat, vnde quibus artibus erutus in manus Regis venerit incertum, ſed tamen citatus ex improuiſo comparuit, & Finæi teſtimonio fidem addidit.

Bironio capitis iudiciũ ſtatuitur.

Quibus teſtibus tot ſcriptis accedentibus, Bironio capitis iudicium ſtatuitur, dies tradito C more Patriciis Franciæ dicta, qua iudicio intereſſent. Senatores in eam Curiæ partem conueniunt, quam auream cameram vocant, quia auro laqueata eſt, eodem à Montignio Bironius ſecundo fluuio deuehitur, & humili ſella ſedere iuſſus cauſam dicit, à Cancellario legibus interrogatus ſcienter ac cautè, nec ſine militari facundia reſpondet, ac dicendo diem extrahit. Inde in Baſtiliam arcem emollitis ad miſericordiam Patribus paulò lætior redit. Altero die iuridico, Patres in conſilium mittuntur, re diu, multumq; agitata, capitis hominem damnant, ſententia ſcripto commiſſa, & in mundum redacta, in S. Germani Regiam ad Regem mittitur, qui publici ſpectaculi ſublata ignominia, vt intra parietes Baſtiliæ arcis legibus ageretur, priuato reſcripto mandat.

Pridie Kal. Sextiles Cancellarius ſub meridiem Baſtiliam arcem venit, reum pranſum eſſe iubet, qui conuitiis in Cancellarium bacchatus, ei torquem, & inſignia militiæ Spiritus D ſancti repoſcenti vltrò tradidit, adhibiti ſacerdotes Garnerius Montiſpeſſuli deſignatus epiſcopus, Ægidius Magnauus Diui Nicolai campeſtris parochus, qui peccata expiarent, & animi turbas ſedarent, ſententia ex ſcripto in æde ſacra à publico ſcriba recitata, ad vocem Rei læſæ maieſtatis exarſit, & eam noxiam à ſe ſpreuit, Cancellarius ei voluntate Regis funeris, ac ſepulcri decus, bona hæredibus integra, nullam generi ignominiam fore denuntiat. Ille interim carnificis manum auerſatus, vinculis liber tabulatum vltrò inſcendit, thoracem exuit, vulnera pectore aduerſo pro Rege excepta oſtentat, & exprobrat, ipſe ſua manu faſcia oculos velat, mox exuit, & necem carnifici, ſpectatoribúſque minatur, ſi in furias abeat, tandem poſt multiplices querelas, ac deteſtationes à ſacerdotibus expiatus, & ad conſtantiam firmatus, in genua procumbit, faſciam oculis obducit, comam in occipitium pendulam in faſtigium reducit, & fiducia melioris vitæ erectum ſe profeſſus, carnifice lege E agere iuſſo, Feri iam, exclamat, Feri, ceruicem porrigit, quæ inter precum verba vno ictu exſciſſa eſt.

Bironij mors omnibus Europæ partibus approbata.

Eius morte vulgata ex omnibus Europæ partibus oratores ad Regem gratulatum miſſi. Multi in criminis conſcientiam, & ſocietatem venerant, in primis Fontanellus Armoricæ Baro omnium ſcelerum ſentina, & colluuies, qui portum Armoricæ Hiſpanis pretio addixerat, Terrenius item mareſcallus, qui fuga Regis iracundiæ ſe ſubduxit. Fontanellus ad lumbifragium diſpeſſis in rota pedibus, manibuſque damnatus eſt, Baro Luſſius qui pertinacius Bironio hæſerat, Diuionenſis validæ arcis præſidio ſe munierat, vnde Præſidis Ianini viri prudentiæ ſummi facundia retractus, cùm ſe fidei Regis permiſiſſet, multaq; aliis ignorata edidiſſet, in priſtina Regis ipſius, ac Curiæ Pariſienſis calculo reſtitutus eſt, Rex vt erat prudens ſilentio omnia diſſimulat, alios beneficiis emeretur, alios metu fugat, quoſdam F honeſtis nominibus relegat. Comes Aruerniæ, Marchioniſſa Vernolia deprecante, arcis Baſtiliæ cuſtodia ſolutus, aulæ redditus eſt.

Id

A Id temporis edicto propoſito aduocatorum peculatus coerciti, quibus fori tabes pecuniam, vt morborum vis medentibus ferebat, nihil tam publicæ mercis venale eſſe, quàm aduocatorum perfidiam, bonarum artium Senatum ſordidis aduocatorum miniſteriis fœdari, lites in longum trahi, fraudes, ſutelas, captiones, cauillationes confuſi, alios præuaricari, alios inſtrumenta litigantium aduerſariis prodere, nihil in foro priſci moris, aduocatis honorariū imminutum, ſumptibus in lites modus poſitus, qua contumelia illi cauſſidicinam eiutant, ſumma toto foro ſolitudo, ſummum ſilentium, donec regio reſcripto ad togæ munia reuocantur, decretisq; Curiæ ex edicto Blœſenſi ſtare iubentur, tanta in corruptis moribus vis eſt, vt omnium etiam litium depeculatores ab iis quos facultatibus euertunt, obſeruentur. Inſania litigandi quaſi tabies ad integros contactu procedit, patres hæreditarias filiis lites teſtamento relinquunt, reperti qui deſperatas à dominis lites emerent, plus in ſola Gallia
B quàm reliquo terrarum orbe litium eſt. Inde litigantibus pauperies, cauſidicis opes venali lingua, aut perfidia quæſitæ.

Id temporis edicta tria Reip. bono promulgata, primò nummis additum pretium, cautumq;, vt rerum pretia in emptionibus, & venditionibus à notariis & tabulariis, argenteis libris, non aureis, deſignarentur: alterum fuit de auro foſſili in Gallia eruendo, excoquendo, & ab omni feoria defecando. Tertiò ſingularia certamina vulgo inhibita. Cornigero ne pago Lingonenſi duo fontes ſalutarium aquarum ſubito exorti, quorum vis à medicis ad miraculum vſque probata eſt.

Edicta tria in Gallia Reip. bono promulgata.

In Pictonibus ad confluentem Vigennæ puella duodecennis reperta, quæ triennium ſine cibo & potu vixit, quod medici teſtati. In Fuxenſibus iugis, atque in Lugdunenſi agro effoſſæ auri laminæ, & bracteæ, in Pyrenæis aurum & æs, in Neuſtria argentum, & ſtannum
C Anglicano non deterius, erutum.

Inter hæc Sabaudiæ Dux Geneuam iure clientelæ ſibi obnoxiam eſſe dictitans, quæ Domini fidem contra fas gentium exuerit, & Epiſcopi agros, villasq; ſibi arrogatit, cùm vi capere non poſſet, inſidiis intercipere tentat, promiſcua Sabaudis cum Geneuenſibus commercia eſſe patitur, & Albignio Gallo transfugæ in ſubalpina ſua ditione Vicario id dat negotij vt clanculario delectu milites diſſimulata veſte in vicinos pagos, & municipia ſummittat, eosq; de ſectæ arce perditorum hominum officina exſcindenda iuſiurandum adigat, quod ab eo ſedulò curatum eſt. Nocte illuni, & per hybernum ſolſtitium caligine denſa milites iter arripiunt, obſeſſæ viæ, intercepti viatores, ne ad hoſtem aliquis rei ſenſus perueniat, Brigueletius Allobrox vicium ingens eorum agmini præerat, qui ad Rhodanum, quà fragor aquæ violentior eſt, primi periculum tentaturi erant. Fortuna audenti-
D bus adfuit, vt tacito gradu, ſummo ſilentio, paluſtrem foſſam vimineis cratibus ſternerent, & canabinas ſcalas muro affigerent, quarum ima pars geminis vncis in terram defixa erat, ſinguli afeias, & bipennes tam firma acie gerebant, vt ferrum diſcinderent. Ducenti murum inſiliunt. Brigueletius excubitorem militari teſſera præcepta, cædit, alium mœnia oberrantem mactat, comite diffugiente, qui arma conclamat, & clatro ferreo ad portas demiſſo intus hoſtes eſſe nunciat, oppidani ſtratis exilientes aduolant, qua parte laboratur adſunt, feriunt, feriuntur, crepitaculum clatro ferreo demiſſo ad portam admotum euanuit. In eo ab Allobrogibus peccatum eſt, quòd tota belli mole de nocte ciuium animis metu perterritis in vrbem non incubuerunt, ignes nulli ſparſi, portæ bipennibus non effractæ: dum crepuſculum expectant, oppidani conueniont, Brigueletium ferrea glande confodiunt, cuius cæde militi animi eccidère, fit per muros fuga, deſcendunt alij ſcalis, alij
E præcipites deſiliunt, plerique capti faucibus laqueo eliſis in furcam ierunt, inter quos Bato Arrigniacus S. Mauricij eques, Sonaſius, & Saſfardonius claris natalibus orti. Geneuenſes vt vicem referant in fines Sabaudicos incurrunt, & vaſtitatem agris afferunt, donec per Vicium in Heluetiis oratorem, à Rege Galliæ moniti otium amare diſcunt.

Geneua à Sabaudiæ Duce ex inſidijs fruſtra tentata.

Dum in eo ſunt Tranſſyluania ferme omni ad obſequium Cæſaris per Georgium Baſtam redacta nobiles aliquot Bathotio ſtudentes Biſtricinum oppidum præſidiò muniunt, quod protinus à Baſta obſeſſum æquiſſimis conditionibus in poteſtatem venit. Is poſt paulo Moyſem Zecclerorum Ducem, qui nouis motibus ad Viſeburgum initium dederat iuſta acie delet, hoſtium tria millia deſiderata, Bathorius Cæſaris fidem ſecutus legibus acceptis paci ſtuduit.

Tranſſyluania ad obſequiū Cæſaris redacta.

Inter hæc Heiducci Iauarini, & Gomorrhę præſidiū agitītes Turcicas prouincias popu-
F lationibus, & incendiis vaſtant, & cognito per exploratores Alyum purpuratum exiguo comitatu, ſecundo flumine Vitſiro Baſſæ excipiendo pergere, ſexaginta Turcis quos manu ceperant interemptis, duobus nauigiis in Baſſę nauem inſiliunt, & multa cæde graſſati, in-

Iauarini & Gomorrhæ præſidium.

genti præda Baſſam Iauatinum abduennt, vbi tormentis ſubditus, hoc eodem anno Aſſa-
num Baſſam Sultani iuſſu in Hungariam irrupturum, & valido exercitu Strigonium, & Al-
bam Regalem obſeſſurum indicat. Tartarorum octoginta millia mercede conducta eſſe,
qui Aſſano ad Strigonium hærente per agros prædas agant, & incendio oppida, & pagos
miſceant. Budam ſex millium armatorum, Peſtam quinque millium præſidio teneri. Dicta
eius exitus probauit. Nam & Alba Regalis numeroſis copiis obſeſſa eſt, & Idibus Sextilib.
Segeſtano ſuburbio vi capto, dum deditio inter duces agitur, Turci ſcalis admotis irrum-
punt, & omnia cædibus miſcent.

Diuerſa parte Comes Sultzenſis expedita noſtrorum manu Turcis inſidias ſtruit, qui Pe-
ſtam, & Budam vrbes ad Danubium ex aduerſum poſitas, ponte iunxerant, vt ex altera in
alteram commeatus inferri, & ſi vis fieret, vltro citroq; ſubſidia ſubmitti poſſent. Noſtri vt
alterius vrbis oppugnatio facilior eſſet, nauigia aliquot noua arte inſtructa prono alueo de- B
mittunt, quarum incurſu Turci magno numero in pontem prouolant, & noſtros telis, glo-
biſq; petunt. Interea Sultzenſis terreſtri itinere oppidum ad fluuij alueum irrumpit, vnde
in Turcos qui pontem inſederant, impetu facto ſtragem, fugámque latè facit, mox puluere
tormentario pontem deiicit, inde Turcis propugnandæ ripæ intentis, ſcalas mœnibus ad-
mouet, quibus milites Peſtam vrbem inſiliunt, & hoſtes in loca vrbis munitiſſima refugien-
tes ad deditionem cogunt. Tum Budam ipſam obſidione cinctam tormentis fulminant, &
ruina facta vim parant. Hoc nuntio Vitzirus Baſſa territus, cui Alba Regalis vi, & armis ceſ-
ſerat, ſubſidio Budam accurrit, & crebra velitatione cum noſtris congreſſus quarto Nonas
Nouemb. ingraueſcente annona Belgradum regreditur.

Adona à Nadaſto occupata.

Interim Nadaſtus Adonam munitum, quarto à Buda lapide, oppidum præſidiario diffu-
giente occupat, vnde excurſione ad Albam Regalem facta in mille Turcos equites incidit, C
quorum alij cæſi, fugatiq;, alij manu capti ſeruituti damnantur. Nihilo ſecius noſtri ad Bu-
dam obſidionem vrgent, turrim munitiſſimam ad regium equire & tormentis deiiciunt, &
ex duabus triremibus quadraginta globos ignitos in vrbem iaculati incendium latè exci-
tant, ſed innumeris Tartarorum copiis aduentantibus obſidione ſoluta Peſtam præſidio, &
operibus muniunt, & onuſti præda Nouembri exeunte Iauarinum ſe recipiunt.

Viſſenſteinũ obſeſſum.

Dum Hungaria hoc turbine iactatur, Ioannes Samoſcius magnus Poloniæ Cancellarius,
qui cladẽ à Carolo Sudermaniæ Duce ſuperiori anno acceperat, vt Liuonis extrema paſſis
opitularetur, delectu habito numeroſas copias cogit, & quarto Kal. Octobres Viſſenſtei-
num corona cingit, oppidum ſitu & opere munitum, paludibus, & fluuiis reſtagnantibus
vndique cinctum, quibus ęgrè miles eluctari poſſet, propugnaculis, turribus, aggeribus, altiſ-
ſima foſſa, mœnibus validis, firmo præſidio, muralibus machinis inſtructum, vicit tamẽ Re- D
gis, & patriæ amor, vt vimineis cratibus paludes ſternerent, itinera ardua peruaderent, &
aggere ad mœnia promoto per voragines, & aquarum profunda arcem, quà minus valida
eſt, tentarent. Obſtabat humus vligine, & imbribus oneris impatiens, quæ niſi aggeſta terra,
& ſylua vndique comportata ſolidaretur, machinas ſorberet. Sed milite opus vrgente, &
fortuitam materiam aggerente, tabulatis, ac pontibus ſtratis, vi via facta, exſtructis aggeri-
bus, tormenta fulminant, & mœnibus latè hiantibus hoſtes ad deditionem cogunt.

Mehometũ oppidum ad exitium deſtinatur.

Dum Liuoniæ res eo loco ſunt, militiæ Melitenſis equites Mehometum Africæ oppi-
dum à Thunetenſi Regulo, & Principe Doria Genuenſi ſæpius tentatum, ad exitium deſi-
gnant. Eo conſilio quinque triremes inſtruunt, quibus longius in altum euectis, Chriſtia-
ni duas celoces Turcicas à longe obſeruant, in quas remis, veliſq; impetu facto, multis in-
teremptis, alios ſeruitute eximunt, alios ſeruituti mancipant, & ipſo victoriæ impetu fero- E
ces Mehometum oppidum albeſcente die appellunt, oppidani obuiam exeunt, & exſcenſio-
nem prohibent, in littore diu certatum, donec hoſte fugato, Matha Melitenſi equite agmen
ducente, ad portas vrbis ventum, & admota crepitacula, quibus igne ſubdito crepantibus,
portę labefactæ, cum turribus corruunt, & aditum militi præbent, alij ſcalis muros inſiliunt,
& tota vrbe incendium ſpargunt, & cùm impari numero eſſent, pauci pugnandi ardore, &
pertinacia maiorem hoſtium numerum fugãt, feriunt, cædunt, nec ætati, nec ſexui parcunt,
Turci è tectorum faſtigiis iacula, ſudes, ſaxa vibrant, diu victoria in ancipiti fuit, poſt qua-
tuor horas inclinantibus Turcis ad præfecti vrbis prætorium ventum, vbi Samlucius Meli-
tenſis eques, dum animoſiùs inſtat, & aditus perrumpit, iaculo confoſſus occubuit. Barbari
vrbe diffugiunt, quorum ſpoliis equites aucti, quadringenta mancipia ſecum aſportant, op-
pidum quod iniquo loco inter barbaros diutiùs retineri non poterat incendunt, & ad tri- F
remes prę̨da onuſti ſpectante hoſte, nec prohibere auſo regrediuntur. Hæc caſuum varietas
annum 1602. circumegit.

Anni

Eliſabetha Angliæ Regina obitus

A Anni milleſimi ſexageſimi rettij auſpiciis Eliſabetha Angliæ Regina Iacobi octaui ex Anna Bolemia filia, quæ quinquaginta quinque annos immora pace, aut modieè laceſſita regni gubernacula tenuerat, ſenecta ætate, diem ſuum obiit, fœmina ſummis animi, corporisq; dotibus, ſupra ſexum prudens, literis & varus linguis exſpolita, in exitium fidei Catholicæ nata, quam vt primùm, Maria ſorore mortua, regnum iniit, tam callidè peruertit, vt plebs eam ſine ſenſu exueret, cultu in ſpeciem foris eodem perſeuerante. Sciebat illa cardinem hunc leni manu ſine ſtrepitu mouendum, & mellito poculo peſtiferæ ſectæ venenum pro remedio inſtillandum. Vbi autem auctoritate magis in dies, magisque inualuit, gliſcente pernicie, ex primaria nobilitate alios exilio mulctauit, quoſdam honoribus, & magiſtratibus deiecit, pleroſque vita, & fortunis ſpoliatos omni cruciatu necauit.

Iacobus Scotorum Rex ad Angliæ regnum accerſitur.

B Eius morte procerum Angliæ decreto Iacobo Sexto Scotorum Regi ſocietate generis cum ea coniunctiſſimo, quaſi legitimo ſucceſſori, regnum delatum eſt, quod ille honoris priuilegium acceptum habuit, & literis ad regni proceres ſcripris gratias egit, omnemque beneuolentiæ ſignificationem ampliſſimis verbis dedit. Cùm verò conſtituendis Scotiæ rebus moras trahere cogererur, miſſis ad Ordines epiſtolis, ſtudium ſuum in ſubditus præconis voce publicè denuntiauit, omnibus qui magiſtratus gererent, & publica munera ſuſtinerent, auctoritatem ſuam integram eſſe voluit, Eliſabethæ acta rata, firmaq; eſſe iuſſit, & aduentum ſuũ non diutiùs in mora fore teſtatus eſt, velle autem ſe, vt muneribus ſuis omnes ita præſint, ne de rationibus reddendis ſolliciti ſint, omnibus ſuam adminiſtrationem ſartam, & pares eum Republica rationes fore, niſi ſi quid ex Ordinum ſententia mutandum, aut conſtituendum videatur. Quod autem regni proceres, & magiſtratus aduentanti ſibi obuiam ire velint, rogare omnes, qui publica munera gerant, eodem loco ſe contineant, ne quæ fortè turbæ per eorum abſentiam oriantur, ſatis ſibi honoris habitum, ſi omnes in fide maneant, & Regi bene velint, ſuperuacaneis abſtinendum.

C

Cùm autem id temporis piraticæ Hiſpanorum, Batauorum, & Anglorum naues infeſta maria haberent, & ipſis etiam oratoribus, & legaris periculum crearent, Iacobus Rex Angliæ deſignatus, memor fœderis cum Hiſpano initi, edicto per vniuerſam Angliam propoſito, profeſſus eſt, ſibi cum omnibus Chriſtiani orbis Principibus pacem, & amicitiam intercedere, quam religioſè ſeruatam cuperet, cùm autem didicerit Eliſabetham ſororem ſuam, ab Hiſpano iniuriis laceſſitam, naues pleraſque piraticas, & ipſam inſtruxiſſe, & liberum feciſſe ciuibus, vt qui vellet, ſumptibus quiſque ſuis inſtrueret, cùm id bellum eius morte ſopitum ſit, edicere, vt omnes otium colant, & ſi quid prædæ ab octauo Kal. Maias

D Hiſpanis maria peragrantibus ereptum ſit, legitimis dominis ſine mora reſtituant, & in poſterum vim abſtineant, qui ſecus faxit per Angliæ magiſtratus ei capitale fore.

Iacobus VI. Scotiæ Rex in Angliam iter adornat.

Interea profectionem in Angliam exornat, vbi quo plauſu, quibus acclamationibus, quo hominum concurſu exceptus, qua pompa deductus ſit, aliis ſcribendum relinquo. Solennibus regni capris cùm regnum pulchrè munitum arbitraretur ſi incolę bene morati eſſent, perfidia & peculatus ex vrbibus & auaritia exularent, nihil prius habuit, quàm vt publicis moribus conſuleret. Cùm itaque Eliſabethæ indulgentia toto regno paſſim ipſis etiam diebus dominicis ludi publicè haberentur, quibus plerique omnes ab officiis Deum curantibus abducebantur, edixit, vt eiuſmodi ludis, ſaltationibus, & tripudiis temperarent. Tum verò ne quis præſcriptione priuilegij ab Eliſabetha accepti monopolia exerceret, aut immunitatibus quæ ſubditis fraudi eſſent frueretur, donec ea de conſilij ſententia firmarentur, vt iuriſperiti, procuratores, notarij, ſcribæ ſalario contenti donis accipiendis abſtinerent, & omnes qui ſe iniquis oneribus oppreſſos putarent ſine odio, & affectu querelas ad conſilium afferrent, à quo leuamentum ex æquo, & bono accepturi ſint, ne boum & vrſorum certamina per dies feſtos, & Dominicos edantur, ne palæſtrę, tragœdiæ, & alia id genus ludicra iiſdem diebus actitentur.

E

Inter hæc, omnia magno paratu Londini Regi coronando, & ſolennibus regni capeſſendis exornabantur. Inquilini regni, Galli, Bataui, Germani Fontainio verba faciẽte, ſupplices apud Regem id egerunt, vt priuilegia ſibi à Regina indulta integra eſſent, quibus Rex benignè reſpondit, & priuilegia rata eſſe voluit, vt æquo iure cum indigenis vterentur. Tum verò Pontificiam fidem deteſtatus, ſectæ ludibria, verbi Dei ſpecie nixa, quæ odio Pontificis Henricus octauus in regnum introduxerat, & Eliſabetha rata eſſe voluerat, ſe ab ineunte

F ætate amplexum eſſe, ac ſanctè coluiſſe, amplecti, & ſanctè colere teſtatus eſt, rantum in corruptis moribus, & malo ambitu mali poſitum.

Hanc perfidiam, & à fide orthodoxa defectionem Deus inultam eſſe paſſus non eſt. Re-

gni eius auſpiciis peſtilens annus Deo vindicante ita ſæuiit, vt omnium ſalus, graſſante lue, A
in ancipiti eſſet. Londino vna ſeptimana duobus capitum millibus ſtetit, quò cùm è variis partibus vndique accurreretur, pompam illam Rex edicto deprecatus eſt, & ſe coronationis auſpicia per quàm exiguo comitatu peragere velle ſignificauit, ſumptibus parcerẽt, domum omnes concederent, pompæ ſolemnia in ſequentem hyemem delata eſſe.

Catolicorũ Angliæ ad Regem ſupplicatio.

Ineunte Iulio Catholici Angliæ à Rege ſupplici libello fidei orthodoxæ libera miniſteria impetrare conati ſunt, eam ſe religionem colere, quam omnes Maieſtatis eius feliciſſimi deceſſores iam inde à Danaldo Rege, qui primus ad pietatem flexit, ad Auguſtam ſuæ maieſtatis matrem agnouerint, tenuerint, profeſſi ſint, quæ ipſa pro fidei orthodoxæ confeſſione martyrium obierit. Eam fidem eſſe, quæ ab Apoſtolis orta toto orbe prufeminata ſit, cuius conſtantia infringi nequeat, quæ ad hoc vſque temporis intemerata perennarit, cuius doctrina ruga, & macula careat, & erroris argui poſſit, quæ ſuos cultores ad virtutem B
ducat, à ſcelere abducat quam primitiuæ eccleſiæ patres tenuerint, & non verbis tantùm, & ſcriptis, ſed ſanguine ſuo ſanxerint, œcumenica omnia cõſilia firmarint, pij imperatores defenderint, omnes hiſtoriæ commendarint, martyres innumeri ſanguine ſuo obſignarint, plerique omnes confeſſores virtutibus exornarint, innumeræ Virgines pudicitia, & integritate illuſtrarint, quam ſanctiſſima euangelij verba ratam faciãt, ratio ipſa, qua proximè ad Deum accedimus, dictet Sectarios externa diſciplina vitæ ciuilis, & honeſtæ ductos, vel innatis affectibus, & moribus naturę, vel pœnę formidine regibus honorem habere, ſolos Catholicos iubente conſcientia, & verbi Dei auctoritate motos regibus obedientiam præſtare: ſectarios enim docere nulla Principum mandata ſubditos ad pœnas peccatis debitas obſtringere, nec illis violatis aliquid labis animis hærere, Catholicos obediẽtiæ quę Regibus exhiberut meritum adſcribere, contumaciæ pœnam. Rogare cùm maieſtati regiæ ſe deuoueant, & C
in verba eius ſanctiſſimè iurent, vt rationem eorum, qua eſt in ſubditos humanitatẽ, habeat, & precibus acquieſcat.

Sectariorũ libello Angliæ Rex annuit.

Sectarij libellum hunc contrario libello quaſi clauum clauo depellere conati ſunt, quorum poſtulatis Rex annuit, & regno Catholicam, ac orthodoxam pietatem abdicauit. Quod Antonius Copleius orthodoxæ pietatis cultor ægerrimè ferens, reſtituendæ religionis ſtudio conſiliũ audax, aut potiùs temerarium Regis ſua manu interficiendi capit, & deſperata audacia plumbea glande alterum Regis humerum tranſuerberat, mox è conſpectu populi tam properè ſe proripit, vt comprehendi non potuerit. Non laudo factum. Reges enim Dei voluntate regnant, & ab eo vt impij ſint, vel tolerantur, vel eliguntur. Iubet Apoſtolus dominis etiam dyſcolis obediri. A Regibus vim abſtinendam ſacræ literæ docent. Rex periculo ſuo monitus edictum aduerſus parricidas proponit, & magiſtratibus D
Copleij comprehendendi, omnibus indicandi diligentiã imperat. Comprehenſus Copleius patricidij conſcios detegit. Capti Cobhamius quinque portuum maris præfectus, cum fratre ſuo Greio, captus item Galtetus Raleius, de quo tormentis nihil exprimi potuit, poſtea literis ad Cobhamium parum conſultè ſcriptis, cùm eæ interceptæ eſſent ſibi, ſuiſque exitio fuit, capti Arthus Gortſius, Artus Sauorſius & Griphinus Marquanus. Rex detecta coniuratione, veritus ne fortè Rex alius quiſpiam obtruderetur, coronationis ſuæ negotium vrger, cum Regina, & proceribus Veſtmonaſterium altero à Londino lapide, octauo Kal. Sextiles celoce appellit, & die S. Iacobi regni inſignia magna celebritate ſumit.

Peſta ab Vngaris intercepta.

Dum in eo ſunt Hungari Peſta munitiſſima vrbe intercepta, Vitzito Baſſa per commeatuum inopiam refugiente Adonium oppidum ad Danubium Budenſium horreum, quarto infra Budam lapide, quinque militum millibus terra marique inuolant, & tormentis ful- E
minantibus præſidiarios vitam pactos emittunt. Inde Budam ipſam ruina facta tentant, vnde duo millia equitum eruptione facta noſtro equite occurrente in vrbem compulſa ſunt: deinde varia vtrinque furta belli fuẽre, noſtri in reditu per Danubium glacie ſtantem, à Budenſibus peſſimè accepti, Budenſes ad Thermas proximè vrbem cum inſigni gynæceo, & duobus purpuratis velitantes à noſtris derepẽte oppreſſi, & ad internecionẽ cæſi ſunt, è clade puer vnus ſuperfuit, quẽ præfecti Budæ filium dictitabant fœminis parcitum, quas è Balneo nudas impunè Budã ſe recipere paſſi ſunt. Silliſtria Turcis pabularũ egreſſis à Radulcẽſi Vaiuoda incenſa, & direpta eſt, ſigna 13. ad Georgium Baſtam Claudiopolim tranſmiſſa.

Turcorũ in Aſia defectio.

Id temporis ingens in Aſia Turcorum defectio fuit, quorum principes Calilius Baſſa, Capius Aga, Mamutius Baſſa, & alij plerique bonis exuti, & capite truncati ſunt. Rebellium numerus cùm ad 40. millia excreuiſſet toti Aſiæ terrori fuit, à quibus Angoriæ vrbi opu- F
lentæ ducenta millia aureorum imperata, exactaque ſunt, ad Mæotidem paludem regia ciuitas Burſia, quæ vectigalis Turcici conditorium erat, expugnata eſt. Ad eos Baſſa Babyloniæ

A niæ cùm ſe aggregaſſet, Perſarum verò Rex Corbetam vrbem intercepiſſet, Sultanus pacem cum rebellibus init, & eorum ducem Baſſæ Boſnenſis titulo cohoneſtauit, cuius flagitij contumelia reliqui proceres de Sultano, qui otio & luxu langueret, abdicando, & filio eius ad imperium euehendo deliberant. Aſtrologus conſultus Sultani filio genitura eius inſpecta imperium ſpondet, irrito euentu. Sultanus enim filio, & aliis quinquaginta proceribus re cognita laqueo fauces elidit.

Valachia à Tartaris tentatur. Inter hæc innumera Tartarorum manus Polonia excluſa Valachiam tentat, & cum Vaida Radulenſi ſemel atque iterum manus conſerit, & via vi facta caſtris ad quinque eccleſias poſitis luſtrato à Chamo exercitu ad quadraginta millia recenſentur. Ii proximè Caniſiam, omnia ferro flammaq; vaſtant, ferunt, rapiunt, trahunt, in omnem ætatem, ſexumq; ſæuient, pagos, villas, oppida, vicos proximè Varadinum populantur. Colonitſius vt prædonibus paſſim graſſantibus obuiam iret, decem armatorum millia cogit, & Gallum Caniſiam ſummittit, qui defectione ſimulata, cùm alij rei frumentariæ expediendæ curarent, ſubdito diuerſis locis igne tantum incendium excitauit, vt arce ſubitò conuulſa omnes in fuga à Colonitſio cæſi, vel capti ſint. Caniſia tum expugnari potuit, ſi Gallobelgæ in fide manſiſſent, qui ſtipendia non procedere queſti, operam abnuerunt. Inde Colonitſius ad Comorrham Turcorum duo millia cecidit, Tartaro interim in Sclauonia ſæuiente, & ſupra octo captiuorum millia trahente. Idem quinto à Caniſia lapide Laccam propugnaculum vi captum incendit, Pallantuariam præſidio firmauit, vbi tantum prædæ repertum, vt ea vix exhauriri potuerit.

B

Motus noui in Tranſſyluania. Dum in eo ſunt Bathorio ad Cæſaris partes accedente, Moſes quidam Zecclerorum Dux, nouis motibus in Tranſſyluania initium dedit, cuius copiæ à Georgio Baſta ſtatim

C deletæ ſunt, ipſe fuga Solomoſiam arcem euaſit, eamq; Turcis tradidit, mox cum vxore, & liberis ſupellectile, & latcinis collectis, Temeſuariæ Turcorum fidei ſe credidit, quem Baſta veſtigio ſecutus, Solomoſiam arcem Turcis eripuit. Poſt paulo Moſes Tartarorum decem millia trahens Viſeburgum viginti dies obſeſſum deditione recepit, & cùm longiùs progredi vellet à Valachis intereeptus ac cæſus eſt. Caput eius Coronoſtadij haſtæ affixum eſt.

Infantes octo vno à muliere Sueua vno partu editi. Id temporis mulier origine Sueua octo infantes viuos vno partu edidit, ouis agnum qui media parte porcus eſſet, enixa eſt, Varadinum terræ motu contremuit, & penè conuulſum eſt, Strigonium, & Peſta proditione à Turcis fruſtra tentata ſunt, Albæ Regalis ſuburbia noſtrorum incurſu direpta, & incenſa, Peſta commeatu recreata, Adonium à noſtris per ignauiam deſertum.

D Sub id Mahometes III. cùm ancipiti cura diſtraheretur, & vno tempore tumultuantes in Aſia milites coercere, & Hungariam bellis atterere arduum eſſet, cum alteris fœdus ineundum ratus, vt alteros faciliùs opprimeret, tentatis rebellium animis, cùm res ſatis ex ſententia non procederet, Hungaros de pace ſollicitat, qui aſtu comperto colloquia reſpuunt, & Collonitſio Duce Turcos variis locis cædunt.

Diuerſa parte Rebelles in contumacia validi per ſpeciem obſequij Sultano tres triremes eripiunt, eumq; fruſtratui habent. Interim Moſe Zecclero mortuo Albertus quidam Nagius in Tranſſyluania turbas conciuit, cuius copiæ à Georgio Baſta deletæ ſunt, Viſeburgum à Comite Sulmenſi receptum, eidem mox cum ſtrage ſuorum ereptum eſt, ipſe captus, & in vincula coniectus.

Archidux ad Oſtendã fulminat. Dum his fluctibus Hungaria iactatur Archidux interim ad Oſtendam fulminat, oppi-

E danis annonam obſtruit, aggeres ad portum excitat, qui æſtu maris ſæuiente crebrò diſiecti ſunt, & cùm vis parum ſuccederet, cum Præfecto vigilum proditionem agitat. Is flagitij compertus, equis in diuerſa nitentibus exartuatus eſt, commeatus centum nauigiis in portum inuecti. Iterum aggeres ad canalis oram aggeſti fruſtra fuerunt, cùm ex vrbe verberatio in eos vehementiùs incumberet. Comitiis Arnhemij Ordines in eo penè fuerunt, vt oppidum tot cladibus inſigne deſererent, ſed re in vtramque partem diu multumque agitata potior ratio vicit, vt omni ſtudio propugnaretur, quia breuis ex eo in Angliam, Galliam, Zelandiam, traiectus eſt, ne piratæ myoparonibus maria infeſta haberent, & tranſitum in Flandriam abrumperent. Nihilo ſecius Hiſpani ſub Idus Apriles tria minora propugnacula, quorum ſingula 50. excubitoribus firma erant, interceperunt, quæ longiùs à duplici vallo ſummota parum oppidanis incommodarunt. Præſidiarij cùm eruptione facta in

F hoſtem inſiliſſent, cladem accepere. ſed ſummiſſis ex Zelandia nauigiis, nouo ſubſidio recreati ſunt, ægris, & vulneratis in Zelandiam exportatis. Recentes illi ſubſidiarij, vt operam ſuam probarent, lunatum aggerem, feſtinatis operibus excitarunt, in quem tormentis fulmi

fulminātibus Hiſpani fruſtra impetū fecere, qui mox propugnaculo Beckaffio, quod ab op- A
pidanis conſpectò deſertum erat occupato, affluente maris æſtu profundis hauſti ſunt. Al-
terum item lunatum aggerem præſidiarij cum priori continentem exſtruxerūt, vnde crebra
verberatione Hiſpanos tribus illis propugnaculis quæ proditione intercęperant, deiecerunt.
Cùm autem ſuperiore anno exeunte Archidux biremes aliquot in Hiſpania inſtruendas
curaſſet, quæ cum Sluſenſibus, & Danquerquanis nauigiis coniunctæ ad Oſtendā canalem
obſiderent, Fridericus Spinola Genuenſis mercatoris filius, ditiſſimus, ei claſſi præfectus eſt,
in qua ſex triremes, & nouem roſtratæ naues. Sed perincommodè cecidit, vt ea claſſis
in claſſem Hollandicam incurreret, à qua dutiſſimè tormentis accepta, aut profundis hau-
ſta eſt, aut lacera, & diſiecta fugam capeſſere coacta. Spinola inſtaurata claſſe iterum prœlio
expertus noua clade attritus eſt. Ille animi immodicus, cùm triremes octo, & roſtratas na-
ues quinque priuatis opibus, apparatu bellico, & bis mille quingentis claſſiariis inſtruxiſſet, B
tertiò belli aleam experiri ſtatuit. Hærebant in anchoris Barauæ triremes duæ, & tres ro-
ſtratæ in omnes belli caſus inſtructiſſimæ, in quas Spinola cùm violentius tota claſſe incu-
buiſſet, & diu victoria nutaſſet, ipſe pila ferrea laniatus eſt, reliqua claſſis peſſimè accepta
ſæuientibus tormentis in portum Sluſenſem refugit, mille quadringentis Hiſpanis deſide-
ratis, Barraui pauci omnino cecidêre.

Seditioſi ad Mauricij partes tranſeunt.

Sub id ſeditioſi qui abrupta fide Hoſtraram cum vxoribus, & ſarcinis ſe receperant, ca-
que firmiſſimis operibus munita in Belgio paſſim graſſati erant, cùm ab Hiſpaniæ Rege ſe
proſcriptos, & capita ſua exitio deuota cognouiſſent, ad Mauricij partes tranſgreſſi ſacra-
mento Ordinibus dixerunt, eorumque fidei liberos, vxores, & trecenta aureorum
millia, quæ vagis populationibus in theſaurum contulerant, obſidum vicem credide-
runt. Hiſpani mox Hoſtraram obſidione cinxerunt, vnde à Mauricio multo ſanguine de- C
iecti ſunt.

Oſtendæ contumax obſidio.

Nulla vnquam obſidio contumacior, quàm ad Oſtendam fuit, nulla vrbs maiori vi op-
pugnata, nulla fortiùs propugnata, nuſquam plus ſanguinis hauſtum, nuſquam plus artis &
induſtriæ adhibitū, nuſquam plus molitionum, munitionū, inſidiarum, luc graſſante, tormē-
tis fulminantibus miles de capite ſuo ludebar, & contępta morte ferocior, ſciens prudens in
pericula ruebat, vitæ prodigi, mortem vltrò laceſſebant, & pedibus cadauera calcantes, ho-
minum ingenium exuiſſe, & naturam enutaſſe videbantur. Tandem Hiſpani diuturnę moræ
tædio, aggerem ad eam altitudinem excitarat, vt ex eo vrbem infra poſitam deſpicerent. In
eum Hollandi è ſuo ato propugnaculo ſub exitum Iulij globos ignitos tanta vi iaculati ſunt,
vt agger incendio conflagraret, globis ferreæ cuſpides affixæ, quibus lignis & tabularis fir-
mius hærerent, vt vix incendium reſtingui potuerit. D
Interim lues in vrbe adeò infeſta ſæuiebat, vt inter eundum exanimati concidcrent, vel
in furorē acti vltrò in aquas inſilirēt. Mali labes ab æſtu caniculæ, & fœtore cadauerum, qui
plura funera in ſingulos dies dabar Nihilo ſecius igniti orbes, & malleoli ex vrbe volabant,
vnde agger igne tam pertinaci arſit, vt incendium nec aquæ, nec aceto cederet.

Sylua Ducis obſeſſa.

Sub id Mauricius Syluam Ducis munitiſſimum in Brabantia oppidum XV. Kal. Septem-
bres obſidione tentauit. Ante omnia caſtris ad portam Fuchtenſem poſitis, ex eo loco ad
portam vſque S. Antonij muniriones incredibili celeritate egit, vniuerſum oppidum corona
cincturus, niſi ſubſidio Hiſpani aduolaſſent. Vtraque caſtra minimùm à ſe aberant, & cre-
bris velitationibus inter ſe ventilabanr. Quarto Nonas Septembr. Mauricius Gallis, & Sco-
tis id negotij dedit, vt in vallum hoſtium irrumperent, vnde cum clade ab Hiſpano ſubmo-
ti vim denuò faciunt, & hoſtem propugnaculis multa cæde pellunt, ducentis ampliùs manu E
captis, mox aggeres propiùs ad vrbem admouent.

Fœdus Regis Hiſpaniæ cū Rege Feſſæ.

Dum in eo ſunt Hiſpaniæ Rex fœdere cum Rege Feſſæ inito, de Algerio munitiſſimo
Africę oppido obſidendo conſilium capit, & inſtructa claſſe per viros pietate inſignes, inter
quos & Capucchini, ciuiū animos tentat. Inſidiæ patuere, & de patribus Capucchinis ſup-
plicium ſumptum; cæteri, qui ergaſtulo clauſi erant ſeptem aureorum millibus à Pontifice
Romano redempti ſunt. Rex Feſſanus ad vrbem inſtructiſſimis copiis adeſt, & ad duo Ia-
niſſerorum millia cædit, ſed Hiſpano moram trahente obſidio in ſequentem annum delata
eſt, quæ ſuo loco reddetur.
Eodem anno 1603. Rex Galliæ experientia rerum magiſtra doctus ex bombicibus in
Gallia natis, & moris Gallicis bombicinum lanificium Genuenſi & Siculo ſplendidius, &
texturæ opportunius, ac tenacius fieri tota Gallia per vectigalium peræquatores, & F
theſaurenſes mororum ſationem imperat, vnde ampla bombicini ſeges magis in dies
ſuccreſcit.

Motu

A Metis inter ciues, & Præfectum non leuiter tumultuatum. Cùm enim Eſpernonius ab
Henrico III. cuius in animum validus erat, Metenſi præfectura donatus Sobolleum vica-
rium, eum ingenti & fido ſatellitio, continendis ciuibus præſidio arcis impoſuiſſet, Sobol-
leus auctoris ſui fidem exuerat, & præfectum imperio, & ſumptu agebat. Oppidani quòd
durior eſſet, & vrbis proceres inuidia ſocietatis cum Archiduce oneraſſet, ab eo abhorre-
bant. Eſpernonius in itinere ad Spadanos fontes, quos valetudinis cauſa adire iuſſus erat,
Metim deflectit, vbi graues de Soboleo querelas accepit, à quo per ſpeciem honoris in vr-
bano prætorio ita viſebatur, vt fratri excedens arcis cuſtodiam traderet, excedente fratre
ipſe in arce moraretur, nec cuiquam niſi inualido aditum præberet. Eſpernonio tamen adi-
tum aperuit, & claues obtulit, excubitoribus ita diſpoſitis, vt plus intranti metus, quàm ſe-
curitatis eſſet. Quod ille, vt erat prudens, graui & diſſimulata offenſione abdidit. In au-
B lam reuerſus, Regem de ciuium querelis monet, ac Metim redire iuſſus, factioni obuiam
ire conatur, ciues in turbas eunt, dolia congerunt, arcem obſident, Sobolleo arma expe-
diente, ni tumultus per Boeſſiſeum, & Varaneum mandatu Regis ſedatus eſſet. Rex ſedi-
tionis cauſa cognita Metim proficiſcitur, amoto Soboleo arcis cuſtodiam Archiano, &
Montignio clari generis, ſpectatæ fidei fratribus, & præfecturam vrbis, vt Eſpernonij vica-
riis, tradit. Rebus compoſitis Virodunum redit, vbi à Ieſuitis patribus ſummiſsè ſaluta-
tur, qui apud eum de Pariſienſis interdicti ſeueritate queſti, benignè audiuntur, & cum bo-
na ſpe dimittuntur.

Metis tumultuatur.

Eam profectionem Rex ſuſceperat, non tam vt Metenſibus amoto Soboleo conſule-
ret, quàm vt controuerſiam pro Argentoratenſi Archiepiſcopatu inter æmulos, Cardina-
lem Lotharingum, & Brandeburgenſem Principem, componeret. Lotharingus Pontifi-
C cio diplomate, Brandeburgenſis ciuium auctoritate nitebatur. In eo res erant, vt niſi ferro
decidi non poſſe viderentur. Rex arbiter captus, vtrique limites ſuos, & dimidiatam pro-
uentuum partem aſſignat, & æquo iudicio controuerſiam dirimit.

Argentoratenſis Archiepiſcopatus in cõtrouerſiam venit.

Mox Virduno Nanceium diuertit, vbi Clemente octauo Pontifice Max. deprecante Ie-
ſuitis reditum in Galliam indulget, infamem illam pyramidem, qua perpetua ignominiæ
labes vniuerſo ordini inuſta erat Senatu Pariſienſi plurimùm repugnante deiiciendam cu-
rat, certa loca vbi pietatis, & literarum exercitia obeant, aſſignat, ea lege, ne quos Societa-
tis præpoſitos in regno alienigenas habeant, ne collegia vſpiam abſque peculiari Regis
mandato inſtituant, Pariſiis docendi munere abſtineant. In aula ex Sodalibus vnus aliquis
agat, qui veluti obſes de reliquorum fide ſpondeat, vt qui nunc in regno ſunt, vel futuri
ſunt, in verba Regis iurent, & ſalutem eius ſua ipſorum ſalute potiorem habituros ſe pro-
D mittant, nulla prædia cenſusque Rege inconſulto quocunque titulo ſibi aſciſcant, ius ad-
eundi hæreditates non habeant, & cætera talia, quæ ſenſim exoleuerunt.

Ieſuitarũ in Galliam reditus.

Id temporis Amato Brotheo ſacerdoti, aduerſus Altiſiodorenſes Chirurgos maioris
conſilij, quod Principem ſequitur quocunque pergat, ſententia liberum factum eſt, vt oſ-
ſibus dimotis, membris luxatis, neruis contractis, aut cæſim punctis, aliiſq; immedicabili-
ter laborantibus, & conclamatis, herbarum ſucco, remediis vi naturæ pollentibus, ipſa
etiam manu, ſine ferro, maleficio, & ſuperſtitioſa prece, quod magi, ſectores, vulneratij, fa-
ciunt, mederetur.

Interim ad Iacobum Angliæ, & Britanniæ Regem, à Chriſtianiſſimo Rege Marchio
Rhonius, cum delecta nobilitate orator miſſus eſt, qui auſpicia regni gratularetur. Is Ca-
letum appulit, vbi duabus Anglicis nauibus Iacobi Regis mandato excipitur, abeuntem
E Vicius Caleti Præfectus Gallicis nauibus ſequutus octo non amplius horis continentem,
quæ Galliam ab Anglia diſterminat appellit, & exſcenſione facta nihil moratus in anchoris,
naues in altum ſubducit, Galliæ vexillo erecto. Anglicanus Nauclerus non ferens inſignia
Gallica, vt ſubmittantur monet, Vicio imperium detrectante tormentis fulminat, & ad
prœlium ſe comparat, Rhonius malo cauens, vt ſubmittantur imperat, quod Rex Gal-
liæ indigniſſimè tulit, & Rhonio flagitium aſcripſit, Rex Angliæ factum deprecatus,
Naucleri aſperos mores incuſauit. Ibi Rhonius minùs pro maieſtate regni Galliæ exceptus
eſt, quòd Anglus in Hiſpaniæ Regem pronior eſſet.

Rhonius Regis nomine Iacobo Angliæ & Britanniæ Regi gratulatur.

Poſt paulò coniuratio in Angliæ Regem reuicta, de qua ſupra diximus, cui plerique cau-
ſam non à pietatis Catholicæ ſtudio affingunt, ſed quòd aliquot regni proceres de regno
in Marchioniſſam Arbellam transferendo ea lege, vt Duci Sabaudiæ nuberet, conſilium
F inierint. Famæ datum, in coniurationem itum, quòd Anglorum proceres in fori, & militiæ
præfecturis Scotos ſibi prælatos ægrè ferrent. In damnatos ex more Angliæ animaduerſum,
ſemiuiuis medium pectus carnificis aſcia diſſectum, & cor ſpirantibus auulſum igne cremat-
tum

Cõiuratio in Angliæ Regẽ reuicta.

tum eſt, in Georgium Brochinm, & duos alios ſacris initiatos lege actum. Reliquis in tabu- A
latum deductis, cùm ceruice nuda in genua procubuiſſent, & ſecuris immineret, incredibi-
li Regis clementia vitæ gratia facta eſt. Variæ legationes eodem anno ex Hiſpania, & Bel-
gio in Galliam, & Angliam vltro, citroque miſſæ.

Scribonianus Mahometis Vicarius proximè Byzantium caſtra ponit.

Eodem anno Scribonianus quidam Mahometis tertij Vicarius animi impotens, & am-
bitu præceps, Sultano in luxum & malum otium reſoluto delectū haber, ac numeroſo exer-
citu proximè Byzantium caſtra ponit. Ianiſſarij Domeſtici protectores, qui ad prætorium
Principis excubant, rem ingratè accipiunt, Principi otio marcido veternum excutiunt, &
animos ad rem gerendam addunt, Aſſanum quendam ab horariis clepſydris defectioni an-
ſam dediſſe aiunt, ab eo rebelles opprimi potuiſſe, pecunias militares in rem ſuam vertiſſe,
deſertoribus animos feciſſe, caput eius depoſcunt, & exitio deſtinant, inuito Sultano ſecuri
feritur, rebelles in Aſiam ſe recipiunt, vbi ferro, & latrociniis graſſati ſunt. B

Melitenſes equites ad Cephaloniã nauigant.

Inter hæc equites Melitenſes vere nauigationem aperiẽte ad Cephaloniam bina propu-
gnacula tentant. Ea firmo præſidio, & accurata cuſtodia munita eſſe de Græculo diſcunt.
XIII. Kal. Maias Viuierus ſubpręfectus Lugdunenſis auſi capax, factionis caput, claſſem pro-
ximè caſtrum Patraſſium admouet, exſcenſione facta inſtruit aciem, bellicum paratum
exornat, apperente die muris ſucceditur, Bellagneus eques crepitaculi ad portam affigendi
negotium ſuſcipit, & grandine globorum è mœnibus incumbente periculi ſecurus, tormen-
tum cubitale affigit, quo crepante porta diſſiluit, aditu aperto ſexaginta equites Dognoneo
duce irrumpunt, obuios cædunt, arcem occupant, Porteus, & Viuierus cum ſuis accurrunt,
hoſtem fugant, qui propugnaculum interius curſu petit, altero crepitaculo applicito viam
faciunt, inſiliunt, hoſtibus cæſis arce potiuntur. Diuerſa parte Camporemigius eques alteri
propugnaculo crepitaculum admouet, ruina facta equites duce Cremalio inſiliunt, manum C
conſerunt, è ſuperiore loco peſſimè accipiuntur, Comes Gaſtinarius laborantibus ſubſidio
adeſt, toto agmine pugnatur, hoſtis interiecta foſſa, & medio aggere ſe tuetur, ſcalæ admo-
uentur, foſſa ſuperatur, hoſtis in turrim compellitur, vnde poſtico elapſus ad opprimendos
equites omnem oram concitat, accurrunt Turci vndiq;, & obſidionem moliuntur, equites
numero impares, affixis ad remos Turcis tormenta omnia in triremes referunt, & ſubdito
cuniculis igne turres ac propugnacula deiiciunt, mox præda onuſti octauo Kal. Maias trire-
mes in altum ſubducunt, ex itinere duas naues Turcicas tritico refertas expugnant, & Me-
litam abducunt.

Mahometis tertij obitus.

Sub id Mahometes tertius lue contactus obiit, vir feritate, an libidine impotentior incer-
tum, qui regni auſpiciis vndeuiginti fratribus gulam fregerit, filio regnum affectanti fauces
eliſerit, vxorem mari merſam interemerit. D

Ioãnis Paſſeratij obitus.

Exeunte anno Pariſiis Ioannes Paſſeratius Tricaſſibus ortus Romanæ eloquentiæ Re-
gius Profeſſor vita exceſſit, vir carminis Latina, & vernacula lingua ſcribendi ſummus,
reſtituendis, ac repurgandis veterum auctorum ſcriptis felix, Latinæ integritatis in elo-
quendo ſi quis alius retinens, oratione acutus, & terſus, qui cœcitatem in quam aliquot an-
te obitum annis inciderat, eleganti laudatione conſolatus eſt.

Eodem anno motus inter Ennonem Friſiæ orientalis Comitem, & Ciuitatem Ambren-
ſem, qui diu arſerat, iis conditionibus compoſitus, quæ maieſtati Imperij aliquid detrahere
viderentur, quare & à Cęſare improbatę ſunt. Nauigatio, & negotiatio Batauis Regis Hiſpa-
niæ voluntate toto mari aperta, quia inuitis & repugnantibus eripi, aut claudi, niſi malo Hi-
ſpaniæ non poterat. Fons medicamentoſus propter Treuerim in Germania repertus, cuius
potione, morbus articularis, calculi dolores, capitis vertigo, ipſa etiam elephantiaſis ſanate- E
tur. Ratisbonæ Comitia per Matthiam Auſtrię Archiducem Rudolphi ſecundi Cæſaris no-
mine habita, quibus rei Chriſtianæ in Hungaria laborãti vtcunque conſultum, pecuniæ de-
lectui habendo, & alendis militibus decretæ. Ad Strigonium multa Turcorum transfugia
per ſimulationem facta, varij rumores de Tartarorum abitu ſparſi, vt noſtri depoſito me-
tu incurioſis excubiis agentes imparati opprimerentur, quæ machinamenta Hungaris frau-
dem ſuſpectantibus fruſtra fuêre.

Inter hęc Vitſirus Baſſa Belgrado cum octo armatorum millibus egreſſus eſt, vt plauſtra
commeatu onuſta Budam inferrer. Id gnarum Colonitſio, qui delecta manu obuiam per-
git, in Murathem Baſſam ſex Ianiſſerorum millia trahentem ad Mohatſciam oppidum in-
cidit, manum conſerit, hoſtes cædit, & fugat, qui numero potiores vbi Colonitſium victorię
æſtu longiùs prouectum ſubſidiis moram trahentibus animaduertunt, fugam ſiſtunt, & cõ- F
uerſa fronte ſtrenuè concurrunt, noſtros cædunt, & terga vertere cogunt, quibus Heiducci
nauigiis aduolantes auxilio facti prœlium reſtituunt, & incenſo ponte Turcorum ſtrage fa-

cta vexil

A ꝯta vexilla duo, & totidem tormenta in caſtra referunt. In eo grauiter peccatum, quòd vi-
ctoriæ non inſtiterunt inſidiarum metu, cùm in proximo ſtipendia eſſent, quæ Turcicis
præſidiis numerari oportuerat. Poſt paulo à Vitſiro Baſſa vberes commeatus impunè Bu-
dam traducti ſunt, in quem Danubio ponte iuncto numeroſas copias ad inſulam Adoniam
trahentem Ruſuuurmius equitum magiſter inſtructa acie impreſſionem fecit, tanta ho-
ſtium ſtrage, vt Danubius ſanguine mutatus ægrè inter cadauera fluctus euolueret. Multæ
naues onere depreſſæ, & fluctibus hauſtæ ſunt. Tartaris ex Hungaria cum præda exceden-
tibus Trautmanſtorphius ſex millia peditum, mille quingentos equites, in Poſſegios Tur-
cicæ ditionis colonos duxit, pagos, vicos, oppida incendio vaſtauit, vt vicem Tartaris red-
deret, Poſſecam propugnaculis, & præſidio munitam excidit. Georgius Baſta Ieſuitas Clau-
diopolim, vnde per contumeliam eiecti erant, reduxit, prouentu annuo, & amplis ædibus
B auxit, ſeditionis auctores in furcam egit, oppidanis plurimum repugnantibus, qui ſectæ ad-
dicti ex eo à Cæſare fuêre alieniores, & in alia omnia proni.

Diuerſa parte rebelles in Aſia Aſſano Baldacenſi Baſſa incendium ventilante Sultani res *Taurifium*
accidebant, Perſa Taurifium munitiſſimum oppidum tormentis æneis tam continua ver- *tormentis*
beratione pulſauit, vt vrbs victori accederet, & ex omnibus orbis partibus Turcicum impe- *verberatū.*
rium laceſſitum ruinam minaretūr.

Dum in eo ſunt Archidux in Belgio Syluam Ducis obſidioni ſoluendæ ingreditur, & in
eam Hiſpanorum ſex millia per ſpeciem amicitiæ intromittit, vnde Mauricio ſoluendæ ob-
ſidionis neceſſitas impoſita, Batauí in Hiberna ſe recepere, ab Hiſpanis in vrbe, coercendis
ciuibus, arx excitata.

Inter hæc Amurathes Rayſius prædo nobilis oram Siciliæ myoparonibus infeſtabat, qui
C cùm in Belgicam nauim vehementius incumberet, & nullus effugio locus eſſet, Belgæ re-
bus conclamatis hoſte vndique ingruente ſubdito in puluerem igne, exitio ſuo Turcas, eo-
rûmque triremes inuoluerunt. E clade ſuperſtites in triremes Ferdinandi magni Hetru-
riæ Ducis toto mari formidabiles, armis, viriſque inſtructiſſimas inciderunt, à quibus
poſt anceps, & internecinum prœlium captæ, & opima præda, vt fieri amat, ſpoliatę ſunt,
Rayſius fuga elapſus eſt, reliqui captiui remo affixi Libornum appulerunt.

In Hungaria bellum cum Turcis latrocinio propius fuit, variæ paſſim velitationes, po-
tuit per Aſiaticam rebellium defectionem Hungaria iugum Turcicæ dominationis excute-
re, ſi Cæſar maioribus copiis vim feciſſet. Verùm dum Tranſſyluaniæ inhiat, quæ præſcri-
ptione donationis iuſto domino repoſcenti negari non debuit, dum ſumptibus parcit, &
bene ſecum agi putat, ſi hoſtium excurſus coerceat, hoſtilia non auſus, otium coluit. Oc-
D caſio calua eſt, debuit fronte apprehendi, Mahomete tot hoſtibus defeſſo. Sed dum ille
veterno languet ad Oſtendam Archidux æſtuat, & maioribus animis rem gerit, vbi me-
chanicus quidam ad Hiſpanos ex vrbe transfuga nouum illud globorum ardentium ma-
chinamentum, quo tot planæ formæ propugnacula arſerant Hiſpanos docuit, eáque in vr-
bis exitium conuerſo ſuis artibus hoſtes petiit, in munitiones ignem impulit, qui ſine mul-
ta cæde reſtingui non potuit. Pompeius mechanicus vir ingenio præſtans, & inuentis fœlix,
Hiſpanis induſtriam obſtruendo portui fruſtra commodauit, omnibus machinis obſeſſo-
rum virtus, & æſtus maris ſuperior fuit.

Id temporis Spinola fratre interempto negotium exſcindendæ vrbis in ſe recepit, pro- *Spinola O-*
pugnacula quinque exſtruxit, vnde vrbs fulminaretur, noua machinamenta cottidie re- *ſtenda ex-*
perta fraudi fuêre, Chiſtellius à Batauis cum ſummo imperio in vrbem miſſus obſeſſis ani- *ſcindendæ*
E mos faciebat, ipſe militiæ impiger multus in operibus erat, propugnacula integrabat, ipſo *negotium in ſe recepit.*
natalis Chriſti peruigilio nauim ſeptuaginta paſſus longam qua portus aggeſtu terræ ob-
ſtructus erat, globis ferreis diſruptam in aerem ſparſit. Spinola tum nouum ad occidentem
munimentum ratibus imponit, quo propugnaculum vrbis cognomento ab Iſtrice Porco-
ſpiculatum, euerteret, quæ tentatio fruſtra fuit.

Idem anno 1604. Kal. Ianuarij pontem 50. paſſus longum, ſedecim latum, quatuor rotis
æreis inſiſtit, quarum diameter paſſuum X V. erat, ſingulæ trecentis aureis contra caræ,
malum, vt in naui, medium habuere quinquaginta pedes altum erigendo ponti, quæ moli-
tio palis & longuriis ante lunatum aggerem fixis in caſſum abiit. Cùm enim pons 40. equis
ad portum traherentur, eius extrema pars ad Longurios hæſit, & rota vna tormentis perru-
pta machina clauda in vado ſtetit, cuius iniuriæ dolore Spinola tam continuis operibus ag-
F geres promouit, vt ex munitionibus Hiſpani, & Batauí ſariſſis inter ſe decernerent, tum ve-
ro XIII. Kal. Apriles æſtu intumeſcente, & Spinolæ conatum adiuuante, propugnacula
vrbis latè deiecta ſunt, quæ clades materia quinquaginta nauibus à Batauis comportata in-

ſtaurata eſt, vbi Chiſtellius dum ad vallum frequentior eſt, glande plumbea confoſſus occubuit, in cuius locum Lohius ſuffectus, Hiſpanis in lunatum aggerem Polderenſi munitioni obiectum tormentis 44. aſſiduè fulminantibus, æſtu maris inualeſcente, vt plus ab vnda periculi quam è ferreis globis eſſet. A

Ineunte Aprili octo nauigia portum ſubeuntia vrbi ſubſidio fuerunt, agger lunatus, quem Hiſpani vi ceperant, vi ab oppidanis receptus eſt, nihil vtrimq; in hac oppugnatione omiſſum, aut remiſſum fuit, ignes, cunieuli, orbes igniti ferrata cuſpide, quibus propugnaculum Porcoſpiculatum, in quo Batauorum vltimum præſidium fuerat menſe Iunio anno 1604. ab Hiſpanis vi & armis captum eſt.

Dum Oſtendę ars cum audacia certat Hũgari Vitziri Baſſæ fuga erecti anno 1603. Idib. Nouemb. Hatuam oppugnatum eunt, vt eius excidio commeatibus via Peſtam expedita eſſet. Ruſuuurmius ante omnia ex foſſis aquas incilibus deriuat, & admotis machinis hoſtibus metu labefactis leges dicit. In vrbe opulenta pulueris tormentarij, commeatuum, & aliarum rerum copia reperta. B

Hiſpalica procella. Nonis Decembris ad Hiſpalim tam fœda procella fuit, tantus tonitruum, fulgurum, turbinum impetus, vt oppida paſſim, & pagi diſiectis ædificiis, arboribus terra erutis deformarentur, mari intumeſcente hominum octingenti, pecudum ſupra quinque millia fluctibus obruta, 60. naues profundis hauſtæ. Hac varietate caſuum annus 1603. clauſus eſt.

Anno 1604. ineunte Altheimius pacis conſilia Cęſaris iuſſu agitãs XIII nauigiis inſulam quæ ſupra Budam & Peſtam conſpicitur appellit, quem Baſſa Budenſis per literas nimia fiducia partium ſuarum Budam euocat, vt pacis conditiones agerentur. Altheimius ex ſuis aliquot eum primario quodam Turca prono Danubij alueo mittit, qui repentino turbine fluctibus hauſti ſunt. Poſtridie Altheimius ipſe Geisbergo comite Danubium traiicit, & honorificè à Turcis excipitur. Baſſa fidei firmandæ veſtem Babylonicam belluatam, manicatam, auro intextam faſciolis cæruleis inſignem operis acupicti Matthiæ Archiduci offerendam Altheimio tradit, Cæſari duas capſulas armis Turcicis refertas, & phaleras, ac equiſtratum gemmis & auro Arabien conſpicuum, Bogierus Baſſæ vicarius Altheimio ipſi veſtem Attalicam muneri mittit. Induciis pactis vtrinque diſceditur, quarum didita fama vltrò omnes otium colũt, & ab armis feriãtur, mox Mahometis obitu Achmates filius eius Imperator renuntiatur, qui largitione Ianiſſeros emeritus aureo curru per vrbem ſpectandus omnibus fauſta acclamantibus traducitur, Regis Perſarum oratorem, quem Mahometes carcere clauſerat ante omnia cuſtodia eximit, & venia data Baſſam Alepenſem liberum dimittit. C

Zellalyus rebelliũ ductor. Inter hæc Zellalyus rebellium ductor Zefferum Baſſam duobus prœliis frangit, & de fœdere Cæſarem appellat, qui vt erat incurioſus, omnes rei bene gerendæ occaſiones reſpuit. Baſſa Budenſis inſtitutum de pace colloquium cum Colonitſio vrget, quod vt ſine fuco & fallaciis procederet, Peſtam nauigio venit, vbi dapſilibus epulis exceptus, mox Budam ingenti comitatu deductus eſt. Sed vt Turcis fluxa fides eſt, dum largiùs ſe inuitant, & meracioribus poculis indulgent, Peſta periculum obiit, & Budenſium inſidiis penè intercepta eſt. Nihil hoc hominum genere fallacius, aut immitius. Si vi & armis inferiores ſunt, per pacis ſpeciem noſtros cuniculis oppugnant, vbi bello ſuperiores ſunt, abſciſſa fide immaniter ſæuiunt. Baſſæ mens ea erat, vt honeſto pacis nomine Cæſaris victorias tardaret, & pactis induciis vrbes præſidiis, & propugnaculis muniret, militem legeret, exercitus cogeret, & maioribus viribus Hungariam infenſaret. Quod Colonitſio gnarum, qui interrupto pacis colloquio belli rationes agitauit, cùm Turcos Babotio intercepto Pappæ imminere cerneret. D E

Babylonia à Rege Perſide Turcis cũ omni vicino tractu erepta. Id temporis Perſidis Rex Babyloniam cum omni vicino tractu Turcis eripuit, Reuariam inſiluit. Cicalam iuſto prœlio deleuit, inito cum Caracaſa rebellium in Aſia duce fœdere, Cicalæ filium manu cepit. Sultanus in ipſa pueritia animi ferox trecentis proceribus, quorum ignauia patre ſuperſtite res Turcicæ afflictæ erant, fauces laqueo eliſit, fratri ætate minori gulam fregit, Zellaius alter rebellium in Aſia Dux Sultani pollicitis illectus in Hungaria Zefferi Baſſæ copiis deletis, Boſnenſem prouinciam in verba ſua iurare coegit, mox à Zeffero ex improuiſo fuſus, fugatuſq; ineunte Martio Albam Regalem ſe recepit. Iucundum erat ſpectaculum, cùm Chriſtiani nominis hoſtes ſuis ipſorum armis caderent, & hanc Hungaris operam præſtarent. Zefferi morte de conſilij ſententia Zellalyus Temeſuariæ, Begedes Baſſa Boſnæ impoſiti ſunt. F

Inter hæc cùm Altheimij duces ac milites populationibus per agros & oppida graſſati eſſent, & ciuitatibus metallicis pauperiem feciſſent, Viennæ in carcerem compacti ſunt.

Gende

A Genderodus Altheimij vicarius è carcere funiculo demiſſus cuſtodibus vino ſopitis euaſit, in eius milites grauiter vindicatum, pleriq́ue primoribus dextræ digitis truncatis in furcam acti, & vt cæteris terrori eſſent, per militares vias è patibulis ſuſpenſi, aliis gratia vitæ facta, quibus in priſtina reſtitutis militaria munera iniuncta ſunt.

Sub id Zellalyus Baſſa Temeſuariæ Lippam inſidiis tentauit irrito ictu, noſtris arma conclamantibus, & hoſtium tergis vulnera imponentibus Baſſa Budenſis per ſpeciem pacis iterum Strigonij præfecto ſublinere os conatus eſt, cùm Hungaris, & Germanis nihil ſtolidius eſſe diceret, quibus Sinniuium caſtellum munitiſſimum induciarum præſcriptione delinitis furtiua irruptione, magna noſtrorum ſtrage, per fraudem eripuit, Caniſia item egreſſi Turci Limpanum vicum incendio vaſtarunt, quibus in reditu Serinenſis Comes vicem reddidit, & furto belli vulnera impoſuit. Haiducci Lippa egreſſi Kcouium caſtel-
B lum opere, & ſitu validum ſcalis admotis irruperunt, & Turcis ſua facta reddiderunt.

Inter hæc Cicalla noua clade à rebellibus in Aſia fractus eſt, Rex Perſidis Setuana, & Argitone ciuitatibus expugnatis, Aruſtam vbi Tigris in Euphratem influit, & agros aſſitos vicepit, & oratores Pragam ad Cæſarem miſit, qui eum ad belli ſocietatem inuitarent, Aleppum emporium nobiliſſimum ex inſidiis intercepit. Cæſari animus, non rei bene gerendæ occaſio defuit.

Cicalla à rebellibus frãgitur.

Sub id ſeditioſorum in Belgio numerus adeò excreuerat, vt cùm eos Hoſtrata non caperet, Grauiam Mauricius ea lege adiunxerit, vt popularionibus abſtinerent, Archiduce ad obſequium eos fruſtra reuocante, cùm manus eorum oculatæ audita ſpernerent, viſis & præſentibus fidem darent. Batauí Angliæ Regem ſibi emereri ſtudent, duodeuiginti generoſos equos, & tres auro, ac ſerico inſignes currus ad eum muneri mittunt, ex itine-
C re nauim Hiſpanicam auro, & mercibus onuſtam diripiunt. Omnino neque vnquam Batauis cum Hiſpano, neque Turcis cum Hungaro, neque ſeditioſis cum quoquam, vbi noua lucri ſpes affulſerit, fides conſtabit. Oportet eum qui fidem ac pudorem ſemel exuerit, inſigniter impudentem ac perfidum eſſe.

Cùm autem Oſtendana obſidio longiùs procederet, de conſilij ſententia Mauricius duodecimo Kal. Maias ingenti claſſe Mittelburgum, & Armudium appulit, inde Vliſingæ, & Sluſæ oras legit, & in portu, quem angulum nigrum vocant, exſcenſione facta Oſtoſlirum, & Hoftendam duo inſulæ Caſanti propugnacula, deditione recipit. Gnatum id Archiduci, qui tumultuario milite Sluſam aduolat, & ad portum lunato aggere ſtructo tranſitum Mauricio abrumpit. Is pridie Kal. Maias tranſmiſſo fluuio, qui Sluſa Iſendicam decurrit, Coxiam propugnaculum, & caſtellum S. Catharinæ inopinato impetu ſui iuris facit,
D vbi magnæ commeatuum copiæ repertæ. Inde, vt erat otij procax, & belli properus, S. Philippi arcem inſilit, mox Iſendicam corona cingit. Caſtellum id natura, & manu validum tertio à Sluſa lapide ſitum eſt, adeò amplum, vt vix horæ ſpatio circumiri poſſit. Aggeribus hinc inde munitum eſt, quos Mauritius, magnum in celeritate lucrum eſſe ratus, lunaris aliquot munitionibus, vt aditum Hiſpanis obſtrueret, amplexus eſt.

Interim Hiſpani ad Caſantum inſulam claſſiariis expoſitis vim faciunt, vbi à duabus equitum turmis, & XII. peditum cohortibus, quæ in inſidiis ſubſederant, Dorpenſi Duce tanto impetu excepti ſunt, vt in fuga pleriq́ue omnes perierint, quadraginta manu capti ſint, octo celoces prædæ acceſſerint. Mauricius ſucceſſu ferox Iſendicæ oppugnationem vrget, & per tubicinem deditionem imperat, qui glande plumbea contra fas gentium confoſſus eſt. Ingratè id Mauricio acceptum, cui animis & ira tumenti, ex pacto arx dedita,
E præſidiarij cum armis & ſarcinis arce emiſſi, quam nouis aggeribus, & præſidiis ſolens more ſuo firmauit, inde Aldenburgum, & Mittelburgum oppida diffugientibus Hiſpanis inuolat, vbi milites ſacra, prophanaq́ue pariter habuerunt.

Interea ſeditioſi ad Mauricium propetantes ex itinere Bruxellenſem agrum, & Thienenſem populati ſunt, Germanorum equitum turmam ab Archiduce ſubſidio miſſam fregêre. In dubio eſt, forténe, vt occaſio naſcitur, an occulta ſiderum vi ſtatis temporibus hi motus animis iniiciantur, vt ad turbas, & tumultus proniores ſint, cùm & in Aſia, & Hungaria, & Belgio eodem penè tempore milites in turbas ierint, & latrociniis oppida, vicoſq́ue attriuerint. Omnino ita ſtatuendum eſt, Principes, vt plurimum, his moribus anſam dare, qui militi neque ſtipendia, neque annonæ ſubſidia proſpiciant, quem ad vitæ pericula cottidie pro ſuo decore obiiciant. Hoc ante omnia Romæ, vbi militiæ diſciplina religioſè ſer-
F uata eſt, ſolenne fuit, vt militi ſtipendia, & annona ſtato tempore procederent, aut ſi, quod in tumultu ciuili fieri amat, res in arcto eſſent, villæ, pagi, oppida diripienda in hoſtium agro darentur. Sine copiis bellum adminiſtrari, & miles in officiu contineri nequit. Qui

Seditioſi ad Mauricium properant.

vita militis ad fructum ſuũ abutitur,vitæ militis ſubſidia proſpiciat,aut ſeditiones & perni- A
ciẽ exſpectet. Archidux in id omni ſtudio incubuit,vt turbulentos ad obſequiũ traduceret,
à Comite Vandembergio, & aliis ducibus leges ex æquo , & bono dictæ ſunt , quibus ſedi-
tioſi ſteterunt, & Archiduci gnauam operam præſtiterunt , Hoſtata, & Keapa eis reſtitutæ
Maurieio,quia ſeditioſi theſauros ei ſuos crediderunt,Grauia,vt legi ſtaretur,ex pacto red-
dita XV.Kal.Iunias Mauricius Milleburgo & Ardenburgo pręſidio firmatis Baccium cum
firmo equitatu explorandis itineribus præmittit, qui cùm inter Lapſchuram. & Vcham in-
curioſius iter faceret,ab Hiſpanis inter arbuſta latitantibus,ex inſidiis oppreſſus pila plum-
bea crure confoſſo , quadraginta equitibus primo impetu proſtratis obruitur. Mauricius
ſcloporum fragore excitus ſubſidio ſuis aduolat , Hiſpanos mille amplius obtruncat , tre-
centos manu capit, reliquis fuga dilapſis.

Caſtellũ nouũ à Mauricio captũ.

Inde proximè Oſtkerkam fluuio ponte ſtrago munitiſſimum caſtellum inuolat, & præ- B
ſidio firmat,tum propter Sluſam Caſtellum nouum veteranis militibus inſeſſum obſidione
tentat,& naues pręſidiarias portum obſtruere commeatibus occludendis iubet.Hiſpani per
ignauiam leges accipiunt,& rebus ſaluis excedunt. In cuniculis ſub aggeribus 40. pulueris
ſulphurei capſulę igne funibus adrepente latebant,à quibus magna Mauricio clades prom-
pta erat , niſi vnius ex præſidiariis indicio inſidiæ patuiſſent. Eius equitatus ad Oſtkerkam
aliquot Hiſpanorum equitum turmas, & peditum cohortes ſubita irruptione deleuit. Ipſe
propugnaculum Becchaſſium in colle ſitum ruina facta,& impreſſione ter repetita vi cepit
magna præſidij ſtrage.Hiſpani Sluſæ metuẽtes auiis itineribus per ſtagna & paludes ſeptin-
gentos pedites puluere onuſtos in vrbem ſubſidio mittũt, quod iter per ſe arduum Mauri-
cius nauigiis inſedit,Angli munitiones in ſuburbiis poſitas vi ceperunt,& aggeres,vallúm-
que per amfractus propius ad vrbis foſſas applicuerunt. Vrbs propugnaculis hinc inde à C
Mauricio circumſeſſa eſt, vt exitus aditusq; obſepti eſſent.

Pridie Kal.Iunias equites in vrbem ſubſidio cum annonæ copiis miſſi Brugas vnde exie-
rant à Mauricio pulſi ſunt , currus 20.farina onuſti capti. Is tormentis ad vrbem abſtinuit,
donec munitiones vrbem vndiq; cingerent, & caſtra firmo opere vallarent , tum pilis fer-
teis,& cuniculis res geri cœpta.

Oſtẽdæ verberatio.

· Inter hæc cùm Oſtendana obſidio vltra triennium extraheretur, Spinola propugnaculo
Porcoſpiculato inſeſſo , vim longiùs promouit,& cuniculis actis . aggerem oppoſitum ma-
gna præſidij ſtrage ſubuertit.Inde vallum Polderenſem de noctè inſiluit, vbi peſſimè acce-
ptus,pedem cum ſtrage referre coactus eſt , mox Polderenſis agger cuniculis ſuffoſus diſſi-
liit,quo latè hiante irruptio facta,ſed alterius valli obiectu impetus Hiſpani ſtetit,cùm glo-
bi catenam ferream latè porrectam trahentes,& orbes incendiarij ex vrbe ſæuirent.Ea ten- D
tatio Hiſpanorum octingentis capitibus ſtetit.Obſeſſi globos ferreos intus cauos, ſulphure
& nitro repleuerant,qui concepto igne in quinquaginta amplius fragmina diſſilientes , ma-
gnam incurrentium hoſtium ſtragem edebant:vtrinque vno & altero menſe cuniculis ſæ-
uitum eſt.

Porta quæ occaſum ſpectabat cuniculis magna præſidij ſtrage ſubruta eſt , intempeſta
nocte Hiſpani per ruinam ad vallum vetus penetrarunt , & tria propugnacula excitarunt,
quinquaginta tormentis impoſitis , quibus intima vrbis diſiicerentur.In ea obſeſſi XV.
Kal. Septembr.magno numero irruperunt, vnde ingenti clade ab Hiſpanis ſummoti ſunt.
Tribus millibus capitum ea tentatio vtrinque ſtetit.

Id temporis Scapha Mauricij quæ 20. pulueris igniarij capſulas Oſtendam inuehebat,
globi ferrei ab Hiſpanis iaculatione incendium concepit , vnde ipſa cum fragore diſrupta E
20.claſſiarios igne inuoluit.& in alteram incendium ſparſit,quod Hiſpanis animos addidit,
vt vrbe mille & quingentis globis verberata eodem die irruperint , & hoſtes munitione ad
occaſum expulerint.Spinola ingenio & robore præſtans,rates ex trabibus contextas, & do-
liis impoſitas inter ſe deuinxit, illiſq; portus oſtium in parte occluſit,ſub quibus pro vineis,
& pluteis cunicularios ſubſidere , aggereſque ruto perfodere iuſſit , tum ſcloppetarios op-
portunis locis diſpoſuit,qui Batauos certo ictu,ſi tantillum extarent,configerent, cuniculis
igne ſubdito via in vrbem facta , & oppidani penè extra vrbem in eam munitionem com-
pulſi,cui nouæ Troiæ cognomentum fuit. Santhillæ propugnaculo vi capto Batauí rebus
comploratis,quantum pretioſæ ſuppellectilis,aut tormentorum fuit, & paratus bellicos in
Zelandiam exportarunt , & in ſclopis , ac gladiis vnicum præſidium repoſuerunt , quibus
æſtus maris adeò iniquus fuit,vt vmbilici fine in aquas immerſi cum hoſte decernerent:vbi F
ſpes omnes ſibi abſciſſas vidêre XIV. Kal. Octobris deditionis leges accepêre,& æquiſſimis
conditionibus oppido ad tria millia exceſſere. Monſtri loco fuit tot præſidiarios in ea vrbe
deſperata

Digitized by Google

A deſperata audacia, rres annos obſidioni pares fuiſſe, in qua omnia ædificia eò vſque labefacta, & perrupra erant, vr ne vnum quidem integrum ſupereſſet, documenro poſteris, quanrum in animis gloriæ auidis obſtinario, & pertinacia poſſir. Nuſquam magis inuicti ſpirirus in obſeſſis, nuſquam maius victoriæ in obſidentibus ſtudium repertum eſt. Canant poeræ, & fabulis arrollant decenne Ilij obſidium, Lacones viginti annos in pertinaci Meſſanæ oppugnarione poſuerint, tres Oſtendanæ obſidionis anni, & aliquot prærerea menſes, illuſtribus omnibus vererum facinoribus renebras offundunt, in vrbe præfecti XIII. Tribuni cohortium XXIX. cenruriones quingenri ſexaginra rres, ſigniferi trecenri viginri duo, ſubcenruriones mille cenrum nonaginra duo, conruberniorum capira quarer mille nongenra vndecim, circiorum, & fraxarorum ad nouem millia octingenta octo, milirum gregariorum quinquaginra millia ſexcenri octoginra rres,
B nauræ octingenri vndecim, mulieres & pueri mille cenrum nonaginra octo perierunt, quam in vtriſque animorum peruicaciam Ioſephus Scaliger hoc Epigrammare inſigniuir,

Area parua Ducum, totus quam reſpicit orbis,
Altior vna malis, & quam damnare ruinæ
Nunc quoque fata timent, alieno in littore reſto;
Tertius annus abit, toties mutauimus hoſtem,
Sæuit hyems pelago, morbiſq; fluentibus æſtas,
Et minimum eſt quod fecit Iber, crudelior armis
In nos orta lues, nullum eſt ſine funere funus,
Nos perimit mors vna ſemel, fortuna quid hæres?
C *Qua mercede tenes mistos in ſanguine manes?*
Quis tumulos moriens hoc occupet hoſte perempto
Quæritur, & ſterili tantum de puluere pugna eſt.

Scaligeri verſus de Oſtendæ obſidione.

Mauricius interim Sluſæ obſidionem vrgebat, præſidiarij fame preſſi aditu commeatibus intercluſo extrema patiebantur, Hiſpani ſubſidio miſſi caſtra ex aduerſum Mauricio poſuerunt, quæ machinis tormentariis peſſimè accepta ſunt, Miltelburgicum caſtellum Mauricianis ereptum, propugnaculum ad Lapſeliuram ab Hiſpanis exſtructum, immiſſis octingentis ſcloperariis, & quingentis ſodalibus naualibus euerſum eſt. Statio Comitis Gulielmi ab Hiſpanis ſtrenuè tentata, Mauricio accurrente ſeruata eſt. Canes, feles, alura, pelles, mures, morticina, & viliſſima quæque obſeſſis fame ingraueſcente cibo fuerunt, lunatus agger ab Hiſpanis exſtructus Mauricio multo ſanguine ceſſit, qui mox ab Hiſpanis vi & fer-
D ro receptus eſt.

Ab iiſdem S. Catharinæ, & Philippi propugnacula hoſtibus per vim adempta, ad Coxiam cum Mauricio pertinaciter pugnatum qui parum à periculo abfuit. Marchio Renreius Hiſpano manum commodans eo prœlio cecidit. Mox Hiſpanis re infecta dilapſis Sluſenſes deditioni ea lege acceſſere, vt armis, ſarcinisq; ſaluis XIII Kal. Septembres vrbe excederent, tormenta, triremes, reliquus belli paratus hoſti cederet. Ardenburgum ab Hiſpanis derelictum ab eodem præſidio munitum eſt.

Dum Belgæ in eo ſunt, Algiera ciuitas Africæ opulenta quæ Turcis hodie paret, à Rege Mauritaniæ, qui Maroccio & Feſſæ imperat, coniunctis cum Hiſpano viribus fruſtra tentata eſt, Martino Lopeſio in eo conatu oppreſſo. Mauritania Rege mortuo inter filios in duo regna diuiſa eſt his legibus, vt alter Marocco, quæ ſecundùm Cairum Ægypti am-
E pliſſima & ciuibus frequentiſſima ciuitas eſt, alter Feſſæ vrbi maximæ & celeberrimæ præeſſet.

Algiera Africæ ciuitas fruſtra tentata.

Hiſpalis id temporis florentiſſimum totius Hiſpaniæ emporium, Indiæ occidentalis mercium conditorium ineunte anno eluuione maris penè obruta eſt, qua & gregum, & armentorum, & mercium tantum periit, vt iactura quæ puncto temporis mari ſæuiente facta eſt, ægrè duobus auri millionibus ſarciri queat.

Hiſpalis eluuione maris penè obruta.

Sub id in Tranſſyluania Claudiopoli comitia indicta ſunt, cùm annona vſque adeò paſſim incanduiſſet, vt felibus & canibus vulgo non temperarent: latrociniis omnia vaſta erant, Heiduccis graſſantibus, & incolis ad Turcos vltro tranſeuntibus.

In Moſcbouia magni motus Rege mortuo fuere, cùm regni proceres in ſtudia Polonorum auxilia duobus regni candidatis arceſſerent.

F In Hiſpania proximè Madridium arce Pardonia toto orbe celeberrima, aulæis Attalicis, & Babylonicis belluaris copioſa, venatu regio frequenti, Nonis Aprilis miniſtrorum incuria tam grauis ignis arſit, vt aqua, & aceto ingraueſceret. Quatuor turres in quatuor arcis

Pardoniæ arcis incendium.

angulis cùm cætera in ignes ſubſiderent, ſæuientis incendij iniuriæ exemptæ ſunt. Hiſpali Prætorium publicum Indicarum mercium promtuarium ſubito igne conflagrauit. Thermæ Carolinæ, quod oppidum opulentum eſt, incendio ceſſerunt, ſactas ædes, ſcholas, xenodochia, forum, balnea, priuata ædificia ignis depaſtus eſt. A

Boſonij incendium. Exeunte anno Boſonium nobilis Hungariæ vrbs ſub aduentum Archiducis Matthiæ tam ſæuos ignes experta eſt, vt vrbis maxima pars incendio deleta ſit. Anneberga Miſniæ oppidum metallis frequens à Georgio Saxoniæ duce ante centum annos conditum, tam retro igne arſit, vt duo amplius ædificiorum millia deflagrarint. Submiſſos aiunt à Turco incendiarios, qui paſſim ignes ſpargerent. Ædibus ſacris pepercit ignis, vt ſedilia omnia, ſuggeſtus, altare, columnæ, feneſtræ, & ſacra ſuppellex inuiolata eſſent, cùm æreæ campanæ, & tectum ipſum ſolido ære ſtans igne contabeſcerent. B

Proximè Viennam pagus Grentſingenſis ancillæ incuria incendio deformatus eſt: tres viri, duæ puerperæ cum infantibus exuſtæ ſunt. Caniſiæ fœdus ignis incuria Turcorum armamentarium depopulatus eſt, propugnaculum tormentario puluere diſſiluit. Sed & Pragæ incendium à mendicis Bohemis excitatum eſt. In auctores capite vindicatum.

Caroli Sudermaniæ Ducis latrocinia. Id temporis Carolus Sudermaniæ Dux, ob officia ſectæ aduerſus Regem præſtita, Sueciæ Rex ſalutatus in Rigenſes Catholicæ fidei cultores inclementior fuit, & nauigiis direptis latrocinia paſſim egit. Lubenſes quibuscum Rigenſibus negotiationis commercium eſt, in partes tranſierunt, à quibus ſemel atque iterum ipſe peſſimè mulctatus eſt. Chriſtophorus Radziuilus Palatinus Vilnenſis Lithuanici exercitus ductor patria caritate motus ſex armatorum millia cum Fareosbecio Regio in Polonia exercitui præfecto coniunxit, & in Liuonia Cocchėhuſium deditione recepit, Suecos inſtructa acie fregit, Vennam, & Ronnebutcum ſub imperium accepit, Rigæ obſidione Carolum deiecit. Is latrociniis melior, naues aliquot, tritico onuſtas diripuit, Vatrenſtemium in Liuonia obſedit, vnde à Cothovitſio Polono cum clade ſummotus eſt. C

Mox tamen ex inſidiis, vt erat militiæ impiger, Polonicam claſſem intercepit, & fudit. Sultanus etiam tum puer, vt è variolis, & papulis puerili morbo conualuit, Vitſirum Baſſam, qui Mahometi patri operam in Hungaria probauerat, honoribus auxit, eique vexillum Prętorium cum claua manuaria Hungarica ex ſolido auro Belgradum muneri miſit, iuſſitq́; vt quantum virium cogere poſſet, Conſtantinopolim properè deportet, vbi re magnis contentionibus in ſanctiori Conſilio, quod Diuanum vocant, diu multúmque agitata, decretum eſt, vt Cicala Baſſa Perſico, Vitſirus Baſſa Hungarico bello duces præficiantur. D

Quare Cicala vexillum militiæ ſtatim ædibus ſuis affixit, & in Perſam expeditionem mouit, irato Deo, qui copias eius in prædam & lacerationem Perſis dedit, vnde vrbium & prouinciarum vaſtitas ſecuta eſt, cùm interim Baſſa Damaſcenus, & Aleppenſis armis inter ſe decernerent, & de principe loco contenderent, qui tamen annonæ penuria vrgente io gratiam redire coacti ſunt. Vnde conjicias idem omnium toto terrarum orbe hominum ingenium, eundem ambitum eſſe, honeſtos titulos ab omnibus obtendi, ſuæ quemque rei ſeruire, & quà via promior eſt, ad priuatas opes publicis nominibus iniri.

Vitzirus Baſſa in Hungariam bellum ſuſcepit. Vitzirus Baſſa in Hungariam Chami Tartari auxiliis fretus iter affectat, & vt ingenio callidus, & rerum tractatione peritus erat, aperta ſæpe vi, ſæpius occulta graſſatur. Tartarus auro redemptus quia hanc ipſe expeditionem per ſe ſuſcipere non poterat, filio adoleſcenti, honoris & periculorum auido, innumeras copias exornat, quæ Polonia excluſæ in Valachiam flectunt, vbi à Vaiuoda Radulenſi, & Georgio Baſta vario marte exercitæ ſunt. E

Cùm tanta belli moles ingrueret Maximilianus Archidux ad genua Pontificis Romæ procumbit, & oſtentato Chriſtiani nominis periculo centum quinquaginta aureorum millia ex decimis ſacerdotalibus per Italiam ab bellum Hungaricum de purpuratorum patrum ſententia à Pontifice conſequitur. Sultanus Vitſiro Baſſæ in mandatis dederat, vt Strigonium à Cæſare vi, aſtu, precario extorqueret, ſed omnino extorqueret. In ea vrbe clauem imperij, & aditum ad reliquas Chriſtiani nominis vrbes ſitas eſſe, quod ne fieret Baſta Hungariæ Prorex prohibuerat. Heiducci proximè Belgradum Reouinum Caſtellum muniti ſſimum inſidiis interceperunt, & in eo Turcos octingentos ferro necarunt. F

Caſſaiæ tumultus. Caſſaiæ poſtridiæ Idus Auguſti per cauſam religionis tumultuatum. Præfectus enim

vrbis

A vrbis in Senatu edixit, vt inſtaurata fide Catholica miniſtelli ſectæ tubicines excederent, & ne oppidani edicto intercederent Heiduccos diſſimulato habitu in vrbem ſubmiſit protractis in forum æneis catapultis, quo metu miniſtri ſeditionum flabella vrbe excedere, oppidani iram premere, & odium intus coquere coacti ſunt.

Exeunte Auguſto propter Sagmatiam in patenti camporum æquore duo equites ſanguinea veſte coronas aureas rubra cruce inſignitas capite, vexillum ſanguinea cruce fulgens dextra geſtantes, pleriſque oculatis teſtibus, qui auctoritatem non defugiant, Pattactono fluuio quaſi glacie ſtaret equis inſidentes ſicco veſtigio tranſmiſſo, ex oculis ſpectantium euanuerunt.

Interim Turci Punica fide cum Hungaris conditiones pacis agitare inſtituerunt, quibus inſitum erat, innata ſtoliditate fucum fieri poſſe: ſed poſt multas vtrinque verborum B velitationes re infecta colloquium dimiſſum. Miraculo proximum eſt Germanos, & Hungaros Turcorum perfidia toties captos adeò ſui neſcientes eſſe, vt fallacibus eorum verbis aures præbeant. Id pacis ſtudio potiùs, quam Cæſar vnicè expetit, & rebus ſuis expedire arbitratur, quàm ſtoliditati aſcribendum.

De pace verba iaciebant, & interim Vitſirus Baſſa decem Ianiſſerorum millia, & innumeras Tartarorum copias in eorum exitium trahebat, quo metu Iagenreuterus Peſtæ præſidio præfectus per ignauiam, & flagitium vrbem incendio deformatam non exſpectato aduentu hoſtium deſeruit. Budenſes in conſpectu poſiti incendio viſo cui nemo mederetur, eò confeſtim aduolarunt, & reſtincto igne vrbem nouis operibus inſtaurarunt. Strigonij Iagenreuterus ab Altheimio flagitij damnatus in vincula datus eſt. Debuerat capite noxiam luere, & in furcam publico ſpectaculo agi, qui gentis ſuæ de- *Iagenreuteri Peſtam deſerentis ignauia.*
C cus, & Chriſtiani nominis dignitatem tam inſigni dedecore violaſſet. Turci ſucceſſu tumentes Strigonium corona cingunt, & omnia excidiis vrbium adhiberi ſolita ſedulò admouent. Septimo Kalend. Octobres noſtri eruptione facta hoſtes aggeribus pulſos eò vſque inſecuti ſunt, donec victoriæ æſtu in medium hoſtium agmen inciderent, vbi noſtris pugna pro meliori fuit, è quibus centum, è Turcis octingenti occubuerunt. Aliud militiæ flagitium pari dedecore X I I. Kalend. Octobr. à præſidiariis Hatuæ perpetratum eſt, à quibus ante rubæ clangorem, ante hoſtis minas ea vrbs per ignauiam derelicta eſt.

Generoſius à Tambetienſi Lippæ arcis Præfecto factum, qui fama de obſeſſo Strigonio didita, Lippam valida manu aduolat, Bethlinum Haborem, qui Tranſſyluaniæ Princeps à Sultano renuntiatus cum Bechere Baſſa numeroſo exercitu ad Themeram conſe- *Tamberienſis virtus.*
D derat, imparatum nec opinantem adoritur, cædit, fugat, mille exſortibus equis ſpoliat, & hoſtes ægrè tunicula ſumpta femineces in Themeram fluuium inſilire cogit. Heiducci quorum opera vſus erat, cum opima præda mox ad ſtationem ſuam dimiſſi in Temeſuarienſis Baſſæ vicarium Bethlino ſuppetias ferentem ex itinere incidêre, quem ſarcinis, armiſque ſpoliatum ad internecionem cecidêre. Inde Tamberienſis proximè Iulam Turcos per agros palantes, ac prædabundos ad foſſas vſque arcis inſecutus, cùm præſidiarij noſtrorum metu ne ſimul irrumperent, portas occluderent, ad vnum obtruncat, ſuburbia igne vaſtat, & decem hoſtium vexilla victor ad Georgium Baſtam refert. Vitzirus Baſſa tot cladibus attritus cùm obſidio non ſucccederet, vt noſtrum impetum debilitet, & ſuis laborantibus auxilia proſpiciat de pace iterum verba ſolito aſtu iacit.

Sub id Coſacci qui Turcicæ militiæ nomen dederant, excubiis ſuorum trucidatis ho- *Coſacci à Turcis deficiunt.*
E neſto transfugio ad noſtros Comorrham, & Totiſam ſpoliis onuſti tranſgrediuntur, quorum exemplo moti ducenti equites à Turcis transfugæ Colonitſio ſacramento dixerunt.

Quinto Non. Octobres Serdares Baſſa Strigonij ruina latè hiante ad propugnaculum Sancti Thomæ impetum facit, vnde magna ſtrage Ianiſſeri deiecti, quingentis amplius deſideratis.

Tertio Non. Octobr. iterum vis facta irrumpentibus fraudi fuit, plures capſulæ ſulphureo puluere plenæ in hoſtium cuniculis interceptæ ſunt. Cùm res eorum in deterius abirent denuò conditiones pacis à Serdare Baſſa veteratoria arte agitatæ, & à noſtris repudiatæ ſunt. Quare Sexto Idus Octobres ſexties irruptio facta eſt tanta hoſtium ſtrage, vt foſſæ cadaueribus & ſanguine ſtagnarent, tum Comite Mansfeltio ex arce ſtrenuè rem gerente obſidio ſoluta eſt. Extremum abeuntium agmen Baſta cecidit, & fugientibus F vulnera impoſuit. Turci Tartarorum copiis aucti nihilo ſecius ad Pullancham, Serſehinum, Villecham prædas egere, quos valida manu Colonitſius inſequutus palantes in fugam dedit.

Bethlinus cæſus. Inter hæc Bethlino in Tranſſyluania cæſo Boſtcaius quidã Iſtuanius ſe Principẽ ferens A coacto exercitu nouis motibus initium dedit. Belgioſa Baſtæ vicarius vt motus comprimeret Rotchouſij, Petſij, & Petri Lalæ copiis ad ſuas aggregatis cum Heiduccis propter Adoriam oppidum altero à Varadino lapide, obuiam Boſtcaio factus eſt, vbi tribus Heiduccorum millibus ad Boſtcaij partes per ſummum militię flagitium tranſgreſſis, Belgioſa, & Petſius peſſimè accepti fuga ſaluti conſuluerũt. Boſtcaius Heiduccis ſectæ ſtudio, cui ille addictus erat, vndique affluentibus, Caſſouiam occupat, Catholicæ fidei cultores vrbe pellit, ſectam in maius prouehit, Ieſuitæ, & reliqui ſacerdotes Presburgo exacti Vieonã ſe recipiunt.

Interim Baſta fidei Catholicæ propugnator delectu habito Heiduceos inſequitur, quadringentos ad Villecam ferro merit, Blaſium Nemeſium eorum ducẽ in furcam agit. Quarto Idus Decembres iterum in Heiduccos inuolat, die nebulis fœdo, & mille quingentos obtruncat. Mox Zipſam obſidione liberat, eamque nouis operibus munit, tum per hyemis B ſæuitiam Caſſouiæ potiendæ ſpe deiectus Epporiam, Leutzam, Zobenam, & Neutotſiam ea lege ad ſe trahit, vt ſectæ miniſteria libera eſſent.

Poſt paulò Colonitſius ad eum ſe aggregat, de quorum penuria Cæſar admonitus Vienna 30. curtus panno, pecuniaq́; onuſtos per Comitem Solmenſem mille quingentis Huſſaris ad cuſtodiam adhibitis tranſmittit. Huſſari fluxæ fidei pecuniis direptis ad Boſtcaium tranſgreſſi ſunt, & ad eum centum, & 30. millia florenorum inſigni perfidia deportarunt. Interim Heiducci Sandram arcem vi capiunt, præſidiarios trucidant, Villecam oppidum igne deformatum diripiunt, nouem munitiſſima caſtella expugnant. Exeunte Decembri in Colonitſij caſtra irruunt, & ſtragem ingentem edunt. Ibi virtus Colonitſij enituit, qui equo plumbea glande confoſſo, Heiduccos XIV. ſua manu obtruncat, & alios terga vertere cogit. C

Hungaria ab Heiduccis latrociniis vexatur. Id temporis Heiducci ad tria millia coacti, ciuitates metallicas in Hungaria latrociniis vexarunt, Hungaris vltrò ad eos per cauſſam religionis trãſgreſſis, & per incendiarios Iauatino, Comorrhæ, & aliis paſſim vrbibus exitium moliti ſunt. Omnes Tranſſyluaniæ motus occaſione ſectæ nati ſunt, quam cùm alieno tempore Cæſar premere vellet, indigenæ ad res nouas exarſerunt, & Turcorum vicinia in Cæſaris perniciem incubuerunt. Quamuis enim Catholica fide nihil antiquius eſſe debet, oportuit antequam hic cardo moueretur, res Cæſaris adeò firmas eſſe, vt nihil vel ab indigenis, vel à Turco periculi eſſet, ſæpe tempori cedendum, & vt in tempeſtate ad ingenium maris velificatio regitur, malus demittitur, vela contrahuntur, ita & in Reipublicæ adminiſtratione ſæpe aliquid remittendum, neque pertinaciter ventis ac fluctibus obnitendum. Ita Carolus Quintus in Germania ſectæ furenti aliquid indulgere, & tempori parere coactus eſt, cuius veſtigiis in Belgio ſi Philippus D inſtitiſſet, non perniciales illæ turbæ cœlum terra miſcuiſſent, & omnia cædibus funeſtaſſent.

Angliæ Rex quia omnes in ſectam conſentiunt Catholicos regno excludere cogitur, nec enim regit, ſed regitur; non imperat, ſed imperatur, & ni clauum, quia eſt prudentia, ſæpe ab ingruenti æſtu deflectat, naufragio ſubducere ſe nequeat.

Pax inter Hiſpaniæ & Angliæ Reges. Sub id inter Catholicum Hiſpaniæ, & ſereniſſimum Angliæ Reges fœdus ea lege coaluit, vt inter eos vera & ſyncera amicitia coleretur, præterita obliuione delerentur, iniuriis vtrinque abſtineretur, & inter eos pax, ſocietas, beneuolentia ſine fuco, & fallaciis intercederet. Inter vtroſque populos libera commercia eſſent, & cætera talia quæ inter amicos & & ſocios ſolennia ſunt. Longe melius Anglis mercatoribus illo fœdere conſultum eſt, quàm Gallis fœdere inter Henricum quartum, & Philippum ſecundum icto, vbi mercatoribus Galliæ quorum opera & fructu Hiſpani niſi exitio ſuo carere non poſſunt, propter tritici & annonæ penuriam, ſatis ſeuerè, ac diligenter cautum non eſt. Quare in commerciis obeundis ſæpe violantur, & indignis modis accepti per iniuriam ſuis rebus ſpoliantur. Querelę ad Regem Gallię, ſi deferuntur, ſocordia, vel nequitia eorum quibus cognitio mandata eſt, nihili fiunt, & ſtatim euaneſcunt. A Rege Angliæ querelæ, ſi quæ ſunt, ſedulò accipiuntur, & iniuriæ omni ope ſarciuntur. E

Dum in eo ſunt, Rex Galliæ interim poſt diuturnos bellorum motus paci ſtudet, Ieſuitas, vt à Pontifice gratiam ineat, & eorum ſodalitium, quod auctoritate, & numero latiſſimè patet, in integrum Lugduni, Diuione, Rotomagi, Biturigibus, Maio Venero veterano ſodalitij anteſignano, Magiſtri ſocietatis vices obtinente, in integrum poſtliminio reſtituit, Flexiæ natali Regis vrbe, Vataneo faciente, Collegium amplum, & planè regium inſtituit, & F reditibus ampliſſimis auget, Alexandrum filium extra nuptias natum in militiam Melitenſem adlegendum curat.

Hoc

A Hoc eodem anno Catharina Regis Chriſtiaoiſſimi ſoror, improles fato ceſſit. Famæ
datum id temporis Iudæum Chriſti temporibus æqualem, mille iam, & amplius annos to-
to terrarum orbe vagum, & erronem, ſine cibo & potu palari, à Deo eius pœnæ damna-
tum, quod ex fece verparum primus Chriſtum Cruci ſuffigendum, Barrabam latronem
ab vnco, & crucis terrore vindicandum, exclamauerit, mox cùm Chriſtus onere crucis
anhelans, ad officinam eius, qui cerdo erat, interquieſceret, cum verbi acerbitate eum
amandauerit, cui Chriſtus, Quia tantillum quietis mihi inuides, quieſcam; & tu irrequie-
tus errabis, ac mox dicto ocyus vecordem, & vagum tota vrbe erraſſe, inde errores ſuos
ad hunc vſque diem toto orbe continuare, eum ipſum eſſe qui viſus fuerit Amburgi, anno
1564. Credat Iudæus Apella. Hominem id temporis, cùm Pariſiis agerem ooo vidi, nec de
co ſatis certis auctoribus audiui.

Catharina Regis ſororis obitus.

B Iacobus Angliæ Rex interca Ieſuitis, à quibus ſibi ſtructas inſidias crederet, igni & aqua
interdixit, & vt Anglorum animi veteri odio à Scotis abhorreotes in gratiam coaleſce-
rent, Scotiæ, & Angliæ abrogato nomine maioris Britanniȩ nomen à Cæſare vſurpatum,
vtrique inſulæ proprium eſſe voluit, quam à gente ſua labem Angli potiore loco ſemper
habiti, ne cum hominibus ſuperbia ſola pollentibus vt ipſi dictirabant, conſociarentur, de-
precati ſunt.

Interim Rex Chriſtianiſſimus, vt Lutetiam ex omnibus regni partibus aperto fluuiorum
meatu peruiam redderet, Sequanam per anfractus, & longa diuortia viarum, ducto ingenti
alueo cum Ligeri iungere conatus eſt, quod ex voto perficere, & iſtmum perfodere potuit,
ſi ſumptibus non peperciſſet.

Sequanã cũ Ligeri iungere Henricus IV. tentauit.

Id temporis Nicolai L'hoſtei, qui Villaregio ſacrarum cognitionum veteris amanuenſis
C erat, proditio detecta. Is Rupipotium Regis Chriſtianiſſimi oratorem in Hiſpaniam ſecu-
tus pretio ad partes traductus eſt, & vt ingenio ſolers erat, in Galliam redux, cùm Villa-
regio intimus eſſet, epiſtolisq́; ſcribendis operam daret, arcana Regni omnia, & occulta
Regis conſilia per literas Hiſpano eountiabat. Quod Regi gnarum, à quo cùm ad pœ-
nam repoſceretur, aula ſe proripit, & ne in ſequentium manus veniret, ad Meldas in Sequa-
nam inſiluit. Eo facinore Villaregij fama laboraſſet, oiſi ſpectata hominis virtus ſupra inui-
diam, & crimen fuiſſet.

Inter hæc augendæ pietati Carmelitis ex Betica accitis Lutetiæ nouus monialium otdo
in S Iacobi ſuburbiis propagatus eſt, cuius ortum à Tereſia quadam Hiſpana, notæ Sancti-
tatis fœmina, vulgo arceſſunt. Catharina Aurelia, thalamos iugales pertæſa, cœnobij prima
fundameora iecit, vbi virgines nudipedalia exercent.

Carmelitæ Lutetiæ inſtituuntur.

D Cardinalis Lotharingus Lotharingo Duci ex Claudia Valeſia Henrici ſecundi filia na-
tus, malefici cuiuſdam deuinctionibus; ac ſortilegiis tam malè acceptus eſt, vt cùm pro-
cero ſtatu, vegeto corporis, & animi habitu eſſet, ſubitò quaſi peſtilenti ſidere afflatus,
ita contabuerit, vt vix oſſibus pellis hæreret. Angebatur animo, & velut intemperiis
actus fanaticum agebat. Aduocantur vndique medici, quorum ars in ſalebra hæſit. Igno-
rati morbi nouitas monſtri loco habebatur, donec Marchione Lullinſio ſuggerente, qui
orator in Angliam è Belgio miſſus erat, Mediolaneoſis monachus Ambroſiani ordinis ar-
ceſſitur, qui morbo cognito è Cardioalis cubiculo quidquid ſuppellectilis fuit auferri iu-
bet, ſub culcita reperta ſunt oſſa cadauerum, caudæ felium, præſegmina vnguium; & pi-
lorum. Monachus cottidie pia precatione, & ſanctiſſimis Corporis Chriſti myſteriis ne-
quam illis geniis qui miſeri Principis corpus inſederant, vim afferebat, attactu Sanctæ cru-
E cis articulos, manus, pedes, & reliqua corporis membra ſenſim explicabat, dolorem le-
uabat, rationis, & orationis vſum reſtituebat, exſuccum antea corpus, & aridum, priſti-
no flore veſtiebat, donec amoto maleficio, infelicibus illis geniis fugaris, mentem ſanam
io corpore ſaoo Cardinali reſtituit, & virtute Sanctiſſimi Sacrificij Miſſæ maleficium, ac
ſepulcrates deuotiones aboleuit. Eant nunc Sectarij, & ſacris Chriſti myſteriis fidem ab-
rogent, quibus omnia maleficia, & magicæ deuotiones ſuperantur. Ille morbo ſolutus, ad
Virginem Hallenſem in Belgio ſacra peregrinatione defunctus eſt.

Sub id Cardinalis Borrhomeus, pietate viri publico teſtimonio comprobata, Pontificis
auctoritate, de conſilij ſententia, Sanctorum numerus aſcriptus eſt. Franciſcus Aoſelmus
Marcaltius, ex Capucchinorum lacera cuculla primus ſui ordinis ad galerum purpureum
inuitus vocatus eſt. In Gallia Comes Aruerniȩ carcere ſolutus, quia inter ſuos res nouas mo-
F liri viſus eſt, inſidiis interceptus denuò in arcem Baſtiliam Lutetiæ iocluſus eſt.

Borrhomeus Cardinalis Sãctorũ numero aſcribitur.

Inter hæc Montius nobilis Gallus mandato Regis in eam noui orbis partem, quam vul-
go Canadam indigetant, clementi cœlo, vberi ſolo vela facit, & omne operarum genus

eò

eò deportat, quibus ea regio excoli, & viribus, frugibus, arboribus ad hominum vſus conſeri, ac manſueſcere poſſit. Ex ea nauigatione fructus expectationi non reſpondit, vberior in poſterum futurus. Hi caſus annum 1604. circumegerunt. A

Clementis octaui obitus.

Sequitur annus 1605. varietate rerum in vtramque partem inſignis, ſiue proſperos euentus, ſiue aduerſos ſpectes. Auſpicia enim anni exceſſu Clementis octaui Pontificis Maximi triſtia fuerunt, cuius in vniuerſum orbem ampliſſima promerita conſtitere. Is enim pacis inter Chriſtianos principes conciliator fuit, Sarmatiam & Pannoniam milite & pecuniis aduerſus Turcorum inſultus iuuit, eccleſiaſticæ diſciplinæ integritatem reſtituit, decus propagauit, Ferrariam recepit, & omnibus virtutum ornamentis clarus ad Deum migrauit, in cuius locum Alexander Medices ſuffragiis potior, ſuffectus, Leonis XI. nomen ſortitus eſt, qui viceſimo poſt ſacti magiſtratus ſolennia die, non quidem immatura, cùm ætate affecta vergeret, B
ſed repentina & præpropera morte ad Deum tranſlatus eſt.

***

IVLII

IVLII CÆSARIS BVLENGERI HISTORIARVM

LIBER DVODECIMVS.

A LIBRVM hunc à rebus Gallicis auſpicati libet, quæ pacis otio proſpero itinere inceſſere. Nicolaus Sillerins Brullartius vir ingenij felix, diuturna rerum tractatione peritus, Belleuræo Cancellario annis graui, & ſub occupationum faſce laboranti, velut optio, Procancellarius ſuccenturiatus eſt.

Sillerius Brullartius Procãcellarius ſuccenturiatur.

Quarto Idus Ianuarij anno 1605. Baro Saligniacus, Regis Chriſtianiſſimi orator, in locum Breuij Turcicarum rerum ſcientiſſimi ſuffectus, Conſtantinopolim magno comitatu appulit, & à Sultani purpuratis honorificè ſuſceptus eſt.

Lutetiæ XVIII. Kal. Ianuar. muliercula piſcatoris vxor, gemellas fœminas inferiore vmbilico inter ſe hærentes, vno partu edidit, quibus geminis vnicum cor, vnicum iecur, B ſingulis ſuus aluus, venter, ſplen, pulmo, & inteſtina diſcreta.

Comes Aruerniæ id temporis, Antraguius matris eius vir, & Marchioniſſa Vernolia, Antraguij filia, Comitis Aruerniæ ſoror, è qua Rex ſpe (vt aiunt) connubij liberos aliquot ſuſceperat, ob tacitas in Regem coitiones, in cuſtodiam omnes dati ſunt. Comes Aruerniæ, & Antraguius maieſtatis damnati, Marchioniſſa Vernolia in cœnobium virginum Turonenſium relegata eſt, donec de crimine conſtaret. Mox ſingulari Regis benignitate omnibus vitæ gratia facta, Comes Aruerniæ perpetuo carcere damnatus.

Antragius cum Comite Aruerniæ in cuſtodiã datur.

Vix ea factio reſederat, cùm ecce alia truculentior exoritur. Coniurationis Bironianæ pleríque in Petragoriis, & Cadurcis ſocij, capita conſeruot, in Regem denuò conſpirant, & occulta conſilia miſcent. Theminins qui ante alios Regi fidus erat, ad cædem deſignatur, mille ordinum ductores & milites, Bironij ſtipendiis, & audacia exerciti in coniuratio-C nem nomina dant, Agathopolis, Narbo, Biterræ inſidiis tentantur, factioni præſidio futuræ. Res in procliui erat, & ad perniciem prona, cùm à Bellino quodam Vaſcone, ſceleris conſcio, indicia deferuntur. Rex infra maieſtatem ſuam eſſe ratus, cum infimæ ſortis hominibus armis experiri, claſſem quæſtorum parricidij, ex Lutetiano, & Burdegalenſi Senatu, Ratiaſcum Lemouicum tranſmiſit, quorum aduentu coniurati territi diffugiunt, pauci comprehenſi capite luêre.

Cõiurationis Bironianæ ſocij in Regẽ denuò conſpirant.

Sub id per Mareſchalli Turrenij abſentiam, qui Bironianæ coniurationis fundus, ad gentilem ſuum Comitem Palatinum refugerat, in ditionis eius arcibus, & oppidis, reperti proiectæ audaciæ homines, conſiliorum eius participes, qui Regis imperiis parentes ſe præbere abnuerent, & apertam defectionem meditarentur, Rex qui abſens per nuntios ab inſania eos deducere non poterat, aduentus ſui celeritate ad obſequium, arcibus & oppidis D ereptis, adduxit.

Quinto Non. Octobris ab orto ſole ſeptima hora tanta ſolis defectio fuit, vt dies nocte mutaretur, altiſſima caligine cælo obducto. Poſt paulo Beza Galliæ fax, ciuilium tumultuum, & ſacrarum ædium incendiis famoſus, ad plures abiit.

Mairargus in Maſſilienſi prouincia nobili loco natus, & cum Cardinali Ioieuſa gentili-

tate

tate coniunctus, indignum genere ſuo facinus agitat, Lutetiæ Regi tres triremes in portu A
Mairargui Maſſilienſis proditiones apertæ.
Maſſilienſi armamentis,& ſociis naualibus inſtruendas eſſe perſuadet,quibus prædonum in
mari lattocinia,prædaſq; auerteret, cum amanuenſi Belga Legari Hiſpaniæ conſilia conſo-
ciat,à Rege Catholico clam per emiſſarios pecunias accipit,quibus ſceleris ſocios adiunge-
ret,claſſiarios in ſe traheret,& ad proditionem omnia exornaret. Habebat is in triremibus
mancipium,rei maritimæ gnarum, hominem ſolertis ingenij, quem in conſcientiam adhi-
bet,& pacta libertate conſilia prodendæ Hiſpano Maſſiliæ aperit,montes aureos pollicetur,
rem factu facilem oſtendit,triremibus in portu poſitis, claſſiariis liberum aditum in vrbem
& exitum habentibus. Mancipium quòd certa incertis,præſentia futuris ante haberet,& in
expediendo negotio periculi plurimum cerneret, in re indicanda omnia ſecura, Guiſium
Prouinciæ præfectum adit,pacta libertate inſidias,& occulta conſilia enuntiat, Guiſius per
veredarios Regi rem indicat,Rex Mairargum Lutetiam arceſſit,principem Maſſiliæ vicarij B
locum,quem ille proditioni maturandæ affectabat,ſpondet,tacitas eius coitiones obſeruat,
per Varancum aulicum Regi continuum ac fidum,& Defontium ſuccinctum in vrbe quę-
ſitorem occulta Mairargui cum Amanuenſi legati Hiſpaniæ colloquia explorat, & depre-
hendit,exeuntibus manus iniectæ,Mairargus arce Baſtilia includitur, Amanuenſis Caſtel-
leto. Ex ſcrinio Mairargi,& tibialibus Belgæ literæ erutæ, vtrumq; ſceleris reuincebant, re
magnis contentionibus inter Chriſtianiſſimum Regem,& Hiſpaniæ legatum agitata. Mai-
rargus Lutetiæ ſecuri feritur, eius caput Maſſiliam delatum in ſpeculis prætoriæ portæ affi-
gitur,corporis in quatuor fruſta diſſecti, partes, in quadriuiis expoſitæ, Amanuenſi præſcri-
ptione legationis vitæ gratia facta.

Lauallæus fidẽ Catholicam cõplectitur.
Eodem anno Lauallæus adoleſcens claro Ducum Armoricæ genere natus, qui fratribus
ciuilium tumultuum æſtu interemptis ſolus ſuæ gentis, & nominis ſupererat, eiurata ſecta C
fidem Catholicam complexus, primitias militiæ ſuæ Chriſto dicat, & cum delecta nobi-
litate in Pannoniam profectus, crebris velitationibus cum Chriſtiani nominis hoſtibus
concurrit,fugientium terga cædit, & ſui nominis terrorem vbiq; ſpargit,qui dum ardentius
fugientes inſequitur,& victoriæ inſtat, glande plumbea confoſſus, magnum affinibus ſuis
planctum,cum ampliſſima hæreditate reliquit.

Annonæ grauitas in Hiſpania.
In Hiſpania cùm annonæ grauitas eſſet, eamq; mercatores ſubdolè incenderent, quòd
aliunde in Hiſpaniam merces inferentes triginta pro centum vectigalis nomine penderent,
edicto vectigal illud immodicum,& inſolens abrogatum eſt, aperta omnibus,qui Batau,&
Zelandi non eſſent,gratuita negotiatio, magna tritici vis ex Gallia deportata, Hiſpanis fa-
me perditis leuamento fuit.

Id temporis Boſtcaius in Tranſſyluania Pallantem Lippaium vicarium ſuum occultas D
cum Georgio Baſta molitiones agitantem ſecuri percuſſit. Idem cum Cæſare in gratiam re-
dire certis cõditionibus voluit,quæ quia iniquæ, repudiatæ ſunt. Claudiopolis & Cibinium
Cæſaris fidem exuere,Germani omnes iis vrbibus exacti, in Fagaroſa, & Oyuaria arcibus,
etiam contrucidati. Vaiuoda Radulenſis Cæſarianarum partium, à Tartaris ingenti ſtrage
fuſus eſt.

Coccera oppidum direptum.
Heiducci Tartarorum ope Cocceram oppidum proximè Strigonium diripiunt, Vaino-
da Radulenſis inſtaurato exercitu è Valachia erupit, & quarto à Varadino lapide Kercium
munitiſſimam Boſtcaij arcem intercepit. Bathinaius à Cæſare copiis cis Danubium præ-
fectus, Pallantuariam magna Turcorum cæde vi cepit, propugnaculum igne perdidit.

Interim Heiducci quos Bogranius officiuis metallicis in Schemniſij vrbis ſuburbio Po-
ſitis præſidio reliquerat ad Boſtcaij partes rrangreſſi quantum in iis argenti percuſſi fuit di- E
ripiunt,& vrbi deditionem imperant. Colonitſius auxilio accurrit, Heiduccos epulis ope-
rantes cædit, alios qui propter Leuentſiam arcem, opulentum quoddam oppidum incen-
derant,imparatos opprimit,pleroſque manu captos in furcam agit. Vaccienſes ciues Hun-
gari,vt rumor de Turcorum irruptione inceſſit,in Germanos pręſidiarios vim faciunt,quo-
rum pleroſq; cecidere,paucis fuga Strigonium elapſis, Turcos, & Tartaros vrbe excepere,
qui coniunctis cum Heiduccis viribus Strigonium tentarunt.

Villeca ab Heiduccis obſidione cingitur.
Diuerſa parte Heiducci villecam munitam vrbem obſidione cinxerunt, quibus Tanhu-
ſanus præſidio Præfectns eruptione facta ſtrenuè manu rem gerens duo tormenta eripuit,
& fugientibus terga cecidit.

Heiducci alij Sagmariam arcem vi ceperunt,vbiq; populationes,& latrocinia agebantur,
nunquam Hungaria maioribus incendiis arſit. Apud Toccaiam foſſæ glacie aſtrictæ fraudi F
Heiduccis fuere,quas oneri ferẽdo pares rati,cùm magno numero inſiluiſſent, ſubſidit gla-
cies,& obrutos hauſit,reliqui è munitiouibus præfecto globis ferreis fulminãte diſiecti ſunt.

Colonit

A Colonitſius Epperiam flectens, quingentos alios Heiduccos, in pago interceptos, igne &
ferro perdidit. Ab Hungaris Caſſouia ducentis florenorum millibus Turcis addicta eſt.
Nuſquam minùs fidei, nuſquam plura transfugia. Nonis Martij, Heiducei Vicegradum
oppidum Turcis prodiderunt, Germanis in arcem fuga ſe recipientibus. Botſcaius octin-
genta florenorum Hungaricorum millia, & decem egregios equos à Sultano muneri ac-
cepit, vt bellum ſtrenuè vrgeret. Oppidum aquaticum ad Strigonium à Turcis vi captum.
Interim actum à Georgio Baſta cum Epperia, Leutſa, Barfeldia, & Zebena opulentis
Hungariæ vrbibus vt ſacramentum Cæſaris induerent, quod illæ vltro facturas ſe denun-
tiant, ſi libera ſectæ exercitia fiant. Annuit Cæſar in tantis omnium rerum anguſtiis, & re-
liquis ad obſequium redeuntibus eandem ſe gratiam facturum oſtendit.
Sub id Germanis præſidiariis, qui Vicegrado ab Hungaris prodito in arcem ſe recepe-
B rant, deditio impetata eſt, quam illi magnis animis repudiarunt. Quinto Nonas Martij
Heiducci Neuenſoliam munitam vrbem oppidanis in eorum partes tranſgredientibus re-
cipiunt, Coſaccis cum Trubelio præfecto in arcem refugientibus, à quibus appetente no-
cte tam valida eruptio facta eſt, vt Heiducci omnes vrbe pulſi ſint, poſtridie per Coſaccos
Heiduccis aliis ad Turtzum oppidum prædas agentibus, opimam prædam Trubelius mul-
ta eorum cæde, ducentos equos, & quatuor florenorum Hungaricorum millia eripuit.
Interim Villeca ob aquæ penuriam Heiduccis dedita, vniuerſa penè Tranſſyluania le- *Villeca Hei-*
ges ab iis, ſectæ præſcriptione, accepit, qui cum Viglaſain munitam vrbem ex improuiſo ir- *duccis dedi-*
rupiſſent, à præſidiariis tanta ſtrage depulſi ſunt, vt mille amplius deſiderarentur. Geor- *ta.*
gius ipſe Baſta ad Epperiam ab Heiduccis peſſimè acceptus eſt. Quare Cæſar rebus in
Tranſſyluania & Hungaria depoſitis, cum Boſtcaio pacis rationes agitans, ludibrio Hei-
C duccis, & Turcis fuit, quibus iſta Boſtcaij defectione nihil opportunius, aut optabilius ac-
cidere potuit, cùm res eorum penitus comploratæ eſſent, ſi Cæſari cum indigenis con-
uenirer.
Ineunte Aprili Turcæ cum Boſtcaio pacti ſunt, vt arces cis Tibiſcum ſitæ ſibi cederent,
Boſtcaio trans Iſtrum fluuium omnia lucro accederent.
Interim Baſtæ milites, quia ſtipendia in mora erant, tumultuati, Viennam vſque incen-
diis, & rapinis latè graſſati ſunt. Heiducci Neuenſoliam, quam ſemel atque iterum ten-
tarant, vt aperta inſiluerunt, & oppidanos in verba Boſtcaij ſacramentum adegerunt.
Interim Heiducci non in Hungaria tantùm, verùm & in Morauia prædabundi grauia *Auſtria ab*
exempla edebant, Auſtriam ipſam igne, ferroque vaſtabant, Georgio Baſta omnia egre- *Heiduccis*
gij ducis numera obeunte, qui exigua Gallobelgarum manu proximè Poſonium octo Tar- *igne & fer-*
D tarorum, & Turcorum millia ex improuiſo cecidit, & generoſos aliquot equos Poſonium *ro vaſtata.*
traduxit.
Id temporis rumor increbruerat Begedem Baſſam numeroſis copiis Buda egreſſum ſe-
ptemdecim plauſtra pecuniis onuſta magnis itineribus ad Boſtcaium trahere, cuius nuncij
fama Comorrhæi numero impares, animis & virtute ſuperiores in inſidiis ſubſident, &
prædæ ſtudio in obuios incurrunt, Begedem Baſſam glande plumbea confodiunt, cæduut,
fugant, pecunias diripiunt, Baſſæ caput Pragam ad Cæſarem oſcitantem tranſmittunt.
Quibus Heiducci, vt ſua facta redderent, Eiſeburgicæ prouinciæ præfectum inſidiis in-
terceptum in Boſtcaij verba ſacramentum adigunt, quem centum aureorum millibus do-
meſtici ipſi interuerterunt, & hac pecuniæ ſumma ignauiam domini mulctarunt.
Inde Turci, & Heiducci IX. Kalend. Iunias ad ſtagnum Neudſidlerium XIIII. pagos *Cæſaris im-*
E igne vaſtant, in omne genus ac ſexum pro ſceleſto more ſæuiunt, Nadaſtio ſedente, ac ve- *peratoris*
rito, ne hanc in ſe lunam traheret. Cæſar omnibus animos fregerat, qui ſiccis oculis ſuo- *ignauia.*
rum exitium ſpectabat, nec duces pecuniis, aut milite iuuabat. Cùm oppida, pagi, & ar-
ces in partes tranſirent, & Cæſaris ſacramentum exuerent, reliquum perfidiæ certamen
fuit. Soli Schemnitſenſes, & Altenſolienſes ex omni numero fidem tenuerunt, qui eru-
ptione facta Boſtcaij copias atroci prœlio ceciderunt, & tormenta hoſtibus erepta in arcem
feliciter deportarunt.
Hoc ipſo anno Pragæ ter grauis ignis ſæuiit, magna ſuppellectilis argenteæ, & aliarum *Pragæ ter*
rerum iactura, quo plerique viri, ac fœminæ conflagrarunt, Deo veternum Cæſaris, vel *ignis ſæuit.*
diſcutiente, vel ſeuerè vindicante. Kalend. Iulij Gallobelgæ Poſonij præſidium agitantes
virtute in animum redeunte, Turcos omnia incendiis & ferro vaſtantes inequitant, & quin-
F gentis amplius cæſis alios palantes Danubio mergunt, mox præda onuſti Poſonium reuer-
tuntur. Res erat latrocinio, quàm bello propior, quam Byzantij Sultanus rebus ſupra fluen-
tibus, ſupra mortale gaudium accepit, & vt animos Boſtcaio faceret, cum miſſo Vdiſlai

Regis diademate , Hungariæ Regem renuntiauit , ad cuius partes , vt ſibi ſuiſque conſu- A
lerent , Comes Serinenſis , Nadaſtus, & Budianus, magno procerum comitatu , tranſ-
greſſi ſunt.

Ad Poſonium iterum magna vtrinque contentione certatum,trecenti ampliùs Heiduc-
ci Gollobelgis terga cædentibus in fluuium inſilierunt , alij cæſi agros cadaueribus ſtraue-
runt. Trautmanstorfius aperta vi ad Odenburgum ſigna cum hoſte contulit,& cùm nume-
ro vincerent, repentina ex vrbe eruptione multa cæde fugientes Heiduccos fudit , quibus
vexilla X I I.eripuit.

In Morauia Teuffelius vir ſtrenuus ad ſtagni cuiuſdam ripam quatuor Heiduccorum
millia deleuit:varius Mars in armis errabat, & victoria vices alternabat, vt iam ad hos, iam
ad illos pari ſorte tranſiret. Lichtenſteinij milites,vino ſomnoq; graues, cum incurioſas ex-
cubias agerent,ab Heiduccis ad internecionem cæſi ſunt. B

Heiduccorũ perfidia & proditio.

Interim Turci,vt Caſſoniæ veſtigium figerent,& eam vrbem ſui arbitrij facerent,tres ad
Boſtcaium currus auro & gemmis onuſtos,Heiduccis quadringẽtis ducendos tradunt.Hei-
ducci Turcica fide cùm Toccaiam prætervehérentur , arcis præfecto ſignificant , ſi ſe in fi-
dem recipiat,exitium Turcis molituros,& quantum pecuniæ plauſtris vehant , totum illud
in arcem illaturos. Præfectus conditionem amplectitur, Heiduccos arce excipit,& Turcos
auri cuſtodiæ impoſitos ad vnum occidit : ô fides apta pinnis , vbinam terrarum agis ? Hoc
genus hominum , opinor , nunquam adiiſti. Mox iidem cum præſidiariis eruptione facta
quingentos amplius Boſtcaij gregarios ferro mactant. In conſpectu Viennæ à Turcis , Hei-
duccis, & turbulentis militibus , quibus ſtipendia non repræſentabantur , incendia vbique
ventilata, Oedeburgum obſidio vrgebat,Heiducci excurſionibus Himbergium fœdabant,
ſuburbia Viennę in acie nouaculæ ſtabant , niſi Coſaccorum , & Colonitſij virtus malis in- C
gruentibus obſtitiſſet. Neuſtadio corona cincto finitimi pagi cædibus , & igne vaſti erant,
Gallobelgæ Midlingæ latrocinius ſæuiebant,cùm Heiducci nocturno impetu ſcalis admotis
Aldenburgum Hungariæ oppidum irrumpunt , inſigni vexatione,quos arce præſidiarij de-
iecerunt. Vaiuoda Valachiæ partibus abſtinebat , ne malum ſuo iumento ſibi arceſſeret,
Viennæ inſeſſis vndique itineribus annona incanduerat, tota Germania ſpectante , nec ſuis
laborantibus auxilia proſpiciente:ô ſæculi labes,& propudium. Itane,verò omnium animi
ad proximæ calamitatis ſenſum obſtupuerant , & vicini domo ardente nemo rem ſuam agi
crederet,aut de reſtinguendo incendio ſollicitus eſſet. Fatalis calamitas hæc fuit,Deo Prin-
cipum peccata in populum vindicante. Turbulenti Gallobelgæ ſtipendia non procedere
queſti,Turcis octo millia boum, quæ populabandi villaticis eripuerant,muneri obtulerunt,
& ad eos ingenti vtriuſque ſexus hominum præda delinitos ſe aggregarunt. D

Neuheuſelia inter perfidia exẽpla fidem tenet.

Neuheuſelia vrbs opere & præſidio munita inter hæc perfidiæ exempla fidem tenuit , &
30. turbulentorum millibus vim facientibus pro vallo fidem oppoſuit , qui repulſæ con-
tumelia,& dolore aggeres exſtruere,foſſas ducere, pontes ſternere ſcalis affixis vrbem inſi-
lire aggreſſi,fruſtra fuerunt, Georgio Baſta quatuor armatorum millia ductante , cuius for-
tunæ omnia cedebant. Eius aduentu Oedemburgi obſidio ſoluta , Huſtum Tranſſyluaniæ
oppidum à Germencio copiis , & commeatu inſtructum. Tottiſa interim turbulentorum
perfidia Heiduceis acceſſerat,Nuſtorfium à Gallobelgis incendio conflagrarat, Trentſchi-
num , & Iſeldica leges à Turcis acceperant, cùm Cæſar tandem euigilans , pridie Idus Iulij
turbulentos Hungaros ſpe facta veniæ ad obſequium vocat. Illi quibus Turcorum, & Tar-
tarorum Barbaries tædio erat,ſtimulis conſcientiæ intus vrentibus, quatuor Heiduceorum
millia vltro ad Cæſarem traducunt,& ſi Colonitſium ductorem habeant, gnauam operam E
pollicentur,qui vt fidem , & ſtudiũ probarent tria Turcorũ millia ex improuiſo ceciderunt.
Germanis militibus in Viennę ſuburbiis ſtipẽdia firmãdę fidei numerata,Gallobelgę polli-
citis deliniti fidem reſumunt,& 7.Kal.Sextiles Heiduccos,& Turcos altero à Vienna lapi-
de incendiis graſſantes magna ſtrage profligant. Ita miles quem inopia deſertorem fecerat,
copia,& blanditia ad obſequium reuocatur.

Cæſar cum Boſtcaio pacis rationes agitat.

Interea Cæſar exitium Hungariæ non à Turcis, ſed ab Hungaris ortum reputans, ab iiſ-
dem qui vulnus fecerant , mali medicinam petendam eſſe ratus, cum Boſtcaio pacis ratio-
nes agitat,quanto flagitio Turcos,& Tartaros in patriæ excidium armarit,oſtendit,ille pr-
ſcriptione religionis ſe tuetur,nihil cuique antiquius ea fide cui innutritus ſit, ſi libera paſ-
ſim Auguſtanæ confeſſionis exercitia fiant,& ſui ſuorũq; ratio habeatur, ab armis diſceſſu-
rum , amicitiam Turcis , & Tartaris renuntiaturum , oppida & arces quas per bellorum F
æſtum ſui iuris fecerit,bona fide reſtituturum. Sultanus vt ea pacis commercia abſcinderet,
ad Boſtcaium duos exſortes equos faleris, frænisque auro, & gemmis fulgurantibus,acina-
cem

A cem aurea calcaria, & tunicam talarem auro intextam, vnionibus & lapillis inſignem, mu-
neri miſit, eumq́; ſe Regem Hungarię optimo iure, ſi in fide maneat, renunciaturū ſpondet.

Id temporis Vſchij ad Raguſam Dalmatiæ oppidum, ad decem millia conuenerunt, &
in Turcos, qui propugnaculum in ſuis finibus exſtruebant, impreſſionem fecerunt tanta
cæde, vt ex magno numero pauci omnino euaſerint, & longius ad viginti paſſuum millia
in Turci agros progreſſi, opulenta præda, pluribusq́; captiuis abactis, omnia ferro & in-
cendiis miſcuerint. Hetruſcæ triremes in mari Siculo bireme Turcica vi capta ducentos
amplius Turcos remo affixerunt, & opima præda aucti, Chriſtianos pleroſque remiges in
libertatem aſſeruerunt.

Vſchij Turcos cæde & fuga opprimunt.

Ineunte Auguſto immenſis auctibus intumeſcente Danubio tanta eluuione aquæ ſæuie-
runt, vt agri, hortiq́; mergerentur, ſegetes fluctu traherentur, molatrinæ raperentur, vn-
B dis ad Turrim vſque rubram, quæ Viennæ eſt, aſſurgentibus. Heiducci Altenſoliam, quæ
metallicarum vrbium clauis habetur vi capiunt, Boſtcaius in Tranſſyluania proceres ſacra-
mento in ſuum nomen adegit.

Tertio Idus Auguſti Turci Comorrham incendio deformant, & centum amplius do-
mos igne delent. Pridie Kal. Septembris quinquaginta Turcorum, & turbulentorum mil-
lia Strigonium obſidione cinxerunt, cùm interim Perſa victorem exercitum in Aſiam de-
portaſſet, attritisque Cicealæ viribus, quindecim dierum iter progreſſus, omnia Turcicæ
ditionis oppida paſſim euerteret, & captiuos, prædamq́ue vndiquaque corraderet.

Comorrha à Turcis incēdio deformatur.

Harum cladium augurio fuiſſe volunt, hiatum ingentem ſuperiori anno in cælo viſum,
quinto Idus Decembris, qui ab occaſo ſole ad ſequentis diei ſolem ortum diſrupto cælo
ignem euomuit, & voragine latè hianti metum ſpectantibus iniecit, ne terrarum orbis ab-
C ſorberetur. Pridie Kal. Ianuarias prima noctis vigilia tres ſoles, quæ parelia vocant, in cæ-
lo extitêre.

Ignis è cælo euomitur.

Soles tres in cælo viſi.

Inter hæc Alexander Medices Romæ ad Pontificium electus Kal. Aprilis Leonis XI. no-
mine inſignitus eſt, & IIII. Idus April. in ęde S. Petri corona indutus, quo tempore tota vrbe
tormentorum fragor lætitiæ index auditus eſt. XV. Kal. Maias à meridie Lateranam ædem
equo vectus eſt, vt in poſſeſſionem eccleſiæ toto orbe nobiliſſimæ mitteretur, magno Car-
dinalium, Præſulum, oratorum ex omnibus Chriſtiani orbis partibus, Ducum, Proce-
rum, & primæ nobilitatis comitatu, via qua eundum erat, ab æde D. Petri, ad Titi Veſpa-
ſiani Auguſti arcum aulæis Babylonicis, ac ſignis, & tabulis ornata. Qua initus ad forum
patet, Florentini arcum triumphalem erexerant, quatuor exquiſiti operis ſtatuis inſignem,
quarum hinc inde duæ columnis inſidebant, altera Magnanimitatis nomine, veſte auro
D texta, diademate fulgens, leoni inſidens, dextra ſceptrum, læua cornucopiæ tenebat. Al-
tera Religio dicta, dextra librum, læua Romanam eccleſiam complexa. Tertia Liberalita-
tis argumento, æquilam capite, dextra regulam, læua marſupium auro graue geſtans. Quar-
ta Iuſtitiæ ſymbolo, dextra gladium, læua lancem ſuſpendens. In vertice arcus hæc adſcri-
pta, *Leoni XI. Florentino Pontifici O. M. Florentini, ad declarandam fidem, lætitiam, atque animi
alacritatem poſuerunt*, ab altera parte hæc inſcriptio fuit, *Dignus eſt Leo in virtute agni aperire
librum, & ſoluere 7. ſignacula eius.* Intus duo quadri lapides eximiæ magnitudinis promine-
bant, quorum altero legatio eius ad Regem Galliæ expreſſa erat, cum his verbis, *Ale-
xandro Medices S. Rom. Eccl. Clementis VIII. P. O. M. de latere in Galliam legato*, Henricus
IV. Galliæ Rex Chriſtian. veterem errorem, quem Romæ per legatos ſuos damnauerat,
Lutetiæ Pariſiorum diplomate ſubſcripto, eiurauit. In altero verba hæc inciſa, *Pacem Ale-
E xandri Medices S. R. E. Cardinalis, Clementis VIII. P. O. M. de latere in Galliam legati, conſilio &
auctoritate inter Gallos, Hiſpanosq́; Veruini compoſitam, Henricus IV. Galliæ Rex Chriſtianiſſ. Lutetiæ
Pariſiorum iureiurando confirmat.* Inter tabernas inſtitorias columna tribus virtutibus, Cari-
tate, Munificentia, Iuſtitia conſpicua ſtabat. In area quà patet aditus ad Curiam, arcus
triumphalis cum quatuor ſtatuis, Fortitudine, Abundantia, Liberalitate, Magnanimitate,
à Senatu Romano poſitus, cum his verbis, *Leoni XI. Pont. Max. ob eximiam Romanæ rei ampli-
ficandæ ſub ipſo Pontificatus initia voluntatem, S. P. Q. R.* Quid cætera numerando percenſeam,
quæ in Pontificum inauguratione noua cottidie aulicorum ingenio procuduntur, vt honor
Chriſti vicariis habeatur, qui nimius, pro maieſtate loci, haberi non poteſt. Sed vt æuo
feſſus erat, dum indefeſſo animo Chriſtiani orbis morbis medicinam facere ſtudet, ipſi
morbo correpto medicina fieri non potuit. Eius morte luctus tota Europa ingens fuit, qui
F Borgeſij Pontificis renunciatione ſtatim imminutus eſt. Is Senis nobili loco natus, quin-
quageſimum tertium annum agens, Pauli V. nomine inſignitus, & quarto Kal. Iunias ma-
gno omnium plauſu inauguratus eſt.

Alex. Medices in Pōtificium electus.

Hetruſcarũ triremiũ in Turcos victoria.

Interea triremes Hetruſcæ opima præda onuſtæ Meſſinam appulerunt, cùm claſſiarij cre- A
pitaculis ad duas Præueſæ propugnaculi Turcici portas admotis, de nocte ruina facta præ-
ſidiarios Turcos obtruncaſſent, & tormenta quinque cum ducentis quinquaginta nouem
mancipiis, & opulenta præda in triremes deportaſſent. Dum in eo ſunt, Bataui delectum in
Palatini agro habent, & milites nauibus ad Rheinbercam trahunt, vbi detecta coniuratio
coniuratis capite ſtetit, Hiſpani Batauorum habitu, & armis ad portas vrbis agniti, vi & vir-
tute depulſi ſunt. Spinola, qui ad id temporis Oſtendæ expugnatione tumens, in Hiſpania
moratus, & aurei velleris inſignibus donatus erat, quinto Idus Aprilis per Galliam publici
curſus euectione Bruxellas appulit, vbi magnifica oratione ſe Rheimbercam, Sluſam, & vni-
uerſam Friſiam Archiducis imperio ſubditurum cis paucos dies oſtentauit, cuius conſiliis
Bataui vt obuiam irent, numeroſo præſidio Sluſam firmant, claſſem inſtruunt, duabus præſi-
diariis nauibus Rheni tranſitum Hiſpanis abrumpunt. Duodecim roſtratas naues in Indiam B
orientalem mittunt, quæ nauali prœlio Luſitanos, à quibus nudiuſtertius in Batauos, erutis
oculis, abſciſſis auribus & naribus, immaniter ſæuitum erat, exerceant, & auctoribus ſua fa-
cta reddant. Eæ vix altum tenuerant, cùm in tres Ibericas nauas Dunkerka ſoluentes
impetum faciunt, quarum duæ armis oppreſſæ, tertia Caletum fuga euaſit, cùm interea
Sluſæ præſidiarij, Flandriam, Arteſiam, Henegouiam prędabundi peragrarent, à quibus Ab-
bas S. Andreæ captus viginti aureorum millibus ſe redemit.

Georgius Fridericus capitis & fortunarum periculum obit.

Id temporis Georgius Fridericus Marchio Badenſis Darmeſtadium, vt ſacro fõte Land-
grauium ſuſciperet, profectus, à Philippo Marchione, Eduardi Fortunati fratre graue ca-
pitis & fortunarum periculum obiit, quod literis ab Etlingæ præfecto interceptis vulgatum
ac diſcuſſum eſt, Philippo Etlingæ capto, & Durlacum traducto, vbi in vinculis cum prima-
rio facinoris auctore habitus eſt. C

Mauritius ad Ercebe-rã proficiſcitur.

Sub id Mauricius quarto Idus Maias vigintiquatuor peditum millia naues inſcendere
iubet, ipſe quinque millia equitũ, tria millia curruum terreſtri itinere Eccheram primo ab
Antuerpia lapide traducit, Erneſtũ Naſſouiæ Comitem nauigiis 400. Scaldim fluuiũ obſi-
dere imperat, Hiſpani 7. milla militum poſt ſtagnorum aggeres in inſidiis poſuerant, à qui-
bus in claſſiarios ex nauibus exſcendentes impetus factus, octuaginta manu capti, reliqui
cęſi, aut flumio merſi ſunt, quatuor naues quibus in terram expoſiti fuerant capτę, vel incen-
ſæ Erneſtus accepta clade ad Mauricium refugit, qui caſtellum Vouium munitiſſimum in
ipſis paludibus ſitum ex itinere ad deditionem coegit. Eius conatibus Spinola vt obuiam
iret, Scaldi ponte ſtrato exercitum traduxit, & ad Vaterflietum caſtra ſua Mauricij caſtris,
non procul ab Iſendica, oppoſuit.

Inter hæc Vlyſſiponæ matrice Luſitaniæ vrbe decem maioris formæ naues, Petro Cubio D
maris præfecto, in anchoris ſtabant, quæ Idibus Maij aſpirante vento mari ſe credunt, & in
Belgium vela faciunt, Bataui vulgata rei fama Haultino claſſis præfecto, naues inſtruunt, &
2. Idus Iunias cùm in alto velificarentur, non procul à Douera duas Luſitanicas naues in-
tercipiunt, quarum altera ſe Scoticam, altera Hamburgenſem eſſe mentiebatur. Bataui lite-
ras rei teſtes flagitant, quas Luſitani cùm promere ſe non poſſe ſcirent, arma expediunt, tor-
mentis vndique fulminant, & fumi, ac nebulæ beneficio fuga ſe ſubducere conati Batauis
vrgentibus profundis hauriuntur. Pauci à Batauis naufragio crepti, reliquæ claſſis aduen-
tum nuntiant, & in ea octo roſtratas naues claſſiariis, & omni armamento firmas eſſe
indicant.

Decimo octauo Kal. Iulias de hoſtium aduentu certiores facti, ne forte in Angliam ap-
pellant, cita nauigia portubus Angliæ obſidendis præmittunt, quæ aditu Luſitanos prohi- E
beant, & leui velitatione eas diſtineant, donec vis tota nauium eò confluat. Bataui iuſſa
impigrè faceſſunt, & in claſſem hoſtium duodeuiginti præſidiarias naues magno impetu
immittunt, Luſitani tutiſſimum in fuga pręſidium eſſe rati ociùs euolant, & ad ſcopulos al-
liſit non procul à Douera naufragium faciunt, quatuor naues fluctibus hauſtæ ſunt, quinta
ignitis ſulfure, & nitro globis arſit, ſexta tormentis labefacta influente fluctu abſorpta eſt,
duæ poſt anceps prœlium vi captę, & direptę ſunt. Ignauia Luſitanos perdidit, vi, non fuga
ſalus expedienda erat. Ibi Spinolę agnatus, cùm in manus hoſtium viuus veniſſet, impenſo
pretio redempturum ſe pollicitus, cum alio clari generis adoleſcente contra fas gentium in
mare merſus eſt.

Fœdus Hiſpaniæ Regis cũ Anglo.

Quinto Kal. Iunias Hiſpaniæ Rex fœdus cum Anglo ictum iureiurando, magno vtrin-
que conſeſſu firmauit, & Philippum Victorium filium ſibi recens natum ſacro fonte ab- F
luendum curauit. Spinola rebus in deterius ſublapſis, equitum peditumq; XII. millia, Co-
loniam trahit, Rheni imperium hoſtibus eripit, magna Colonienſis agri ſtrage, cùm om-

nia

A nia flammis, & prædæ cederent, Hiſpanis nullo diſcrimine ſæuientibus. Ibi Pontificis Ma-
ximi legatus exercitum Hiſpaoicum fauſtis precationibus proſequutus, ſigno crucis coo-
ſecratum, liquido auſpicio, aue ſiniſtra in hoſtem miſit. Hiſpani poſt aliquot velitationes,
vbi pugna Batauis pro meliore fuit, Cæſarouerdam deditione recipiunt, & quia Italis ſe-
cundarij, ac militaris panis vſus inſolens erat, è munda ſimilagine panes candidi facti, qui
erudito, ac delicato eorum palato ſeruirent, mox tamen eos, vt erant molles, & inficientes
aſperitas colli longè relegauit.

Spinola ad Cæſarouerdã properat.

Nono Kal. Auguſti Spinola nouo exercitu ad decem bellatorum millia auctus ad Cæſa-
rouerdam adeſt, cui Mauricius è regione caſtra ponit, & tumultuantibus Anglis, niſi otium
colant, laqueum minatur, annonæ ſubſidia Hiſpanis obſtruit, & ipſi Coloniæ famem ma-
chinatur. Spinola ambitu ardens, militiæ impiger, 12. peditum, tria equitum, totidem
B curruum millia Altenſeiliam ducit, & verberatam deditione recipit. Inde tertio Idus Au-
guſti, Linguam vrbem munitiſſimam leges accipere cogit, cùm interim Mauritius cum 20.
millium peditum equitumq́; exercitu ad Dauentriam eo animo ſubſideret, vt pro re nata
prœlij copiam Spinolæ faceret, qui Gromogæ Conſulem ad proditionis conſilia pellexe-
rat. Ea tamen vbi innotuere, Conſuli, ac ſociis eius capite ſtetêre.

Rhemberca tempeſtas ſæuit.

Id temporis ad Rheinbercam tempeſtas ſæuiit, qualis vix hominum memoria fuiſſe me-
moratur, pontes quibus Rhenum Batauí iunctis nauigiis ſtrauerant, turbinibus diſiecti, ar-
bores, ædificia, turres, procellæ vi proſtratæ, currus, & equi cum aurigis in profluentem
fluuium abrepti, milites grandine attriti, quæ oui magnitudine obuios obruebat, tecta in
vrbe lacera, & perfoſſa, feneſtrę pertuptę, naues verbere quaſſatę, rudentibus perruptis na-
uigia toto mari errabant, nemine caput exerere, aut ad clauum ſedere auſo: ingruebant
C mox tenebræ, cœlumq́; tam denſis nebulis abdebant, vt alterum alter non inteınoſceret,
in aere tantus tonitruum fragor, tam rapidus erat fulgurum ignis, vt cœlum terræ, mariq́;
miſceri diceres. Ea tempeſtas vnam, & alteram horam ſæuit, qua diſcuſſa ſol iterum è nu-
be exſiliens diem aurea luce accendit.

Nihilo ſecius Batauí Rheinberca egreſſi munitionem illam quam ad Valſemium Men-
doza ſuperioribus annis exſtruxerat puncto temporis Bucquoio fruſtra obnitente, ſolo æ-
quant, & incolumes ad ſuos redeunt, Spinolam iuſta acie concurrere non auſum, Lingua,
& Altenſeilia præſidio munitis Veſelam regredi cogunt, qui ex itinere Bergam ad Somam
XII. Kal. Octobr. ne nihil egiſſe videretur, obſidione cingit, & ruina facta quatuor locis
impetum facit, tanta ſuorum ſtrage, vt viginti octo plauſtra mortuis onuſta Antuerpiam
traduxerit, ſcalæ quibus in muros milites enixi erant, harpagines, vnci ferrei, funalia, cu-
D ſpides, & cętera huiuſmodi ferramenta oppidanis prædæ fuere.

Mauricius in Comitem Triolſiũ impetum facit.

Sexto Idus Octobris Mauricius cum ſeptem equitum turmis, multiſq́; curribus, quibus
ſingulis octo ſclopetarij inſidebant, albeſcente die in Comitem Triolſium, qui ad Mulhe-
mium cum numeroſo equitatu ſubſederat, impetum facit, & æreis catapultis per initia
graſſatus, mox comminus manus conſeruit, & cum Triolſio mille quingentis equitibus
cęſis, non leui ſuorum ſtrage fugientium terga cecidit. Bucquoius vt Mauricio vicem red-
deret, Vachrenduncam obſidet, fluuium incilibus ab alueo diuertit, foſſam fortuita mate-
ria replet, cuniculis munimenta euertit, & pręſidiarios abſciſſa ſpe ſubſidij ad deditionem
cogit: mox & Cracouiam munitum opere & ſitu caſtellum ſui arbitrij facit, ſed lue paſſim
ſæuiente milites vtrinque in hiberna deducti.

Conſtantinopoli turbæ per Ianiſſeros excitatæ.

Hoc eodem anno turbę Conſtantinopoli per Ianiſſeros excitatę ſunt, à quibus incen-
E dio orto ducenti amplius Iudęi cęſi, vnde Sultano inſidiarum, & defectionis ſuſpicio fuit.

Valentiæ in Hiſpania tumultus.

Valentię in Hiſpania per cauſam Æthiopum tumultuatum, qui aſtu à Comite Guelne-
ſio oppreſſi ſunt.

Fiderici Kerſteny parricidiũ.

Halę Saxonum, quę ciuitas ad Salam ſita fontibus ſali coquendo idoneis celebertima eſt,
facinus immane auditum eſt. Ineunte Iunio Iacobus Sporius Antuerpienſis mercator
gemmarius, à viro primario, quem gemmis venditis in ęre ſuo habebat, ad prandium ar-
ceſſitur, rogaturq́; vt quantum gemmarum habeat ſecum ferat, conuiuarum ſpectaculo,
qui bene nummati præſenti pecunia vniones, & adamantes empturi ſint. Ille viro quem
ſibi obſtrictum ſciebat credulus, dactyliothecam gemmis opulentam defert, conuiuio ami-
cè per ſpeciem excipitur, & prolata dactyliotheca iugulatur, cadauer in decem fruſta ſe-
ctum extra vrbem exportatur, membra variè ſparguntur, ne coaleſcere, aut agnoſci queant.
F Sed Deo faciente Nonis Iunij membra omnia quæ ſparſim diſiecta erant, variis locis reper-
ta in vrbem relata ſunt, capite vulneribus informi, mento diſſecto, ne barba hominem
proderet.

Interim diuerſorij manceps, apud quem gemmarius diuerterat, cùm aliquot dies expe- A
ctatus non rediret, memor hominem ex eo tempore non viſum, quo à viro illo primario
ad prandium vocatus cum pixide exierat, exitium ibidem ei creatum ſuſpicatur, rem ad
magiſtratum defert. Is reum carceri mancipat, tormentis ſubiicit, quibus ingraueſcenti-
bus de ſcelere confitetur, capſulæ gemmariæ proferuntur, obſignantur, de confeſſo ſup-
plicium diſpeſſis in rota brachiis & cruribus ſumptum. Parricidæ nomen fuit Friderico
Kerſtenio, qui nemine conſcio, ſolum ſe in muſæo parricidium hoc perpetraſſe con-
feſſus eſt.

Carolus Sueciæ Rex nobilibus in inuidia eſt.

Inter hæc Carolus Sueciæ Rex cùm religionis ſpecie nobilitatem attereret, in magna
inuidia fuit. Is Comite Manſfeltio in Liuoniam quatuordecim bellatorum millia immi-
ſit, latrociniis & incendiis oppida paſſim infeſta habuit, Idibus Auguſti Rigenſibus deditio-
nem imperauit, in quem Carolus Chorchieuicius Liuoniæ Præſes, ex omni exercitu tri- B
bus equitum millibus ſelectis, peditibus verò mille expedito agmine magnis itineribus Di-
namuntum properat, inde compendia viarum ſequutus Felinum aduolat, vt cùm plures
duces diuiſis copiis diuerſi agerent, carptim potiùs cum ſingulis, quàm cum omnibus ſi-
mul confligeret, ſi qui fortè rei gerendæ caſus foret. Itaque proximè Parnauiam Linder-
ſonij copias cædit, & Carolo Rege aduentante Rigam ſubſidia ſummittit. XV. Kal. Octo-
bris vtrinque ad Chircolmum aciem inſtruunt, Chorchieuicius numero impar ſimulata
fuga hoſtem è colle in plana camporum detrahit, mox triplici agmine procedit minutis,
ſed crebris & opportunis ſubſidiis, trecentos equites ſpectati roboris viros ſecum in fronte
conſtituit, trecentis auxiliariis Friderici Curlandiæ Ducis equitibus qui præter ſpem vadato
fluuio tempori venerant, adiunctis.

Certamen graue inter Suecos & Polonos.

Dexterum cornu Ioanni Sapiehæ attribuit, ſiniſtro Thomam Dambrouam præficit, & C
verbis militi animos facit, tum tormenta exonerari iubet, Deiq; ope aduocata in hoſtem
pernicibus equis inuolat, & agmine perrupto ſtragem, fugamq; latè ſpargit, Dambroua
cum turmalibus ſuis obuios proturbat, Sapieha ſiniſtrum Caroli cornu loco mouet, permi-
ſta prœlia erant, cœlum nubilum, lituorum fragor, morientium ſtridor, pugnantium con-
curſatio, mortis vbique imago campis errabat, quatuor plus minus horis dubio marte cer-
tatum eſt, cùm hi numero, illi virtute ſuperiores eſſent, diu victoria nutante, demum Ca-
roli acie inclinata iam non pugna, ſed fuga & ſtrages fuit. Suecorum nouem millia de-
ſiderata, plures fluctibus hauſti, quorum ignotus numerus, alios in fuga villatici trucida-
runt. Tormenta vndecim, vexilla 60. capta, quingenti viri, videnteſq; in poteſtatem ve-
nere, ipſe Carolus ignoratus accepto vulnere fuga euaſit. Ex Polonis victoribus ægrè cen-
tum cecidêre. Cracouiæ gratiæ Deo actæ, S. Stanislai calua quem patronum Polonia colit D
à Rege per vrbem honorificè, ac religiosè traducta eſt.

Eodem hoc anno quidam Heildebergæ, qui ſe Regis Angliæ oratorem mentiebatur, in
carcerem compactus eſt, deinde in Angliam deductus, laqueo fauces publico ſpectaculo
dedit. Noſtra ætas pleroſque tulit homines planos, & ſubdolos, qui honeſta ſpecie regibus
imponerent, & ingenio ſuo inter vitæ diſcrimina applauderent.

Ferdinãdus magnus Hetruriæ Dux qua ſpecie pecuniis emunctus.

Ferdinandus magnus Hetruriæ Dux, vt in omnes Europæ principes pronus erat, hac
ſpecie ſemel atque iterum, pecuniis emunctus eſt. Fuêre qui Philippo Hiſpaniæ Regi, Ve-
netis ipſis viris ſagaciſſimis, & Senatui Pariſienſi verbis imponerent. Exeunte Nouembri
Demetrij magni Moſchouiæ Ducis oratores Cracouiam venêre, qui amicitiam cum Rege
Poloniæ, & armorum ſocietatem inirent, filiamq; Palatini Sedomitienſis vxorem Deme-
trio depoſcerent. Rex poſtulatis annuit, & virginem Archiepiſcopo Gueſnenſi ſolemnia E
celebrante nuptiis paciſcitur, quæ ab oratoribus ſplendido paratu in Moſchouiam deducta
eſt. Demetrius Procerum aſtu in imperium hac ratione reſtitutus eſt. Cùm Baſilidi Mo-
ſchouiæ Cæſari duo filij iuſtis nuptiis nati eſſent, Theodorus, & Demetrius natu mini-
mus; patre mortuo, Theodorus in imperium ſucceſſit, qui cùm immatura morte prære-
ptus eſſet, Bodiſius Fendromitſius Godenoſius auctoritate & gratia pollens, imperium ſibi
arrogat, quod vt perpetuum, & inconcuſſum eſſet Demetrium puerum ad mortem deſi-
gnat. Regni proceres, vt eius ſaluti conſulerent, alium ætate, & forma Demetrio non
abſimilem ſubſtituunt, cuius cæde Bodiſius regni ſecuritatem aucuparetur, Demetrium
ipſum cum ſacerdotibus Græcis ex imperij finibus emittunt, qui poſt diuturnos in Italia,
& Germania errores, in Poloniam venit, vbi cognitus delectum militum habet, Coſacci,
Poloni, Germani ad eum confluunt, quorum auxiliis firmus in Moſchouiam iter ingredi- F
tur. Bodiſius nuntio territus ducentis armatorum millibus obuiam factus, Demetrij co-
pias fundit, qui fuga elapſus, occupatis aliquot arcibus affluente ad eum primaria nobili-
tate

A tate,vires inſtaurat,omnium animis in eum pronis,quem verum ac legitimum regij ſangui-
nis ſurculum eſſe ſcirent. Demetrius itaque popularium beneuolentia fretus, Bodiſij ani-
mum per literas tentat,rogatq́;,vt iniuſta imperij poſſeſſione excat, rerum arbitrium legiti-
mo Domino permittat,ille re complotata ſuis ad Demetrium tranſeuntibus, ne viuus ludi-
brio eſſet, ex more bene potus, à meridie ſibi mortem Idibus Aprilis veneno arceſſit, vxor
eius,& filij cuſtodiæ mancipati ne viui,videnteſq́; in Demetrij manus venirẽt,veneni hau-
ſtu inter mutuos amplexus mortem obeunt.Indigenæ Demetrium Regem renuntiant,& in
eius verba vltro iurant.

Sub id Poloniæ Rex Archiduciſſæ Auſtriæ filiam magna celebritate vxorem ducit, &
inter ipſa nuptiarum ſolemnia Chami Tartariæ filio ad Polooiæ fines vim facieoti obuiam
tumultuarium militem rapit, manum collàtis ſignis cum eo conſerit, Tartaros profli-
B gat, Chami filium manu captum Coſacci, vt facinoris gloriam Polonis præripereor, tru-
cidarunt.

Poſt paulò ingens Cracouiæ principe Poloniæ vrbe,regni domicilio, literarum, & Aca-
demiæ ſede tumultus,leui initio,vt ex teoui ſcintilla magnum incendium,exortus eſt.Cùm
enim ad S. Petri ædem Canonici ſodales ſolemni ſupplicatione procederẽt,& puer quidam
de triuio caput honoris, ac religionis ergo facris imaginibus non aperiret, vnus aliquis ex
ſcholaſticis,ei alapam incuſſit,qui vlturus iniuriaoi,lapide ſacerdotem facra fercula geſtan-
tem ferit,& fuga in domum vicinam, quæ præfecti vrbis erat, ſe proripit, peſſulo fores ob-
dit,fugientem ſcholaſtici ſequuntur, foribus effractis vim faciunt, obuios verberibus one-
rant,domum incendio deſtinant,aduolat vrbis præfectus, rogatq́; vt ædibus ſuis parcerent,
furentes adoleſcentes obſurdeſcunt, Heiducci mittuntur,qui vim arceãt,& turbas ſedent,
C ad manus inter ſe veniunt, ferro res geritur,ignis ædibus admouetur, quę funditus hac oc-
caſione euerſæ ſunt.

Cracouiæ ingens tumultus.

Id temporis Maſpurgi Mauritio Haſſiæ Lantgrauio capita fidei definiente, inter Luthe-
ranos,& alios ſectarum antiſtites,grauis controuerſia exorta eſt, Schonero miniſtro imagi-
nes è templis abolendas pronuntiante, vnde à plebecula periculum ei, cæteriſque ſectæ tu-
bicinibus capitis ereatum. Sconfeldius miniſter per gradus deturbatus in mediam chori
arcam protrahitur,& inter duo altaria pugnis,calcibus,fuſtibus peſſimè mulctatur, vt mul-
tus toto corporc ſanguis flueret Schonerus annis feſſus,pedibus proteritur,pugois cæditur,
Vigandus Pfaffius eadem manuum frequẽtia & plauſu luculenter excipitur,Daniel Cella-
rius capite ad parietem alliſo penè obtritus eſt,omnium cõſultiſſimus fuit Iohannes Hain-
ſtenius,qui ex profeſſorum coutignatione ad ſubſellia Senatus, non ſine prolapſionis peri-
D culo ſaltu ſe demiſit, & Chirchnerum vt ſectæ, ſic fugæ ſocium habuit. Cellarius peſſima
omnium ſorte fuit,qui multis verberibus onuſtus, cũ fuga ſe proripuiſſet, è Scylla in Cha-
rybdim incidit, & à lotrice mulie rcula quam pannaceam Baucidem eſſe diceres, malleo ſe-
mel atque iterum contuſus, ac penè contritus eſt. Deinde Mauricij Lantgrauij prudentia
ſeditio conquieuit.

Maſpurgi inter Lutheranos & alios ſectarũ antiſtites grauis controuerſia.

Cùm in eo ſunt Vicegradum propognaculum annonæ ſubſidiis obſtructis, & Nouigra-
dum Turcis acceſſerunt. Strigonium ipſum arcta obſidione premebatur, cùm duodeuigin-
ti maioribus machinis mœnia quaterentur, & ruina facta impreſſio fieret, vnde cum ſtrage
hoſtes depulſi ſunt.Cuniculi contrariis cuniculis aperti fruſtra fuere.

Vicegradũ & Nouigradũ Turcis accedũt.

Interim Colonitſius Inſulam vrbem munitam præſidio firmat, ſeditioſos arcet, qui per
eius abſentiam vrbe potiti oppidanos ad ſuas partes traduxerant. Turci Nenheuſeliam
E propugnaculum præſidiariis commeatu laborantibus in arcto habebant,& deditionem vr-
gebant.Boſtcaius Claudiopoli Tranſſyluanos in ſua verba iuſiurandum adigebat.Seditioſi
Tureis aggregati cùm furore,& veſania precipites agerentur,& paſſim in cædes & incendia
irent,in mille equites Italos incidunt, manu confligunt, octingentis cæſis ingenti pecuniæ
vi quam Pontifex in belli ſubſidium Roma miſerat potiuntur.

Septimo Kal. Octobres Strigonij Turci ad montem S. Thomæ vim faciunt, & pertinaci
vnius diei pugna propugnacolom noſtris eripiunt, quorum nongenti deſiderati,inter quos
& Comes Oetingenſis,& Reichauius eius vicarius.

Quarto Kal.Octob. ad oppidum Aquaticum, quod Strigonio pro munimento eſt, irru-
ptio facta,ſepimento ligheo quo in ambitum præcingebatur incenſo, impetum noſtri nu-
mero,& robore impares non tulere,fuga,strageſq́; late facta,oppidum victoriæ acceſſit. Po-
F ſtridie tentata cuniculis arx,loricæ omnes ſubdito cuniculis igne diſruptæ,& ingens in ſta-
tionibos militum incendium excitatum,quod ægrè reſtingui potuit. Sexto nonas Octobris
muris late hiantibus cùm hoſtes ad ruinam impetum facẽrent, noſtri Comitem Dampie-

renſem à deditione alienum carceri mancipant,& cum Halyo Baſſa colloquium inſtituunt, A à quo benignè accepti,rebus integris ſedulo Comorrham deducti ſunt.

Cicala à Perſis iterũ aggreſſus.

Vt autem in Hungaria res Sultano ſupra votum fluebant, ita in Aſia retro ferebantur, Perſis in Cicalam iterum incumbentibus, qui profligatis exercitus reliquiis, Adenam fuga exiguo comitatu ſe recepit, vbi ſtatim à Perſis obſidione cinctus eſt. Cicala è mœnibus fune demiſſus Trapezuntem refugit, cum quo duo Baſſæ ſociatis conſiliis copias cogunt, & Adenam iter affectant. Perſidis Rex re per exploratores cognita alteram exercitus partem obſidendæ vrbi relinquit, altera hoſti aduentanti obuiam pergit, & hoſtes imparatos opprimit tanta ſtrage, vt ægrè Cicala in ſcapham inſiliens ſe periculo ſubduxerit. Perſa victor ad vrbem regreſſus eam ex pacto recipit. Quo nuncio Conſtantinopoli Sultanus adeò incenſus eſt, vt ædes Cicalæ opibus refertas diripuerit, & euerterit. Mox expeditionem Ianiſſeris imperat, qui de Baſſa Damaſceno regiis theſauris præfecto militares pecunias in- B teruertente queſti, non antè quam ſtipendia integrè repræſentarentur, digitum ſe moturos teſtati ſunt. Sultanus Baſſæ caput eorum arbitrio permiſit, & pecunias numerauit. X V I. Kal. Nouembr. Neuheuſeliæ propugnaculum à copiis, & annona inops ne in Turcorum manus veniret Archiducis, & Batæ voluntate ſeditioſis Hungaris deditum. Altenſolij, Viglaſij, Schemnitſenſes, & Cremnitſij rebus depoſitis vrgente fame ſeditioſis acceſſerunt, in Stiria Kermentum iiſdem deditum.

Comorrham oratores qui de pace agãt à Cæſare mittuntur.

Inter hæc à Cæſare Comorrham oratores miſſi cum Boſcaio conditiones pacis agitarunt. Is Peſtæ à Viſſito Baſſa honorificè acceptus, gemmato diademate, ſexaginta aureorum millibus, & viginti quinque generoſis equis donatus ſummum rerum arbitrium Sultani voluntate accepit, vt pacis cum Cæſare ineundæ, vel abrumpendæ arbiter eſſet.

Quarto Kalend. Decembres Ruſuuurmius qui Franciſcum Belgioſæ fratrem Pragæ C trucidaret, cauſa cognita capitis damnatus eſt. Socij parricidij pœnæ ſocij fuere.

Id temporis Regis Perſidis ad Cæſarem, & Poloniæ Regem oratores de belli ſocietate aduerſus Turcos humaniſſime excepti ſunt. Rex Perſarum ſe Chriſti fidem induiſſe, Mahometæ ludibriis ciuratis profitebatur.

Ineunte Decembri ſeditioſi Turcis adgregati noſtros inſidiis interceptos opprimere conati ſunt, à quibus magna ſtrage deleti, Turci mille amplius deſiderati, ducenti manu capti, quingenti equi prædæ acceſſére.

Anhaltini Ducis Brũſuicenſis in Brunſuicẽſes pugna.

Eodem anno Anhaltinus Dux Brunſuicenſis Caluinianæ ſectæ manceps, de eadem ſecta Brunſuichum introducenda, & confeſſione Auguſtana conuellenda conſilium init, ruſticos frequenti armorum exercitatione ad belli munera inſtruit, nobilitatem vnde vnde arceſſit, ab Hiſpano metum & inſidias obtendit, exeunte Septembri per tubicinem oppidanis ac- D ceptum, & excubitoribus intimum, tria plauſtra militibus ſub fœno latentibus referta intra portas immittit, tubicine ſtationarios ludicra narratione fallente, armati deſiliunt, excubitores obtruncant, portas præſidio firmant, raſtrum ferreum, ne ciuium incurrentium numero obruerentur demittunt, in muros inſiliunt, tormenta occupant, & frequenti fulminatione oppidanos terrent aduolant auxiliu ſubſeſſores, pilas ignitas in tecta iaculantur, dux ipſe ſuis adeſt, nouos ac recentes in feſſorum locum ſummittit, oppidani ingruentes inſiliunt; tormentis fulminant, ſclopetis eminùs, ſatiſſis comminùs certant, fœminæ incendium ſaccis madidis, & boum exuuiis reſtingunt, vbi puer duodecenni paulò maior

Puer duodecẽnis virtus.

ſuorum fugam ſiſtit, in obuios prorumpit, ſcloperis vnum, & alterum deiicit, cùm res depoſitæ viderentur, & in extremo omnia ſita eſſent, duo manuarij opifices, mœnibus ſuffoſſis, ſibi viam aperiunt, & à tergo in obſidentes ducentis ampliùs ſclopetariis aucti vim fa- E ciunt, tanto impetu, vt omnes fugam arriperent, in vrbe ſtrages irrumpentium paſſim fieret, viæ cadaueribus ſtratæ erant, mœnia, portæ, vicini pagi cædibus informes, ſupra quatuor millia nobilium, & villaticorum cæſa, Dux Brunſuicenſis cum dedecore in pedes ſe coniecit. Perfidia, & ſtoliditas Ducis inſignis fuit, qui leni via fidei res, ac religionis tentare, non vi corrumpere debuerat. Plebecula ſi opibus, & armis pollens eſt, non vi, & armis, ſed eloquentia, & occultis molitionibus ad nouas opiniones ſpecie veri traducitur, ſi per ſe inops, & imbecilla eſt, metu & vi quolibet impelli poteſt. Princeps armis, & opibus ſuperior, in plebem quidlibet audeat, Rex erit, & obſequentem populum habebit, viribus inferior, tempori cedat, aut occulto itinere ſenſim plebeculæ furentis opes corrumpat, & perdat.

Anhaltinus Dux cladẽ quã à Brũ-

Cladem quam à Brunſuicenſibus Dux acceperat, vt vlciſceretur, ſubditos paſſim, nobi- F les & villaticos, magna ope cogit, & decimo Kal. Nouembris ad vrbem progreſſus foſſas, & aggeres ducit, tormentis fulminat, erumpentes equitum, peditumq; globis repellit, exi-

turn

A tum & aditum ciuibus abſcindit, qui ſibi conſultum cupientes oratores ad Ducem de pace *ſuicenſibus acceperat vlciſcetur.*
mittunt, priuilegia integra, & ſalua eſſe volunt, ſe non perduelles,non hoſtes,ſed liberos in
clientela humaniſſimi Principis natos eſſe teſtantur,obſequium non negare,ſi quid velit pa-
cificè agat,homines ſe eſſe,quibus ratio impereret,bouo & æquo ſe manus daturos,Deum
Principum vt plebeiorum iudicem eſſe , illo ſe arbitro ſtare , ſi Princeps rationem non
audiat.

Tertio Cal.Non.quidam Molattinæ manceps Ducem adit,& Ocertam fluuiũ ſe ſingu-
lari artificio inhibiturum pollicetur, vt ſubſiſtentes in ſuperiori parte aquæ magna vi in vr-
bem irrumpant,& vicos,plateaſq; omnes eluuione compleant. Duci conſilium probatum,
quod vt procederet, latum admodum,& profundum aggerem , per Ocerram ducit, alueo
ita compoſito , vt quandocunq; veller , illo obſtructo , exuberantes fluuij aquæ in vrbem
B commodè impelli poſſent.

Interea pilas ignitas ferrea cuſpide inſtruit,vt tectis affixæ ignem ſpargerent,aqua ſimul,
& igne vrbem oppugnaturus , vt quò ſe verterent oppidani neſcirent,qui res ſuas in extre-
mo ſitas animaduertentes,Cæſarem appellant.Is Ducem niſi iniuria abſtineat,omnes faui-
tores,ac ſocios proſcribit,irrito ſucceſſu. Dux enim Cæſaris minas inſuper habuit,& in op-
pugnatione pertinaciter hæſit,cui Daniæ Rex quingentos equites auxilio trahit.Aggere in-
terea per Ocerram fluuium traducto aquæ in vrbem influunt , & oppidanis ad genua iam
vſque madentibus exitium minantur. Illi ſuffoſſo aggere viam aquis aperiunt, & periculo
ſe eximunt , tum verò eruptione facta exeunte Decembri in Daniæ Regis ſtationem inſi-
liunt,obuios magna cęde ſternunt,& impunè in vrbem redeunt.Finitimæ ciuitates libertati
ſuæ iniuriam fieri ratę,Brunſuicenſibus ſubſidia ſummittunt,Cæſar Regem Daniæ proſcri-
C bit,& qua poteſt auctoritate terret , vnde Duci ſpe accisa componendi belli neceſſitas im-
poſita eſt.Leges Duci parum æquæ dictæ,qui à Regis Daniæ auxiliis derelictus,liberis ciui-
tatibus periculum denuntiantibus otium colere , & contumeliam domi concoquere coa-
ctus eſt.

Eodem anno Kal.Nouembris grauis , & truculenta in Regem Angliæ coniuratio depre- *Cõiuratio in Angliæ Regem.*
henſa eſt.Plerique Nobiles fidei Catholicæ ſtudio, quam à patribus acceperant, fœdere in-
ter Philippum Hiſpaniæ,& Iacobum Angliæ Reges icto, bonam de orthodoxa fide in vtra-
que Britannia reſtituenda ſpem conceperant , noua lux affulſiſſe videbatur , Rege Angliæ
ad Hiſpaniç Regis amicitiam tranſeunte.Cùm autem nihil in religione moueri animaduer-
terent,Regem Catholicum res ſuas ſibi agere,otio tantum publico,& ſecuritati nauigatio-
num,ac commerciorum conſulere, Angliæ Regem in ea perſuaſione quam ab incunabulis
D hauſerat perſeuerare,matris veſtigiis non inſiſtere,à Catholica fide magis in dies ſectę vene-
no imbutum abhorrere cernerent, conſilium præceps , ac impium , pietatis ſpecie de regio
genere abolendo ſumunt. Coniurationis fundus Robertus Catesbius claris natalibus or-
tus fuit,vir alioqui bonæ mentis, non vltimum in aulico miniſterio locum gerens, qui con-
ſilia cum Thoma Vintero nobili Anglo Catholicæ fidei cultori conſociat.Is in Belgium vi-
ſendi ſtudio iter affectabat, quem Catesbius Guidonem Fauheſium Anglum id temporis
in Belgio agentem virum integræ fidei,ſolerti, & audaci ingenio in conſcientiam aſſumere
iubet.In Belgio capita inter ſe conferunt , Oueno Ieſuitæ conſilia aperiunt, qui pietatis ſtu-
dium laudat,ſocios auſi capaces adiungit. Hoc animo Vinterus,& Fauheſius ſceleris certi
in Angliam redeunt,Catesbium conueniunt,Thomam Perſium,& Ioannem Vrichtum ad
ſocietatem adiungunt , in æde S. Clementis ſilentij fidem iureiurando ſanciunt. Interim
E Rex Veſtmonaſterij in Curia Iuridica,quam parlamentum indigetant,Comitiis diem Idus
Nouembres dixerat.

Prætorium eſt amplum,& ædibus priuatorum hominum hinc inde continens.Catesbius
in Lambethi cuiuſdam ædibus eum quo ius hoſpitij habebat diuertere ſolitus , eam ædium
partem quæ proximè ad Curiam pertineret ſibi , ſuiſq; ad diuerſorium exornat , vnum ali-
quem ex Lambethi famulis in conſcientiam ſumit , cuniculis curiam ſuffodit , & quia res
ab vno, aut altero facilè expediri non poterat, plures conſcios adhibet.In Belgio pleriq; ad
partes vocantur , & in coniurationem certatim nomina dant , è quibus vnus ad Comitem
Montelium cui bene cupiebat , nomine non adſcripto, literas dat , quibus eum monet, vt
Curia Iuridica excedat , Comitiis ne interſit , ſi malo cauere velit, Montelius cum Comite
Salisberieñſi literas communicat,& eadem de re cum Rege remotis arbitris agit , Rex literis
F lectis, & ad animum reuocatis inſidias animo præcipit , cuniculis fortè Curiam eſſe ſuffoſ-
ſam,& puluerem tormẽtarium ſubditum,quo Curia ſubuerteretur, iubet omnia Curiæ ca-
ua explorari , in quibus cùm nihil periculi eſſe didiciſſet , continentes Curiæ ædes inſpici,

pera

peragrari,cõmoueri iubet,Thomas Cneuetius mandatu Regis Lãbethi ſcrutatur,peruadit, A penitiſſima rimatur, in ea domus parte quam ſibi Catesbius ſecreuerat faciſculos, carbones.pulueris ſulphurei magnam vim intercipit, Fauchesium perfoſſorem comprehendit, à quo cõiurationis ſocij indicati. Fama rei vulgata Nonis Ianuarij Rex Hiſpaniæ duos ad Regem Angliæ oratores legat,& generoſos aliquot equos muneri mittit,parricidij societatem à ſe deprecatur. Rex cognito tres in Anglia Ieſuitas,Ioannem Gerardum,Henricũ Garnetum, Parconium coniurationis huius neſariæ flabella fuiſſe, nomina eorum tabulis per oppida,& pagos propoſitis proſcribit,& illis aqua & igni interdicit.

Veneti Paulo V. Pontifici bellũ denuntiant.

Hac rerum vertigine annus 1605.circumactus eſt,quem excipit annus 1606.non minùs vario rerum turbine fœdus, quo inter Paulum V. Pontificem O.M. & Venetos bellum apparatu,& ſcribendi licentia ingens,exitu leue,& friuolarium fuit. Bello anſam dedit imminuta Pontificiæ auctoritatis maieſtas, quam omni ope Chriſtiani Principes ſartam tectam B vel ſui iuris,ſi res ita ferat,detrimento tueri debeot. Interdictum Pontificium hic attexere ſuperuacaneũ eſſe duco. Potuit Pontifex mitius cum Venetis agere,debuere Veneti auctoritati Pontificiæ amplius tribuere, & Chriſti vicarij diras imprecationes exhorreſcere. Illi, vt ſe Chriſtianorum cœtu publico programmate pulſos, & diris deuotionibus defixos animaduertêre, de concilij ſententia diras obnuntiationes irritas eſſe pronuntiant,& ab anathemate tanquam iniuſto ad Deum opinor, aut quod Dei loco habendum, ad œcumenicum concilium prouocant,& vt ſubditi ditionis Venetæ in fide maneant,literas per omnes imperij ſui vicos,ac oppida Ducis nomine tranſmittunt,quibus Pontificis iniuriam,ſui iuris æquitatem tueantur. Literarum exemplum quia paſſim obuium eſt aſcribere piget. Querelæ filiorum de patre, quemcumq; colorem præſerant, iniuſtæ ſunt, pater in filios ſeuerus eſſe poteſt,iniuſtus eſſe non poteſt.Res tamen eò loci erat, vt ſine ferro,& incendio compo- C ni non poſſe videretur. Orbis Chriſtianus in partes abibat, fremebat armis Italia, ſectarij flammas,ac tela ventilabant;Principes quorum nominibus parcendum,diſcordiæ fomitem alere dicebantur,ſolus Rex Chriſtianiſſimus à partibus liber,otij publici ſtudio,cùm Pontificij nominis maieſtatem coleret, Venetis fœderatis ſuis bene cuperet, auctoritatem ſuam interponit, animorum æſtum mitigat, per oratores ſuos Romæ, & Venetiis pacem inter vtroſque maximo Reip. Chriſtianæ bono conciliat. Bellum id lingua magis quàm manu, ſtylo potiùs quàm ferro bellatum eſt.

Dum in eo ſunt, Mareſcallus Turrenius,qui Bironianæ coniurationis inuidia conflagrarat,è Germania in Galliam redux,Sedani,principe dotalis ſuæ ditionis vrbe ſe tenebat,munitiones extruebat, aggeres, & propugnacula excitabat, ne imparatus à Rege opprimeretur. Opinio erat eam vrbem omnibus machinis, & armis ſuperiorem eſſe. Rex cuius virtuti D nihil arduum,prætoriis cohortibus ſeptus, nullo milite aliunde coacto.quaſi per iocum, & ludum ad Sedani obſidionem iter ingreditur,cuius fines ægrè attigerat,cùm oppidanis animi cadunt,veniam, pacemq; precantur, & ſe ſuáque fidei Regis permittunt, Turrenius ad eius genua ſupplex procidit,& famam,ſalutem, fortunáſque omnes arbitrij eius facit. Rex Sedanum ingreſſus plauſu, lætitia, fauſtis omnium acclamationibus excipitur. Arx Netameurio ex pacto concreditur. Grauia odia fuiſſe non oportuit, quæ tam propere detumuerint.

Valetudinariũ in S. Marcelli ſuburbio redintegratur.

Id temporis valetudinarium in S. Marcelli ſuburbano, quod alendis militibus ſenio & laboribus feſſus, Henricus III. inſtituerat, bellorum iniuria diſiectum, Henricus IIII. magnifico opere integrandum, annuiſque prouentibus dotandum curauit, edicto propoſito, vt quod rationibus ſedulò diſcuſſis è Xenodochiis, noſocomiis, gerontocomiis E annui fructus ſupererat, in id valetudinarium alendis militibus conferretur, inſtituto conſeſſu iuridicorum,titulo cameræ charitatis Chriſtianæ,qui hoc pium opus procurarent.

Interdictũ Pontificium in Venetos.

Venetiis per interdictum Pontificium diuinis miniſteriis ſuſpenſis, ac vetitis,Ieſuitæ, & Capucchini,vt dirarum periculo ſe eximerent,exceſſere.Ieſuitarum cœnobium aliis patribus attributum eſt,à quibus & officia Deum curantia obirentur, & pueri ad literas elegantiores informarentur.

Ex eo tempore Ieſuitis reditus Venetias negatus, & reſtitutio in integrum abſciſſa, Capucchinis ſuæ ædes reſtitutæ,& ſacro inſtrumento commodè ornatæ. Contra,in Gallia Ieſuitis honor habitus, antiqui penates redditi, & in maius aucti, Flexiana regia in Athenæum conuerſa, vrbs ipſa Flexia Academiæ dicata, quam frequens nobilitas ex omnibus Galliæ partibus ornat,ſacerdotia pinguia pluribus locis iure perpetuo ac fructu illis attribu- F ta beneuolentia Regis in eos magis, magíſque in dies augeſcente.

Sub Idus Septembris Charmettius nobilis Allobrox de more venatum egreſſus cum catapulta

A tapulta longiore, Comite cane venatico, inclinante iam die, peragrara ſylua cùm domum
ſe reciperet, à quatuor latronibus appetitur. Is vt animi præſens erat, vnum ex illis plum-
bea glande ſternit, canis pugnæ ſocius in iugulum alterius inuolat, cui venator per eam
occaſionem gladium etipit, & brachium tranſuerberat, mox cane vehementius inſtante
alios cædit, & fugat, victorq́; in vicino mancipio S. Albani cognomento, ſua & canis, qui
gladij concæſu debilis erar, vulnera curat, comprebenſi graſſatores Camberiaci confractis
in rota tibiis, ac brachiis, per artus exſpirarunr.

Charmettius Allobrox cũ cane venatico latrones opprimit.

Tertio Non. Ianuarij Argentinæ puella nara eſt, quatuor auribus, totidem brachiis &
manibus corpote ad vmbilicum vſque vno, infra, in duo diducto, quatuor tibiis, totidem
pedibus, vixit ad horæ dimidium, & ſacro fonte tincta eſt. Diſſecto corpore, cor vnicum,
pulmo vnus, iecur geminum, geminus ventriculus, quatuor renes reperti, nullo ſplene.

Puella prodigioſa Argẽtinæ nata.

B Eodem boc menſe fœdiſſima tempeſtas Romæ ſæuiit, vento multa paſſim ædificia euer-
tente, tectum monaſterij quod Aram cæli vocant de cœlo tactum corruit, in Sacello S. Pe-
tri candelabra duo fulmine afflara, & deiecta ſunt.

In Belgio venris ac turbinibus io abtuptum furentibus, tecta ædium diſiecta, turres ſub-
uerſæ, arbores erutæ, naues Rheno, mariq́; conuulſæ, aut merſæ, multa gregum, armento-
rum, hominumq́; capita in Zelandia periêre, aquis nimium quantum augentibus, & exun-
daoribus, Sluſenſes, & Fliſſingenſes periculum obierunt, cùm Caſantum ioſulam vndis ob-
rutam cernetent. Pons quem nauigiis impoſitum Hiſpani magno ſumptu ad Rurordum
inſtruxerant procellæ vi diſiectum in Hollandiam abripuit.

Tẽpeſtas in Belgio ſæuit.

In Hungaria pax ea lege cum Cæſare & Heiduccis coaluit, Illishaſcio viro bonæ mentis
faciente, vt Auguſtanæ confeſſionis miniſteria paſſim libera eſſent. Ea pax Turcis ingratè
C accepta eſt, qui veſpera inumbrante Iauarinum ex inſidiis irrumpere conatr, excubitore
arma conclamante pilis ferreis lacerati ſunt.

Interim ab Heiduccis Toccaia in eas anguſtias coniecta eſt, vt cùm feles, canes, calcei,
aluræ, thoraces coriacei, deficerent, pueri, vitiq́; ſorte in cibum addicerentur, quare Hei-
duccis ea vrbs accedere coacta. Ad eaſdem Epperia difficulrates interclusis annonæ ſubſi-
diis rraducta erat, niſi maturè commeatus illati eſſent.

Toccaia fame afflicta.

Turci Hungariæ inhiantes Lippam exitio deſtinant, qua derelicta Heiducci centum in
arcem ſe recipiunt, alij in caua ædium ſe abdunt, & vrbis vias, porras, plateas puluere tor-
mentario ſternunr, cum Turci parentibus portis ingreſſi per vias volitarent, ignem pulueri
admouenr, vnde exorto incendio Turcis ardentibus Heiducci è latebris exiliunt, & cum
igne luctantes ferro metunr. Arx Budenſis de cælo tacta eſt, vnde turris pulueris ſulphurei
D condirorium, igne concepto, magna hominum ſtrage funditus conuulſa diſſiluir. Turci ex
Alba regali profecti moorem S. Martini vi ceperunr, pleroſque Iauarini præſidiarios ſerui-
tute damnarunt, & montis S. Martini Vaiuodam in vincula dederunt. Tartari Iauarinum
excurſionibus infeſtarunr. Septimo Kal. Auguſti Turci Caniſienſes præfecti perfidia Co-
mortham irrepſerunt, quos præſidiarij ferreo raſtro demiſſo, & reliquo accurrentium agmi-
ne excluſo, in ipſa vrbe ad internecionem ceciderunt.

Dum in Hungaria res eo loco ſunt, ineunte Martio Conſtantinopoli Spachij quibus ad
diem ſtipendia non repræſentabantur, in agris paſſim, & pagis populationes egerunt, quo-
tum plerique Sultani iuſſu in furcam acti, aut mari merſi ſunr. In Aſia Baſſa Alepienſis ad
ſeditioſos ſe aggregat, & in Perſæ partes tranſgreditur, quo nuntio Sulranus territus, extem-
plo Vitſirum Baſſam ex Hungaria teuocarum bello Perſico præficit, & vicatio eius Hunga-
E riam prouinciam commendar, Purpuratis Tripolitâno, Gazareno, & Damaſceno, vt con-
iunctis viribus Alepienſem Baſſam opprimerent, mandat. Illi ſexaginta bellatotum millia
confeſtim Alepum rapiunt, & iuſta acie collatis ſignis ab Alepienſi profligantur, qui victoria
ferox Tripolim mouet, & eam vrbem irruptione facta vi capit, Damaſcum obſider, ac Tri-
politaoum alrero prœlio experiri auſum iterum delet, vrbemq́; deditione recipit, vbi vecti-
gal Alcairo allarum potitus, Syriæ totius ſe Regem renuntiar, & aditum Perſis, ac Indis ne-
gotiationem agitantibus aperit, mox in Belerbegam numeroſum exercitum trahentem
mouet, poſitisq́; tribus equitum millibus io inſidiis, qui ponè hoſtes cæderent, ipſe à fronte
Belerbegam inſilit, & vndique obſeſſum ingenti ſtrage fundit, inde vectigal Alexandrinum
intercipit, quod claſſe Byzantium deportabatur.

Baſſa Alepienſis ad ſeditioſos ſe aggregat.

Fama rei didita Perſarum Rex clypeum, galeã, tubum ferreum glaodibus plumbeis ſpar-
F gendis exquiſiti operis vnionibus ac lapillis interſtinctum, ad eum muneri mittit, cuius in-
dicatura centum quinquaginta aureorum millibus contra cara fuit. Ipſe Perſarum Rex
proximè Bagaded numeroſas Turcicorum equitum copias delet. Turbulenti verò in Ca-
ramania

ramania Byzantium excurrerunt, & populationibus latè graſſati omnia incendiis vaſtarunt, quo metu Sultanus Baſſæ Budenſi belli cum Cæſare quocunque modo componendi diligentiam committit. A

Interea Turci traiecto Culpa flumine, Gradum in Hungaria caſtellum inſiliunt, & incendio deformant. Vizirus Sambocum, Valam, Totiſam caſtella operibus firmat, & in monte Polgaramio nouum munimentum excitat.

Pax cum Hungaris. Poſtridie Idus Decembris pacis cum Hungaris negotium confectum eſt, pax vtrinque iureiurando firmata, libera ſectis recentibus miniſteria relicta, Boſtcaio titulus Tranſſyluaniæ Principis ad vltimum vſque vitæ diem qui non longè aberat, datus, induciæ ab Altheimio cum Turcis pactæ, Heiducci caſtellum quod in Polgaramio monte à Turcis extruebatur, nocturno impetu euertunt. Ad pacis negotium cum Turcis expediendum Altheimius ſex curribus, horologium miræ artis, cum vaſis aliquot argenteis, & centum florenorum millibus, quæ muneri Sultano cederet, Budam traduxit, Colonitſio cum exercitu inſequente, ne vis oratoribus à Tartaris, aut Turcis fieret. B

Seditio Comorrhæ in ſectarios. Poſtridie Nonas Octobres ſectæ miniſtris in templo miniſteria obeuntibus Buchemius quidam Comorrhæ, & Cneuus ſtrictis gladiis in concionem irruerunt, & miniſtrum ipſum ferro petierunt, vnde grauis ſeditio exorta, quæ non niſi Buchemio, & Cneuo in vincula coniectis, & furcæ damnatis, ſedari potuit.

Id temporis Boſtcaius Cancellarium ſuum Cataium, parricidij damnatum, quòd ſibi venenum propinaſſet, Ioanne Ianuſio in locum eius ſuffecto, ſecuri percuſſit. Quinto Idus Nouembris pax cum Turcis proximè Comortham inita, & iureiurando firmata, obſides vtrimque dati. Hæ paci leges dictæ, vt Sultanus Cæſarem patris loco, Cæſar Saltanum filij habeat. In literis vtrique Imperatoris titulus tribuatur. Propugnacula diruta vtriſq; inſtaurare liberum ſit, noua extruere nefas Setdares Baſſa oratores cum muneribus ad Archiducem Matthiam mittat, Cæſar Conſtantinopolim ducenta florenorum millia quam primùm deportanda curet, Sultanus oratores Pragam cum ampliſſimis muneribus leget. Ea pax in viginti annos ſancta ſit. Vaccium, Cæſari Strigonium Sultano cedat. Is pacem hanc ſupra mortale gaudium accipit, & eius fiducia Baſſæ Aleppienſi imperat, vt ab armis diſcedat, & quamprimum Conſtantinopoli ſe ſiſtat. C

Heiducci cũ Boſtcaienſibus cõfligunt. Boſtcaij obitus. Inter hæc Heiducci exeunte Nouembris per religionis ſpeciem cum Boſtcaiſenſibus magna vi confligunt, & multis vtrinque deſideratis tres pagos incendio deformant, quos Boſtcaius Idibus Decembris, Comitiis Caſſouiæ habitis, tuendæ libertati ad arma prorupiſſe defendit, & morbo ingrauescente Caſſouiæ moriens magnum ſui deſiderium reliquit. Is ambitu præceps, prudentia ingens, Tranſſyluaniæ, & Hungariæ fax, religionis ſpecie, vt ad imperium ſibi viam faceret, Turcos, & Heiduccos cum Cæſare commiſit, ac cædibus, & incendiis omnia miſcuit, moderatione tamen, & conſilio periculis obuiam eundo in tantam claritudinem euaſerat, vt plus apud Turcos auctoritate, quàm purpurati omnes polleret. Per eius contumaciam rebus Turcicis ingens acceſſio, magna Reip. Chriſtianæ deceſſio facta eſt. D

Paterbonica à Batauis direpta. Rebus Gallicis, Hungaricis, Perſicis, & Turcicis huius anni expeditis, Res Belgicas propiùs inſpiciamus. Bataui anno milleſimo ſexcenteſimo ſexto ineũte per Spinolæ abſentiam, qui ſæuiente hyeme in Hiſpaniam abierat, ſupplementum legionibus addunt, & numeroſo exercitu in diœceſim Paterbonicam irruptione facta monachis, & ſacerdotibus manus iniiciunt, imagines, & altaria pro ſceleſto more deiciunt, & latrociniis paſſim graſſati, prædaque onuſti domum redeunt, quos in ſpeciem inſequuti Hiſpani, Præfortum oppidum ex itinere inſiliunt, magna præſidiariorum cæde, quorum pleriſque fuga in arcem ſaluti fuit. Fama rei vulgata Bataui aduolant, & oppidum deditione recipiunt. E

Claſſis Batauæ reditus. Inter hæc Batauæ aliquot naues ex claſſe illa XII. nauium, quæ anno 1603. in Indiam velà fecerat, in Hollandiam, pipere, caryophillis, caſſia, ſaccaro, & aliis aromaris onuſtæ redierunt. Ea claſſis ad inſulam Moſambicam nauem Luſitanicam eboris Indici opulentam igne corruperat, fœdus cum Malabarorum, Rege ad Calecutum percuſſerat, Luſitanorum propugnaculum mercatoribus infeſtum ad Annobonam inſulam deditione receperat. Inde Bataui Tidorem inſulam curſu petunt, vbi duas Luſitanicas naues expugnant, & igne perdunt, cum Taranatenſium Rege fœdus ineunt, Tidorenſium Regem à ſocietate Luſitanorum abducunt, expoſitis in terram claſſiariis tormenta crátibus, & doliis terra fartis muniunt, propugnaculum Luſitanicum ferreis pilis verberant, & ruina facta de nocte vim faciunt, vnde cum dedecore depulſi ſunt, cùm Luſitani ex lapidea turri pilas ignitas iacularentur, quibus Bataui peſſimè accepti ſunt. Mollio nauis præfecto crus alterum conſtactum F

eſt,

A eſt.Bataui cùm irruptio fraudi fuiſſet,in turrim lapideam tormentis fulminant, vbi magna
vis ſulphurei pulueris ſepoſita erat,qua ignem ſubitò concipiente,cum 70.plus minus præ-
ſidiariis turris in aërem diſſiluit, & Batauis aditum aperuit,à quibus propugnaculum ſolo
æquatum eſt.

Quarto Nonas Aprilis in Belgio Hiſpani excitatis ab vtraque Aduanæ fluuij ripa muni- *Aduanæ*
tionibus,pontem non ita pridem ventorum impetu diſiectum, inſtaurant, & Pompeio no- *fluuij pons*
bili mechanico faciente, quadraginta amplius piſtrina verſatilia curribus imponunt, vnde *inſtauratur.*
ad omnes caſus farinæ promptuarium eſſet. Eorum decem millia ad Moſam conuenerant,
Bucquoio ductore, quibus Archidux Spinola abſente, ne quid grauioris rei tentarent in-
terdixit,tantam in eo præſidij ſpem repoſuerat.

Interim Batauа claſſis duo in Gallitia oppida, Ponuedrum, & Vagonam diripuit, &
B XIII. Kal.Iunij triremes Luſitanicas poſt diuturnum prœlium potita eſt. Secundo Nonas
Iulij villatici ex aliquot pagis coacti Veiſueilij ex improuiſo turmas aliquot Hiſpanicas in
agro Iuliacenſi prædas agentes inſiliunt,& magna cæde fugant,ac profligant.

Sub id præſidiarij Syluæducenſes præfectum Hoeſdenſem pretio ad proditionem inui-
tant, ille pecuniis acceptis diem prodendæ vrbi dicit, & milites in inſidiis locat, à quibus
octingenti amplius Hiſpani cæſi,& pecuniis emuncti ſunt.

Spinola interim Brugenſium prece commotus pridie Idus Iunij Sluſam inſidiis aggredi- *Sluſa à Spi-*
tur. Æſtu recedente crepitaculis portas vrbis perrumpit, & in eam impetum facit, vnde *nola aggre-*
oppidanis ad arma ruentibus magna ſuorum ſtrage depulſus eſt. Sexaginta circiter manu *ditur.*
capti, multi æſtu affluente profundis hauſti. Terralius nobilis Gallus vir ſtrenuus, crepita-
cula portis admouerat,& viam victoriæ fecerat, ſi præeuntem iiſdem animis ſocij ſecuti eſ-
C ſent. Sub id Grauicoſes excurſione ad Moſam facta duos mulos pecunia onuſtos Hiſpanis
ereptos Grauiam abduxerunt.

Interim Spinola cùm res ad Sluſam non ſucceſſiſſet, in Friſiam ducit, & Lochumam ex
itinere æneis catapultis verberatam, & pilis ignitis ardentem,ex pacto recipit,Otmarſiam,
& Entſcediam pagos operibus, & præſidiis munit, Bucquoius Bertauiæ oppugnatione à
Blonio equitum magiſtro deiectus quingentis plus minus ex ſuo agmine deſideratis recipe-
re ſe cogitur.

Kalendis Auguſti Schuuolium non paucis ex ſuis amiſſis irrito ictu Spinola tentauit, fe-
liciori ſucceſſu ad Grolam vſus, in quam aliquot dierum oppugnatione labefactam Idibus
Auguſti per vim irrupit,& militi diripiendam dedit. Inde coniunctis cum Bucquoio copiis
Reinbercam obſidione cinxit.

D Id temporis Hiſpani Dyrrachium Albaniæ vrbem, Durazzum hodie vocant, crepitacu- *Dyrrachiũ*
lis ad portas, & ſcalis ad muros admotis irrupérunt, & vrbem arcemq; Turcis fuga elapſis *ab Hiſpanis*
30.tormentis in naues cum opima præda deportatis incendio corruperunt. *direptũ &*
incenſum.

XIIII.Kalendas Septembr.ducenti Galli equites, in Spinolam Reinbercæ munimenta
trans Rhenum egregio comitatu luſtrantem, ex vrbe eruptione facta inſiliunt tanta vi,
vt centum ex ſua turma deſideratis, ipſe fuga ſalutem ægrè expediuerit. Decimo Kalend.
Septembres obſeſſi diſpoſitis opportuno loco inſidiis ex vrbe eruperant,& Hiſpanis armẽta
quæ abegerant multa cæde eripuerunt.

Spinola tamen 7.Kal.Septembres propugnacula extima Batauis extorſit,& poſtridie in-
teriorem munitionem, in quam hoſtes ſe receperant inſiliit, quæ tentatio quingentis capi-
tibus ſtetit, & Egmontium vrbi præfectum abſtulit, cuius obitu præſidiarij territi altero
E poſt die munitione derelicta, tormentis nauibus impoſitis ad propugnaculum inſulare
traiecerunt.

Tertio Idus Septembris eruptione ex vrbe facta præſidiarij quingentis amplius cæſis la-
tiùs graſſati eſſent, niſi furor eorum ab equite Hiſpano compreſſus eſſet. Poſtridie Idus
Septembr. Mauricius, obſidioni ſoluendæ, aciem in conſpectu Spinolæ inſtruxit, & prœlij
copiam fecit, quod aſpernatus Spinola caſtris ſe continuit, ne recenti hoſti militem labore
attritum obiiceret. Poſtridie lunatum aggerem cuniculis ſuffodit,quos Bataui aperuerunt,
& contrariis cuniculis certarunt, quibus igne ſubdito Hiſpani circiter quadringenti ruina
oppreſſi ſunt, quæ res obſeſſis animos fecit, vt eruptione facta in Hiſpanos incurrerent, à
quibus peſſimè mulctati ſunt, Comite Feſchio capto, qui Bruxellas adductus eſt. Altera
eruptio multa Hiſpanorum cæde proceſſit, qua exaſperatus Spinola tormentis propugna-
F cula verberat, foſſas terra opplet, cuniculos indefeſſo ſtudio agit, eruptionibus agge-
rem opponit, ex quo præſidiarij malè accepti ſunt, qui rebus comploratis leges tan-
dem accepere, quibus ad Mauricium abeuntibus Spinola rei ſummariæ negotio expe-

Ii

diendo,& militibus ſtipendio ſubleuandis Bruxellas abſceſſit. A

Naues Batauæ in inſidiis poſitæ. Sub id Batauа claſſis, ex naue Hiſpanica quæ ab inſula S. Thomæ redibat, ſupra mille centum ſaccari ciſtas, ex alia mille ducentas, in Zelandiam deportauit. Aliæ naues ſerico & aromatibus onuſtæ ex orientali India Amſtelrodamum appulerunt, aliæ ad Pataccem ingenti naue Luſitanica expugnata, Reginæ Patanenſis auxilio, magnam ſerici Chinenſis, moſchi, auri, gemmarum, vim reportarunt. Aliæ Dunkerkanam nauem magno prædonum numero infeſtam, quæ duodeuiginti annos toto mari graſſata, in inſula Friſlandiæ oppoſita, in anchoris ſubſederat, ad merces Francofurtum delatas intercipiendas, vi captam Enchuſiam abduxerunt. Quo ſucceſſu læti Batàui X V I. nauium claſſem in Indiam miſerunt.

Hiſpanorũ 4000. ad Batauos tranſgrediuntur. Tertio Idus Octobris Hiſpanorum quatuor millia amplius, quia ſtipendia in mora erant, ad Batauos transgreſſi ſunt, cum quibus præſidiarij Lochuma Mauricio dedita, ſe coniunxerunt. Ad Grolam vtrinque velitatum eſt, quam Spinola Mauricio abſcedente præſidio, & commeatu firmauit. B

Id tempori Batauæ naues, quæ in inſidiis ſubſederant, ad Terceram inſulam cum Hiſpanicis nauibus cruento prœlio conflixerunt, à quibus captæ, merſæ, fugatæ ſunt. In claſſe Hiſpanica 53. naues fuere, quæ ſine offenſione ad S. Lucæ portum vndecim millionibus opulentæ appulerunt. Mox aliæ naues Hiſpanicæ auro onuſta Hiſpalim renuerant. Seditioſis in Belgio, donec ſtipendia numerarentur, Diecta attributa.

Sub id Galliæ Rex Fremetum opulentum cœnobium, abbatiam vocant, proximè Cameracum, quia cum domo Burgundica ſentiebat, cùm Gallicæ ditionis eſſet ſui arbitrij fecit, & Burgundico præſidio trucidato, nouis copiis firmauit. Rumor inceſſerat Regem Chriſtianiſſimum belli ſimulatione, Sedanum aduenraſſe, vt Cameracum, & alias agri Burgundici vrbes interciperet. C

Baptiſma liberorum Hẽrici IV. Rebus in eo tractu compoſitis, cùm Sextili menſe lues Lutetiæ gliſceret, Rex tingendis ſacro fonte liberis, Regiam fontis Bellæi deligit, quò regni proceres honoris ergo adicrunt. Luſtrico die pompa hoc ordine inceſſit. Pro minoris infantulæ lauacro Baro Caſtræus vrceolũ, Montignius peluim, Rupipotius puluinar, Chemeraldus cereum, Liencurtius Chriſma, Feruacus ſalem, Boſco-Delphinus equitum magiſter infantulam vlnis ferebat, Dux Lotharingiæ, & filia Chriſtiana, magni Ducis Herruriæ vxor, cuius vices ſuſtinebat Ioannes Medices, fideiuſſores erant, infantulæ Chriſtianæ nomen poſitum. In maioris infantulæ lauacro idem ritus aliis adminiſtris ſeruatus, cui nomen Iſabellæ inditum, ab Iſabella Clara Eugenia, Archiducis vxore, quæ puellæ aſtipulatrix fuit.

Luſtrico Delphini die Dux Valdemontius Cereum, Vindocinenſis Melitenſis eques Regis nothus infulas Chriſmales, Dux Vindocinenſis alter Regis nothus ſalinum, Dux Monpēſerius vrceolum, Comes Sueſſionenſis peluim, Princeps Contius puluinar tulit, Condęus Delphinum, Guiſius paludamenti liliati fimbrias attollebat, Cardinalis Ioieuſa Pauli V. ſponſoris vices obibat, Duciſſa Mantuana ſacrę fideiuſſionis conſorte, puero Ludouico nomen fuit, puer Gondio Cardinali ſacris operante ad poſtulata reſpondebat, Rege læto, & in filiorum indole iuueneſcente. D

Ieſuitæ duo in Anglia comprehẽſi. Sed dum in hoc nimius ſum, Angliæ res aurem mihi vellunt, & currentem ad ſe trahunt, vbi ex iis qui Iacobo Regi in ſuſpicionem venerant, duo Ieſuitæ comprehenſi, & ad Regem adducti ſunt, quorum alteri Parſonio nomen, de quo quæſitum, Poſſitne Pontifex Rom. Iacobum primum Angliæ Regem piorum communione mouere, qui fidei certus, & animi conſtans, reſpondit, vt debuit, Omnes Catholicos fuiſſe hactenus, & eſſe adhuc in illa ſententia, licere ſummo Pontifici, tanquam ſummo Chriſti vicario, omnes reges, & principes hæreticos cœtu piorum pellere. Vrgent Quęſitores, & de Paulo quinto Pontifice, & Iacobo primo Angliæ Rege reſponſum flagitant. Ille ſe eccleſiæ ſententiæ acquieſcere velle profitetur, de Paulo V. & Iacobo primo quæſtionem alterius loci, & temporis eſſe. Quæſitum deinde ex illo eſt, An Angli omnes, qui fidem in Anglia vulgò receptam tuentur, hæretici habendi ſint. Reſpondit, omnes qui ſcientes, volentes, ab Eccleſia Catholica Romana diuortium faciunt, in eoque perſeuerant, hæreſeos, aut ſchiſmatis teneri. Quæſitum porrò eſt, An coniuratio nupera, ſua authoritate, conſilio, & conſcientia facta ſit. Ille negat, & addit deteſtari ſe ex animo eiuſmodi conſilia contra magiſtratum legitimum, & auctores eorum omni carnificina dignos exiſtimare. Quæſitum denique, An auctor eſſet libelli cuiuſdam contra ſtatum Regis, & regni Angliæ. Negauit eius ſe auctorem eſſe, ſibi tamen librum in manus veniſſe, confeſſus eſt. Quibus auditis, vterque in carcerem mandatu Regis conjecti ſunt. Moleſtè Regem ante omnia habebat, quòd Veſtmonaſterij ea domus ad parti- E F

cidium

A cidium capta eſſet, in qua tribunalia iudicum, Aogliæ ordinum Curia, templum Regum
inaugurarione ſactum, deceſſorum eius monumenta, & Mauſolæa, corona, cæteraq; au-
læ inſignia, ioſtrumenta omnia quibus regni priuilegia, & arcana, rum priuata multorum
iura deſcripta ſunt contriuerentur, vbi Regi exitium ſine procerum omnium exitio creari
non poterat. Hac ille de re in publico procerum conſeſſu queſtus, ſingulorum ſeoreo-
rias exquirebat, vno ore ab omnibus acclamatum, in Parricidij auctores ſeuerè vindi-
candum.

Itàque cùm Thomas Vinterus loco nobili ortus, Careſbyus, Perſanius, aliiq; coniura-
ti Holbecham munitiſſimam arcem refugiſſeot, & ea obſeſſa vim magnis animis defende-
rent, duo Vtigthij fratres, & Ambroſius Roochuodius glandibus plumbeis confoſſi ca-
dunt, Vinterus Careſbio, Perſanioq; cæſis, viuus capitur, de quo compertum eſt, coniu-
B ratos eo animo fuiſſe, ſi conſilium proceſſiſſet, vt Rege incendio hauſto, infans Eliſabe-
tha Regis filia natu maxima quam iu Vatuicenſi agro apud Baronem Haringronium edu-
cati oouerant, Regina renunriaretur, nec niſi coacto exercitu viribus firmi, de fide Catho-
lica verba iacerent.

Sub id, Henricus Garnerus Societaris Ieſu ſeptuagiora præterpropter annos natus, tor-
mentis ſubiectus, ſe viginti iam duos toros annos in Anglia Eccleſiæ Catholicæ conſulere,
& in ea Prouincia Romani Pontificis vices agere, omoium coniurationum quibus Reginæ
Eliſabethæ caput, toto illo tempore peritum eſſet, conſcium fuiſſe, confeſſus, capitis dam-
natur, quod haſtæ affixum, in Ponte Londineoſi, publico ſpectaculo cum reliquis coniu-
ratorum capitibus, expoſitum eſt.

Henricus Garnetus ſocietatis Ieſu omnium cõiurationũ in Anglia ſocius capitis dãnatur.

Ineunte Iulio noua in Angliæ Regem coniuratio deprehenſa eſt, ſacerdotibus quibuſ-
C dam auctoribus, in quam ſex viri claris natalibus oomina dederunt, & ſacro Chriſti
Domini corpore in Eucharistia ſumpto ſilentij fidem ſanxerunt. Conuenerat inter eos, vt
Regem inter venandum glande plumbea trauſigerent, quod ſi non ſuccederet, mooilia
quædam offerrent veneno infecta, quæ ſolo attactu lethalia eſſent. Sorte capitur Belga,
qui meditatum ſcelus exſequeretur, Ille ſe rei patrandæ imparem profiterur, quem ne
conſilium prodatur veneno tollendum cenſent. Cœna hominem excipiunt, & bene po-
tum cum bellariis quæ in vxorem & filios diuideret, domum remittunt. Is munuſcula in
domeſticos partitur, qui noctu veneno gliſcente moriuntur. Ipſe vt veneni vim in corpo-
re ſuo graſſantem ſenſit, ſuſpicatus id quod erat ſibi venenum à conſciis propinatum, foras
procurrit, viciniam exclamat, coniurationis ſeriem detegit, & inter verba exanimis con-
cidit. Re ad Regem delata conſciis comprehenſis Edicto Rex ſacerdotes omnes ortho-
D doxæ fidei cis Kal. Auguſti regno excedere, propoſita capitis pœna, iuber.

Coniuratio altera in Anglia Regem.

Dum Angliæ res in eo ſunt, Dux Brunſuicenſis in obſidione Brunſuicæ pertinaciter hæ-
rebat, quem exeunte Ianuario inferioris Saxoniæ oratores, vt ab ea mente deducerent, &
oppidanis placatiorem redderent, inducias menſis vnius ab eo extorquent, & de pace ſer-
monem iaciunt. Vtrioque arma & tubæ conticeſcunt, Duce aggerem ad coercendas aquas
operibus firmante. Nonis Februarij, cùm induciæ exiſſent, Dux ad portam Petrinam exer-
citum admonet, & ſuos qui in manus Brunſuicenſium venerant reſtitui ſibi iubet. Oppi-
dani vim, & arma ni copias ſubmoueat, minantur. Diuerſa parte auxiliares Anſeatica-
rum vrbium copiæ Ducis agros latrociniis vaſtant, Duce in vrbem reſtagnantes aquas tan-
to impetu immittente, vt ædes, templa, fora, vici, aquis inundarentur, & tota vrbe ge-
mitus, & lamenta rebus depoſitis audirentur, molartinis, furniſque labefactis, cùm ſu-
E birò XVII. Kal. Apriles aggere rupto aquæ diffluunt, & vrbem periculo liberant.

Dux Spei caſſus, rebus attritis obſidionem ſoluit, oppidani eruptione facta abeuntem
inſequuti munitiones viginti tres ab eo exſtructas deiiciunt, Vendhuſium occupatum præ-
ſidio firmant, pagos aliquot diripiunt, ad Volfelbytum cum ipſo Duce manus conſerunt,
qui fuga ſe ſubducere coactus eſt. Res io neutrum eruptura erat, Duce oouas copias con-
ſcribente, niſi Cæſar auctoritatem ſuam interpoſuiſſet, qui proſcriptionè contumacibus
indicta, vtroſque ab armis diſcedere coegit.

Brunſuicæ obſidio ſoluitur.

Dum itæ Brunſuicenſium relangueſcunt, Poſnaniæ vrbe Poloniæ nobili ad Vartham,
& Proſnam fluuios, inter colles ſita, Idibus Martij, trecenti plus minus adoleſcentes qui
Ieſuitis doctoribus litteris operam dabant, inumbrante veſpera io templum Lutheranæ
ſectæ miniſteriis addictum, vim faciunt, fores effringunt, ſubſellia in vnum locum conge-
F runt, ignem admouent, quo ingens illa molitio ſubito in cineres collapſa eſt. Lutherani
in vacuo ſub nudo aere miniſteria ſua obire coacti ſunt. Ieſuitæ apud Regem factum excu-
ſatunt, & iuuenum zelo, ac pietati imputarunt. Exarſit eo nuntio nobilitas, & de iuhi-

benda vi,& Ieſuitis qui Regem arbitratu ſuo circumflectere, & omnia in regno trahere di- A
cebantur. Lublini trigeſimo ſexto à Cracouia lapide conſilium ineunt. Per oratores Regi
denuntiant,vt ineunte Auguſto ipſe per ſe,in campo Sandomirienſi compareat, vel orato-
res cum pleniſſima poteſtate mittat,qui ſibi per omnia ſatisfaciant , aut ad bellum ſe com-
paret.Mox delectum habent,copias cogunt,à quibus Londſchurſium incendio per milita-
rem tumultum deformatum eſt.

Quo per emiſſarios cognito Rex Viſlicam vrbem inter paludes ſcopulo firmiſſimo,& ob
ingentem reptilium colluuiem maximè formidabili impoſitam , ſe recipit , exercitum vbi-
que per homines ſibi fidos conſcribit, vt cõtumaces nobilium ſpiritus frangat,qui periculi
metu paulò mitiùs cum eo agendum cenſent, & per oratores duo tantùm apud eum capita
vrgent,alterum,ne clerici, & ſacerdotes ciuile iudicium defugiant, aut Pontificem Roma-
num appellent , alterum vt Ieſuitæ agro Cracouienſi quamprimum excedant,& de Luthe- B
ranis ad munera publica vocandis ex æquo cum orthodoxis rex iureiurando ſe obſtringat.
Cæterum ne ad caſtra Regis procedere cogerentur,ſceptro, & orbe,& diademate in men-
ſam expoſitis,publicè proteſtati ſunt, niſi Rex ad diem compareret, ſe de nouo Rege con-
ſilium capturos.Rex cognita nobilitatis proteruia,ſedecim armatorum millia in rebelles tu-
multuario exercitu rapit, qui metu perculſi fugam expediunt , Rex fugientes inſecutus ad
genua ſua procumbere veniæ ſpe oſtentata cogit.

Ieſuitæ ex Ordinũ ſententia Boruſſiæ loco mouentur. Eiſenbeiſſij parricidia immania.

Id temporis Thoruniæ vrbe Boruſſiæ ad Viſtulam emporio clariſſima , cùm authoritate
Culmineñſis epiſcopi Ieſuitæ in principem vrbis eccleſiam irrepſiſſent, Parochum ſede exe-
giſſent,ſcholas aperuiſſent,ſacri miniſterij exercitia vſurpaſſent,ex Ordinum ſententia loco
moti ſunt,parocho in integrum reſtituto. Dum in eo ſunt in Voitlandia parricidium acci-
dit,quod ob facinoris grauitatem,& inſolentiam aſcribendum putaui.In eo tractu pagus eſt C
Eliæ fontis cognomento,vbi Eiſenbeiſſius quidam agricola opulentus 3.Kal. Maias intem-
periis actus filium ſecundogenitum literas in menſa calamo exarantem ſecuri ferit,cerebro
in parietem diſſiliente , inde in hypocauſtum progreſſus tres filios mares , filiolam vnicam
ſub gradibus vaporarij latentem , & filiolum in cunis vagientem eadem ſecuri trucidat.
Mox domo egreſſus filium natu maximum , vxorem partui vicinam , ancillam è ſylua re-
deuntem necat.Fama parricidij vulgata ſecurim cruentatam manu tenens, comprehenſus,
facinus ſe,vt filiorum,& vxoris dominatum exueret,perpetraſſe fatetur.Is iudicum ſenten-
tia in pellem bubulam incluſus , & domeſticis bubus ad ſingula loca facinoris conſcia tra-
ductus,forcipe ardenti nouies apprehenſus, vtraque manu truncata,corpore in rota porre-
cto crura & brachia ferreo ſcorpione frangenda præbuit , corpus in quatuor diſſectum in
viis publicis expoſitum eſt, viſcera igne arſerunt, domus incendio corrupta,& columna la- D
pidea facinoris & ſupplicij index eodem loco poſita eſt.

Moſchi in Demetrium ſtricto ferro inuolant.

Interim Moſchi Demetrium grauari , quòd præter Moſchouiæ conſuetudinem Ro-
mano ritu connubialia ſacra celebraret,& Ieſuitis plus æquo faueret,in eum epulis operan-
tem ſtricto ferro inuolant , & noua nupta in cœnobium virginum incluſa cæteros gladio
trucidant. Mox Ioannem Vaſchauium Baſilidis affinitate propinquum , qui filiam ſororis
eius vxorem duxerat Ducem creant. Demetrij amicos omnes, & conſanguineos ferro de-
lent , qui hominem terræ filium per ſpeciem Regij generis ad imperium euexiſſent. Hae
fortunæ rota,ſi fortunę in rebus humanis aliquid iuris tribuendum eſt,annus 1606.circum-
actus eſt.

Aurelianus Dux naſcitur.

Sequitur annus 1607. cuius auſpiciis Regi Chriſtianiſſimo filius alter è iuſto connu-
bio natus eſt , cui Ducis Aureliani titulus additus , quo ſecundùm Delphini titulum nul- E
lus nobilior.

Quo tempore Galliæ Rex ſorore improle mortua edixit,Rès Nauarricas,ceteráſque di-
tiones,quas priuatim auitis,patritiiſque titulis poſſidebat,ſic Gallicis accreuiſſe,vt in poſte-
rum diuelli nequeant.Ex eo Nauarricorum magiſtratuum, & officiorum nomina & munia
exoleuere. Ita olim Tacitus Imperator , & alij plerique priuatum patrimonium, quod erat
ampliſſimum ad imperij opes accedere voluerunt.Quod Galliæ Rex tot liberis è iuſta vxo-
re ſuperſtitibus longè iuſtiori titulo fecit.

Carolo Borbonio à Põtifice gratia fit.

Id temporis Carolo Borbonio Regis Chriſtianiſſimi extra nuptias fratri, à Pontifice ma-
ximo gratia facta eſt, quæ ſolis antea Cardinalibus propria erat, vbi Maioris Monaſterij, &
S. Florentij vtroque opimo cœnobio ad Ligerim titulo commendæ donatus eſt, vt ſex, vel
octo ab eius morte menſibus , idem Pontifex , penès quem omnium ſacerdotiorum ius ſu- F
premum eſt,eo iure in Caroli Borbonij ſacerdotiis abſtineret, ſi morte caduca, vel in fano-
rem eiurata eſſent.

A Inquiſitum in Theſaurenſes Galliæ vultutios, qui è re tenui opibus inuidioſis aucti,cùm
peculatus maoutenerentur, pretio ſe redemerunt, & quæſitores muneribus ſubuerterunt.

Galliæ Clerus comitia Lutetiæ habuit, vbi dum antiſtites à prouinciis delegati de loco,
& præſidendi iure inter ſe diſceptant, annus friuolaria concertatione cooſumptus eſt. De-
crerum, vt Clero iotegrum ſit eccleſiæ tes Pontificis venia diſtractas, ab anno milleſimo
quingenteſimo quadrageſimo quarto, eodem pretio quo alienatæ erant, redimere, cui
Rex, & magni Conſilij iudices qui Regem ambulantem ſequuotur calculum ſuum addi-
deruot.

Galliæ Cleri comitia Lutetiæ.

Marchio Allegreus Motæus ciuili bello Hallotium inermem ſpecie ſalutandi, atmatus
ipſe valida ſatellitum manu Veronæ ad Sequanam necauerat, & vt ſibi, ac parricidij ſo-
ciis ſaluti eſſet, pet vnum ex ſuo ſatellitio adoleſcentem Rotomagi feretrum S. Romani
B magno ambitu ſolemni ritu deportatat, parricidij ſocij omnes, cùm ſui copiam non face-
rent per contumaciam damnati in tabula publico ſpectaculo expoſiti erant. Priuilegij S.
Romani fiducia Motæus in ius venit, S. Romanum vindicem, aſſertoremq; appellat, Ar-
chiepiſcopum Ioïeuſam, & ſodales Rotomagenſes, ad Sancti ſui tutelaris vindicias vo-
cat, antiquo priuilegio ſe tuetur. Re in iudicio ancipiti contentione agitara randem San-
cto Romano ſuas immunitates integras fore pronuntiatum, quòd id priuilegium exemplis
niteretur.

Romæ pridie aſſumptionis ſanctiſſimæ Virginis duo ſontes pœnæ quotannis ſubdu-
cuntur.

Pridie Hilarium aote quadrageſimam è Caſtelleti Lutetiani carcere vinctus educitur.
Vindocini in S. Trinitatis æde, teus poſtquam nudus tædam geſtans reſti collo innexa præ-
C eunte clero vrbem luſtrauit, præconis voce ad meliora vocatus,compedibus liber, prandio
excipitur,& crimine,ac furcæ terrore exſoluitur.

Epiſcopus Aurelianenſis, primo in vrbem initu, noxium hominem ab vnco vindicat,
Reges ſontibus gratiam ſæpe indulgent. Auenioni Pontificis legatus, Neapoli Regis vi-
carius, Cardinalis occurſus, vt olim Virginis Veſtalis noxium furcæ eximit. Iudæi noxij
ſalute memoriam deiectæ ſeruitutis Ægyptij colebant. In Palæſtina Dei iuſſu ciuitates ali-
quot perfugio nocentium conditæ erant. Quid veterum aſyla commemorem quibus ius
ſuum integrum fuit?

Sub id, Dux Vrbini annis vergens improles, veritus ne per cauſam orbitatis ditio ſua,
quæ à Papa Sixto anoo 1470. in Ducatum erecta etat, caduca fieret, & ad S. Petri patri-
monium rediret, S. Franciſco Paulano vouet, ſe ſi eo deprecatore filium marem tolleret, Au-
D guſtam Turonum ad ſepulcrum eius profectionem ſuſcepturum, & vel per ſe, vel per vi-
carios vota exſoluturum: voti reus nato hærede per legatos religione ſe liberauit.

Ducis Vrbini votum.

Inter hæc in vrbe Mediomatricum Motæus quidam Centurio vir manu ferox, ſanguini
ſuetus, lenæ cuiuſdam miniſterio virginem formoſulam honeſto loco natam rapit, & intra
priuatos parietes incluſæ vim affert, ac plures dies domi ad libidinem detinet, parentes ra-
ptam eſſe ſciunt, raptorem ignorant, iuridicos adeunt, pœna capitis edicto propoſitu ra-
ptori denuntiatur, niſi virginem reſtituat, itur per domos centurionum,omnia ſedulo ex-
plorantur, Motæus ſibi metuens famulo conſcio puellam necat, in fruſta conciſam man-
tica exportat, & in profluentem mittit, parricidium latet. Idem Motæus poſt paulo mili-
ti gregario eiuſdem lenæ artibus virginem rapit, vim affert,miles apud Archianum præſidij
præfectum conqueritur, centurio, lena, famulus in carcerem compinguntur, lena, & fa-
E mulus tormentorum aſpectum non ferentes, de ſcelere fatentur, damnati magni conſilij
iudices appellant, Lutetiam deportantur, capitis omnes damnantur. Margarita Valeſia
Nauarræ Regina apud Regem ſupplicium à centurione deprecatur, Eſpernonius idem pre-
cibus vrget,Rex preces reſpuit, & ſeueritatis iouictus,carnificem lege agete iubet,de male-
ficis ſupplicium ſumptum.

Motæus Cẽturio virginũ raptor.

Dum in eo ſunt, Hiſpani 7. Kalendas Februar. tranſmiſſo Vala fluuio ad Heſam arcem
propugnaculum ſedecim præſidiariis inſeſſum intercipiunt, vnde à Batauis poſtridie de-
iiciuntur.

Tertio Idus Februar. Bataui ad Eeclam progreſſi crepitaculis porta perrupta io oppidum
inuolant, Comitem Henricum Vandenbergium manu capiunt, & præda onuſti ad ſuos ſe
recipiunt.

F Archidux interim tædio belli, cùm inde ſeditioſi prædas agerent, inde milites ærarium
exhaurirent, aliunde Bataui terra mariq; graſſarentur, pacis rationes agitare cæpit, literis
ad Otdioes fœderatos ſcriptis, Batauos liberos pronuntiat, & ſe cum illis, non vt cum ſub-

Archidux cũ Batauis pacis rationes agitat.

ditis,ſed vt eum liberis,& immunibus populis ęquo iure agere velle oſtendit,Batavi Archiducis humanitate victi, in oblatas octo menſium inducias conſentiunt, & Hiſpaniæ Regis conſenſum literis teſtatum depoſcunt. Quartum Nonas Maias diem induciarum auſpiciis dicant,eaſque iureiurando vtrinque firmant. A

Batavi claſſem Hiſpanicam in inſidiis latentem deprehendunt. Interim Batava claſſis viginti ſex roſtratis nauibus,& quatuor onerariis conſtans,cognito claſſem Hiſpanicam in freto Gaditano in inſidiis ſubſediſſe,7. Kal. Maias ſuperans Gadibus claſſem Hiſpanicam in conſpectu habuit,in qua triremes nouem eximiæ magnitudinis erant,7.naues roſtratæ,Admiralis Hiſpanicus(Præfectum maris vocant) cum aliis quatuor triremibus ſub ipſo vrbis propugnaculo hærebat. Hemſchirchius Batavæ claſſis præfectus cum Lamberto Henrico præfecto Roterodamio in Admiralem Hiſpanicam inuolat, Laurentius,& Hotnius in Admiralis Vicarium inſiliunt,& tormenta explaudi vetant, donec ad hoſtem proximè accederent. Admirali nomen Ioanni Aluari Dauilæ, qui Batavorum impetum ſtrenuè excepit,& totas tres horas intrepidè ſuſtinuit, donec Batavis irrumpentibus, & igne ac ferro graſſantibus in poteſtatem venit, Vicarij eius triremis incendio conflagrauit,reliqui ſublatis anchoris in breuia delati, triremes, & naues ſuas igne perdiderunt,ipſi incolumes,ne hoſtibus lucro accederent, ex viginti duobus triremibus ac nauibus duę tantum triremes,Gallica vna nauis,& præterea celox in breuia delatę ſalutem fuga expediuerunt,tres Galliæ mercatorum naues ad Batavas ſe aggregarunt. Admiralis filius patre cæſo captus,in claſſe Hiſpanica ſupra quatuor claſſiariorum millia fuiſſe teſtatus eſt. Septem triremes,totidem roſtratę naues Hiſpanicę incendio,vel fluctibus hauſtæ ſunt,Hemſchirchius globo ferreo laceratus eſt. B

Quarto Kal. Maias Batavi victores ad Tetuani portum inſtaurandis, ac ferruminandis nauibus delati,à Turcis omnibus officiis recreati ſunt. Per inducias toto Belgio à vi & armis temperatum,& vt ſeditioſi ad obſequium redirent, numerato ſtipendio prouiſum. Mauricius ipſe,vt animi partium magis, magiſq́; inter ſe conciliarentur, cum Archiducibus humanitate certauit. Batavi tamen milites prædæ aſſueti in Ducatu Iuliacenſi cœnobium diripuerunt,quorum præfecto Blaſio capitis pœna irrertogata, Hiſpaniæ Rex inducias probauit,& iureiurando ſanxit, à quo ſexcenta aureorum millia ſeditioſorum ſtipendiis Antuerpiam miſſa,addiderunt, Ordines de ſuo quadringenta florenorum millia, & milites exauctoratos ab armis diſcedere iuſſerunt, data vrbium præfectis Prouincia, vt ſi fortè prædas agerent,aut ab armis non diſcederent,in furcam agerentur. C

Polonia motus. Sub idem tempus in Polonia turbarum eſt, pleriſq; tacitas Regis cum gente Auſtriaca conuentiones obiicientibus, quas Rex à ſe deprecatus eſt. Inſtabat nobilitas de regni comitiis, quæ cùm à Rege demduſtria extraherentur, nobilitas ad Proſtouicum quarto à Cracouia lapide confluit,ſtatuitq́; omnes toto orbe Chriſtiano tumultus à Concilio Tridentino profectos,quo tamen nullum ſanctius, aut rei Chriſtianæ opportunius habitum eſſe omnes, in quibus eſt aliquis pietatis ſenſus,agnoſcunt. D

Ieſuitæ flabella ſeditionum appellantur. Additum eſt Ieſuitas Concilij Tridentini tubicines,ac tibicines eſſe,quibus tuentibus ipſum Concilium ruere neceſſe ſit. Eoſdem Ieſuitas flabella toto terrarum orbe ſeditionum eſſe,qui nihil aliud quàm vt res Pontificias, & ſuas promoueant, & firment penſi habeant. Fidem Catholicam ab inſtaurata ſalute ad annum milleſimum quingenteſimum quadrageſimum ſine Ieſuitarum miniſterio ſtetiſſe, ſine eodem in Polonia, & toto paſſim orbe ſtare poſſe.Chriſtum propagandæ,& ſtabiliendæ fidei non Ieſuitas, ſed Epiſcopos, Presbyteros, Doctores,Paſtores, Diaconos inſtituiſſe. Reſponſum,Ieſuitis ſummum & inuiolatum Catholicæ fidei ſtudium eſſe,eorum opera Deum aduerſus ſectarum auctores,& ſocios,quemadmodum S.Hieronymi,Auguſtini,Dominici,& ſodalium Franciſcanorum vſum eſſe. Eos in re quæ commendationem mereatur inuidia onerari, cùm propagandæ fidei toto terrarum orbe ſeruiāt, & Apoſtolorum exemplo in India,Chinis,Iapanenſibus, Æthiopibus arcana fidei diſſeminent,eorum periculo,ac laboribus pleraſque prouincias hæſereon erroribus liberatas. Illis tantùm odio eſſe, qui à pietate alieni,ab orthodoxa fide extorres ſint. Si qui tumultus ea præſcriptione orti ſint,contumaciæ eorum qui vera reſpuant,non zelo vera profitentium aſcribendum. E

Nobiles Poloniæ Ieſuitas abigere tentant. Cùm nobiles in eo eſſent, vt Ieſuitas Polonia exigerent, Rex delectum militum habet, Cracouiam,cui nobiles inhiabant, præſidio firmat, excubias frequentes locat,loricas circa arcem nouas excitat, & tormenta ex armamentario prompta ſuis quæque locis diſponit. Miſſi Brandeburgo ad Regem legati ex itinere contra fas gentium à nobilibus cæſi ſunt, qui cognito Regem Varſouiæ deſidere, XVII.Kal. Iunias eò iter affectant, vt Regi parendi neceſſitatem afferant,à quo malè mulctati,clade accepta fugam capeſſunt,Rex victoria lætus F

tus

A tus Cracouiam magno armorum paratũ ſubit.

Interim Catolus Suetiæ Rex per literas eum Sigiſmundo Poloniæ Rege de pacis ratio-
nibus egit, ſe Suetiæ Sceptrum non appetiiſſe, non extorſiſſe, ſed ab indigenis oblatum te-
pudiare non potuiſſe.

Rex tot vndique difficultatibus circumuentus ſilentium ſibi imperat, ad nobiles qui An-
drejouiam conuenerant otatores mittit, quibus tumultuantes verbis & ſpe lactet, ipſe Var-
ſouiam ad Comitia exiguo comitatu pergit, & nobilitati ſui copiam facit. Nobilitas tegni
iura imminuta, & ſactamentum à Rege violatum queſta, vim parat, Rex copias inſtruit, &
ad Vatcham oppidum aciem explicat. Inde Nobilitas Cracouiam curſu petit, inſequente
Rege, concurritur, multi vtrinque cadunt, victoria penes Regem fuit, à quo in annum ſe-
quentem controuerſiæ reiectæ.

B Inter hæc pridie Idus Februatias Claudiopoli, Sigiſmundus Ragotſius Ordinum ſuffra-
giis Tranſſyluaniæ præficitur, & in eius verba iuratur, Cæſare factum improbante, qui
Boſtcaij morte Tranſſyluaniam, & Hungariam, vt nouiſſimo fœdere conuenerat, ſui iutis
eſſe defendebat. Colonitſio Neuheuſelia dedita, Redeius Boſtcaij vicarius inſidiis ſuo-
rum interceptus, Belgradum à Turcis direptum, Aliſchira ab iiſdem incendio deleta.

In Aſia ſeditioſi Thuriam Natoliæ vrbem deprædati ferro, & igne deformarunt.

Rex Perſidis victotias longiùs in dies proferens, Hiſpaniæ Regem ad ſocietatem armo-
rum per literas vocauit, & ad eum muneri miſit imagines Iſmaelis, Iuchelis, Ionæ, & ſuam
ipſius auro fuſas, gemmis & vnionibus fulgurantes, lectulum lucubratorium adamanti-
bus & pyropis inſignem, quatuor canes maculis flauis, cæruleis, ſanguineis ab vtero ſtel-
lantibus, belluata duo Babylonica acu picta auro, & gemmis intexta, quibus res geſtæ ma-
C gni illius Tamberlanis expreſſæ erant, Criſtas duodecim ex variis auium pennis multicolo-
ribus in plumam textas, pocula vitrea ſex, quæ malleo tundi poterant, quatuor lectulos tri-
cliniares, eo artificio tapetibus, ac periſtromatis aptos, vt ſellæ ſpeciem redderent, & bellum
inter Aſancium, & Chiuſam Medorum olim Regem oculis ſubiicerent.

Perſidis Regis munera ad Hiſpaniæ Regẽ emiſſa.

Sub id Budæ Ianiſſeri otij procaces, in Hungaria prædas egerunt, & fœderis quod nu-
per ictum erat odio Tartaris admixti ad Vaccium populationibus graſſati ſunt. Apud eos
nihil integrum, nihil ſanctum eſt, fides pro minimo ducitur, iuriſiurandi nulla religio. Cùm
itaque Budam vndique Turci confluerent, & Comitia quæ Poſonium ab Archiduce indi-
cta erant. per abſentiam Archiducis Matthiæ dimiſſa eſſent, Heiducei nouarum rerum
cupidi Tartaros ad arma ſollicitant, quibus Baſſa Budenſis otium, & ferias imperat, rebus
Aſiæ magis in dies ingraueſcentibus. Nihilo ſecius Heiducci Budnocum vi capiunt, & ad
D Toceaiam cædes, & incendia per agros ſpargentes, ab Humanoio ad internecionem cæſi
ſunt. Quo nuntio cæteri incenſi ad quindecim millia conueniunt, trecentis ducatorum
millibus ſtipendij nomine à Sultano acceptis, Fillecam obſident, ac tormentis Agria, quam
Turci præſidio tenebant, deuectis verberant, vbi à Thoma Boſmaco Fillecę pręfecto duriſſi-
mè accepti ſunt.

Budæ Ianiſſeri in Hungaria prædas agunt.

Dum in eo ſunt Vitſirus Baſſa Sultani iuſſu centum triginta bellatorum millibus in Baſ-
ſam Alepenſem mouet, in cuius exercitu quadraginta tantùm armatorum millia cenſa.
Is vt belli ſciens, & animi imperterritus erat, aciem inſtruit, manu cum hoſte confligit,
tribus prœliis concurrit numero impar, virtute ſuperior; ſed Damaſceno, & Tripolitano
purpuratis aduentantibus pedem refert, ac in auia Perſidis abſcedit.

Eodem anno plani cuiuſdam Alchymiſtæ fraudes cognitæ, & capite mulctatæ ſunt. Ei
E Henrico Mullero nomen fuit, qui patria Vaſlauienſis in ditione Argentinenſi Florentiam
in Hetruria ſe contulit, vbi chymicis artibus incubuit, & Adolphum Rheni Comitem for-
te potiùs, quàm arte morbo leuauit, inde Henrici Mullenfelſij cognomento vſus, Pragam
profectus, cum ſcloporum ictus occultis artibus eludere ſe, & frænare aſſereret, periculum
apud Cæſarem in ſeipſo ſemel atque iterum fecit, & ab eo nobilitatis inſignia conſecutus
eſt. Indebat ille pro plumbeis in tubum ferreum chartaceas glandes, quas ſpectantium
oculis ſuffurabatur. Mox Noribergam perrexit, vbi ſe philoſophici lapidis arcana tenere,
Cæſare inſpectante opus probaſſe, & ex auro vendito quod purum putum ab aurificibus
habitum eſt, duodeuiginti millia florenorum refeciſſe confirmauit. Qua fraude Chriſto-
phorum Steinium, qui Comiti Rheni à rationibus erat, quinq; florenorum millibus emun-
xit, pollicitus ſe cis paucos dies ipſo ſpectante ex iis decem florenorum millia refecturum.
F Pecunia Steinij potitus Pragam redit, fornaculas excitat, Præfecto Fuſchio ſpecimen artis
ſuę ſe daturum ſpondet, in fornaculas eo ſpectante decem ęris vncias indit, claues cellæ, in
qua fornaculæ erant, eidem tradit, & cum eo in prætorium ſe recipit. Habebat famulum

Henrici Mulleri Alchymiſtæ fraudes detectæ.

ſtandum conſcium,cui decem vncias auri,& adulterinas claues dederat. Is cellam aperit, A æs auro mutat,& cellam denuò claudit.Redit cum Henrico Steinius,teſtum explorãt,Steinius aurum promit,& ad obtuſſam probat. Hoc fuco à Marchione Ansbacenſi tria aureorum millia exprimit,fictitiam animam folis tingentem lapidis rubentis ſpecie Poloniæ Regi quinquaginta aureorum millibus, Electori Saxoniæ triginta, Principi Anhaltino viginti vendit. In cella vbi fornaculas exſtruebat, ciſtam oblongam habuit, in qua famulus abditus lateret,qui pro arte,vel ſtanno foribus obſeratis,& femoris arbitris aurum,vel argentum in teſtum infunderet.Hac arte fucum viſentibus faciebat.Tandem fuco deprehenſo in furcam actus aureo laqueo fauces præbuit.

Somerſetia prouincia, aliaq; maris æſtu vaſtantur.

Eodem anno Kal.Februariis maris æſtus ruptis aggeribus ſæuiente procella vicos,pagos, prædia, & villas ſubita eluuione ſtrauit, in Somerſetia Prouincia ad viginti ampliùs millia longè excurrit,& agros tantis aquarum auctibus merſit,vt homines, greges,armenta, ædificia paſſim abſorberentur,& vix arbores proceræ inter aquas extarent.Hunsfeldia oppidum B fluctibus obrutum,& funditus euerſum eſt:molatrinæ aquis abreptæ, lepuſculi ouium dorſo incumbentes vndis innatabant,ſcaphæ magiſtratuũ iuſſu paſſim emiſſæ,quæ inter aquas luctantibus opem ferrent.Briſtollium in Anglia oppidum ſecundùm Londinum, & Eboracum dignitate & opibus præcipuum, duplici muro cinctum, foſſis, & aggeribus altiſſimis, portu nauigiis tuto,fluctu exundante diſiectum eſt. Cerneres horrea frumento, fœno, ſtramine referta fluctu rapi, equorum agmina vndis trahi, ſuppellectilem omnis generis exæſtuantibus aquis hauriri. In Prouincia Norfolcia Marchlandium oppidum diluuio inſeſſum,& profligatum eſt.Oppidani aliquot in montem vrbi vicinum euaſere,cæteri confluge aquarum exuberante obruti,abrepti,diſiecti ſunt.

Veneti cum Põtifice pacem ineunt.

Dum in eo ſunt Ferdinandus Magnus Hetruriæ Dux prudentiæ,liberalitatis,magnanimitatis ſui ſæculi facilè Princeps, cum Venetis per oratores de ſarcienda cum Pontifice C gratia diligenter egit, & vero perfecturum ſe pollicitus eſt, vt dira obnuntiatione ſoluti in pacem coaleſcerent,ſi quatuor Cardinalibus, quos ipſi arbitratu ſuo legerent,ſummum rei iudicium permitterent.Illi Cardinalium arbitrium deprecati ſunt,in Regem Galliç conſenſerunt:quare voluntate Regis, Cardinalis Ioieuſa Venetias pergit, quo animo ſint Veneti explorat,pacis expediendæ rationes aperit, & Romam,Lutetiam,Florentiam nuncios mittit,qui ea mente Venetos eſſe docerent, vt ex æquo & bono Pontificis iuſſis acquieſcerent. Mox idem Ioieuſa Romam redit, vbi à Pontifice, ſingulari plauſu exceptus eſt. Nono Kal. Apriles Ioieuſa,Seraphiuus,Giurius, & Delphinus Cardinales in ædibus Cardinalis Peronij re vtrinque magnis contentionibus agitata, eidem Cardinali Perronio, de conſilij ſententia id negotij dederunt, vt de pacis rationibus cum Pontifice ageret, qui poſtridie ad D colloquium Pontificis admiſſus,oratione vicit, vt Pontifex in pacis conditiones conſentiret, Ioieuſa mox Pontificis mandato Venetias properat, in Senatu quid Pontifex velit, quo animo ſit,quas pacificationi leges dicat, exponit,petitq́; vt quando Pontifex interdictum ſuperioris anni abrogauit, ipſi etiam interdicta ſua deleant, & per omnes Venetæ ditionis prouincias, & vrbes obſequium, cultúmque Pontifici debitum ſanciant, ac promulgent.

Donauerde Catholici à Lutheranis indignis modis habentur.

Id temporis Donauerdæ, quod oppidum ad Iſtrum eſt, Cœnobitæ Sanctæ crucis publicam ſupplicationem ſolemni ritu ducentes à Lutheri ſequacibus indignis modis habiti ſunt,Cœnobiarcha rem ad magiſtratus defert,& vt plebeculç laſciuia coërceatur rogat.Illi niſi Romanis cerimoniis abſtineatur,vulgi proteruiam inhiberi non poſſe reſpondent. Cœnobiarcha de repulſa apud Cæſarem conqueritur, à quo mulcta ciuibus indicta, niſi Ca- E tholicis ſui ritus liberi ſiant. Oppidani ſpreto Cæſaris mandato in Catholicos licentiùs, ac contumelioſiùs exardeſcunt.Cçſar Duci Boiorum ad Rhenum id negotij dat,vt oppidanos in officio contineat,à quibus ille ludibrio habitus. Imò laſciuia plebis in dies gliſcente Orthodoxi duo Cœnobium ineuntes pugnis & fuſtibus lacerantur. Dux ipſe ad cædem conquiritur, & ni oppoſitis Cœnobij foribus ſibi conſuluiſſet, ſalus eius in dimicationem vocabatur. Cæſar maieſtatem imminutam ratus per Bauariæ Ducem copias cogit, vrbem obſidet, ac tormentis verberat, oppidani Bauari fidei ſe tradunt, à quo pecunia mulctati ſunt, qua militi ſtipendia ſoluta, & præſidium vrbi ciuium ſumptibus alendum impoſitum.

Roſcham à Sigiſmundo prælio fracti.

Sub id Poloniæ perduelles,quos Roſchanos vocant,exhauſti domeſticis opibus,à Sigiſmundo ſemel atq; iterum prœlio fracti Ragotſium Tranſſyluaniæ Principem ſuppetias ro- F gant,ille affinitate cum Poloniæ Rege coniunctus, & conſcientia motus, iniqua poſtulata damnat, & rebellibus in legitimum principem auxilia negat. Tertio Nonas Iulij Herbipolenſis

A lenſis epiſcopus Vertheimieñſium iniuriis commotus Derdinguam obſidione cinxit, & rui-
na facta in vrbem impetum fecit, qua capta iam, & incendio ardente, Vertheimici cum Co-
mite ſuo, auxiliis à Comite Volphango ſummiſſis vim inhibuerunt, hoſtem mœnibus exe-
gerunt, & prædam è manibus exſculpſerunt. Quinto Idus Iulias Herbipolenſes Verthei-
mium noua expeditione tentarunt, & meſſibus vaſtatis, Remblingenſi vico direpto cum
dedecore domum ſe receperunt.

Idibus Iulij proximè Herbipolim labes facta eſt, cùm terra ad immenſam altitudinem
deſediſſet. Hiatus ad ſexaginta amplius vlnas depreſſus erat.

Hiatus terræ proximè Herbipolim.

Interim perduellibus in Polonia ferocientibus, Rege domeſtico tumultu laborante Ca-
rolus Sueciæ Rex Veiſſenſteinium munitum Liuoniæ propugnaculum inſiluit, per palu-
dum inuia cratibus vimineis, & aſſeribus ſibi viam aperuit, aggeres proximè turres admo-
B uit, aggeſtu materiæ ne vliginoſa humus oneri cederet, tormentis aditum fecit, & præſidia-
rios occluſis annonæ ſubſidiis ad deditionem coëgit.

Hac rerum varietate annus 1607. clauſus eſt. Anno milleſimo ſexcenteſimo octauo in-
eunte Legatus Regis Congi, quod potentiſſimum Cafrariæ regnum in Africa ſitum eſt,
Romam lectica vectus aduenit, & magnifico apparatu exceptus eſt. Is cùm primùm itineri
ſe accinxit, quinquaginta viros nobiles, coſq; indigenas in comitatu habuit, qui cœli no-
ſtri inſolentia omnes in itinere fato ceſſere, tribus exceptis, qui Romam incolumes tenuê-
re. In Hiſpania paſſim, & Italia, maximè Florentiæ à Ferdinando magno ſplendidè excepti
ſunt. Romæ ſalutato Pontifice legatus ad eius genua procubuit, & Regnum Congi Re-
gis Hiſpaniæ beneficio barbaros ritus exuiſſe, Chriſti fidem induiſſe reſtatus eſt. Regem
ea mente eſſe vt regnum ſuum Pontifici vectigale faciat, ſi modò per viros pios, & erudi-
C tos populum pietatis ſtudiis imbuendum curet. Is cùm Romæ diem ſuum obiiſſet, in ſa-
cello S. Mariæ maioris, Pontificis ſumptu, magnifico monumento conditus eſt, effigie eius
ad monumentum poſita.

Congi Regis legatus ad Pontificem Romæ diem ſuum obit.

Hyemis tantus rigor eo anno fuit, vt Sequana gelu concreſceret, & curribus, non na-
uigiis peruius eſſet, rapidiſſimi fluuij glacie ſtarent. Magiſtratuum iuſſu Lutetiæ paſſim per
vicos ignes accenſi, quòd inter ambulandum plerique frigore victi animam egiſſent. Am-
buſti multorum artus vi frigoris, arbores pleræq; radicitus emortuæ, perrupta ſaxa; aër in-
tra cubicula glacie concretus ad parietes hæſit, vt cælo mitiori facto cùm glacies ſolucre-
tur in imo pariete aliquid niui non abſimile cuetreres, nuces etiam annoſæ penitus conta-
buerunt, vites exaruerunt; meſpili, quibus lignum compactum & ſolidum eſt, emarcue-
runt; ſpiritus caleſcens ab ore ilico in nebulas & lanuginem abibat, multos dies ad ſcri-
D ptiones atramenti vſus defuit, vinum in cellis diriguerat, aqua quamprimum ab igne ſum-
mota erat obrigeſcebat. Plurimi ineluctabili frigore dum cœlo intractabili iter faciunt,
obriguerunt, quorum cadauera ſolutis niuibus reperta, & cognita, quibuſdam ita prærigue-
re manus, vt oneri adhærentes truncis brachiis deciderent.

Hyemis rigor in Gallia.

Id temporis Henricus Borbonius Montiſpenſerius, regio ſanguini, à Condæo & Comi-
te Sueſſionæo proximus, lenta tabe marcens, cùm cibos alios reſpueret, fœminæ vberibus
diu ſuſtentatus eſt. Paulo ante quam excederet Rex filij Aurelianenſis Ducis connubio
Montiſpenſerij filiam vnicam paciſcitur, & patri funus regium adornat, quod hoc ordine
proceſſit. Imago cerea proximè ad verum natiuis coloribus expreſſa, in ſublimi thoro ſtra-
gulis auro intextis liliatis locatur, octo dies exſtructæ menſæ, eodem paratu qui viuo exhi-
beri ſolitus. Lutetiæ in eccleſia principe S. Virgini ſacra laudatio mortui à Petro Fenolitio
E regio eccleſiaſte habita. Aulici omnes atrati funus duxerunt, per Hilaria ineunte quadra-
geſima ludi omnes conquieuêre, corpus rhedæ impoſitum quatuor equis atratis Campi-
niacam arcem in Pictonibus deportatum familiari monumento conditum eſt.

Hẽrici Borbonij Montiſpenſerij obitus & funus.

Sub id Rex Palienſi Curia, & cæteris ordinibus repugnantibus, in Aſturibus & regno
Nauarreo Ieſuitarum collegium inſtituit, capitis periculo denuntiato, ſi quis re, aut verbo
tantillum eos violaſſet.

Ieſuitæ in Aſturibus inſtituti.

Menſe Maio Dux Lotharingiæ hominem exuit, prudentiæ & moderationis oculus ha-
bitus, procero ſtatu, ſi quis alius, ſumma formæ dignitate, miti & liberali ingenio, Catho-
licæ religionis inter paucos ſtudioſus, pacis amans, & concordiæ inter finitimos Principes
conciliator, cui Galliæ Rex Lutetiæ in æde principe, atrato Senatu, aliiſq; principibus pul-
latis, vt gentili ſuo, iuſta perſoluit. Inter hæc graui & ſeuero Curiæ Pariſienſis S. Conſulto
F clancularia connubia neſciis aut inuitis parentibus ex hac occaſione damnata ſunt.

Iacobus Druetius loco nobili in Neuſtria natus, illecebris Ioannæ Andriuſæ mulierculæ
formoſulæ, obſcuris natalibus pellectus, clam auiis locis ſacerdote ignoto, & teſtibus ali-

quot

quot de triuio adhibitis nuptias contrahit, vterque parens apud Curiæ patres aduerſus pellicem de raptu filij conqueritur, qui re cognita coniugium irritum pronuntiant, puellæ honorariam mulctam indicunt, vt facem accenſam manu geſtans capite lanea vitta obducto, ceruice laqueo vincta, compitatim per triduum manu carnificis dorſo virgis cæſo, Gallia exulet, iuuenis exhæres ſit, & totum annum carcere attineatur, ſacerdos & teſtes clandeſtini matrimonij conſcij contra decreta Concilij Tridentini, honoraria mulcta, & præter graui ære mulctentur, quod Senatuſconſultum ſanctioris conſilij ſuper ea re appellati auctoritate firmatum eſt, pecuniaria mulcta, & exilium mulierculæ demtum. A

Comitia Cleri Lutetiæ iterata. Id temporis Comitiis Cleri Lutetiæ habitis Andreas Feniotius Archiepiſcopus Bituricenſis, Ioïeuſa, Gondio, Surdio, Perronio Cardinalibus aſſidentibus, nomine & vice Cleri querelas eccleſiæ Galliæ ad Regem detulit, quibus vnicum leuamentum, ſi Tridentini Concilij Oecumenici decreta paſſim in Gallia, nefariis ſimoniæ pactionibus, fiduciatiis nūdinationibus, & ceteris id genus corruptelis auerruncandis, admittantur, promulgentur, religioſè ſeruentur. Rex ex tempore ſuper ea re nihil definiendum ratus ad omnia pietatis officia probe animarum ſe oſtendit, non defuturum ſuis partibus, quin Dei cultus, religionis ſanctitudo, Concilij Tridentini diſciplina tota Gallia propagetur. Et certe eo animo erat, vt dicta prolixè impleret, ni Senatus Pariſienſis auctoritas quibus de cauſis ambiguum, interceſſiſſet. B

Poſtridie idus Septembris, Albaſpineus nouus Aureliani Antiſtes ſolemni ritu inauguratus cùm Aurelianenſem vrbem, & eccleſias celebri pompa luſtraſſet, ſingulari priuilegio quod ab antiquo nouis epiſcopis ſolennia ſacri magiſtratus capeſſentibus indultum eſt, centum ampliùs carcerum mancipes variorum criminum reos capitis ſupplicio eximit: velum centum ære alieno preſſos carcerum inquilinos præſenti pecunia liberaſſet. C

Superioribus annis Rex Chriſtianiſſimus edicto clericis Galliæ liberum fecerat, vt cenſus & prædia quæ ob regiarum indictionum penſitationes bona Pontificis veoia iam inde ab anoo quadrageſimo quarto diſtraxerant, iiſdem pretiis quibus diſtracta erant, redimerent: graue id emptoribus, qui prædia & cenſus id temporis minoris fuiſſe, hodie maioris oſtendebant, vicit tamen edicti auctoritas in publicis ac prætoriis venditionibus, in priuatis, quæ regias indictiones non obtenderent, edicto nullus locus fuit. Itaque Chartuſiani qui per iniuriam bellorum ciuilium fundum ampliſſimum, Villæ nouæ regiæ cogoomenſo, clientelis, cenſu, iugeribus ampliſſimum diſtraxerant, edicti priuilegio depulſi ſunt.

Septimo Kalend. Octobris Reuerendus pater Angelus Ioïoſa, Cardinalis Ioïoſæ frater, qui pietatis impulſu Monachum Capucchinum induerat, in Cœnobio Riuolij proximè Taurinum, cùm à Duce Sabaudiæ omnia humanitatis officia præſtita eſſent, repudiata thori mollicie in cilicio & ſtramine mortalitate exuta immortalitate conueſtitus eſt. D

Ligeris diluuium. Eodem anno Ligeris alueo erumpens longe lateque diluuio graſſatus greges, armenta, homines, arbores, domos abripuit, & Ducem Sullium cōuulſis caſtelli munitionibus exitio penè merſit. Carolus Gonſaga Cliuenſis Dux Niuernenſis orator à Chriſtianiſſimo Rege ad Paulum V. legatus Genuę à quatuor ſenatoribus in Senatum deductus ſupremo ſolio locatus eſt, iure ferendi ſuffragij accepto.

Id temporis cùm mos in Gallia obtinuiſſet, vt quandiu viduæ eccleſiæ orbitatem paſtoris lugent, Rex vice cuſtodiæ caduca beneficia conferat (regaliam vulgo vocant) quod ius Lugdunenſi Concilio à Gregorio decimo ſancitum eſt. Quæſitum an ius id ad Seguſianos qui nuper ad Regis obſequium acceſſerant pertineret, te in Senatu Pariſienſi variis vtrinque diſceptationibus agitata melior ſententia vicit, vt regio iure ſicut alij Galliæ populi attinerentur. E

Guilierij fratres latronū duces. Sub id in agris Pictonico, Andino, Armorico prædones ex belli reliquiis tanto numero graſſabantur, tribus Guilieriis fratribus ducibus, vt latrunculatores viribus inferiores latere cogerentur, Guilierio maiori id ingenij fuit, vt ſi in mercatorem, aut nobilem malè nummatum incideret, ad iter pecuniam commodaret, ſi nummis copioſior eſſet, quātum itineri ſufficeret, relinqueret, reliquum ſibi ſumeret, in corpus nō ſæuiebat, niſi ſi quis iniuriam ferro defenderet, opulentos qui ſibi noti eſſent, accepta ſyngrapha dimittebat, in quos niſi ad diem pecuniam repræſentarent omni carnificina graſſabatur. Is in penitiſſima valle ad oram ſyluæ denſiſſimæ ſibi laribulum iostruxerat, quò niſi variis flexibus, & inobſeruabili amfractuum errore, perueniri non poterat. Aditum lorica lapidea munierat, intus lautiſſima ſuppellex, & omnis generis copiæ, vbi magna quæſitorum, & nobilium manu obſeſſus quatuor machinis propugnaculum pulſantibus, quando nullum effugio locum eſſe vidit, prædarum ſocios in equos inſilire iubet, & per medium agmen ſibi ferro viam aperit, & globis hoſtium F

perruptis

A perruptis in tutum euadit,ſexaginta amplius ex eo numero capti, inter quos & iunior Guilerius,omnes poſt paulo in rota confracti ſunt.

Appetente bruma vbi olim pons molitorum fuerat, pons mercatorum omnibus partibus,dubito an meliori facto,abſolutus eſt,duobus ex aduerſum officinatū, ac domuum ordinibus in longum tendentibus,media via intercurrente. *Pons mercatorū abſoluitur.*

Dum res Galliæ placido itinere incedunt, Idib. Ianuarij Ratiſbonæ comitia magno concurſu habita ſunt, Ferdinando Archiduce Præſide, à quo luculentum, dapſile delegatis epulum inſtructum eſt,vbi maioribus poculis certatum. Archidux in ipſa conuiuij proluſione honori, ac nomini Cæſaris,Septemuirum electorum,Principum,Ordinum,& Oratorum, qui ex variis gentibus conuenerant, quinque pocula vini meracioris genialiter exhauſit, cæteri præeuntem æquis paſſibus generosè ſecuti ſunt. Ante omnia ſubſidia bello *Ratisbona Comitia.*
B Hungarico decreta, ſed minus bona fide præſtita ſunt. Poſſonij proceres neceſſitate victi Matthia Archiduce factum probante, liberam cuique de Deo, & pietate arbitratu ſuo ſentiendi poteſtatem fecerunt,ne Heiduci ad Turcum deficerent.

Ineunte vere Hieronymo Valachiæ Principe mortuo cùm Cæſar filio eius vix dum puberi adminiſtrationem prouinciæ adiudicaſſet, vidua coacto exercitu, quinque Turcorum ac Valachorum millibus cæſis filij ius integrum, ac inuiolatum ſeruauit.

Interim Heiducci bello aſſueti,& ſtipendio Turcis obſtricti pacis conditiones reſpuunt, magno rei Chriſtianæ dedecore, cùm ſeptimo Kalend. Aprilcs Baſſa Budenſis Strigonium ſanciendæ paci Sultani mandato miſſus, pacis conditiones vrgeret, & æquum in ſpeciem ſe præberet.

Sexto Idus Aprilis Matthias Archidux Praga Viennam reuerſus pacem à Cæſare Hun-
C garis, Turciſq; firmatam in eas conditiones quæ ſupra memoratæ ſunt oſtendit,ipſe rerum nouarum cupidus viginti armatorum millia cogit, Pragam cum Colonitſio ducit,& à Cæſare pacis ſtudio Rex Hungariæ, & Archidux Auſtriæ, cum annuis prouentibus, & cæteris priuilegiis renunciatur, Rex Bohemiæ deſignatur,adminiſtrandæ Morauiæ præficitur,Diadema Hungaricum, Regis Stephani gladium, malum regni aureum cruce inſignitum,ſceptrum regium calceos purpureos qui ab antiquo regi proprij ſunt, accipit. Kalendis Iulij Rex Hungariæ Praga exeedit, & Viennam iter affectar, vbi regia magnificentia exceptus eſt, cùm decem arcus triumphales ſtatuis ac imaginibus varij generis, & aliis ornamentis inſigniti eſſent, multa epigrammata recitata ſunt, multa in fronte arcuum præfixa, inter quæ & hoc,

Hactenus afflictos tutatus es impiger Hunnos,
D *Victiſq; feros ſæpius enſe Getas,*
Nunc cape pro meritis transmiſſam à fratre coronam,
Ac rege Rex populum pro ratione tuum.

Priuſquam ſolenni ritu inauguraretur ſectæ miniſteriis interdixit, vnde noui motus exorti, ſectariis in eius verba iurare abnuentibus, & arma,vimq́; niſi miniſteria libera eſſent, parantibus.

Inter hæc pax inter Hottomanum, & Hungaros Conſtantinopoli iureiurando firmata eſt, cùm ſeditioſi in Aſia cædibus, incendiis, rapinis graſſarentur, à quibus Smirna vrbs mercimoniis nobilis direpta eſt. Mox tamen à Vitſiro Baſſa ingenti ſtrage profligati ſunt. Decimo ſeptimo Kalend. Nouembres Viennæ Ordines orthodoxæ, & Catholicæ fidei in verba Matthiæ ſacramento adacti, porrecta manu Maximiliano Lichtenſteinio diſtrictum *Pax inter Hottomanū & Hūgaros.*
E enſem Regi præferente fidem & obſequium iurarunt. Inde Rex Poſonium profectus decem armatorum millibus ſtipantibus regio apparatu à proceribus exceptus eſt, à quibus libera ſectæ miniſteria flagitata. Poſtulatum vt Ieſuitæ Hungaria excluderentur, ſectarij æquo iure cum Catholicis agerent. Illisbaſcius Hungariæ Palatinus electus eſt, cui ſumma rerum per Regis abſentiam permitteretur.

Decimo tertio Kalend. Apriles die S. Eliſabethæ ſacto, Poſonij Rex in æde S. Martini hoc ritu inauguratus eſt. Diadema regiū curru regio ex arce ad templum ſplendido procerum comitatu delatum, decem regnorum vexilla complicata deportata, quatuor Senatoribus Hungaris ciſtulam panno Attalico auro texto velatam in ſacrarium templi curru deferentibus. Equo deinde Matthias Rex habitu Hungarico vectus, duobus epiſcopis ad altare productus eſt. Tum verò vexilla decem, totidem Hungari, diadema Palatinus, ſce- *Matthias Archidux Rex Hūgariæ renunciatur.*
F ptrum Regium Endeodius,malum regni aureum Forgatſius, gladium Stephani vagina holoſerica purpurea incluſum Turſo, Patellam aureum, quam pacem indigetant, Tſechins, crucem auream Budianus geſtabant, Cardinalis Forgatſius ſacris operabatur,miniſtrantibus

bus epiſcopis, à quibus ſub initium Sacti Miſſæ ſacrificij, Rex oleo inunctus eſt. Cùm Euangelium recitaretur Cardinalis Regem corona induit, populo multos annos acclamante. Rex diademate fulgens à Colonitſio equitum magiſtro, Mareſcallum vocant, gladium acceptum ter, in aere expreſſa crucis forma, vibrauit, & Sacrum Chriſti corpus Cardinalis manu ſumpſit. Peracto ſacrificio Rex via panno ſtrata progreſſus ad S. Franciſci ſodales excalceatos, in plebem aureos, argenteoſq; nummos tradito more ſparſit, & in eo templo perlecto S. Ioannis euangelio viginti octo equites ſolemni ritu creauit inde diademate, & veſte regia inſignis, per S. Michaelis portam vrbe egreſſus, in pegma panno ſerico ſtratum equo vectus eſt, vnde iuſiurandum iuſti ac moderati imperij Hungaris præſtitit, ab iiſdem deuori obſequij, fideiq; accepit. Inde in colliculum eques inſiliens, gladium expreſſa crucis forma ter vibrauit, mox in arcem magno comitatu ad regias epulas reuerſus eſt, Germani omnes publicis muneribus, ac officiis deiecti, & exauctorati ſunt, Friderico Colonitſio excepto, quem virtus ſupra inuidiam extulerat. A B

Hiſpaniæ Regis filij inauguratio.

Eodem hoc anno Rex Hiſpaniæ Caſtellæ regni proceres in verba filij iuſiurandum adegit. Inauguratio ſexto Idus in S. Hieronymi ſodalium æde Madridij peracta Bernardo Roias Toletano Archiepiſcopo ſacris operante, quibus impletis, puer trimulus Ducis Lernæi vlnis geſtatus, ad aram admouetur, vbi eodem Duce fideiuſſore ſacramento confirmationis initiatus eſt, cumque Antiſtes leui manu pueri genas delibaſſet, puſio rem indignè ferens in lachrymas erupit, ſoror puellula pro fratre Philippo quarto, qui diſertè fari non poterat, conceptis ſupra hauſta euangelia verbis, ſpopondit, cumque Caſtellæ Regem pronuntiauit, proceres regni omnes nouo regi ſacramento dicunt, manum eius exoſculantur, inauguratio in veſperam extracta eſt, ita vt puer non ferens moras, in ſericis puluinaribus obdormiſceret: ſoporem hunc quidam inauſpicatum, & ominoſum interpretabantur. C

Franciſcus Faua impoſtor.

Id temporis Franciſcus quidam Faua impoſtor, & planus ſupra cæteros veteratoriis artibus inclaruit. Is Capriolæ in Liguribus natus, & variis peregrinationibus exercitus Nouatię medicā artem factitans Catharinam Oliuā mercatoris filiam nuptiis ambit, & vt erat ſignorum, literarumq; imitator egregius, diploma ipſe manu ſua exarat, cum ſigillo, quo iuridicus S. Seuerini oppidi proximè Neapolim omnibus certum, teſtatumq; facit, Fauam eſſe S. Seuerini indigenam, hominem frugi, ſplendidis natalibus. Mercator dolo captus ei filiam collocat, quam tribus liberis ſuperſtitibus Caſtelarcā Placentini agri oppidū deportat, inde corraſis vnde vnde quinquaginta nummis aureis, Neapolim derelicta vxore, & filiis auolat, & apud Alexandrum Boſſam trapezitam ditiſſimum veſte talari conſpicuus abbatem ſe mentitur, rogatq; vt acceptis quinquaginta aureis, det literas quibus tantumdem pecuniæ à conſorte menſulario Venetiis accipiat. Paret Buſſa, & literas plano tradit, quas ille per- D dius, & pernox exſcribit, reſcribit, æmulatur, & manum menſularij non imitatur modò, ſed reddit, ac repræſentat. Dies aliquot abierant, cùm Boſſæ literas reddit, nummos ſuos ab eodem recipit, & inter colloquendum aliquot literas manu menſarij exaratas intercipit, mox ipſe ſex epiſtolas per Buſſæ abſentia ſcribit, & ſigillo eiuſdem obſignat, vt chartæ formam, & ſigilli ſymbolum notaret, Anconæ chartam ſimillimam emit, ſigilla integra eximit, & in fraudem parat. Is mox Patauium aduenit, & raſo vertice, promiſſa veſte, dubia iam luce Epiſcopum Concordiæ adit, ſalutat, ſeque Venafrenſem Epiſcopum in Neapolitano regno eſſe mētitur, qui ſuſpicione ſtupri cum nepte Ducis Caietani offenſa contracta, ad Pontificem vt crimen dilueret Romam conceſſerit, vbi inſidiis, & veneno petitus, gregarij ſacerdotis veſte, vrbe exceſſerit, & ad eum tanquam ad aram ſalutis confugerit, rogat vt eius opera menſularium aliquem nanciſci poſſit, cuius nomine decem aureorum millia quos Neapoli E fidei Iani Baptiſtæ Caracciolæ commiſerit, Venetias tutò arceſcere poſſit. Epiſcopus Concordiæ, quo animi candore fuit, Anthonium Bertholonium nummularium ei conciliat, qui pecunias tutò Venetiis redhiberet. Faua per Octauium vxoris ſuę fratrem fraudium ſocium literas manu ſua ſcriptas, quaſi Neapoli miſſas, Angelo Boſſæ Venetiis tradit, quarum vna ad ipſum Angelum ſcripta, aliæ tres compactæ à Marchione Caracciola ſcriptæ erant. Eas Angelus ad Epiſcopum Patauinum tranſmittit. Is ex literarum fide Bertholonio argentario mandat, vt decem aureorum millia Fauæ Venetiis repræſentet. Faua hoc vaframento fretus Venetias euolat, à Bertholonio hoſpitio excipitur, qui acceptam ab eo cambij epiſtolam Angelo Boſſæ exhiber, ratam ille habuit, & paucis poſt diebus pecunias numerauit, vnde gemmę, vniones, lapilli Patauini epiſcopi nomine empti. Ille onuſtus gemmis Taurinū abit. Interim Neapoli Venetias literæ delatæ ſunt, quibus fraus deprehenſa. Conquiritur Faua F ad pœnam, ſparſim ad exteras gentes de hominis nequitia, latrocinio, fuga litteræ mittuntur, gemmarum pondus, ſigilla rubei coloris, dactylothecæ delineatæ ad Lumagnium trapezitam

A pezitam Pariſienſem deferuntur, qui ſigillatim cuilibet aurifici rem detegendam committit. Faua interim cum vxore, & liberis Lutetiam pergit, gemmas venales Burgonio aurifici oſtentat, & quatuor dactyliothecas domi eius deponit. Ille emptorem ſe conciliaturum pollicitus quæſitori rerum capitalium rem indicat, qui mercatoris ſpecie Fauam conuenit, gemmas inſpicit, & recognoſcit, hominem comprehendit, & de cæteris dactyliothecis eum interrogat, ille ſibi adhuc decem ſupereſſe fatetur, promuntur, in carcerem compingitur, vbi ſcalpello ſibi venas vtriuſque brachij incidit, ſed aduentu carceris optionis ſanguis ſiſtitur, mox cùm iudicij dies inſtaret, arſenicum à maiori filio allatum in potu ſorbet, & infelicem animam exſpuit.

Valeriani Muſſards & concubina facinus.

Sub idem tempus Valerianus Muſſardus apud Morinos vir belli ſciens, manu ſtrenuus, nobili Morino interempto, in munitiſſimum caſtrum Mocneurtium cum duobus filiis, & B concubina, ingentis animi femina, ſe recepit. quod à capitali quæſitore obſeſſum, cùm ipſe vim defenderet, & glandibus ferreis aliquot milites ſauciaſſet, crepitaculis ad portas admotis tandem patuit, vbi in faſtigio turris in omnium oculis concubina, & Muſſardus, ne viui in poteſtatem venirent, in ſeipſos arma vertunt, & mutuis vulneribus ſclopetis explauſis ſe contrucidant.

Id temporis Vitzirus Baſſa Moſili Baſſæ Alepienſis copiis cæſis Alepum vi capit. Seditioſi Burſiam Bithyniæ principem vrbem diripiunt, Alepienſis Baſſa cum Sultano in gratiam redit, & Conſtantinopoli magno plauſu excipitur.

Spinolæ cũ Mauritio pax agitatur.

Interim in Belgio Mauricius medio inter Hagam, & Delphos itinere Ambroſium Spinolam de pacis conditionibus acturum ſplendido comitatu obuiam profectus excipit, & Hagam Comitis deducit. Ad commercia pacis Petrus Ianinus vir ætate grauis, rerum vſu C peritus, prudentiæ & integritatis laude conſpicuus à Chriſtianiſſimo Rege cùm Elia Placio miſſus eſt. Ab Angliæ Rege Richardus Spenſerius, & Rudolphus Vinuodius, à Rege Daniæ Iacobus Vlfedius, & Ionas Chariſius, à Septemuiro Palatino Hippolytus à Colli, à Batauis, & aliis Ordinibus fœderatis Guilielmus Ludouicus Comes Naſſauiæ, Gubernator Friſiæ, & alij plerique legati ſunt. Ante omnia Spinola Ordines fœderatos liberos ab Hiſpani dominatu pronuntiauit, & Regis Hiſpaniæ nomine Mauricium Lingenſi Comitatu donauit: de nauigatione Indiæ abrumpenda nihil ab Ordinibus extorquere potuit, naues Batauas, quæ ab Hiſpanicis ex portu Veneto ſoluentes oppreſſæ erant, in integrum Regis Hiſpaniæ iuſſu reſtituit, & damna ſarciuit. Ioanni Neio monacho viro pio negotium datum, vt in Hiſpaniam vela faceret, & de negotiatione Indiæ cum eo tranſigeret, à qua Batavi ſe nulla ratione temperaturos oſtendebant, quòd iure gentium, & armorum priuilegio D ea libera eſſet. Spinola cum Mauricio egit, vt luſtrandæ Bataviæ ſibi poteſtas fieret, quod ab Ordinibus præfractè, vt malo cauerent, negatum.

Malaca à Batauis expetitur.

Interim Cornelius Matelifius Batauæ claſſis præfectus Malacam à Luſitanis inſeſſam voto petit, & cum barbaris regibus fœdus init, quorum copiis auctus in ſuburbia vim facit, deditionem Luſitanis imperat, pridie Idus Iulij tormentis vrbem fulminat, aggerem proximè vrbem è truncis arborum, & ramalibus, quia terræ copia non erat, exſtruit, mox obſidione ſoluta Luſitanæ claſſi aduentanti obuiam pergit, Naſſouia nauis crebra fulminum iaculatione deformatur, Milteburgica vna cum duabus Luſitanicis incendio periit, anceps diu pugna fuit, donec Luſitanæ naues fugam capeſſerent, & ne in hoſtium manus venirent igne à Luſitanis ſubdito conflagrarent, qui ſex aureorum millia redimendis captiuis impenderent.

Ternatẽ & Tidorẽ Hiſpani inuolant.

E Sub id Hiſpani Ternatem, & Tidorem inſulas Moluccarum principes, cæſis aliquot Batàuis inuolarunt, & præſidio firmarunt. Cùm autem rationes pacis Hagæ non procederent, Spinola à Mauricio Riuiſcum vſque deductus Bruxellas redit, legati Regum, & principum dimittuntur, induciis ad annum inſequentem firmatis, quibus tamen fides præſtita non eſt. Hiſpani enim finitimis ad Sluſam propugnaculis præſidio impoſiti armenta, & greges Sluſenſium abigentes à Batauis oppreſſi ſunt, contra turmę Batauorum aliquot Adolpho Naſſauuio Nouiomagi Præfecto duce in Luxemburgenſi agro prædas agebant, à Bergenſibus interceptæ, præda ſpoliatæ ſunt, Naſſauuio inter cæteros occiſo, cuius mortem poſt paulo reliquæ turmę magna Hiſpanorum ſtrage vltæ ſunt, & prędam ex hoſte receperunt. Nihilo ſecius induciç Ianini oratoris Chriſtianiſſimi Regis, & Spenſeri Anglię legati miniſterio inſtaurari cœperunt.

Excantatores Lutetiæ conueniunt

F Id temporis Lutetię peruigilio S. Ioannis Baptiſtę, proximè arcem Mendonis magi, & excantatores in valle nemoribus obſita conueniunt, ſacras deuotiones eruendis theſauris peragunt, in facinore comprehenſus Iuſtinus lapidum ſector faucibus laqueo eliſis igne cre-

matur, ſacerdos quidam ſceleris ſocius, honoraria mulcta, per vrbem manu tædam arden- A
tem geſtans, eiurato cum ſcelere ſacerdotij ordine, laqueo ceruices præbuit.

Sub id cùm Amurathes Raiſius Liguſticū mare, & Narbonenſis prouinciæ littora ſuperiori anno aliquot triremibus infeſta habuiſſet, Ferdinandus Magnus Hetruriæ Dux, vir prudentię ingens, regiis opibus, magnitudine animi ſupra Reges, non ferens Barbarum tam impotenter orbi Chriſtiano inſultare, ſex triremibus quas milite, remigibus, S. Stephani equitibus, ingenti nobilium è Gallia & Germania militiæ decus appetentium, numero, armamentis, & copiis omnibus inſtructiſſimas habet coercendum, & vaſtitate oram Africæ mulctandam curauit. Addidit quinq; maioris formæ naues, quas alij Britãnicas, alij Galliones vocant, Syluius Piccolomini, cuius virtus Hungari bello inclaruerat, mari præficitur, Britannicis nauibus, in quibus ducenti Galli nobiles, Belloreguardius Gallus imponitur.

Exeunte Iulio ſolutis anchoris maria tentant, Syluius de die poſt ſcopulos inſidioſo loco B
latebat, de nocte procedebat, ne prodita claſſe barbari ſe ſubducerent. Cùm nihil occurreret vbi virtutem experirentur, Syluius Hipponem Africæ oppidum S. Auguſtini memoria, & Pontificio celeberrimum, exitio deſtinat, eius ſitum, aditum, mœnia, foſſam, aggerem ſibi delineari iubet. Idibus Septembris in eandem Africæ oram Britannicæ naues cum triremibus appellunt. X V I I. Kal. Octob. exſcenſione facta Galliæ nobilitas ſcalas, & crepitaeula exornat, Belloreguardio equite Melirenſi præeunte, Ioanne Boſcio Monacho, Cœleſtinorum ordinis animos militi faciente & bipennem manu vibrante, vniuerſa acies mille quingentis bellatoribus cõſtabat. Equites Turci nocturnas vigilias ad maris oram egerãt, & orto ſole nullis exploratis inſidiis in vrbem ſe receperant. Ianiſſarij rati omnia foris tuta eſſe, ſtationem deſeruerant cùm ex improuiſo Hippon alto muro, crebris turribus in conſpectu
fuit: multi pedem inopinato ſpectaculo, & rei difficultate retulêre. Belloreguardius animi C
inuictus, & monachus auſi capax, in vrbem inſiliendum clamant, crepitaeula portis admouent, ſcalæ propugnaculis affixæ, quibus Belloreguardius clypeo tectus in altum enititur, & Gallia nobilitate vim faciente in arcem, & vrbem irrumpit, obuios cædit, Galli pleroſque manu capiunt, domos diripiunt, tota vrbe ſtrages & vlulatus, Ianiſſarij plerique prœlium ſtrenuè ſumpſere, inter quos Maurus gigas plumbea glande in aditu à Belloreguardio confoſſus eſt, milites quod commodum eſt, trahunt, rapiũt, præda onuſti cùm ex finitimis agris hoſtes vndique confluerent, & noſtri numero impares eſſent, propugnaculis incendio deformatis vrbe, quæ diu inter hoſtes retineri non potuit, excedunt, & in triremes paucis deſideratis ſe recipiunt.

Coſmi Principis Magni Hetruriæ Ducis filij cum Magdalena Auſtria Archiducis Caroli filia coniugium.

Id temporis Ferdinandus magnus Hetruriæ Dux, Coſmum principem, filium, Magdale-
næ Auſtriæ, Archiducis Caroli filiæ, nuptiis pactus erat, cuius ſoror altera Philippo Hiſpa- D
niæ Regi, altera Regi Polonię nupſerat. A Ferdinãdo poſtquam æſtas deferbuit, Paulus Iordanus Vrſinns Dux Braciani ſplendido comitatu in Germaniam mittitur, qui Vicarius Coſmi ſponſalia peragat. Is Gratzea Auſtriæ vrbe, principibus Auſtriis natali, regio paratu excipitur, ſponſalibus dies decima quarta Septembris dicitur, quę vt illuxit, Magdalena virgo ſtola auro intexta, flammeo gemmis fulgurante, media inter Ferdinandum Archiducem & Vrſinum ad ædem Ieſuitarum deducitur, hinc Vrſinus, illinc virgo ad aram accedunt. Nuncius Apoſtolicus qui ſacris operabatur connubiales tabulas, & Coſmi Principis mandatum recitari iubet, aſſenſum virginis exprimit, cui Vrſinus pronubum annulum in digitum indit, illa Vrſinum vt vicarium itidem annulo oppignerat, peracto ritu menſę accumbitur, tota vrbe lætitia & feſtiuitas agitãtur. Decimo Kal. Octobres pacta iter in Hetruriam
ingreditur, Maximiliano Archiduce fratre, Rodolphi Cæſaris oratore deducente, vbi ven- E
tum in Hetruriæ fines Magdalena vbique fauſtis acclamarionibus excipitur, in Caſtello Ronꝛæ à Coſmo ſponſo magno comitatu ex improuiſo inuiſitur. Chriſtiana Lorharinga magna Hetruriæ Duciſſa, omnibus virtutum & generis ornamentis fulgens, cùm videndæ nurus deſiderium vltra non ferret, ad eam altero à Florentia lapide agentem illuſtri liberorum comitatu aduolat, ruit in amplexus, & vt gratiſſimo ſpectaculo animum pauit, cùm expleri non poſſet, vrbem repetit, formam, mores, egregias animi, corporiſq; dotes paſſim prędicat. Die S. Lucę ſacra, præſules infulati, ſacerdotes, cœnobiorum ſodales crucibus, vexilliſq; ſanctorum præeuntibus longo agmine ad cœnobium Ripolitanum procedunt, equites cataphracti ad portam Sponſæ aduentum præſtolantur, extra pomœrium turmæ equitum, peditum cohortes faſciis verſicoloribus diſtinctæ, in armis fulgurabant, vt ſe ſponſa in con-
ſpectum dedit, acies vtrinque in manipulos, & ordines abiere, ſcloporum fragór auditus pu- F
gnæ ludierę ſpectaculum editum, vt portam ſubiit, omnia tormẽta explauſa ſunt, ipſa pilento ſeiuge inaurato belluatis Babylonicis auro pictis ſtrato, Maximilianus Archidux & ipſe

ſciugi

A ſeiugibus equis vehebantnt, in ſublimi pegmate ſymphoniaci, lyricines, & citharœdi con-
centum ſuauem miſcebant, ſtemmata Auſtrię,& Mediceę domus lauto implicita virebant,
variis epigrammatis inſignita. Dextera fœminę ſimulacrum aurea veſte, ſtola talari, pelli-
bus interulis diſtincta, capite coronato, manu ſceptrum geſtans Ethruſcum impetium,quà
terra patet, referebar,lęua fœmina, chlamyde candida, pectore rubra cruce inſignito, im-
petium maris, & Sancti Stephani nauticam miliriam ſignabat, naues, triremes, liburni-
cæ, myopatones, faſcli, & omne nauale armamentum circumſtabant. In porticu viſe-
batur Clemens VII. qui Carolum quintum imperij diademate cingebat, proximè pi-
ctus erat Alexander Medices, qui Margaritam Caroli quinti filiam nupriis ſibi deuincit.

Interim Archiduciſſa è Pilento deſiliens puluinari ſerico auro fimbriato excipitur, mox
S. Cruce ad oſculum admota in pedes erigitur, & ſub conopeo belluati operis auro intex-
B to à viginti quinque primæ nobilitatis adoleſcentibus argento textili fulgentibus deduci-
tur. Magnus Hetruriæ Dux ad nurum accedit, & capiti regiam coronam inducit, tum in
equum candidum phaleris ſericis, gemmatis frenis inuehitur. Veſtis ſponſæ argento tex-
tili fulgurans, manicis ad humum more Auſtriaco fluentibus. Multæ paſſim ſtatuæ cum
lemmaris, & tirulis, quarum aliæ Florentiam, aliæ Gratzen vrbem, quædam Arnum, &
Danubium fluuios cum Icone, & lilio ſignabant. Multa paſſim epigrammata, inter quæ
& hoc,

Veniſti tandem Auſtriadum generoſa propago,
O deſiderys vna petita meis,
Quos mihi iam video reges? quod ſurgere nomen?
Quas mihi iam cumulat Thrax ſpoliandus opes?
C *Scilicet hæc tecum generis fælicia ducis*
Omina, dum tantæ fers decora alta domus.

Poſt longa diuortia viarum vbi ventum eſt ad Principis ædis veſtibulum, à dextra Floren-
tina Synodus picta prominebat, quâ Græcanica eccleſia cum Romana fide coaluit, à læua
eccleſiæ S. Reparati ab Eugenio quarto conſecratio picta viſebatur: vt Archiduciſſa ſacrum
limen attigit, ab Archiepiſcopo Florentino excipitur, & ſacris precibus conſecratur, inde
ad maius altare deducta in genua procumbit, cui precibus artentæ nubes penſilis capiti in-
uolitans aëre vacuo diſſoluitur, vnde Sanctorum chorus effulſit, & muſici concentus au-
res mira ſuauitate, animosq; demulſerunt. Poſt Symphoniacos cantus, & Sanctorum in
cœlum reditum, Sacris Miſſæ ſolemnibus peractis, in equum euehitur, & ad Palatium
Pittianum deducitur, longo itineris amfractu, cùm arcus triumphales, obeliſci, theatra,
D pegmata, ſtemmata, tituli, elogia, moras procedenti facerent. In aditu palatij Gothofredi
effigies, & Lotharenæ gentis ſeries expreſſa erat, inde Heroum Mediceæ gentis ſimulacra,
quatuor Pontifices Maximi, duæ Galliarum Reginæ, tres magni Hetruriæ Duces expreſſi
erant. Is dies ludo, & lætitia in noctem extractus, quæ ipſa die ſponſis optatior fuit. Eo-
dem hoc annu Romæ eques Melitenſis Poloniæ Regis nomine Pontificem de nouo quo-
dam equitum ordine in Podolia inſtituendo adiit, qui centum & 30. equitibus conſtaret,
quibus ſingulis mille Ioachimi annui reditus aſſignarentur, vt Turcos, Tartarosq; ad pon-
tem Euxinum ferro & flamma inſectarentur. Pontifex rei Chriſtianæ promouendæ ſtudio
poſtulatis annuit. Octauo Idus Apriles cùm Pontifex Maximus myſteriis in S. Petri ęde ce-
lebratis, populo in patenti area bene precatus eſſet, & ei multi anni acclamari eſſent, vt in
S. Mariæ maioris æde Sanctorum reliquiæ populo ſpectandæ propoſitæ ſunt, vox humana
E maior audita eſt, quæ viſentibus pietatis ſtudium, & reuerentiam iniiceret. Vnde ea exierit
ignorum. Quidam ex ea in metum & fugam dati ſunt, vt ſubitæ res animos horrore per-
cellunt.

Genuæ Germanus cùm Lutheranæ hæreſi publicè aſtipularetur, lento igne viuus vſtu-
latus eſt. *Genuæ Germanus Lutheranus lẽto igne crematur.*

Nonis Auguſti in Sicilia ex Æthnæ crateribus ignes, & cineres erupêre, quibus agris &
vineis pauperies facta eſt. Rhegij terra mouit, vt multa ædificia funditus conuulſa ſint. In
Sicilia ſanguine pluit. In Langobardia duo cometæ ſanguineo fulgore rubuere.

Supra oſtendimus pacem inter Archiducem & Batauos non coaluiſſe, quòd Hiſpaniæ
Rex Batauis nauigatione Indiæ interdictum vellet, vnde pretium operę futurum arbitra-
mur, ſi de Batauorum nauigatione rem à capite arceſſamus. Eius initium à Petro Houtmã-
F no mercatore Belga ducitur. Is commercia diu cum Luſitanis agitauerat, & rationes ac
commoda Indicę nauigationis vſu, & tractatione cognouerat, quod gnarum Luſitanis, à
quibus grandi ære mulctatus, & in cuſtodiam datus, cùm ſoluendo non eſſet, Amſtelroda
Petrus Houtmanus Batau. primus in India vela facere docuit.

mum ad amicos de commodis Indicæ nauigationis,& reficienda pecunia,qua vinculis ex- A
ſolueretur ſcribit, & breui carcere ſolutus Batauos ad eam nauigationem hortatur, quæ ex
ſententia ſucceſſit.Batavi vt hominum natura fert,ambitu & lucri ſpe, non contenti naui-
gatione ad ortum, eandem in Americam ad occaſum expetiri audent. Huius auſi fundus
fuit Ioannes Vſſelingus Antuerpienſis,crebris in vtramq; Indiam profectionibus exercitus,
qui plures Regulos,ac populos ab Hiſpanis in America plurimum abhorrere comperetat.Is
apud Ordines ante omnia de Hiſpanis conqueſtus,qui Belgas omni nauigatione fructuoſa
ſummouere velint, & eo fine portotium triceſimæ nuper indixerint: oſtendit ex iis populis
plures moribus ac legibus bellè fundatos commerciis ſtudere,& ad agricultionem, & ciui-
lem cultum facilè traduci poſſe, ſaccaro, zingibere, goſſipio copioſos eſſe, agros oleis, &
vitibus conſeri poſſe, terræ venas,auro & argento ſcarere,quod ex facili erui poſſit, opificia
varij generis è Belgio importari, vnde fructus ampliſſimus futurus ſit,vt ex ea nauigatione B
ſolum ſalem referat, quo America opulenta eſt,eam lucro ceſſutam. Ordines re maturè in
conſultationem miſſa edixerunt, vt nauigatio libera eſſet, ad eam rem Societas inſtituta,in
quam certatim nomina dedere,quòd Hiſpani mercium monopolium exercentes ex alienis
incommodis ſua commoda captarēt.Data poteſtas eidem Societati,vt cum Regibus, prin-
cipibus,& populis Indiæ vtriuſque fœdera ineat, propugnacula exſtruat, iuridicos ſub au-
ſpiciis Ordinum, & clientela inſtituat, & cætera id genus, ſine quibus nauigatio procedere
non poteſt. Immunitas ei Societati ab omnibus vectigalibus data, decies centena flore-
norum millia ab Ordinibus fœderatarum vrbium decreta, tredecim naues inſtructæ, Petro
Verhuſio,qui rem ſtrenuè in ſinu Gaditano geſſerat,ei claſſi præfecto,quarum ſex ad Chinę
regnum deſtinatæ.

Comes Tironius à Spinola humaniſſimè accipitur.

Inter hæc Comæ Titonius fidei Catholicæ in Hibernia Primatiùs Protector,vnà cum fi- C
lio ſuo Barone Dongannonio, & Comite Titconello profugus in Belgium conceſſit, vbi à
Marchione Spinola omnes humaniſſimè excepti ſunt. Eos Iacobus Britanniæ Rex famoſo
libello inſectatus eſt,qui explauſus vbique, & deridiculo habitus eſt. Profugi paſſim in Ita-
lia honorificè accepti.

Carolus Sueciæ tyrānus.

Sub id cùm Carolus Sueciæ ſucceſſor,aç tyrannus ad Poloniæ Regem,& ordines literas
de ſua inauguratione ſcripſiſſet, à Sigiſmundo Rege Poloniæ nihil reſponſi accepit, quòd
infra maieſtatem regiam id eſſe videretur, à Poloniæ Ordinibus per literas laceratus, &
dictorum acerbitate, vt perfidus, & impius proſciſſus, qui ſe Sigiſmundum ſolum Sue-
tiæ Regem legitimum agnoſcere, deſertores ac perfugas, exſecrari, & odiſſe teſtati ſunt.
Apud quos, Ordines Sueciæ per literas ſe ampliſſimè purgarunt, & fidem non ante Sigiſ-
mundo abrupiſſe teſtari ſunt,quàm ipſe fidem Ordinibus datam iuriſiurandi immemor in- D
ſuper habuerit,& patriam nefariis armis tentarit.

Vratiſlauiæ Lutherani graſſantur.

Dum in eo ſunt Vratiſlauiæ, quæ Sileſiæ metropolis eſt, cùm in Nataliriis Chriſti feriis
Monachus in cœnobio Sancti Alberti Lutheri ſectam pro concione mordacibus dictis
diſſecuiſſet, rudis, & imperita plebes ſexto Kal.Ianuarij cœnobij Portas vectibus,& ſecuri-
bus perrupit,ſacras imagines euertit,altaria diſiecit,feneſtras,& ſpecularia confregit,libros,
veſtimenta ſacra,calices,& alia ornamenta diſcerpſit, & longiùs furor ád alia cœnobia ma-
naſſet, niſi furentium impetum Duumuiri capitales coercuiſſent, & in turbarum auctores
capite animaduertiſſent.

Eodem hoc anno Pontifex Maxim.noxiarum indulgentias, Iubileum vocant,toto orbe
pronuntiauit,eo fini,vt in Germania,Orthodoxa & Catholica religio,inter tot de fide diſ-
cidia,ſarta tecta conſtaret. E

Pridie autem, quàm eæ indulgentiæ Lutetiæ publicarentur, Bartholomæus quidam,ſe
Borgueſium Pontificis extra nuptias filium ferens,Curiæ Pariſienſis ſententia faucibus reſti
eliſis in ignem coniectus eſt.Hunc ego ſemel,atque iterum domi viſi,& eidem menſæ cum
eo accubui, quem omnes ſplendidum, honeſto ſatellitio ſtipatum, nullius noxiæ compet-
tum,imò de multis bene meritum, in omnes liberalem, & munificum eſſe fatebantur. De
eo mitiùs cōſuli potuit,maximè cùm nunquam libero ore Pontificis filium ſe eſſe pronun-
tiaſſet.Munificentia,& pecuniæ quæ ad eum, incertum vnde, ſtato tempore deferebantur,
exitium immerenti creaſſe dicebantur.

Calendis Octobris mercator Baſilienſis Sutſeæ in Heluetiis,quia in Sanctos, & interne-
ratam Virginem iniurioſus, & impius fuerat, publico ſpectaculo capite truncatus, & igne
crematus eſt. F

Ioſephi Scaligeri obitus.

Hoc curſu fortuna anni milleſimi ſexcenteſimi octaui tranſiit, Sequutus eſt annus mille-
ſimus ſexcenteſimus nonus,Ioſephi Scaligeri morte feralis, quo noſtra ætas neminem ma-

iori

A iori ad literas genio, ingenioq; tulit, & fortè ante acta ſæcula parem omni doctrinæ genere
non habuerunt. Obiit XII. Kal. Februar. Lipſius biennio ante exceſſerat, anno 1606. deci- *Lipſij obitus.*
mo Kal. Apriles eruditione noſtro Scaligero longè impar, nouitate tamen, & venuſtate ſtyli
Belgis acceptior. De vtroque ſi fas eſt, iudicium meum interponam, & libero ore, quis ſit *Scaligeri & Lipſij collatio.*
animi mei ſenſus, indicabo. Lipſius Saturnalia, de Amphitheatro, de gladiatoribus, elegan-
ti, ſi quis alius, ſtylo, ſcripſit: ſed Petrus Faber Toloſani Senatus princeps vir longè doctiſſi-
mus aduerſus eum vindicias inclamat. E Semeſtribus ſuis libros illos inſigni plagio ſuble-
ctos eſſe defendit, quos orationis flore conueſtierit, ne ſemel quidem auctore appellato. Alij
Strategica ab eodem repetunt, & manum iniiciunt: nonnulli de commentariis ad Taci-
tum litem intendunt. In literis Græcis quàm longè à Scaligero, & Caſaubono, pluribusq;
aliis abeſt: nonnulli ſtyli nouitatem, & corruptelam incuſant. Fatendum tamen eſt, homi-
B nem eleganti inter paucos ingenio natum, indefeſſo ſtudio, recondita eruditione literariæ
rei plurimum commudaſſe. De Scaligero, omnis oratio eius commendatione inferior eſt,
vt enim omittam illa quæ iuuenis ad Varronem, Feſtum, Tibullum, Propertium, Catullum
incomparabili doctrina enotauit, quis diuinum illud de emendatione temporum opus, quis
ad Euſebium, & Manilium ſcripta digna oratione commendet? Nihil ab eo niſi magnum,
& incomparabile prodiit, ſi piè de fide Catholica ſenſiſſet, nullum à Varrone, & Iulio Cæſa-
re felicius, aut omnium literarum capacius ingenium fuiſſe pronunciarem. Accepiſtis de
tantis viris, quod eſt mei iudicij. Boni conſulite qui aliquid in literis ſapitis, & ſententię meę
calculum album, ſi verè, & ſine affectu pronuntiaui, adiungite. Eorum manibus alio elogio
parentare non liber.

Eodem tempore Ferdinandus Magnus III. Hetrurię Dux fato conceſſit, vir imperio ter- *Ferdinandi Magni III. Hetruriæ Ducis obitus.*
C rarum orbis dignus, prudentiæ ſummus, quem ipſius propè liberalitatis pręcordia habuiſ-
ſe merito dixeris, generoſus ſi quis alius, & ſpiritus verè regios gerens, erogandæ per hone-
ſta pecuniæ cupidus, qui ſex triremibus Hortomanicæ genti plus dedecoris, & cladis, quàm
Hiſpaniæ Rex centum liburnicis, attulit. Quanta ei concordia, quantusq; concentus om-
nium virtutum contigerat, vt nihil ſeueritati eius hilaritate, nihil grauitati comitate, nihil
maieſtati humanitate detraheretur. Itaque fingenti mihi, formantiq; Principem, quem am-
pliſſima poteſtas deceret, nunquam voto ſaltem concipere ſimilem ei ſuccurrerat, niſi Coſ-
mum filium patri geminum genuiſſet.

Inter hæc Auſtrię Ordines ſectę addicti manum faciunt, in verba Matthiæ ſacramentum *Ordines Auſtriæ Matthiæ imperiū abnuunt.*
abnuunt, cum quibus Buchcimius proximè Hallembrunam manum conſerit, cui pugna
pro meliore fuit, Morauiæ Ordines cum Auſtriæ ſectariis arma conſociant, Regemq; pro
D ſectæ miniſteriis interpellant, Ordines Bohemiæ apud Cæſarem Pragæ, conſcientiæ liberta-
tem efflagitant, & extorquent. Auſtriaci Matthiæ vt poſtulatis ſuis annuat, vim faciunt, &
cum Catholicis æquo iure vtuntur, Comitiis Bohemiæ Pragæ habitis tumultuatum eſt, &
in partes itum.

Dum in eo ſunt Agrienſis Baſſa cum Andrea Dracone egerat, vt ſibi Villecam munitiſ- *Draconis proditio aperta.*
ſimum ſuperioris Hungarię propugnaculum proderet. Conuenerat inter eos, vt Draco ædi-
bus ſuis ignem ſubiiceret, militibusq; ad reſtinguendum incendium aduolantibus, Turcis
aditum in vrbem patefaceret. Re per conſcios prodita, Draco quatuor equis in diuerſa ten-
dentibus diſtractus eſt.

Interim Ordines ſectæ addicti in Auſtria in Matthiæ verba iurant, Bohemis à Cęſare ſe-
ctæ miniſteria libera fiunt, Pragę conciones à Lutheranis publicè habitæ, Sileſij eandem ſibi
E poteſtatem fieri à Cæſare flagitant, & exprimunt.

Sub id de colonia in Guianam Americæ regionem à Rege Britanniæ traducenda conſi-
lium initum eſt, quod vt magis in aperto fiat, à capite rem arceſſam. Virginia ampliſſima *Virginia regio quæ.*
Americæ regio, omnem oram Indiæ maritimam, quæ inter 34. & 45. gradum latitudinis ad
Boream ab æquatore poſita eſt, itemq; continentis partem inter eoſdem gradus, vnà cum
omnibus inſulis intra centeſimum lapidem, complectitur. Eam Angli primi omnium ape-
ruerunt, prouinciam cœlo clementi, ſolo vberi, fluuiis irriguo, & voluntate Regis coloniam
eò deduxerunt, propugnaculum ad fluuij ripam opere, & manu munierunt, in montibus
pluriorum criſtalli repertum. Guiana Americæ regio fodinis auri felicior habebatur.

Eam Gualterus Raleius Anglus anno 1595. primus omnium aperuit, quam Angli ali-
quot cùm curſu, & voto peterent, annona ingraueſcente in inſulam S. Luciæ delati ſunt, vbi
F inſulani, gallinas, pellicanos, tabacci folia, & alia id genus obtulerunt. In littore tuguria æ-
grotis extruunt, ſeptuaginta ex eo numero tenui commeatu, catapultis aliquot ferreis mi-
noribus, & maioribus, puluere tormentario, & alio bellico paratu, inſtruuntur, & exſcenſiu-

ne in terram facta cum indigenis commercia agitant, nauarcho naues in altum ſubducente, A
& in Angliam vela vertente. Cùm autem inſulani ſibi ab Anglis metuerent, quos auri venas ſcrutari cernebant, in eos inuolant, & omnes ſagittis confodiunt, excepto vno Ioanne Nicolao, qui huius expeditionis exitum in literas miſit. Rex tamen Angliæ eo ſemper animo eſt, vt coloniam in Guianam auro copioſam mittat, Hiſpaniæ Rege indignante & exitium colonis denuntiante.

Sionis Regis legati ad Mauricium.

Id temporis ex India Orientali à Rege Sionis potētiſſimo legati cū muneribus ad Mauricium miſſi ſunt, qui vt in conſpectum eius venerunt, in genua prouoluti manus implexas fronti admouent, capite terram ter contingunt, ſpatium aliquod genibus erepentes, qui per Batauum interpretem mandata Regis ſui expoſuerunt. Is cum Rege Chinæ amicitiam colit, & in bellum trecenta bellatorum millia, bis mille elephantos ducit.

Eliſabetha Archiducis vxor ad S. Mariæ Lauretanæ munus mittit.

Ineunte Martio Eliſabetha Archiducis Alberti vxor pallium auro textum ter mille ada- B
mantibus inſigne ad ædem S. Mariæ Loretanæ pietatis ergo miſit, quod quadringentis aureorum millibus indicatum eſt.

Inter hęc Carolus Suecię Rex Rigam obſidione cinxerat, quam ſoluere coactus eſt, cùm Coloniſius Polonorū Dux annonæ ſubſidia obſtrueret, & Poloni ad Naruam in Sueciam irrumperent. Varſoniæ Poloniæ nobili vrbe Comitia regni habita, quibus diſciplina militaris inſtaurata Reginæ nomine dotis centum florenorum millia dicta. Donationis propter nuptias nomine duo millia aureorum Hungaricorum annui reditus ex ſalinis Vilicienſibus firmata. Decretum vt Rex ſi quid contra iura, & priuilegia regni, aut nobilitatis tentarit de eo apud Ordines indictis Comitiis agatur, & ſi in iniuria perſeueret, ſacramentum publicè exuatur. Publico edicto eorum quæ per nuperos tumultus patrata erant memoria inducta eſt, Amneſtiam Græco vocabulo indigitarunt. C

Pax inter Hiſpaniæ Regem, Archiducē & fœderatos Ordines.

Quinto Idus Apriles Galliæ, & Britanniæ oratoribus Antuerpiæ rem vrgentibus inducię inter Hiſpaniæ Regem, Archiducem, & fœderatos Ordines ad annos duodecim in has leges firmatæ ſunt, vt prouinciæ fœderatæ liberæ & immunes habeantur, negotiatio paſſim libera ſit, æquo iure vtrimq; omnes agant, vt liberos populos conſentaneum eſt, munitiones & propugnacula noua per inducias nulla vtrinque excitentur, & cætera talia quæ in æquo fœdere ſolemnia ſunt. Induciæ Antuerpiæ decimo octauo Kal. Maias è ſublimi pegmate frequenti procerum conſeſſu, & populi concurſu promulgatæ ſunt.

Interim in Gallia Toloſæ indignū facinus accidit. Petrus Arrias Burdæus, genere Hiſpanus, ſecta Auguſtinianus ſodalis, vir gentis vitio politioris, doctrinæ rudis, fiducia, & ſcholaſticis argutationibus pollens, præconio verbi Dei apud populum è ſuggeſtu ſe inſerere auſus, cùm Theologicæ magiſterij lauream, & cathedram publica concertatione viciſſet, ille- D
cebris Luſitanæ puellæ ad exitium tractus eſt. Habuit in amore ſocium Franciſcum Gairaldum, in præſidiali præfectura conſiliarium, ætatē affecta, antiquis moribus, magna virtutis fama, quem delitiarum conſortem Burdæus ferebat, quòd hominem victum, & annis fractum ad res illas patrādas, & Veneris commercia parū idoneum eſſe ſciret. Cùm ad puellam cui nomen Violantillę à caſtro fuit, introitus, & exitus infamis, aut certè ſuſpectus eſſet, inter vtroſque conuenit, vt puella nuptiis illigaretur, & amor præſcriptione coniugij lateret. Nuptiæ cum aduocato indigena coaleſcunt, dos ab vtriſque numeratur. Perincommodè accidit, vt vir ſuſpectans vxoris fidem habens, Toloſa excederet, vxorem domum ad municipium vicinum abriperet. Indignè factum clamant riuales, aduocatum per ſpeciem litis Toloſam euocāt, & ad cædem deſignant, præſens pecunia duobus ſicariis, Candolæ & Sbaldito numeratur. Aduocatus à Gairaldo cœna excipitur, conuiuis Burdæo, Candola, Sbaldito, E
poſt epulas ſubducit ſe Burdæus, alij exeunte Iulio ſub noctem ambulatum exeunt, in vico deuio poſt Collegium Squillanum tenebris animos facientibus, duo ſicarij, cauſidici iugulum petunt, & ſeptemdecim vulneribus confodiunt. Gairaldus cædis ſuaſor exclamat, amicum & hoſpitem à graſſatoribus, qui marſupium rapere conabantur, iugulatum, Præfectum vigilum accerſit, Sbalditus magnitudine ſceleris æſtuans comprehenditur, Burdæus & Candolas Nemauſum oppidum à ſectariis inſeſſum fuga euolant, alter cucullam, & fidem Catholicam exuit. Princeps Toloſani Senatus Virdunius, egregius iuſticiæ cultor priuato ſumptu ſuccinctum quæſitorem, ſicariis comprehendendis deſtinat, qui Nemauſi capti forum Toloſanum detrectant, ſectæ præſcriptionem opponunt, & ſe in Camera bipartita, cuius de ſectariorum cauſis cognitio, & iudicium eſt, audiendos reſtantur. Sacri Conſiſtorij decreto, cognitio ad Curiam Toloſanam remittitur, Burdæus, & Candolas Toloſam ſectariis F
indignantibus arceſſuntur, tormentis ſubiiciuntur, quorum aſpectum non tulere, parricidij ſeriem edifferunt, Gairaldus ſocius ſceleris deprehēditur, à quo ſermo confecto vocem tor-

menta

A menta exprimere non potuerunt,ſed Virdunio equuleum filio interminanre,eum inſontem
pater pronuntiat, ſe facinoris auctorem fatetur. Hunc hominem ego ſolari, & ad immor-
talitatis ſpem dãnato parricidio erigere à Toloſani Senatus principe Virdunio iuſſus, adeò
conſternatum animo, & ſui neſcientem offendi, vt neque lingua, neque oculis competeret.
Primus omnium Burdæus publico ſpectaculo ſecuri percutiendus magnam animi præſen-
tiam,& ſummum de noxia dolorem exhibuit, Violantilla non minus conſtantiæ præ ſe tu-
lit. Candolas,& Sbalditus eidem ſupplicio ſuccubuere. Seueritatis illius exemplum magna
Virdunij,& Senatus Toloſani cõmendatione,ac ſecundo totius Galliç rumore acceptũ eſt.

N temporis in cœnobio virginum Sueſſionenſium res mira, Dei virture,contigit, cuius
ego narratione abſtinerem, niſi teſtes aſſidui fidem facerent, & publica inſtrumenta factum
agnoſcerent. In eo cœnobio inter deuotæ virginitatis puellas erat Maria Hericurtia, claris
B natalibus, probis moribus, triginta quatuor annos nata, cuius pes vena impetitè à medico
ſecta,& arteria confoſſa contabuerat, vt crus ipſum exareſceret, nec virgo inſiſtere, aut pro-
gredi poſſet, niſi ſcipione, aut ſubalari tibicine fulciretur. Cùm ars omnis infra tabem eſ-
ſet, virgo, diuina ope, ex improuiſo conualuit. Celebrabatur in cœnobio Iubilæus annus,
& peccatis indulgentia lucro erat, cùm X I. Kal. Apriles è capſis, & arculis S S. Criſpini &
Crepiniani martyrum, Leodegarij Heduenſis epiſcopi, & Oſualdi martyris, Regiſq; An-
gliæ ſacræ reliquiæ promuntur: virgo cæteris ſacram ſupplicationem obeuntibus vno pe-
de, & crure debilis, in eccleſiæ cella in preces & lachrymas ſoluta Deum appellat, & ſan-
ctorum opem aduocat,mox in pedes vegeta, & alacris exſilit, pes emortuus exſoluitur, &
reuiuiſcit, ipſa non ſuſpenſo, vt ante, gradu, ſed firmo veſtigio incedit, & cæteris virgini-
bus procedentibus valida ſociam ſe addit,medicinam ſibi à Deo factam deprædicans. Hoc
C ſpectaculo ſtupor omnibus iniectus, res vera teſtimonio firmata, & publicis tabulis teſtata.
Idem Gorgoniæ ſorori ſuæ ſacrum Chriſti corpus in myſteriis adoranti contigiſſe Grego-
rius Nazianzenus,ſanctiſſimus, & locupletiſſimus teſtis commemorat.

Miraculum in cœnobio virginum Sueſſionenſium.

Sed ad Belgicas inducias quæ ad duodecimũ annum prorogatæ ſunt redeamus, quibus
pacis nomen Hiſpaniæ Rex inuidit, ne Batauis, & prouinciis fœderatis immunitas ac li-
bertas in perpetuum data videatur. Exeuntibus enim induciis Hiſpaniæ Regi ius ſuum in-
tegrum manet, vt eas vi, & armis ad obſequium cogere poſſit. In conciliandis induciis Ia-
ninus Præſes, Galliæ Regis orator, vir rerum callidus, integritatis & fidei ingens, id apud
fœderatos Ordines perficere conatus eſt, vt in Batauis orthodoxæ,& Catholicæ fidei exer-
citia libera eſſent,ſed vicit Batauorum pertinacia, vt prouinciis illis Catholica fides exula-
ret. Ianini quidem ſtudium, & pietas à Batauis ipſis laudata eſt, ſed conſilium in re longè
D grauiſſima repudiatum. De eo Daniel Heinſius, epicædio ad manes Scaligeri, loquitur in
hæc verba: *Tua ope Galli, tua Belgæ pacem videmus, tu ſpirantes adhuc ciuilem ſanguinem animos,
diuina quadam moderatione temperaſti,gladios, & arma ſola eloquentia tua, & prudentia fregiſti,& à
Rege miſſus,qualem Gallia non vidit,in hanc ſcenam,in tragœdiam hanc planè intricatam,vere è machi-
na Deus veniſti,&c.*

Inducias Belgicas Hiſpaniæ Rex abrũpere cupit.

Inter hæc Terralius ſtrenuus eques, qui à Gallis ad Belgas defecerat, pactis in duodeci-
mum annum in Belgio induciis, cùm ſibi feriandum ab armis videret, ne in pace inglorius
iaceret,ad Sabaudiæ Ducem ſe recipit, de Geneua intercipienda verba iacit, Baſtidio Bur-
degalenſi contubernali homine rei bellicæ, & mechanicæ peritiſſimo vſus. Terralius crepi-
taculis portas perrumpendas, & viam vi faciendam eſſe aiebat,Baſtidius lacu Lemano quà
nauigia appellunt vrbem inſiliendam defendebat. Quod conſilium vt procederet ignora-
E tus vrbem init,propugnacula omnia,foſſas,portas,aggeres luſtrat, fluuij oſtium explorat,la-
cus opportunitatem inſpicit, & pictura delineat, quã mox Terralio Camberiaci in ſphæri-
ſterio pila ludenti repræſentat. Obſeruatum id à nebulone,per quem Geneuæ re comper-
ta,Terralio inſidiæ tenduntur, qui Bernæ ex caluitie cognitus, & comprehenſus Geneuam
trahitur,vbi equuleo tortus,rem aperit,& ſecuri percutitur,Baſtidius in furcam agitur.

Id tempore Lutetiæ pernicioſi homines, menſulariorum, & mercatorum ſpecie graſſa-
bantur,qui cùm æs alienum,aut merces in creditum accepiſſent,rebus ad filios,aut agnatos
tranſlatis,aut in alias prouincias ablegatis, bonam copiam eiurabant. Ex eo numero vnus
cognomento Pingræus è fuga retractus fraudatis creditoribus,Lutetiç in Palatij area nudus
ceruice teſti deuincta,ſequente carnifice,tædam manu geſtans, noxiam confeſſus eſt, inde
Dionyſiana via traductus, vbi mercaturam fecerat, ſpectaculo fuit,tabella ex humeris ſu-
F ſpenſa,cum his verbis, *Æris alieni nequam eiurator.*

Edictum à Rege propoſitũ,vt in æris alieni fraudatores capite animaduerteretur. Actum
& à quibuſdam regni ſanguiſugis, qui exhauriendæ plebis nouas quotidie rationes ineunt,

vt aureis,argenteiſque nummis aliquid de pondere demeretur, & nouæ monetæ deterioris A
pretij pro legitimis obtruderentur,quo facto negotiatio omnis cũ exteris gentibus abrumpebatur.Rex,vt fuit auri ſitiens,in eam partem pronus erat.Sed vicit Achillis Harlæi Curiæ Pariſienſis principis auctoritas,ne ſuper ea re conderetur edictum.

Singularia certamina prohibita.

Eodem ipſo tempore ſingularia certamina, qua nulla peſtis regno exitialior eſt, edicto prohibita ſunt,leges dictæ quibus cuique ſuus honor ſartus eſſet,ſi quis alterum re,aut verbo violaſſet.

Dum in eo ſunt interim Africa inter Xequum,& Sidanum fratres,Marocci,& Feſſæ reges,bellum inteſtinum ardebat. Sidani auſpiciis Angli plerique merebant,quorum virtute fretus, cum Abdala Xequi fratris filio ſigna contulit, & clade accepta in Hiſpaniam refugit.

Sub id Simon Danzerus Batauus ſex myoparonibus mare Africæ infeſtum habuit, & B
quinquaginta amplius naues diripuit, aut merſit.

In Scotia decimo ab Edimburgo lapide ad pagum Liiſchoum ſodina argenti reperta, qua nulla vel in Germania, vel in India Occidentali vberior eſt. Aiunt centum pondo rudis materiæ (artugiam vocant)octaginta pondo puri puti argenti reficere.

Inter Friſiæ Orientalis Comitem, & ciuitatem Emblemſem turbas fuiſſe ſupra oſtendimus,quæ denuo cùm recruduiſſent,fœderati Ordines eam Comiti neceſſitatem attulerunt, vt nulla mora interpoſita militis præſidiarij ſtipendio quadraginta florenorum millia repræſentaret,tum vt ciuium naues, quæ in Hiſpania captæ moras trahebant,periculo eximeret, aut præſenti pecunia redimeret.

Ducis Cliuenſis obitus, quique eius hæreditatẽ ambierint.

Octauo Kalendas Apriles Dux Iuliacenſis, Cliuenſis,& Bergenſis,repentina morte improles præreptus eſt, cuius obitu multæ in hæreditatis iure controuerſiæ exortæ: protinus C
enim Colonienſis antiſtes pagis & oppidis inſignia ſua & vexilla, vt poſſeſſionem caducæ hæreditatis apprehenderet, affigenda curauit. Nonis Aprilis Guilhelmus Comes Palatinus Rheni hæredem ſe tulit. Brandeburgicus Septemuir imperij Elector per oratores poſſeſſionem arripuit, inter quos ne tumultus arderet Ordinum iudicio per Comitia res permiſſa eſt.Strenue quiſque ius ſuum rationibus,& ſcriptis tuebatur Res bello propior erat, ni Cæſar auctoritatem ſuam interpoſuiſſet. Septimo Idus Maij Dux Niuernenſis ad partes venit, & in hæreditate ius ſibi eſſe oſtendit. Nono Kal Iunias Cæſar omnibus qui hæreditatem hanc appeterent, diem dixit, quò ſe ad aulam ſiſterent, vel procuratores mitterent, quibus ius ſuper ea lite diceretur. Sed & Septemuir Saxoniæ, & Comes Henricus de Marchia ius ſuum obtendebant,& ſui rationem haberi volebant. Ordinum Comitiis Duſſeldorpij decretum,vt Palatino Rheni,& Septemuiro Brandeburgico,funeris Ducis Iuliacenſis procu- D
ratio, & hæreditatis adminiſtratio daretur, ſaluo iure Cæſaris, donec controuerſia plenius definiretur,quæ tranſactio Galliæ Regi mirificè probata eſt,cui ſe patrocinium, & aduocationem præſtiturum aſſeuerauit.

Diuerſa parte Leopoldus Auſtriæ Archidux, Epiſcopus Argentinenſis, & Paſſauienſis à Cæſare cum mandatis Iuliacum aduentant, qui Palatinum Rheni Neoburgicum,& Brandeburgicum Septemvirom adminiſtratione hæreditatis depellerent,& ſummum rerum arbitrium Cæſari ſeruarent.Nihilo ſecius Palatinus Neoburgicus in ſua verba Iuliacenſes adigit,auxilio Regis Galliæ fretus,cuius copiæ in proximo erant,& conſiliis cum eo communicatis Brandeburgicus ad Cæſarem inſtrumentum prouocationis & oblationis tranſmittit, quo iudicium ac cognitionem eius deprecatur,& Ordinum totius Germaniæ iudicium depoſcit. E

Inter hæc ineunte Septembri Brandeburgicus, & Neoburgicus Principes copiis Regis Galliæ aucti, ius ſuum armis propugnare ſtatuunt. Diuerſa parte Leopoldus Iuliaci arcem operibus,& præſidio firmat, milites cogit,Brendenbendiam arcem munit,leues vtrinq; velitationes fiunt,Durenſes Neoburgicum in vrbem cum exercitu admittunt,& ei ſacramento dicunt. Exeunte Octobri Carolus Marchio Burgæus ius ſuum in eandem hæreditatem obtendit,& Cæſarem appellat.

Id temporis ciuitates Hanſeaticæ ſocietatem armorum quam inter ſe coierant, vt hoſtium iniurias arcerent, à priſcis Cæſaribus probatam, firmatamque libello edito docuerunt,& vero,vt nullo exemplo nitatur, & nudius tertius inſtituta ſit,probandam, quæ non ad finitimorum exitium, ſed ad munimentum & præſidium ſuum inita ſit. Quod autem ſociæ,& amicæ Brunſuicenſi vrbi aduerſus Comitis iniurias auxilio fuerint,id ſe iure natu- F
ræ,& gentium facere debuiſſe, imò iure diuino obſtringi, vt præter æquum, & bonum laborantibus & oppreſſis auxilium ferant. Teſtari igitur ſe non ea mente Brunſuicenſibus

opitula

A opitulatos eſſe, vt Cæſaream maieſtatem imminuerent, ſed vt fidem ſocietati præſtarent, & vim ab oppreſſis defenderent.

Eodem anno Caſſellano in agro non procul à pago Northuſano fons medicamentoſus repertus eſt qui ſcabiem purgaret, morbum comitialem leuaret, & alia pleraque morborum genera ſanaret. *Caſſellanus fons medicamentoſus repertus.*

Sed dum in hoc fonte proluimur, Moſchouia penè nobis exciderat, vbi Demetrio cæſo magni motus fuere. Pſeudo-Demetrius enim à Suſcio, qui hodieq; rerum potitur, prœlio fractus ad Sigiſmundum Poloniæ Regem refugit. Is numeroſo exercitu coacto Kal. Septembris in Moſchouiam irrumpit, Smolenſcium munitiſſimam vrbem obſidet, in quam à Suſcio ſubſidia ſubmiſſa ſunt. Mox ipſe Suſcius valida manu auxilio adeſt, aciem inſtruit, vtrinque concurritur, Polonis exitium promtum fuit. Sigiſmundus exercitum inſtaurat, quo B tempore Coteeuiſcus in Liuonia Fridericum Mansfeldium Suetici exercitus ducem deleuit, & Dunæmundam munitiſſimam arcem Suecis eripuit.

Dum in eo ſunt, Condæus proximus à Delphino, & Regis filiis, regij ſanguinis Princeps Pariſiis fuga cum vxore elabitur, cuius pudicitiæ Regem inſidiari ſibi perſuaſerat, quòd ea inter paucas pudica, & ſpecioſa eſſet. Eam Princeps pernici equo Bruxellas primùm, deinde Mediolanum deportauit.

Id temporis à Rege Britanniæ ad Chriſtianiſſimum Regem accipitres miſſi, qui non aues tantùm, ſed ſtagnis, ac fluuiis ſuperuolitantes, ex alto delapſi, vncis pedibus ex imo gurgite piſces eruerent, & in ſiccum exportarent, mox herili pugno inſiderent, ab eoque viſcerationem acciperent. Eodem hoc anno in S Martini ſuburbiis Lutetiæ valetudinarium tam luculento opere exſtructum eſt, pomœrij latitudine, marmorum ſcalptura, latere coctili, fornicibus, areis, ſpatiis, vt prætoria Principum arte, & mole ſuperet. Hunc exitum annus milleſimus ſexcenteſimus nonus fecit. *Valetudinarium in S. Martini ſuburbys ſub Ludouici nomine exſtructum.*

⁂

IVLII

IVLII CÆSARIS
BVLENGERI
HISTORIARVM

LIBER TRICESIMVS.

Cõtrouerſia de hæreditate Ducis Iuliacenſis, Cliuenſis, & Bergenſis.

IOANNE Gulielmo Duce Iuliacenſi, Cliuenſi, & Bergenſi, Comite A
Marchiæ, & Rauensburgi, abſque liberis, & certis hæredibus mortuo,
graue bellum de hæreditate exarſiſſe oſtendimus. Septem reperti, qui
inter ſe de hæreditario iure contenderent, Septemuir Brandenburgi-
cus, Comes Palatinus Neoburgicus, Vidua Bipontina, Marchio Bur-
gæus, Septemuir Saxo, Dux Niuernenſis, Comes Mauleurius. Vt ius
cuiuſque appareat, ſtemma gentis à capite ductum delineabimus. Ioan-
nes Dux Cliuenſis, & Marchiæ Comes, è Maria vnica filia Gulielmi Ducis Iuliacenſis, &
Bergenſis, Comitis Rauenspurgi, Gulielmum Ducem Iuliacenſem, Cliuenſem, & Bergen-
ſem, tres filias Sibyllam, quæ nupſit Friderico Duci Saxoniæ anno 1526. Annam, & Ama-
liam, ſuſcepit. Gulielmus filius eius ex Maria Hungariæ regina ſorore Caroli quinti Cæſa-
ris ſuſtulit Ioannem Gulielmum, de cuius hæreditate certatur, Mariam Heleonotam natu B
maximam, quæ nupſit Alberto Friderico Marchioni Brandeburgico, & Duci Boruſſiæ, cu-
ius filiam natu maximam vxorem duxit Sigiſmundus Septemuir Brandeburgicus, qui iure
primogenituræ cæteris in hæreditate prior, & potior eſt. Annam ſecundo natu Philippus
Ludouicus Comes Palatious Neoburgicus nuptiis ſibi aſciuit, vnde natus Volfangus Gu-
lielmus Comes Palatinus Neoburgicus, cuius io hæreditate ius ſecundarium eſt. Tertia
Magdalena nupſit Ioanni Comiti Palatino, & Duci Bipontino, cuius tertio loco ratio ha-
benda eſt. Sibilla natu minima Marchionis Burgæi matrimonium tenuit, qui ius infra alios
habuit. Saxo Septemuir non iure gentili, ſed clientelari Iuliacenſem agrum ſibi vindicabat,
qui nullo hærede mare, ad patronum redierit. Dux Niuernenſis ſibi ſoli gentis Cliuiæ in-
ſignia eſſe defeodebat. Comes Mauleurius ſe ſolum Marchiæ ferebat hæredem, quòd titu-
lum cum inſignibus gentilitiis gereret. Si legibus ageretur, & ius in armis non eſſet, Brande- C
burgicus iure potior fuit, cæteri deteriores. Non ab re fuerit ſi agros illos de quibus certa-
tur ſub oculos ſubiiciamus, & quaſi radio deſcribamus.

Cliuia Veſtphaliæ & Coloniæ Agrippinæ proxima ex aduerſum habet fœderatos Ordi-
nes, Menapios, Comitatum Zutphemium, & cis Rhenum agrum Morſæum, fluuios Rhe-
num, Lippani, Embſeram, Iſelam, qui Transrhenanos agros interſecãt. Cliuienſis agri Prin-
cipes vrbes Veſelium, Rea, Emmeticum, Orſouia, Buricum, Duisburgum, & Dinslacum
Ager Bergenſis trans Rheoum inter Cliuiam, Veſtphaliam, & Agrippinenſem agrum ſitus
eſt, cuius matrix ciuitas Duſſeldorpia. Iuliacenſis ager cis Rhenum, & Moſam finitimus
eſt. Lemburgæis, Agrippinenſibus, Leodienſibus, & fœderaris Belgis. Metropolis eius eſt
Iulia, quam Roëra fluuius alluit, viginti Præfecturis nobilis. Cùm ea hæreditas non iure, ſed
ferro cerneretur anno milleſimo ſexcenteſimo decimo, quinto Idus Ianuar. Principes Bran- D
deoburgicus & Neoburgicus Gleſſam Caſtellum, quod Leopoldus Archidux præſidiis mu-
nierat deditione recipiunt, præſidiarij armis, equis, & ſarcinis ſaluis Iuliam incolumes con-
ceſſere.

Interim Mansfeldius Comes, qui Cæſari & Leopoldo ſacramento dixerat, Sleidanum
inter

A intercipit, in quem Fredericus Solmenſis Comes tumultuarias copias rapit, vrbem tor-
mentis fulminat, ruina facta irrumpit, Manſeldium & triginta præterea nobiles manu
captos cum opima præda Duram trahit. Cæſar vt impetum belli ſiſteret, denuo per ſecia-
lem Brandeburgico & Neoburgico Principibus denuntiat, ab armis diſcedant, & rem Ca-
meræ Cæſareæ iudicio permittant. Illi appellationem opponunt, & in iure quod legibus &
armis nitatur plus præſidij, quàm in Cameræ iudicio eſſe reſpondent. Ritbergus Comes
Cæſaris partes ſequutus, in Marchiæ Comitatu Bilenſeldam inuolat, & præſidio munit. Si-
mon Lippæus Comes Lippam in Veſtphalia ſui iuris facit, & Senatum in ſua verba iurare
cogit, vectigalia excipit, cùm tamen ea vrbs Cliuenſem Ducem Dominum agnoſceret. Di-
ceres canes ad cerui mortui lanienam accurrere, ita omnes ad mortui Ducis exuuias ad-
uolabant.

B Sexto Idus Februarij Leopoldus Calcoſiam non procul Aquiſgrano ſui arbitrij facit, &
præſidio firmat, quod Friderici Solmenſis aduentu oppido cum dedecore pulſum eſt. Mox
Brandenburgicus Bredenbeniam obſidione cingit, & Hiſpanobelgas ab Archiduce ſubſi-
dio miſſos in paludibus interceptos cædit, cuius cladis nuntio Archidux animi æger in Fri-
dericum Solmenſem, & Brandemburgicum impreſſionem facit, cædit, cæditur, vtrinque
multi cadunt, Archidux in caſtra nemoroſa præcipiti curſu recipere ſe cogitur, Principibus
Othonem Solmenſem, Comitem Palantæum, & quadraginta gregarios milites clade illa
infelici ereptos lugentibus, vnde & obſidio ſoluta.

Cùm autem res in neruum erumperent, & tota Germania motibus illis concuteretur,
Halæ Sueuorum à ſociis fœderatis Comitia ſunt habita, quibus centum quadraginta am-
plius Principes delegati, & oratores interfuêre. Adfuit & Boeſiſus Regis Chriſtianiſſimi
C orator, qui Regem ſaluo Cæſaris iure legitimis ac primariis hæredibus auxilium in proxi-
mo habere oſtendit. Rex obſidendæ Iuliæ octo peditum millia, equites bis mille cum tor-
mentis & omni paratu bellico ea lege obtulit, ne quid in auita fide moueretur, Pontifici Ro-
mano ſua iura integra eſſent.

Halæ Sueuorum Comitia à ſociis fœderatis habita.

Hoc ipſo tempore Cæſar Comitia Herbipoli in Franconia cogit, & de conſilij ſententia
copias inſtruit, arma tota Germania conclamantur.

Dum in eo ſunt Matthias Hungariæ Rex ſeptimo Idus Ianuarias Poſonio Viennam re-
uerſus orthodoxos, & ſectarios omnes æquo iure eſſe voluit. Sexto Idus Martias Senatus
Argentinenſis, aucto excubitorum in portis, & ſtationibus numero, quinquaginta ſex tor-
menta ænea ex armamentario in vallum ciuitatis prompta, in propugnaculis commo-
dè locat, quòd in eam prouinciam numeroſæ copiæ ſub Leopoldi ſignis cottidie conflue-
D rent, & agros diriperent, quas Palatini Neoburgici aduentus in fugam dedit.

Inter hæc Præſidiarij Iuliacenſes nocturnis eruptionibus in agrum Bergenſem excurren-
tes populationibus graſſabantur, ditiſſimos quoſque inſidiis interceptos graui ære mulcta-
bant, quibus vt vicem referrent Bergenſes ordines, ſeptem ſcloperariorum millia, mille
quingentos equites conſcribunt, in agrum Iuliacenſem inuolant, & hoſtibus vulnera im-
ponunt. In Colonienſi agro, qui à Cæſaris partibus ſtabant cæſi ſunt. Chriſtianus Prin-
ceps Anhaltinus à Rege Galliæ ſecundùm reuerſus omnia læta referebat. Pragæ Imperij
Comitiis cum Cæſare actum, vt de ſucceſſore proſpiceret. Omnium vota in Regem Galliæ
prona erant, à quo hac fini exercitus conſcriptus, Catalaunum in Campania maiori in dies
numero confluebat. Color delectui Iuliacenſe bellum quæſitus: ſed maiora in occulto mo-
uebantur, ſumma Imperij, quà Germania, & Italia patet, agebatur. Anhaltinus interim
E Nouiomago trans Moſam in Leopoldi Archiducis copias inuadit, eaſque imparatas, nec
opinantes opprimit, Receumum cœnobium opere munitum, quod à quingentis Cæſa-
ris militibus inſeſſum erat, incendio perdit, Henricus Fridericus Naſſauius Berloum
qui Leopoldo Archiduci merebat Brabantiam fuga petentem aſſecutus, delet e fugat.

Octauo Idus Maias Albertus Archidux Namurci dilectum habet, copias vndique col-
ligit, vt aditum Gallis irrumpentibus obſtruat. Sed robore impar Ordines Dſſeldorpij,
& Dusbergæ Comitia agentes rogat, vt ditionis ſuæ agris conſulatur, ſe eo anno eſſe vt
otium colat, vim abſtineat, tranſitum per agros ſuas aperiat; modò iniuria temperetur.
Præfectus Rheinbergenſis ad eaſdem preces deſcendit, nauigiis iter liberum, ac inoffen-
ſum ſpondet, Leopoldus abrupta ſpe Principes de pacis rationibus appellat.

Albertus Archidux Gallis in Germania iter obſtruere cogitat.

Dum in eo ſunt, & induciis in Belgio pactis Archidux titulo Comitis Holland. & Ze-
F landiæ, Domini Friſiæ deiici ſe non patitur, quanquam eos populos liberos pronuntia-
rat, & omne ius, ac imperium in eas prouincias eiurarat, multę ſtatim controuerſiæ exortæ
ſunt, quibus ſopiendis ſeptimo Idus Ianuarias in has leges conuentum eſt. Ante omnia, vt
fœde

fœderatis populis eadem priuilegia ſint, quæ Anglis. Deinde, vt fœderatis apud Hiſpano- A
belgas locus ſepulturæ honeſtus non inuideatur. Tertiò, ne quis à mercatoribus extra limi-
tes vectigal terra mariq́; exigat. Quartò, vtriſque omnia priuilegia de tributis eo loco ſint,
quo ante bellum fuerant. Quintò, quæ commerciis liberis impedimento eſſe poſſint remo-
ueantur. Sextò, quiſque poſtliminio in integrum reſtituatur. Septimò, venditiones bonorum
fiſco addictorum ab induciatum publicatione factæ pro inualidis habeantur. Octauò Do-
mini arces reſtitutas, vel reſtituendas maiori præſidio non prægrauent. Nonò, odio belli fa-
ctæ exhæredationes nullæ ſint. Et cætera talia quæ fœderibus adſcribi amant.

Diguierius equitū magiſter creatur.

Ineunte anno in Gallia cùm Ornanus magiſter equitum (Alphonſus Corſa olim fuit) vir
ſtrenuus, & Catholicæ fidei tenax ſectione veſicæ ob calculum diem ſuum obiiſſet, Diguie-
rius in locum eius ſuffectus magiſter equitum renuntiatus eſt. Arma tum vbique ſtride-
bant, Galatiſius legionis præfectus ad Heluetios miſſus, ſex millia Heluetiorum Nonis A- B
prilis in Franciam rapuit. Diguierius in Delphinatum magnis itineribus reuerſus, cum Du-
ce Allobrogum occulta conſilia miſcuit, quibus ipſe in partes Regis Galliæ traheretur. Lu-
tetiæ ex prætorio Decurionum tormenta maiora quinquaginta, cum puluere ſulphureo,
pilis ferreis, & reliquo bellico paratu Catalaunum ad Matronā fluuium deducta ſunt. Claſ-
ſicum cecinit per omnes Galliæ prouincias, pedites, equites, in armis accurrere, equi trahen-
dis machinis, foſſores, plauſtra in Campaniam tendere, omnia belli ſtrepitu fremere.

Inauguratio Reginæ Galliæ.

Inter hæc Reginæ Galliæ inauguratio adornatur, & in tertium Idus Maias reiicitur.
Quarto Idus Regina fano S. Dionyſij ſplendido comitatu ſuccedit, vbi Regem magna ſce-
na incedentem excipit, & prono vultu ſalutat. Poſtridie ritus hic inaugurationis fuit. Erat
in ſinu ædis ſacræ cœnobij S. Dionyſij, ex aduerſum aræ, pegma pedes nouem altum, longè
lateque patens, quo per ſcalaria aſcenſus erat, in medio pulpitum ſublimius fuit, ſerico C
panno ſtratum, vbi ſella liliato ſtragulo acu picto tecta, hinc inde tabulata erant, vnde
Principes, equites torquati, cæterique proceres ſpectarent: ad læuam pulpitum, Attalico
ſtragulo auro intertexto, vbi Gondius, Surdiſius, & Perronius Cardinales conſiderent: ponè
ſedebant antiſtites, inaugurationis, & ſacræ liturgiæ miniſtri. Proximè altare menſa fuit,
belluato Babylonico inſignis, in qua diadema, ſceptrum, faſces iuſtitiæ, & annulus. Ad
dextram cathedra ſerico purpureo, & auro textili fulgens, quæ Ioiuſæ Cardinali ſacris ope-
ranti poſita erat: ponè abacus vbi cera, panis, vinum, & alia ſacrificij ritibus opportuna, in-
ferior area ſericis coccinis auro intextis ſtrata erat.

Tertio Idus Maias, qui dies inaugurationi dictus, tota Lutetia ſedibus ſuis conuelli vi-
ſa eſt, vt in Sancti Dionyſij fanum irrumperet, & ſolennibus intereſſet, Rege ſuum cuique
munus indicente, & vt erat operoſus, & ingenio ſolers omnia in ordinem digerente. In- D
terim Regina in lattario ſuo regia chlamyde, purpurea cyclade floribus liliaris interſtincta
fulgens, galericulo gemmis, adamantibus, pyropis, carbunculis, & ſmaragdis radiante,
Delphino latus eius tegente, Margarita Valeſia ſpectante, Principibus, & aulicis præſenti-
bus, Cardinalibus purpuratis bene precantibus, nobilitate fauſtis acclamationibus proſe-
quente, fœminis primæ nobilitatis, Condæa, Contia, Montiſpenſeria, pluribuſq́; aliis fim-
brias regiæ veſtis attollentibus in ſacrarium init, vbi in genua prouoluta precibus defun-
gitur, & à Ioiuſa Cardinali fauſta omnia precante in primori fronte inuncta, inaugurata,
annulum regium ab eodem accipit, corona induitur, ſceptro inſignitur, tum ſacris miſſæ
ſolennibus precedentibus, oſculo pacis conſecratur, Corpori Chriſti Domini per ſacram
ſynaxim communicat, qua mox ex æde ſacra excedente aurei, argenteique nummi veteri
more, miſſilia ſparguntur. Rex magna pompa prætereunti plauſum commodat, & Domi- E
nam regiis epulis excipit.

A meridie vergente iam die turbatum aliquid inter Hiſpanum, & Venetum oratores in-
terceſſiſſe audit, iurgia componit, & reditum in Luparam exornat. Monitus erat crebris
denuntiationibus eam ſibi diem feralem eſſe, inter ſuos domi ſe contineret, non in publi-
cum ſe daret, inauſpicatum diem abire pateretur. Matheſin rideant, quibus cordi eſt: hoc
ſcio, qua die Henricus III. in S. Clodoaldi ſuburbano contrucidatus eſt, priùs quàm gladio
confoderetur, aliquot ante horis me Lutetiæ ex viris magnæ auctoritatis audiſſe, illo die
Regi exitium certiſſimum eſſe paratum. Hoc ſcio, qua die Henricus quartus à nefario ne-
bulone cæſus eſt, non ab vno, ſed à pleriſque ipſi Regi cædem denunciatam, quod ille vt
erat periculi ſpretor, & de fato ſecutus, non aſſis fecit; & periit. In Regis capite totius regni
fortuna vertitur, nunquā inſignis aliqua calamitas homines atterit, quam Deus ante oſten- F
tis non ſignificet. Tot portenta in Gallia, tot acies in aere viſæ, de clade hac nos præmonue-
rant. Miſſi ad Regem è Germania libelli, quibus hæc dies feralis portendebatur.

Cùm

A Cùm igitur Lutetiæ tota vrbe lætitia & feſtiuitas agitaretur, ſole iam in veſperam pro-
no, Rex in currum Eſpernonio, Monbazonio, Rochlaureo, & aliis tribus aſſidentibus
luſtrandæ vrbi inſilit, quem Franciſcus quidam Rauaillacius inauſpicati nominis parrici-
da properantem inſequitur, & obuiis carrucis regio curru conſiſtente in angiportu quà fle-
ctitur ad ſacram Innocentium ædem interceptum occupat, & reperito ictu cultello, con-
fodit, vulnere ad cordis auriculam adacto, qui tam properus feriendi fuit, vt ſi gladium
abieciſſet, parricida in turba latere potuerit. Proceres tamen è curru deſiliunt, cùm Regi
vox fluxu ſanguinis prærepta eſſet, parricidam comprehendunt, alij occluſis rhedæ ſpe-
cularibus Regem in aulam referunt, aduolat Regina neſcia ſui, quam ad ſummæ rei cogi-
tationem, & neceſſaria in ſubitis Conſilia Cancellarius vocat, Ludouicus XIII. filius
natu maior regni hæres in tuto ponitur, donec turbæ conſileſcant, Guiſius, & Eſperno-
B nius de Conſilij ſententia compita, & vicos vrbis percurrentes, Regem ſaucium tantùm
eſſe paſſim ſignificant. Vitrius in noui Regis cuſtodia excubat. Interim varius de parrici-
dio rumor ſpargitur, alij ex ipſa aula, & intimis regni prodiiſſe, quidam à Bironij factio-
ne, nonulli ex Cæſaris, & Hiſpaniæ Regis officina manaſſe dictitabant. Curiæ Pariſien-
ſis decreto Maria Medices Henrici IIII. vidua, donec ex ephebis Delphinus ſucceſſor
exierit, faſces cum imperio accipit, & Vicaria Regi ſubſtituitur, Principes ac proce-
res in Ludouici XIII. verba iurant. Poſtridie Rex magno antiſtitum, & procerum
comitatu in maius Curiæ auditorium ſubit, & omnes hoc ordine ſellis diſpoſitis con-
ſident.

Henricus IV. à parricida gladio confoditur.

Rex Ludouicus XIII. in Curia ſua auguſtiſſima, à dextra proximè Regem, interme-
dio tamen vacuo loco, Regina mater, infra Contyus Princeps, Anguienus Comes, & alij
C pro genere, & loco, à ſiniſtra Cardinales & epiſcopi, qui cùm ſuo quiſque loco conſediſ-
ſent, Rex, Regina, Cancellarius, verba apud proceres faciunt, & ſolemnia regni obeunt,
Reginæ matri vicarios regni faſces conferunt, obſequium Regi, & fidem vouent, redeun-
tem populus fauſtis acclamationibus proſequitur. Henricus IIII. multoties inſidiis appe-
titus Rauaillacij gladio tandem ſuccubuit.

Ludouicus XIII. patris hæres in regno renuntiatur.

Anno 1584. è Belgio Miſchæus quidam ſignifer miſſus, qui eum Galliæ regni candi-
datum interimeret. Anno 1589. Rugemondus Feuillantij iunioris ope, regi necem con-
ſciſcere conatus, Turonibus parricidij damnatus eſt. Anno 1593. Petrus Barrierus in me-
ditatæ cædis conſilio deprehenſus Meloduni capite luit. Anno 1594. Ioanni Caſtello Lu-
tetiæ nefarius conatus capite ſtetit. Annn 1597. Daueſnius Belga, & ſeruus à pedibus
parricidij comperti Lutetiæ ad Sequanæ arenas in rotam acti ſunt. Tandem poſt multas
D petitiones Rauaillacij ferro, incertum quo auctore, dies aperiet, animam inſontem, immor-
tali æuo hic apud nos dignam, magno bonorum omnium luctu, tacita nequam homi-
num lætitia dedit. Condæus Princeps, & Comes Sueſſionenſis Regis gentiles aula tum ab-
erant, alter Mediolano literis ad matrem è Regis nece dolorem ſuum teſtatus eſt, alter triſti
nuntio decubuit.

Interim Rauaillacius legibus interrogatus reſpondit, ſe ad id conſilium adductum,
quòd Rex cum ſectariis mitiùs ageret, tum ſomniorum fabulis, & viſorum, audientibus
ira illuſit, vt tamen Albignium quendam Ieſuitam oneraret, cui cultellum corde, & cruce
ſignatum oſtenderit, addideritq́;, cor Regis eo eſſe feriendum. Multos dies inanibus re-
ſponſis quæſitores diſtinuit. Quid in arcano dixerit paucis gnarum. Hoc ſcio, nebulo-
nem fuiſſe, quem Rex falſi damnatum, & homicidij compertum furcæ pridem exemerat,
E mœchum, ganeonem, virginum corruptorem, aleatorem, hominem nauci, qui ſe viſis, &
intempetiis ad facinus patrandum ſtimulari diceret. Rex ab Ornano equitum magiſtro, à
Luſitano S. Franciſci Ordinis ſodali, ſacras conciones è ſuggeſtu habente, à nobili Aqui-
tano, ab ipſa Regina thori conſorte ſomnio territa, monitus vt conſilia in melius referret,
& expeditionis Germanicæ conſilium abiiceret, Rhoſnio ſomnia, oracula, hortamenta, vt
eſt ſubleſtæ fidei, eleuante, obſtruit, & in conſilio perſeuerauit.

Rauaillacius legibus interrogatur.

Interim cùm à parricida nihil aliud per tormenta poſſet exprimi, quàm ſe orthodoxæ
fidei ſtudio, & Reip. Chriſtianæ bono, nemine inſtigante facinus patraſſe, ſexto Kalend.
Iunias diuinæ, & humanæ maieſtatis damnatus, plauſtro ante Principem ædem ſanctiſſi-
mæ Dei Parenti ſacram, interula candida corpore recto, cætera nudus traductus, parrici-
dium confitetur, & à Deo, Rege, Curia veniam depoſcit, tum ad arenas Sequanæ (Gre-
F uam vocant) tractus publico ſpectaculo pegmati imponitur, flammis ſulphureis dextro
brachio quo ſicam tenebat admotis, exclamat, *Ieſus Maria:* tum candentibus forcipibus
mammillæ, brachia, crura, femora, pulpæ omnes inuſtæ vellicantur, in vulnera inuſta

oleum feruens, plumbum, pix, cera, ſulphur liquida inſtillätur. Inter hos cruciatus ab actuario monitus, vt conſcios ederet, *Ego*, inquit, *meditati ſceleris ſolus auctor ſum, in me vnum ſaba cudatur.* Carnifex quatuor equos, quibus in diuerſa nitentibus diſtrahebatur, vt diuturniori cruciatui ſufficeret, interquieſcere cogit, parricida, vt erat membris validus, deartuari non potuit, plebecula in cadauer ſæuiit, quod lacerum, conuulſum, diſtractum, & ante priuatorum ædes paſſim vſtulatum eſt. Quidam cor eius, & carnes dentibus appetierunt. A

Sorbonicorũ Theologorũ decretum de parricidis. Sorbonici Theologiæ doctores frequenti conſeſſu re magnis contentionibus in vtramque partem agitata, quod anno 1413. Idibus Decembris decreuerant, & Conſtantienſis cõcilij auctoritate probatum erat, iterum decernunt, Regum ac Principum capita ſacroſancta eſſe, nulla vel priuati, vel publici boni ſpecie ea violari ius eſſe, in quod decretum omnes iurant, & cæteros qui doctorum laurea donarentur idem ſacramentum adacturos ſpondent. B

Mariana liber crematur. Mox Curiæ Pariſienſis conſulto Iohannis Marianæ de Rege, & Regis inſtitutione liber, Moguntiæ ad Rheni, Mœnique confluenta editus, quo reges per cauſam religionis à quouis iure occidi poſſe defenditur, in veſtibulo Principis eccleſiæ carnificis manu publico rogo crematur. Id temporis Stempano cuidam nobili vox ſuper ea re petulantior per iugulum rediit.

Edictũ pacificationis Ludouici XIII. Ludouicus XIII. pacificationis edictum vndecimo Kal. Iunias inſtaurat, & libera ſectæ miniſteria eſſe vult. Alio edicto omnes ab armis diſcedere, & otium colere, perduelles ſi qui arces & caſtella per vim inuolarint, aut præſidio firmarint, ea in integrum reſtituere iubet.

Cor Regis Flexiã defertur. Sub id Cor Regis Chriſtianiſſimi Flexiam Andegauẽſis agri municipium delatum, quod Rex ipſe olim vouerat, in æde ſodalium Ieſuitarum conditum eſt. Henrici III. Galliæ Regis corpus Compignio in S. Dionyſij fanum celebri pompa deportatum, & in auito Mauſolæo depoſitum. C

Funus Henrici IV. Henrici IIII. corpus aromatis conditum in plumbeo feretro locatum eſt, quod aulæo ſerico pullato, cruce alba decuſſata inſigni ſtratum erat. Feretrum id in arce Luparæ in decimum octauum diem ſeruatum eſt, vtrinque binæ aræ exſtructæ erant, vbi plures cottidie ſacerdotes ſanctiſſimum miſſæ ſacrificium demerendo Deo, expiandæ Regis animæ, celebrabant. Vtrinque binæ ſellæ ſerico pullo luctuoſæ, & ſubſellium aureo panno Attalico pullatũ, qui locus purpuratis Cardinalibus Epiſcopis, & ſupplicũ libellorum magiſtris aſſignatus erat. Paulò infra ſubſellium aliud vbi religioſi Ordinis Patres aſſidentes pſalmos Dauidicos canerent, & mortuales preces facerent. Aliæ fuere ſellæ anthracino ſerico ſtratæ quibus gentiles principes ſederent. Tum atrata ſubſellia nobilitati, alia ſedilia pullata cubiculariis, & officiis aulicis. Ad feretri pedes ſcamnum auro textili obductum, atque in eo crux aurea, & amula, vt luſtrali aqua aſpergeretur. Vtrinque duo funalia, bina ſcamna, plures cerei, aquiminarium piacularis aquæ, cum aſpergillo. Quid plura? funus ductum, quale nulli antea Galliæ Regi. Tota Gallia parentalia facta, laudationes in funere recitatæ. D

Angliæ Rex veneno tentatur. Id temporis vita Angliæ Regis, pomis veneno infectis à nebulone quodam irrito ſucceſſu tentata eſt. XII. Kalend. Iunias ad Argentinam Leopoldi copiæ à Principibus fœderatis cæſæ ſunt. Iterum ad fanum Sancti Arbogaſti, tum ad Motſigium, & Rosheimium deletæ.

Poſtridie Kal. Iunias Dachſteinium corona cinctum eſt, & tormentis pulſatum. Cùm Principes ruina facta vim pararent, III. Nonas Iunias deditio æquis conditionibus facta, præſidiatij ſarcinis ſaluis exceſſere. Tum Motſiga oppidum vi capta, & direpta eſt. Molſisheimium obſeſſum, vbi Otho Solmenſis Comes cæſus eſt, oppidum deditione receptum, Haganoæ deprecante Lotharingiæ Duce de pacis rationibus actum irrito ſucceſſu. III. Non. Iunij ad Principes orator à Regina Galliæ miſſus, quibus auxilia quæ Henricus IIII. ſpoponderat in proximo eſſe ſignificauit, quo nuncio erecti Principes propoſitum vrgent, oppida paſſim recipiunt, Leopoldi copias fugant. E

Solmenſis Comes in bello cadit.

Perſidis oratores Cæſari munera offerunt. Pridie Kalend. Iunias Regis Perſidis oratores Pragam magnifico paratu excepti, Cæſari topaſium eximiæ magnitudinis, crucem auream Hieroſolymis aduectam gemmis inſignem muneri obtulerunt, inter quæ ſuccinum albi & viridis coloris, viſenda ſpecie, Mariæ virginis infantem in vlnis geſtantis effigie inſigne, quę ſine manu hominis naturæ opificio expreſſa erat, cultros duos Damaſceni operis vndulatos, capulis ex iaſpide, vaginis auro, carbunculis, adamantibus conſpicuis donarunt, lignum Indicum purgando ſtomacho & corporis viribus inſtaurandis opportunum, fel Pelicani pleuritidi, apoplexiæ, febri, F

A bri, præſentiſſimum remedium, topaſium album nullis venulis intercurrentibus, oui anſeris magnitudine, topaſium violaceum tam capax vt poculum ex eo formari poſſet, amethyſtum nullis venulis interciſum, oui gallinæ magnitudine, arcum Perſicum ex meris Camelorum venis contextum, adamantem eximia magnitudine rude naturæ opus nullo artificio expolitum, aliquot Rhabarbari optimi fruſta, lapidem planum albicantem, qui è collo ſuſpenſus Peſtis amuletum eſt. Topaſium flauum nullis venis interſtinctum, oui columbę magnitudine, monile tribus ex oriente vnionibus, tribus adamantibus, & tribus carbunculis inſigne, cuius indicatura triginta millia Ioachimorum ſuperauit, & cornu ſerpentis medicæ virtutis.

Angliæ Rex cũ Ludouico XIII. fœdus inſtaurat.

Sub id Angliæ vulgato vulgato Regis Galliæ parricidio Ieſuitas omnes, & alios ſacerdotes orthodoxos edicto Anglia exegit. Miſſo in Galliam oratore cum Ludouico X I I I. fœ-
B dus inſtaurauit, indigenis Catholicæ eccleſiæ cultoribus arma eripuit, & ſubditos omnes in ſua verba per prouincias, vrbes, pagos ſacramentum adegit.

Interim Perſa Babylonicam prouinciam ferro & incendiis vaſtat, Naſuffum Baſſam iuſto prœlio cædit, Sultanus Alepcuſem Baſſam Byſantium per ſpeciem honoris illectum ſecuri ferit.

Tertio Nonas Iunij quinque Melitenſium triremes, cùm in ſex Turcicas incidiſſent, pugna in ſeptem horas extracta triremes duas vi ceperunt, remigibus victoriam adiuuantibus, reliquas crebra iaculatione confractas in fugam ſe dare coegerunt.

Effigies Henrici IV. cum luctu & pōpa erigitur.

Supra oſtendimus Regis Galliæ feretrum duodeuiginti dies in arce Lupara repoſitum ſacerdotibus iuſta facientibus, & officia Deum curantia obeuntibus: quibus exactis idem feretrum ingenti ſcena, magno paratu, in maius cubiculum aulæis auro textis ſtratum de-
C fertur, & in ſublime pegma ſericis ſtragulis violaceis inſigne liliis aureis fulgurans attollitur, tum puluinar byſſo Bataua, & belluatis acu pictis obducitur, in qua locata Regis effigies veſtibus byſſinis Batauis, & ſericis purpureis proximè ad verum expreſſa, cum tunica cærulea auro liliata, & chlamyde regia purpurea aureis liliis frequentibus. E ſimulacri collo crux aurea ordinis S. Spiritus equitum inſigne ſuſpenſa erat, caput vitta coccinea gemmis inſigni pro diademate einctum, tibiis inductæ ocreæ ſericæ purpureæ liliis auro textili fulgentibus, dextra ſceptrum, læua iuſtitiæ faſces tenuit, vtrinque binæ aræ auro textili velatæ, & plures aliæ albis linteis candidæ ad ſacros ſacrificij ritus, tum ſellæ, & ſubſellia bombycinis aulæis, aquiminale, aſpergilla, quibus aqua piacularis ſpargeretur. Arx paſſim atratis parietibus lugebat. In pegmate ad puluinar denſi cerei, in medio pegmate Regis corpus anthracino conopeo velatum, proximè ſericum niueum decuſſatum, in quo Fran-
D ciæ & Nauarræ inſignia, deſuper aurum textile liliatum. Decimo Kalend. Iunias, & diebus ſequentibus tota vrbe per eccleſias campanæ ſonuerunt, omnia templorom adyta inferiis gemuerunt, paſſim iuſticium fuit, tabernę clauſę, domus mœſtę, incompta militum ſigna, verſi faſces, dies modò per ſilentium vaſtus, modò ploratibus inquies. Sed ſatis luctui datum, lætiora videamus.

Condæus Princeps à Ludouico XIII. reuocatus Lutetiam redit.

Princeps Condæus, quem Mediolanum Henrici I I I I. Galliæ Regis metu abiiſſe diximus, à Ludouico X I I I. reuocatus Lutetiam redit, & Regi obſequium iuratus ſpondet. Pennichonius quidam Angoliſmenſis, qui Palatina cuſtodia vinctus Lutetiæ tenebatur, cùm facultatibus omnibus alea exhauſtus ludo ſe temperaturum inpoſterum iureiurando firmaſſet, & nulla ſacramenti religione deterritus ipſe luderet, & alios ad ludum inuitaret, dum chartas in pileum condit, ac inſpicit Deo periurium vindicante ſubitò exanimis
E cadit.

Id temporis Iarrigius Pictauus, & Cheſbobinus Scotus agri Pictonici vetus incola, & filius eius Campomartinus, qui Pictauienſes ad defectionem trahere conati erant, ad laqueũ damnati ſunt.

Puer cũ ſica Regi inſidias tendẽs deprehẽſus.

Exeunte Iunio Pariſiis in ſphæriſterio, puer inueſtis, & vix pubes cum ſica deprehenſus eſt, qui Regis Ludouici X I I I. vitę inſidiaretur. Is in carcerem miſſus Regis benignitate ad meliorem mentem adductus eſt. Ætati gratia parricidij facta eſt.

XI. Kal. Iulias eques quidam qui Viennæ Iudęam mulierem oppoſito pignore ingenti pecunia interuerterat, & vt pignus reciperet mulierculam gladio confoderat, Pragæ re comperta comprehenſus, in tota membratim comminutus eſt. Ibidem prædator quidam ex eorum cohorte qui noctu obuios pallio derexunt, aut inumbrante veſpera, laqueo inpedi-
F tos, exuunt, ac contrucidant, in facinore deprehenſus, candentibus forcipibus in vtroque brachio, & mammillis ſemel atque iterum vſtulatus, eliſis ferreo ſcorpione cruribus, & corrigiis ex corpore vulſis, in quatuor membra viuus diſſectus eſt. His ſæuitiæ exemplis deſpe-

ratorum hominum audacia in omne ſcelus proiecta caſtiganda eſt. A

Argentinẽſis diœceſis latrocinius infeſtatur.

Id temporis Molſheimo vi capto in diœceſi Argentinẽſi itinera tam infeſta facta ſunt,
vt omnia latrociniis ac cædibus funeſta eſſent. Interim præſidiatij Iuliacenſem arcem pro-
pugnaculis muniunt,& aggeres lunatos pluribus locis ducunt, in quibus maximum præſi-
dium eſt, quod ex vtroque cornu ſubeuntes ſclopis incurſant Comitis Ritbergenſis mili-
tes facta in Comitatum Marchiæ irruptione pagos aliquot igne deformant, quos præſidia-
riæ Duſſeldorpij copiæ finibus ſuis exigunt, & Colonienſes agros irruptionibus infeſtant.
Erat res latrocinio quàm bello propior, donec Chriſtianus Anhaltinus princeps numeroſo
exercitu Iuliacum corona cingit, Colonienſibus vt ab armis diſcedant, niſi vim experiri
velint, imperat.

Octauo Kal. Aug. Mauricius validis copiis firmus Duſſeldorpium init, vbi Galliæ, An-
gliæque regum oratoribus ſalutatis,dum caſtra mouentur plauſtra duo tormentario pulue- B
re onuſta tanta clade ignem concipiunt, vt ſeptuaginta milites laniati ſint, Mauricius ipſe
periculum obierit,qui coniunctis cum Brandemburgico,Neoburgico,& Anhaltino princi-
pibus copiis incolumis ad Iuliacum caſtra ponit,foſſas ducit,aggeres ad mœnia promouet,
ſtationes vndique vallo munit,Guilielmum Naſſouium Comitem intercludendo Hiſpanis
itineri ad Schencij caſtrum cum delecta Friſiorum manu mittit, & magni, ac belli ſcientis
ducis vbique partes implet. Ei ſumma obſidionis credita.

Is cùm Iuliacenſem arcem ex altera parte ſolido ſaxo,ex altera frequentibus palis impo-
ſitam,cuniculis impenetrabilem cerneret,quarto Idus Auguſti repentina irruptione propu-
gnaculum munitiſſimum inſilit,& capit. Poſtridie Idus ruina tormentis facta munimentum
alterum hoſtibus extorquet,tum fortuita materia foſſis expletis cuniculos agit,& mœnibus
latè hiantibus vim parat, quam hoſtes deprecati deditionem faciunt, armis & ſarcinis ſal- C
uis excedunt, oppidanis Religionis Catholicæ, quod olim cum Rege Galliæ conuenerat,
libertas relicta. Mauricius re bene geſta cum ſuis Hagam Comitis ſe recipit. Poſtridie Idus
Iulij ad Neoſtadium tempeſtate exorta,grando vulgaris oui magnitudine,tanta copia effu-
ſa eſt,vt greges armenta homines paſſim in agris opprimerentur,arbores conuellerentur,ſe-
getes,ac vites labefactæ perirent.

Poloni magni Moſchouiæ Ducis Suſcij copias delent.

Sub id Poloni in Smolenſcij obſidione multi erant, munimẽta cuniculis. & ferreis globis
exſcindebant, qui per exploratores cognito magni Moſchouiæ Ducis Suſcij aduentu, ob-
uiam pergunt,ſigna conferunt, copias eius delent. Cuius iniuriæ dolore accenſi Moſchi
Suſcio Duce,in Lituaniam excurrunt,Vilnam prouinciæ Principem vrbem inter colles, ad
Vilnæ & Viliæ fluuiorum confluenta igne graui afficiunt,quo incendio arx,& quater mille
amplius ſeptingentę ædes toto biduo deflagrarunt. Regina Poloniæ cito nauigio vix incen- D
dio ſe ſubducere potuit.

Pax inter Argentinẽſes & inferioris Alſatiæ nobilitatem.

Inter hæc in diœceſi Argentinenſi cùm excurſionibus,populationibus, & militum rapi-
nis magna vbiquè vaſtitas eſſet, Dux Lotharingię vir pacis amans,conſilio validus,& Ioan-
nes Reinhardus Hanouienſis Comes cum Argentinæ legatis, & inferioris Alſatiæ nobi-
litate id egerunt, vt inſtituto Villeſtadij conuentu,pax coaleſceret,vtrinque ab armis diſce-
deretur,fœderati Principes vim abſtinerent, captiui vtrinque ſine pretio in integrum reſti-
tuerẽtur,amicitiam omnes colerent, Luxheimium,& res raptæ Principibus redhiberentur,
damna ſi qua illata eſſent ſarcirentur.

Rudolphus Cæſar & Matthias pacẽ ineunt.

Eodem tempore Rudolphus Cæſar, & Matthias praua certamina communi vtilitate
aboleuerunt,Cæſari honor habitus,ſummũ ius in Regno Bohemię,& Marchionatu Mora-
uiæ datum,Matthias genibus minor veniam petiit,& obtinuit. Colonię conuentus Cęſaris E
mandato habiti,quibus Iuliacenſe negotium componeretur. Quæ ratio Principibus Bran-
deburgico,& Neoburgico de iure ſuo nihil remittentibus parum ex ſententia Cęſaris pro-
ceſſit. Regis Galliæ legati, quibus in conuentu ſeſſio fuerat, has pacificationis leges poſue-
runt,vt ab armis vtrinq; diſcederetur,fœderati Principes parta poſſeſſione vterentur, frue-
rentur, ſummum rei iudicium Galliæ, Britanniæq; Regibus, & fœderatis Ordinibus ab al-
tera parte, Regi Hiſpaniæ & Archiduci ab altera permitterentur,quę ratio cùm minùs pro-
baretur re infecta conuentus dimiſſus eſt.

Coſmi magni Hetruriæ Ducis victoria in Turcos.

Idibus Auguſti Coſmi Magni Hetruriæ Ducis triremes è Liborneo portu Inguertando
maris præfecto profectæ, non longè ab Algerij propugnaculo nauem Turcicam diripiunt,
vinctos Chriſtianos liberant, præda onuſti poſtridie ad Biſertam Africæ vrbem nocte in-
tempeſta exſcenſionem faciunt, ſcalas mœnibus admouent, crepitaculis portas diſrum- F
punt, aditu aperto irrumpunt, vrbem populantur, Moſqueam in quam plerique refuge-
rant ferro & incendio perdunt. Inde opulenta præda onuſti,in Sinu,cui Malæ fœminæ no-

nien

A men eſt, nauim frumento onuſtam vi capiunt, quam militum præſidio munitam Libornum amittunt. Victoria feroces Algerium flectunt, & triremim Turcicam expugnant, tum proximè Sardiniam in binas triremes Biſertanas vim faciunt, quarum altera capta, vinctos vinculis expediunt, Turcos centum, & viginti manu captos vinculis onerant, aut remis affigunt.

Poetrincurtius in Canadam vela facit.

Hoc eodem anno Poetrincurtius mandato Regis in Canadam vela fecit, barbaros ab immani, feraq́; vita abductos Catholicæ fidei ritibus imbuit, Magnum Sagamum barbarorum Regem cum vxore, liberis, & tota familia ritu gentili eiurato, ſacro fonte abluit.

XI. Kal. Auguſti Comes Fontanus è Guſmannorum familia Mediolani præfectus, vir belli ſciens, anno ætatis octogeſimo quinto diem ſuum obiit, in cuius locum Ioannes Velaſquius Caſtiliæ Conneſtabulus, militiæ magiſter, moderato vir ingenio ſuffectus eſt.

B Ineunte vere Freſnyus Canayus Præſes, vir ingenij & ſtudiorum ingens, multis legationibus honorificè defunctus, eiurata ſecta felix in cœlum ex hoc ergaſtulo euolauit.

Ludouicus XIII. Rhemis inauguratur.

Inter hæc Regina nouo Regi filio ſuo Ludouico XIII. ius regni ſartum, tectum eſſe cupiens, Regis inaugurationem exornat, & regia inſignia quæ in fano S. Dionyſij aſſeruantur, Rhemos deportanda curat. Rex Kal. Septembr. itineri ſe accingit, Idibus Rhemos ſolemni pompa ingreditur, Magiſtratus ad portas Regem aduentitiis orationibus excipiunt, puella ſcitula bijugo curru vecta claues vrbis aduentanti offert, quibus acceptis ſub conopeum ſubit, à quatuor decurionibus geſtatum, & ad principem eccleſiam deducitur: vt in prodromum templi ventum eſt, Rex equo deſilit, & præeunte clero in adyta ſuccedit, vbi pijs ſacerdotum precibus conſecratus eſt. Adyta ipſa auro laqueata, ſericis aulæis auro intextis inſignia erant, ſella pannis Attalicis ſtratæ, ſolium ſublime peristromatis liliatis, quo C non niſi per ſcalaria aditus erat. Ponè Regem, Magiſtro militiæ, magiſtris equitum, Cancellario, cæteriſq; aulæ proceribus ſubſellia poſita; purpuratis Cardinalibus, antiſtibus, & cæteris ſacri ordinis viris ſuus locus attributus, pulpitum ſymphoniacis & lyricinibus ornatum eſt, & cætera talia ſine quibus inauguratio non procedit. Reginæ matri proximè Regem ſua ſella fuit, qua nulla vnquam mortalium tam difficili tempore, ineúntis regni auſpiciis moderatior, aut prudentior fœmina fuit. Pericula, opinor, ambiguus rerum ſtatus, & ſtabiliendi regni ſtudium, eam matri mentem injiciebant. Nihil ipſa per ſe, vt morem animo gereret, ſed omnia conſulto agebat. Sanctioris concilij proceres dictata dabant, & eorum iudicio res omnes, rationesque ſtabant.

Sacra ampulla.

Decimo ſexto Kal. Nouembris, Sacra ampulla quam cœlo delapſam volunt, & moriente Rege exinaniri, reuiuiſcente repleri aiunt, ex adyto S. Remigij promitur. Laudunenſis epi-D ſcopus cellam vbi Rex occluſis foribus morabatur terno ictu pulſat, Duce Eigulonio ſacri cubiculi præfecto rogante, Quid poſcis? illo reſpondente Ludouicum XIII. Henrici Magni filium, ſubiungit cubiculi præfectus, Quieſcit. Iterum & tertiò fores pulſat epiſcopus cum iiſdem verbis, ſeq; Ludouicum XIII. diuinitus Regem datum acceſſere ait, foribuſq; recluſis, epiſcopus in cellam admittitur, & Regem regio cultu, interula ex byſſo Batauа ad inaugurationis ritum probe texta in lecto iacentem conſpicit, quem iam exuere ſomnum, & vigilare iuſſum, vt regni negotiis par ſit, & gregem ſedulò paſcat, in ædem ſacram ſolenni ritu, proceribus viam præeuntibus ducit. Sequuti tubicines feciales, torquati equites, domeſtici protectores. Caſtreus equitum magiſter, militiæ magiſtri loco nudum enſem præferebat, ponè Regem ſolus Nicolaus Brulartius Sillerius Cancellarius togatus, & purpuratus, ſequebatur, dehinc Lauerdinus equitum magiſter, Palatio præfecti vice baculum ge-E ſtans, ad dextram Eigulonius ſacri cubiculi præfectus, ad læuam Bellogardius magnus armiger, vt ad portam ſacram ventum eſt, Clerus ſubſiſtit, & epiſcopus Bellouacenſis oratione accurata Regem affatur, qui mox à Laudunenſi, & Catalaunenſi epiſcopis ad altare deductus, Ioiiſij Cardinalis precibus conſecratur: tum in ſella auro, ac ſerico fulgenti, locatus, Prætorianis cohortibus hinc inde ſtipantibus. Inde per quatuor proceres ex æde S. Remigij Sacra ampulla acceſſitur, viæ aulæis ſtratæ erant, decuriones cereos præferebant, S. Remigij cœnobiarcha aſturcone candido Sacram ampullam ferebat, vraniſco inumbrante, quem quatuor monachi linteati ſuſtinerent. Ioiiſius, epiſcopi, ſacri ſodales, & Symphoniaci obuiam facti Sacram ampullam accipiunt, & apud Notarium Abbati reſtituturos ſe cauent, poſt preces à Ioiiſio factas in adytum itur, & omnibus venerantibus ampulla in altari locatur. Tum Rex apud Ioiiſium, & epiſcopos iuratus ſpondet in fide orthodoxa Catho-F lica ſe piè ac religioſè perſeueraturum, eccleſiæ iura, Cleri priuilegia illæſa, & inuiolata ſeruaturum, ſubditis conſulturum, leges ex æquo & bono laturum, iuſtitiæ ſacris integrè operaturum, Dehinc Laudunenſis & Catalaunenſis epiſcopi, de ſpectantibus, & omnibus qui

rei gerendæ adſunt, quærunt, an Regem quem in ſublimi poſitum videant legitimum re- A
gni Galliæ ſucceſſorem, ac hæredem agnoſcant, quibus annuentibus, & fidem ac obſe-
quium deferentibus, Rex manibus ad ſacra euangelia admotis, Deum ſolemni prece ve-
neratus, in hæc verba iurat: *Nomine Ieſu Chriſti Seruatoris mei ſubditis meis ſanctè polliceor, datu-
rum me id operam, vt ipſi pacificè, & tutò in Dei cultu viuant, omnes ordines rapinis, & ſcelere abſti-
neant, iudicia æquitate, & iuſtitia nitantur, hæretici regno excedant, quæ promiſſa iureiurando firmo, ſic
me Deus, atque hic ſacer euangeliorum codex adiuuet.* Tum in altari corona vtraque, ſceptrum,
faſces, interula, ſandalia, calcaria, enſis, tunica, pallium, & reliqua regni inſignia repoſita
ſunt. Ad dextram S. Remigij Abbas Sacræ ampullæ cuſtos, ad læuam S. Dionyſij Abbas ſta-
bat, cuius fidei regni argumenta credita erant. Regem à Laudunenſi, & Bellouacenſi epi-
ſcopis ad altare deductum Belloguardius ſacri cubiculi Primicerius toga exuit, & cùm in
ſerica interula ſtaret, Ioüſio benè precante Egulonius Dux ſacri cubiculi Præfectus ocreas B
inaugurando Regi induit, Condæus Princeps Burgundiæ Ducis vicarius, & XII. Franciæ
patriciorum Decanus, calcaria ſubnectit, Ioüſius cùm certa prece enſem vagina conditum
conſecraſſet, lateri Regis accommodat, & diſtrictum exoſculatus in altari locat, preceſq;
iterat, Symphoniacis canentibus. Rex in genua pronus redditum enſem exoſculatus, Ca-
ſtræo equitum magiſtro, Coneſtabuli vicario, in ipſa inauguratione ferendum tradit. In-
terim Ioüſius cum è Sacra ampulla aurea acu tantillum olei eliciuiſſet, addito chriſmate, Re-
gem in genua prouolutum poſt iteratas preces vngit in vertice, in pectore interulis remo-
tis, medio inter humeros loco, humero dextro, ſiniſtro, & vtriuſque brachij ad cubi-
tum flexu.

Strumæ à Gallia Rege ſacra prece ſolo tactu ſanantur.

Hanc inunctio vim habet, vt Rex Galliæ ſtrumas ſacra prece ſolo tactu ſanet. Ipſæ
etiam manus inunctæ ſunt, quibus inductæ chirothecæ precibus luſtrali aqua, ſigno cru- C
cis conſecratæ, ne Rex prophani aliquid manu initiata, & inuncta contingeret, mox annu-
lus annulari digito induitur, Rex veſtibus inductis ſceptrum dextræ admouet, iuſtitię faſces
ſiniſtra capit, tum ad altare XII. Franciæ patritij à Cancellario ſuo quiſque loco vocati ſunt,
primus Burgundiæ, alter Neuſtriæ, tertius Aquitaniæ, Duces; quartus Toloſatum, quintus
Flandriæ, ſextus Campaniæ Comites, VII Laudunenſis, VIII. Lingonenſis, Duces & Epi-
ſcopi, IX. Bellonacenſis, X. Catalaunenſis, XI Nouiodunenſis, XII. Comites & Epi-
ſcopi acceſſere. Ioüſius coronam capiti Regis induit, ad thronum deducit, ſceptro faſci-
bus, pallio fulgentem, & in ſolio locatum exoſculatur, multos annos ei precatus, patritij
quiſque ordine Regem adorant, plebs in Pronao, multos annos Regi acclamat, tubæ, tibiæ,
ſymphoniaci circumſonant, aurei argenteique nummi pro miſſilibus ſparguntur, ſacrum
corporis Chriſti ſacrificium celebratur, quo peracto ad prandium in Archiepiſcopi pa- D
latium itum. Poſtridie Rex equites torquatos S. Spiritui ſacros inſtituit.

Chami Tartariæ obitus.

Id temporis Chamo Tartariæ mortuo frater eius regni clauum arripuit, & Chami fi-
lium, cui Byzantij imperator regnum adiudicarat, excludere conatus eſt. Is ad ſexagin-
ta equitum millia coegit, patruum ad pugnam de ſumma rei per feciales prouocauit, pa-
truus cum numeroſo exercitu iuſta acie congreſſus funditur, Chami filius rerum poti-
tus eſt.

Friderici Comitis Palatini Rheni obitus.

Ineunte Septembri Friderico Septemuiro Comite Palatino Rheni ſubitanea morte ex-
ſtincto Ioannes Comes Palatinus Bipontinus Septemuiri teſtamento liberorum tutor re-
nuntiatus ſubditos in ſua verba ſacramentum adigit, & adminiſtrationem aggreditur. Phi-
lippus Ludouicus Comes Palatinus Neoburgicus teſtamentarię illius adminiſtrationis vim
eleuat, & ſe gentili iure potiorem, ac legitimum tutorem ex aurea Caroli quarti bulla pro- E
nuntiat. Cæſar appellatus amplius quærendum, & diem diffindendam reſpondit.

Byzantinus Imperator cũ Batauis fœdus init.

Sub id Non. Nouemb. à Byzantino Imperatore literæ ad fœderatos Ordines allatæ ſunt,
quibus gratias egit, quòd Bataui expugnatis aliquot Hiſpanorum ad fretum Gaditanum
triremibus, mancipia Turcica non ſolùm vinculis exemiſſent, verùm & liberaliter accepta
in Græciam deportaſſent. Tum verò commeatum detulit, vt tutò, ac liberè paſſim in impe-
rio ſuo commercia agitarentur, & ad omnes maris præfectos, maximè ad Algierum, & Biſer-
tam in Africa triremibus graſſantes, literas dedit, quibus ſibi fœdus & amicitiam cum Ba-
tauis eſſe teſtatus eſt, quare vim abſtinerent, & eos tuto quacunque velificari paterentur.

Cùm autem ſuperiori anno in Hiſpaniam ex Africa Rex Mauritanię à iuniore fratre Ma-
rocci, Feſſæ, & Larachiæ regnis exactus veniſſet, Larachia vrbe populoſa, propugnaculis
& arce firmiſſima, cum finitimis agris Hiſpaniæ Regi bona fide tradita, 100. aureorum mil- F
libus & auxiliaribus copiis auctus, in Mauritaniã hoc anno rediit. Hiſpanus inſtructa claſſe
triginta bellatorum millia Duce Marchione S. Germinij in Africam deportat. Cùm autem

XI.

A XI. Kalend. Decembr. Sole in noctem prono Larachiam appuliſſent, & in anchoris ſtarent,
Marchio milites monuit, eam vrbem Hiſpaniæ Regi centum aureorum millibus addictam,
aditumq; liberum fore, ſi Maurus fide ſtaret; ſi fidem exueret, vim faciendam. Tum Præ-
fecto arcis de aduentu ſuo ſignificat, qui iuſſu Mauritaniæ Regis portas reſerat, irrumpunt
Hiſpani, & compita, vicos, propugnacula obſident, obuios trucidant, vrbem diripiunt,
in arce vexillum Hiſpaniæ Regis locant, & arce mille præſidiariis, ac amplo commeatu fir-
mata, in Hiſpaniam ſucceſſu ac præda læti redeunt.

Inter hæc Cardinalis Bellarmini liber de Ciuili ſummi Pontificis poteſtate Curiæ Pari-
ſienſis ſententia carnificis manu ad Sequanæ arenas publico ſpectaculo crematus eſt.

Cardinalis Bellarmini liber de ſũmi Pôtificis poteſtate carnificis manu crematur.

Hærebant adhuc in Alſatia Leopoldi milites ad octo millia, quia ſtipendia non proce-
debant, vbi dum populationibus non temperant, ad Sletſtadium durius accepti ſunt. Mi-
B lites autem qui in Paſſauienſi agro cædibus, & rapinis graſſati erant, cùm ſtipendia in par-
te numerata eſſent, in Auſtriam conceſſerunt, & nocte concubia traiecto Danubio Veſſe-
nurſum pagum diripuerunt, Neuchirchium, & Schuanſium vicos ferro, flammaq; vaſta-
runt, libidine & licentia pro lege vſi, cùm Romæo Duce nouem peditum, quatuor equi-
tum millia paſſim ſæuirent, & carros ducentos ſexaginta nouem præda onuſtos traherent.
Mox irruptione in Bohemiam facta Budenuiſium hoc aſtu interceperunt. Pridie Tribuni
duo curribus vecti cùm oratores ſe Pragam ad Cæſarem miſſos mentiti eſſent, à Senatu ho-
norificè excepti ſunt, à quo prima noctis vigilia portis emiſſi Senatores aliquot obtruncant,
curribus pontem penſilem inſident, & accurrentes ſocios admittunt, vrbem populantur,
triginta maioris formæ tormenta ænea, magnam vim pulueris tormentarij, & alium belli-
cum paratum inuolant.

C Hac caſuum varietate annus milleſimus ſexcenteſimus decimus decurrit. Sequitur an-
nus milleſimus ſexcenteſimus vndecimus, quo Paſſauienſes turbulenti tota Bohemia in-
gentem ſtragem edidere, Idibus Februarij Beraunium, & Crumauiam Bohemiæ oppida
ferro vaſtant, Pragam ipſam curſu petunt, & in albo monte Cæſari ſe conſpiciendos præ-
bent. Hilaria tum ſub quadrageſimam agebantur, per quorum laſciuiam milites Portam
Neuſeriam in minori oppido corruptis pecunia cuſtodibus ſibi aperiendam curant, excu-
bias ferro metunt, in vrbem irrumpunt, latam plateam inſiliunt, in eaque aciem inſtruunt,
tormentis fulminant, & extrema omnia ciuibus minantur, inde captis, ac direptis ali-
quot Prætoriis in forum prorumpunt, excubias præcipites agunt, Curiam occupant,
equites ex ſuperiori vrbe egreſſus in ponte proturbant, in ipſam vrbem vim facturi, niſi
tempori ad portam clathrus ferreus, cataractam vocant, demiſſus, aditum obſtruxiſſet.

Leopoldus Pragæ turbas concitat.

D Dum in eo ſunt, plebes in nouo oppido, exaſperatis omnium animis, intemperiis acta
in quatuor cœnobia ſæuit, monachos veſte nudatos indignis modis accipit, cædit, truci-
dat; ianuas, feneſtras, Sanctorum imagines confringit, ſupellectilem ſacram lacerat, ex-
pilat, depeculatur, in Ieſuitarum collegium, & Iudæorum oppidum vim facit, Ieſuitis fuga
elabentibus.

XIIII. Cal. Februar. Leopoldo faciente, qui has omnes turmas concinerat, vt Cæſaris
veterno, ac ignauiæ illuderet, turmæ aliquot equitum per portam arenariam ad arcem tra-
ductæ ſunt, quæ deditione in poteſtatem venit. Poſtridie Paſſauienſes milites cum arcis
præſidiariis in patentem campum poſt arcem ſtatutis ordinibus concedunt, Leopoldo Ar-
chiduce cataphracto præeunte, cui Duces ac milites ſacramento dixere. Interim Romæus
Paſſauenſium militum dux 3. Non. Martias ducenta millia florenorum, quæ prædationi-
E bus corraſerat, Valbatum dimittit. Ea ab ordinibus Bœmicis intercepta ſunt. Cæſar tur-
bis ſedandis, trecenta millia florenorum ſtipendio militum numerat, qui aduentu Matthiæ
territi ab armis diſcedunt.

Inter hæc Alexius Menezeus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini ſodalis, Archiepiſcopus
Goæ, ac Indiarum Orientalium primas, cùm in barbaris illis regionibus Chriſtianæ fidei
ſerio conſuluiſſet; & in Ormuſina inſula vnicum Regis filium regni hæredem S. Auguſtini
ſodalitio adiunxiſſet, Regem Perſidis adeò ſibi deuinxit, vt in Principe regni Perſici vrbe
cœnobium ſodalibus Auguſtinianis extruxerit, & ſubditis ſuis Chriſtianæ fidei poteſtatem
fecerit. Quare innumeri ſacro fonte tincti ſunt, Georgiani ipſi Romano Pontifici obſe-
quium præbuerunt, Rex Perſidis Romanum Pontificem per literas ambiuit.

Perſidis Rex ſubditis Chriſtianæ fidei poteſtatẽ facit.

Sub id cùm in Gallia Ieſuitæ inuidia cædis Chriſtianiſſimi Regis laborarent, ſententia,
F vel potiùs oraculo Ludouici XIII. Galliæ Regis crimine ſoluti ſunt, qui hoc amplius ad-
didit, non minus ferendum eſſe ſocietatis Ieſu nomen, quam religioſorum S. Trinitatis,
quod tamen in Gallia æquis auribus accipitur, quàm deuotarum virginum quæ vulgo filiæ

Ieſuitæ à Ludouico XIII. crimine ſoluũtur.

Dei indigetantur, quàm equitum ordinis Spiritus Sancti, quæ appellatio & religioni, & honori eſt. A

Chriſtianopolis à Suecis obſidetur.

Id temporis Vitſirus Turca, purpuratorum omnium princeps ingenti clade à Rege Perſarum profligatur, tanto Conſtantinopoli terrore, vt paſſim à Turcis eſuriales feriæ, & frequentes ſupplicationes placando numini interdictæ ſint. Aquiſgrani ſectæ miniſteriis à Cæſare interdictis, cùm eo nomine ſectarij aliquot in cuſtodiam dati eſſent, vulgus in turbas abiit, vinctos carceribus exemit, Senatoribus vim attulit, Ieſuitas male mulctatos vrbe exegit. Actum iterum ab oratoribus Galliæ, Comite Vetus villano, & Seluxo præſide Metenſi, cum Cæſaris oratoribus, de Iuliacenſi controuerſia componenda, quod conſilium morte Rudolphi Cæſaris dereptum eſt.

Inter hæc bellum inter Danos, & Suecos exarſit, quòd Sueci nauigationem Liuonicam, & Churlandicam magno vectigalium Daniæ detrimento impedirent, tum verò quòd Sueci in Noruegia, & Lappia Daniæ Regis iura imminuerēt, in ipſius ſolo munitiones exſtruerent, & alienis ſubditis vectigal imperarent. Daniæ Rex in Scania ditionis ſuæ prouincia Chriſtianopolim munitiſſimam arcem exſtruxit, & quarto Nonas Maias Calmariam principem eius prouinciæ vrbem, quæ Sueuiæ Regis præſidio tenebatur, obſidione cinxit, ac ruina facta vi cepit, Suecis in arcem ſe recipientibus firmiſſimis operibus validam, quę Mediolanenſi arce munitionibus, & amplitudine non inferior putatur, Danus eam arcem, cuniculis, tormentis, aggeribus, irruptionibus, labefactam III. Nonas Augusti deditione recepit, in qua centum amplius ænea tormenta maioris formæ reperta ſunt. Sueci, vt cum Danis paria facerent, Chriſtianopolim obſident, literas præfecti præſidio intercipiunt, quibus à Daniæ Rege auxiliares copias flagitabat, Sueci Daniæ ſigna, militiámque mentiti arcem ſubeunt, eamque ſui arbitrij faciunt. B C

Dum in eo ſunt Rotemburgi ad Tubarim ſectarij qui Halæ fœdus inierant, conuentum habuerunt, ad quem & ipſe Cæſar oratores miſit, apud quos ſecum peſſime agi queſti, minantibus, quàm ſupplicantibus propiores, vt mitius ageretur efflagitarunt. Ante omnia poſtulatum, vt Donauerta Principibus fœderatis reſtitueretur. In eo conuentu commune ærarium duplicatis illationibus auctum, ſua cuique munera tributa, bellici paratus, deſcripti, Decretæ ad exteros Principes legationes, quibus armorum ſocietas ambiretur.

Matthias Rex Hungariæ Sueciæ Rex inauguratur.

Sub id Matthias Rex Hungariæ turbulentis Paſſauienſibus terrore aduentus ſui diſcuſſis, ac profligatis, Regia pompa Pragæ exceptus, omnium qui ad Comitia conuenerant ſuffragiis, Cęſaris voluntate, Bohemię Rex inauguratur, & ne ferro ſæuiret, ſeditioſis Paſſauienſibus ſedandis centum ſeptuaginta tria florenorum millia numerauit, quod non clementiæ ſed ignauiæ aſcriptum, cùm pœnæ à conſceleratis nebulonibus expetitæ in præſens munimento, in futurum exemplo futurę eſſent, Tum verò regni auſpicia generoſo aliquo facinore nobilitanda erant. Idem Sileſiæ, & Morauiæ Princeps, magna omnium lætitia renuntiatus eſt, quòd Rodolphi torpor aduerſo rumore acciperetur. D

Tertio Idus Septembris Nurimbergæ Septemuirûm conuentus habitus eſt, quo re ancipiti conſultatione vtrinque iactata, Ioanni Bipontino aduerſus Palatinum Neoburgicum Septemuiri locus, ac ſeſſio adiudicata eſt.

Ineunte Decembri Matthias Annam clatis Tirolenſium Archiducum natalibus lectiſſimam virginem, Viennæ nuptiis ſibi pactus eſt, quarum ſpecie ſplendidis, & opulentis muneribus à totius Germaniæ legatis donatus eſt.

Controuerſia inter Bauariæ Ducē & Archiepiſcopū Salisburgenſem.

Eodem hoc anno inter Bauariæ Ducem, & Archiepiſcopum Salisburgenſem controuerſia gliſcens in nerutum erupit. Cùm enim Archiepiſcopus in cœnobium Berchtesgadenſe per vim inuolaſſet, coactu Dux exercitu in Salisburgenſem agrum irrupit, Archiepiſcopum è fuga retractum in vincula conijcit, Salisburgenſibus in eius fidem ac clientelam vltro concedentibus. Dux quo pietatis ſtudio erat Rem Pontificis arbitrio permiſit, qui Archiepiſcopo exauctorato viginti millia florenorum in ſumptus annuos per quatuor Cardinales adiudicarunt. E

Galliæ Regina luctum Henrici IV. nimis propere exuens infauſto rumore eſt.

Id temporis, minus æquis auribus acceptum eſt, quòd Regina Galliæ Henrici quarti Regis longè maximi, ac fortiſſimi vidua, luctum tam propere exuiſſet, & ſplendido cultu vix dum exacto à funere anno, gemmis ac vnionibus fulgurans, paſſim procederet, cùm Catharina Medices Henrici ſecundi Galliæ Regis vidua, toto vitæ tempore pullata lugubri cultu ſpectandam ſe præbuerit, & Chriſtina Lotharinga Ferdinandi magni Hetruriæ Ducis vidua ſeruati pudoris fœmina tot iam annos à funere coniugis attrata luctum agat, & omnibus voluptatum, ac lætitiæ illecebris hodieq; abſtineat. F

Ronius ſummus theſauri Regij præfectus, cuius integritati, ac diligentiæ Regius fiſcus

opulen

Ronius à Regina procuratione ærarij deijcitur.

A opulentiam ſuam accepto fert, à Regina vidua procuratione ærarij deiectus, publico ſcripto dolorem ſuum, & eximia erga regnum, Regémque promerita teſtatus eſt. Inter alia ſcribit duodecim ſuperioribus annis præter innumeros ſumptus in Curias iuridicas, milites, præſidia, legatos, aulam regiam, itinera, dotes, largitiones, ſatellitiorum ſtipendia factos, nullis nouis ſuperindictis, imò veteribus ac receptis imminutis octies centenas aureorum myriadas (octo milliones auri vocant) quotannis induſtria ſua in regium fiſcum illatas, à ſe tribus expeditionibus Ambianenſi, Britannica, Allobrogica, extra ordinem decem amplius auri milliones erogatos, nominibus quibus Franciæ regnum à deceſſoribus regibus obſtrictum erat, expediendis, viginti quinque milliones, æri alieno ſoluendo, quod in Heluetia, Germania, Italia, & Anglia contractum erat ſupra triginta milliones, ſtipendiis ac penſionibus ſoluendis tam in Gallia, quàm apud exteras gentes ſupra viginti quatuor milliones, in exterarum nationum ſubſidia octo amplius milliones, in bellicos paratus, arcium, viarum, &
B ædificiorum inſtaurationem, ſupra octo milliones, in miſeros ſubleuandos ſeptem circiter milliones, in Baſtiliam arcem illatos à ſe ſeptemdecim milliones, in regium patrimonium, & res dominicas (Domanium indigetant) oneribus exſoluendas, quadraginta plus minus milliones, è quibus Galliæ regni opes æſtimare licet, quæ ſi in altera lance ponantur, in altera Hiſpaniæ, Siciliæ, Indiarum vires, hæ ne apparere quidem videantur.

Galliæ opes dilapſa.

Galliæ tamen opes, vt magnæ & portentoſæ, Roſnio à fiſci procuratione ſummoto, breui tempore ita dilapſæ ſunt, vt ſine eius, aut alterius qui ei integritate, & induſtria par ſit, fide ac prudentia ſarciri, ſuppleriq; nequeant. Tandem idem magiſtratui ſuo, & Baſtilianæ arci ſequenti carmine valedicit, quod ob elegantiam aſcribo.

O domus, ô mihi biſſenis res amplius annis
C *Cuſtodi regnata! ô inuidioſa Monetæ*
Templa valete Deæ! pertæſum mittite rerum,
Et me priuatæ ſecurum reddite vitæ.
Ille ego ſum, qui Regis opes, regniq; capaci
Pectore complexus, tenui cui publica, cenſu
Aucta nouo, certum debet, cui forma tenorem,
Hactenus, & iuſtis conſtans rationibus arca
Infantis Domini. Curæ ſolertis honores,
Præmiaq; ampla tuli, ſub Rege potentia magno,
Magna mihi creuit, ſimul hac labefacta cruento
Illius occaſu cecidit, meaq; omnis eodem
D *Inuidia extincta eſt fato, qua ſæpe minati*
Exitium mihi non pauci, dum publica ſector
Commoda, & vnius Domini moror vnus amorem,
Securus, procerum, & popularis neſcius auræ,
Propoſitiq; tenax. Tandem mala cura faceſſe.
Iam mihi ſtat nauem tuto ſubducere portu,
Publica res quid profuerim, mage forte carendo
Agnoſcet, populiq; ſcient, tum gratia ſera,
Atque odio ſuccedet amor. Sed gloria tanti
Non mihi ſit, fatis patria quæſita malignis.
Fac Deus, vt regni conſtet fortuna, labare
E *Non illam videam, non me deſideret illa.*

Carolus Sueciæ Rex arthritide viſtus perit.

Nonis Nouembris hoc eodem anno Carolus Sueciæ Rex arthritide vſtus periit, in cuius locum Guſtauus filius eius ſuffectus eſt, quem ad Regem Poloniæ Sigiſmundum patruelem ſuum optimè affectum aiunt, ad quem de coercendis Daniæ Regis irruptionibus literas dederit.

Rodolfi II. Cæſaris obitus.

Hunc exitum annus milleſimus ſexcenteſimus vndecimus habuit. Sequitur annus 1612. Rudolpho ſecundo Cæſari fatalis, qui Ianuario menſe diem ſuum obiit, anno ætatis 59. Miſſi ſtatim ad Septemuiros, & Matthiam Hungariæ Regem veredarij, qui res Imperij conſtituerent. In Rudolphi larario tanta vis gemmarum, adamantum, vnionum, auri, argenti, & aliæ ſuppellectilis reperta eſt, vt pretio ſeptemdecim auri milliones tranſcenderet.

Comitia Francoforti à Moguntino Archiepiſcopo indicta menſe Maio Septemuiris
F conuenientibus celebrata ſunt. Iuratis ex aureæ Bullæ præſcripto in Septemuirûm verba ciuibus, in Curia conſultationes habitæ ſunt, ad vſque Idus Iunij, qui dies Cæſari renuntiando dictus eſt. Pridie Idus præconis voce peregrinis omnibus, qui Septemuirûm contubernales

nales

nales non eſſent, vrbe excedere iuſſis, cuſtodiæ paſſim, & ſtationes in portis,ac mœnibus A
diſpoſitæ ſont.

Idibus ipſis Septemuiri ſolemni cultu, è Curia progreſſi per diſpoſitos vtrinque armato-
rum ordines ad Principem S.Bartholomæi ædem equis hac ſcena vecti ſunt. Præibant No-
biles.& Aulici,ſequebantur Septemuirum Mareſcalli hæreditarij gladium ſinguli aurea va-
gina conditum præferentes,tum Septemuiri ipſi Moguntinus, & Treuerenſis ſimul, Colo-
nienſis & Bohemiæ Rex coniunctim,Palatinus,& legatus Brandeburgicus pari gradu,inter
quos medius Saxo,quibus Io ſacram ędem ſubeuntibus,ęneatores cornu clangere,tympana
mugire cœperunt, quoad Septemuiri ſeſſum ſe recepere, ſellis ſerico, & auro conſpicuis,
templi parietibus,& columnis operis Babylonici aulæis obductis.

Ordo conſeſſus Septē. uirorum.

In dextro adytorum latere Moguntinus,Bohemus,Palatinus, in medio adyto Treuiren-
ſis,ad læuam Colonienſis,Saxo,& legatus Brandeburgicus.Tum foribus occluſis organa,& B
tibiæ ſonuere, ſymphoniacis hymnum *Veni Sancte Spiritus* modulatè concinentibus quo de-
cantato Moguntini Vicarius ſacris operari cœpit,Palatioo,Saxone,& legato Brandeburgi-
co per ſpeciem ſectæ,ſedentibus poſt ſacra Miſſæ ſolennia,Moguntinus Comitiorum cau-
ſam,& conſilium aperit,& ex aureæ bullæ præſcriptis ipſe conceptis verbis ante alios iurat,
Treuirenſi verba præeunte,tum alios iuſiurandum adigit.Mox in Cæſareum ſacellum pro-
greſſi capita conſerunt, re magnis contentionibus agitata pedem ſacello, hoc ordine, effe-
runt.Præibat Moguntinus,ſequebantur Treuirenſis, & Colonienſis, inter quos medius Se-
reniſſimus Matthias Romanorum Rex dictus, perſtrepentibus citharis, tibiis, lyris, cy-
tharœdis,ac ſymphonacis: quorum alij aſſa voce canebant,alij teſtudini,ac citharæ vocem
accommodabant,campanis tota vrbe perſonantibus.

Matthias Rex Romanorū renunciatur.

Interea Rex ad altare certis precibus initiatus,mox ex adytis egreſſus ſuper ſublimi peg- C
mate in ſolio locatus eſt, Septemuiris proximè aſſidentibus vnde Rex Romanorum præco-
nis voce renuntiatus eſt. Mox è pegmate hoc ordine exſcendunt, præibat Treuirenſis, ſe-
quebatur Palatinus à dextra orbem regium geſtans,Saxo medius diſtrictum gladium, lega-
tus Brandeburgicus ſceptrum, inde Rex Romanorum, quem ponè Moguntinus, & Colo-
nienſis ſecuti ad prætorium Brunfelſium deduxerunt.Supererat Coronæ Cæſareæ ritus,cui
dies natali S.Ioannis ſacer dictus. Iuſſi Aquiſgranenſes,& Nurimburgenſes imperij inſignia
ſuæ fidei credita,Francofurtum afferre. Super alium templi, & curiæ ornatum,in area ante

Bos integer omnis generis animalibus fartus aſſatur.

curiam ingens taberna boui integro omnis generis animalibus, ac piſcibus farto, aſſando,
extructa eſt,tum fons è punice viuo per ſpeluncam ſaxis aſperis pendentibus ſtructam ſca-
turiens,cum aquila nigra biceps coronata ſerto viridi, quod duo vtrinque leones tenerent,
incluſa,globo inſiſteret. Vbi venit dies,imperij inſignia in altari depoſita ſunt, Septemuiri D
quatuor Pontificis,veſtibus inſignes,tres alij ſolenni cultu,cum multa nobilitate Regem ad
templum hac pompa ducunt.Pappēheimius Imperij ſubmareſcallus baculum manu ferens
præibat, ſequebantur Conſiliarij, Aulici, Comites,Barones pedites omnes, ſecundùm hos
Principes equis vecti,inde tres feciales ſimul equitantes,Hungariæ,Bohemiæ,Morauiæ, ſua
quiſque inſignia,& caduceos gerentes,poſtea imperij fecialis ſolus cum ſuis inſignibus,tum
Palatinus pomum regale geſtans, legatus Brandeburgicus ſceptrum, Saxo gladium diſtri-
ctum,ac tandem ipſe Rex ſub vmbella auro texta templo ſucceſſit,vbi Moguntino rem di-
uinam peragente ſolemni Septemuirum veſte exuta ad altare in genua pronus Deum ve-
neratus,rogatusq; an fidem Catholicam,viduas,& pupillos tutari,ius ſuum cuique reddere,
imperij maieſtatem augere, Romano Pontifici obſequium præbere vellet, cùm annuiſſet,
idem Mogūtinus de conſeſſu quærit,an in Cæſarem conſentiret,eique fidem ac obſequium E
ſponderet, quo fauſta acclamante, & obſequium firmante, Cæſar inunctus, conſecratus,
inauguratus eſt, inde in ſacellum deductus tunica talari fulgens quæ Cæſarum propria eſt,
cùm ad aram proceſſiſſet, Caroli magni gladium,annulum, ſceptrum, Regium pomum,à
Septemuiro Moguntino accepit.Tum corona inductus,& auro textili Caroli magni pallio
inductus eſt. Mox ad altare præſtito iureiurando ſacro Chriſti corpori ſub vna tantùm ſpe-
cie communicauit.Inde in pegma ſublime conſcendit,& in aurea ſella ſedit,Moguntino in
hæc verba præſante,*Sta,& Principem locum tene,non hæreditario iure,ſed ſuffragiis Septemuirum tibi
attributum.* Poſt hæc ſolennia,Cæſar iuris vſurpandi cauſa equites aliquot creauit. Inde regia
pompa in palatium deductus eſt.Sparſi in plebem aurei,argenteiq; nummi. Pannus purpu-
reus quo pons in itinere inſtratus erat tam propere direptus eſt, vt Principum pedibus ſub-
ductus eſſe videretur. Ad prandium itum,vbi antequam menſæ accumberetur auena quæ F
in area fuit,dapes in culina, verua,aſſeres, inſtrumentum omne coquinarium tradito more
plebeculæ cōcurſu direpta ſunt. Quamprimum Cæſar accubuit,fons ille viuo pumice ſca-

turiens

A tiens per occultos tubulos rubro,& albo vino fluxit.Sexto Kal.Iunias Regina ipſa eodem
ritu inaugurata eſt.

Antequam Cęſar Francofurto excederet,oppidani per libellum ſupplicem ab eo flagita-
runt,vt priuilegia vrbis, quæ penès Senatum erant ſibi communicarentur. Cæſar benignè
reſpondit,per cuius abſentiam cùm res ex ſententia non procederet, turbæ fuêre, quæ Cæ-
ſaris iudicio permiſſæ ſunt.

Sub id Coloniæ ex ea occaſione tumultuatum eſt, quòd cùm ab antiquo ſectis omnibus
in ea vrbe interdiceretur,ac Senatuſconſulto ſoli orthodoxæ, Catholicæ, ac Romanæ fidei
locus eſſet,multi tamē quà clam, quà palàm inquilini variis ſectis irrepſerant,qui cùm veti-
tos ritus clandeſtinis conciliabulis obirent, ære grandi primùm mulctati, deinde Mulhei-
mum,qui locus ſectæ coitionibus infamis erat, eiecti ſunt. Sectarij contumeliæ dolore in-
B cenſi cum Brandemburgico, & Neoburgico Principibus id agunt,vt ſectarum omnium li-
bertas Mulheimi pronuntiaretur,& in eam vrbem,velut in Aſylum, omnium ſectarum ho-
mines ſpe libertatis oſtentata inuitarentur.In id argumentum publicatum eſt à Principibus
programma,cuius fiducia plerique ex agro Colonienſi,& aliis vrbibus confluxere, cùm ea
vrbs portu, emporio, & prolixis priuilegiis aucta eſſet. Contrà Colonienſes, antiquo iure
fulti programma Principum oppugnant,Cęſaris maieſtatem imminui,priuilegiis ſuis dero-
gari,contrario programmate teſtantur,ciuibus ſuis ea commigratione,& transfugio inter-
dicunt,Principibus ipſis opus nouum nunriant,vetera inſtrumenta proferunt,quibus Mul-
heimi nouum opus tentari vetitum eſt. Inprimis pactum conuentum,inter Colonienſes,&
domum Bergenſem, quo Comes Montenſis, eiuſque frater Henricus Dominus in Vinde-
chen anno 1286. præſtito iureiurando Colonienſi ciuitati tam ſe, quàm ſucceſſores ſuos
C obligant,ex eo tempore in perpetuum nullum propugnaculum,aut arcem in vtraque Rhe-
ni ripa intra Rindorpium, & Zundorpium exſtructuros. Tum imperialis Cameræ ſenten-
tiam addunt,quæ anno 1589.ea de re lata ſit, propoſita pœna in contumacem octo marca-
rum auri puri puri, quæ ſex plus minus auri pondo teficiunt.

Colonia turba propter ſectarios.

Dum in eo ſunt in Gallia poſt Henrici Regis obitum duplex connubium Reginæ viduæ
auſpiciis,tota Gallia intercedēte, Principibus Regij ſanguinis repugnantibus,coaluit,vt ni-
mirum Anna Hiſpaniæ Regis filia natu maxima, Ludouico XIII. Galliæ Regi nuberet,
& viciſſim Philippus Hiſpaniæ Regis filius Eliſabetham Henrici quarti filiam vxorem
duceret.

Duplex in Gallia & Hiſpania connubium.

Qui nuprias illas damnaret,& auctoritate qua plurimum valebat,intercederet,ante alios
fuit Princeps Condæus,animi ingens, conſilio validus, literis & doctrina inter paucos im-
D butus, qui Reginæ viduæ ſtudium conciliandæ pacis probare coactus eſt, conſilium bono
Galliæ aduerſum,& iniquum eſſe,in ſanctiori conſilio multis rationibus euicit.

Primùm quidem quòd ex connubij conditiones proponerentur, quæ de imperij Gallici
maieſtate,& ſalute plurimùm detraherent,quòd Ludouicus Galliæ Rex hac lege maximam
natu Hiſpaniæ Regis filiam vxorem duceret, vt ſi Philippus frater eius ſine liberis obiret,
nec ipſe, nec liberi eius ad Hiſpaniæ regnum hæreditario iure,aſpirare poſſent.

Connubium Ludouici XIII. cum Hiſpaniæ Regis filia à Condæo improbatur,& cur.

Deinde quòd Hiſpani Salicam legem, qua fœminæ Regni ſucceſſione excluduntur,non
nauci faciant,& Rege Galliæ XIII.ſine liberis excedente, quod Deus auertat, Eliſabethę,
quę Hiſpano Regi primogenita nupſerit,liberis ius ad regni hęreditatem eſſe dicant, & ar-
mis ius illud vindicari poſſe defendant.

Tertiò quod amicitia affinium, aut filiarum Hiſpanię Regum nuptiis conciliata, infida,
E inualida,fraudulenta non modò Galliæ Regibus,ſed aliis omnibus Principibus fuerit. Pax
inter Franciſcum primum Galliæ, & Carolum quintum Cæſarem Hiſpaniæ Reges Leono-
ræ ſororis eius nuptiis, cum Franciſco primo inita, Galliæ fraudi fuit. Mox enim inter Hi-
ſpanos,& Gallos ſub Henrico ſecundo Galliæ Rege grauiſſima bella exarſerunt. Pax inter
Henricum ſecundum Galliç, & Philippum ſecundum Hiſpaniç Reges Eliſabethç Henrici
filię connubio conciliata,non prohibuit, quominus Hiſpani Regnum Galliç tacitis moli-
tionibus, & inſidiis tentarent, quæ tandem ſub Henrico tertio Chriſtianiſſimo Rege eru-
perunt.

Nuptiæ cū filiis Hiſpaniæ Regum infidæ ac fraudulentæ à Condæo appellantur.

Sabaudię Dux alteram Hiſpanię Regis filiam magna celebritate,maiori ſpe,vxorem du-
xit,eius morte non modò pollicitationes omnes in irritum abierunt,verùm etiam is gradus
Hiſpaniæ Regi factus eſt,quo ſibi Sabaudiam, & Inſubriam vi,& armis arrogare, præter ius
F gentium,conaretur. Adde quòd mediocribus Principibus externa Regum connubia expe-
tenda ſunt,vt eorum auctoritate,& præſidio contra finitimos firmentur, Regibus per ſe va-
lidis,qui opibus, & militum robore omnibus finitimis ſuis ſuperiores ſint, externis connu-
biis

Romani Imperatores è ſubditis ſuis vxores capiebant.

biis nihil & opus. Romani Imperatores, vt erant armis, & opibus pollentes, non alienarum A
gentium connubia expetebant, ſed è ſubditis ſuis virgines bene moratas coniugio ſibi ad-
ſciſcebant. Eirene vna in imperio Conſtantinopolitano è barbaris petita imperium, & re-
giam gentem euertit. Gallia, & robore militum, & annuis regno prouentibus non modò
Hiſpania, Sicilia, Neapoli, Mediolano ſuperior eſt, verùm etiam ipſas Indias tranſcēdit. Ni-
hil ex affinitate Hiſpanica vtilitatis, plurimum periculi eſt. Quid attinet antiquos regni
hôſtes in regni vitalia traducere. His rationibus in ſanctiori concilio affinitatem cum Hi-
ſpaniæ Rege Condæus diſſuadebat, cui Reginæ viduæ adminiſtri reſpondebant, Blancham
Ludouici noni matrem Caſtiliæ Regis filiam, iam olim iuſtis nuptiis in Galliæ Regis ma-
num conueniſſe, ſuum cuique ſanguinem indiſcretum eſſe, Eliſabetam Philippi ſecundi Hi-
ſpaniæ Regis filiam Alberti Archiducis matrimonium in Belgio tenere, bella Sabaudiç Du-
cis non ex affinitate Hiſpanica, ſed ex ambitu Ducis contracta, nullum iungendæ amicitiæ B
firmius vinculum, quàm nuptiarum inter finitimos Reges eſſe.

Sectarij in Gallia ad partes veniebant, & ipſum Hiſpaniç nomen auribus, animiſq; exclu-
debant. Durum illud inquiſitionis tormentum ante oculos ſibi ponebant, & inſidum ac
fraudulentum Hiſpaniæ conſilium deteſtari ſe palam profitebantur. Si Prouincia aliqua re-
gno Galliæ accreſceret, poſſe de nuptiis agi. Ita enim Britones à Carolo octauo Annæ con-
iugio ad Gallias aggregatos, ſi regnum Nauarræ, aut Belgium nuptiis iſtis conciliaretur, poſ-
ſe matrimonium ferri, iam verò cùm Hiſpanus verba det, fraudes conſuat, nil de ſuo ad nū-
ptias afferat, regno Galliæ inhiet, nuptiarum commercia reſpuenda. Et certè ſectarij in eo
erant, vt vi, & armis connubium illud diſſociarent, aut interrumperent, ni Principes donis
ac muneribus deliniti, manus dediſſent. Magna tamen Catholicorum lætitia connubia iſta
paſſim accepta ſunt. Nec video quæ digniora regibus vtriſque conciliari potuerint. In Gal- C
lia, & Hiſpania ludi, ſpectacula, celebritates, haſtiludia agitandç lætitia fuere, inter quæ nul-
lum eo magnificentius eſſe potuit, quod Nonis Aprilis æditum Pariſiis vno amplius auri
millione ſteriſſe aiunt.

Leonardi Donati obitus.

Poſtridie Idus Iulias Leonardus Donatus anno ætatis 76. è Senatu in conclaue reuerſus
repentina morte extinctus eſt, in cuius locum Antonius Memmius ſeptuagenio maior
ſuffectus.

Coniuratio in Parmenſem Principem deprehenditur.

Sub id Parmæ atrox aduerſus Parmenſem Principem coniuratio deprehenſa, & reuicta,
in quam etiam fœminç nomina dederant, Comitiſſa Salana cum viro ſuo Horatio Simonc-
ta, Marchio Hieronymus Salanus, cum filio ſuo, Comes Pius Torellus Sanuitalis, Comes
Ioannes Baptiſta Maſſa, qui XIV. Kal. Iunias capite truncati ſunt, Bartholomæus Remer-
ſonius, Onuphrius, & Oliuarius in furcam acti laqueo gulam præbuere. Horum neceſſarij D
poſtea vindictæ ſtudio coacta manu incendiis in agro Parmenſi graſſati ſunt, & quam in
Ducem non potuerant, in ſubditos eius iram effuderunt.

Id temporis Sueci, vt cum Danis paria facerent, à quibus Scania ferro vaſtata erat, im-
preſſione in Noruegiam facta naues aliquot bellicis commeatibus onuſtas potiti ſunt, cuius
iniuriæ dolore Daniæ Rex in Scaniam vim fecit, Elsburgum & Goltbergum munitiſſimas
vrbes leges accipere coegit, Guſtauus Sueciæ Rex delectu habito Coreriam Prouinçiam,
quæ ſexaginta paſſuum millia in longum patet, triginta in latum Moſchis eripuit, ingruen-
tes Polonos fudit, Danos intercluſis annonæ ſubſidiis ad inducias, & pacis commercia coe-
git, Veſteruicum oppidum Gerardo Ranzouio pulſo recepit.

Terra motus in Veſtphalia per tres totos menſes.

VII. Idus Nouemb. ipſo diluculo in Veſtphalia terra mugiit tanto ſonitu, vt tormentum
maius explauſum diceres, mox terræ tremor fuit quo ædium fundamenta conuulſa. Pro- E
ximè Bilfeldam vrbem Veſtphaliç muri arcis Spatembergæ duos pedes in altum ſubſedere.
Sereno die arbores in agris ſubſilire viſæ, tres totos menſes is terræ motus, ſed leuior perſe-
uerauit.

Supplicium atrox in ſicarios.

In agro Colonienſi ad Rhenum ſicarij comprehenſi, quorum vnus quadraginta annos
natus viginti ſex parricidia patrarat, alter ſexagenarius triginta octo, tertius octuagenarius
triginta ſex. Tam atroci ac fere inaudito ſceleri atrox ſupplicium repertum. Nudi enim vm-
bilici fine currui impoſiti ante Curiam, ad S. Crucem extra pomœrium, & in ipſo rerum ca-
pitalium pegmate ter ignitis forcipibus brachia, & pectus lancinati, deinde artubus in rota
confractis infelicem animam egêre, diu horribili ſpectaculo in rotis cum lenta morte lucta-
ti. Mox quatuor alij multarum cædium comperti eundem exitum fecerūt. Plures alij dein-
ceps ſcelerum ſocij in pœnarum ſocietatem venerunt. Ea hominum colluuies adeò excre- F
uerat, vt vix eorum numerus ſubduci poſſit. In traiectu Rheni vectores ſcaphis impoſitos
ex improuiſo mergebant, vt ſarcinis & ſpoliis potirentur. Monſtri loco viſum, tam atrox fa-

cinus,

[illegible]

INDEX RERVM QVÆ TOTO HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Numerus paginam, litera quæ ſubſequitur paginæ partem indicat.

ABBATIS *villa.* 25.e
Abdala Mahametis filius. 191.f
Abdalla & Nabaſſerus fratres. 158.a
Academiæ Pariſieſis inſtauratio. 327.e
Acharnaniæ littora. 126.a
Achilles Harlæus Curiæ præſes. 211.a
Achmates Mahometis obitu Imperator renũciatur. 350.c
Achonius epiſcopatu Arelatenſi à Rege donatur. 9.c
Sanpontium occidit. 31.c
Admiralis quis vocatus. 248.c
Adolfi Nuenari mors. 263.e
Adolphus Comes Schuartzembergius de Iauarino intercipiendo cogitat. 316.e
Adona à Nadaſto occupata. 342
Adretius Valentiam aduolat. ibid.
Romanium occupat. 31.e
à ſectarijs ad humanitatem flectitur. 31.f
eius immanis ſæuitia. 32.a
Monbriſonium capit. ibid.
ad Monbrunium properat. 32.b
quocunq; pergat omnia victori cedunt. 33.d.& ſeq.
à Nemoroſio funditur. 34.e
geminata clade Burgonium ſe recipit. 34.f
suducias cum Nemoroſio paciſcitur. 43.b
à partibus abhorret. 43.d
Delphinatus præfecturam deprecatur. ibid.
Nemauſi ſub cuſtodia habetur. 43.e
Aedes Comitis Leucorum ſolo æquatæ. 104.e
Aegidius Adrada explorator. 125.d
Aegidij Magiſtri obitus. 43.b
S. Aegidij oppidi ſitus. 38.b
Aegidius Burdinus cognitor regius. 2.c.
Aegidius Magiſter Senatus Pariſienſis princeps. 2.c
Aemarus Burdigalenſis præſes ordinum. 185.b
Aeſſum Scarſiorum oppidum. 68.d
Aethna lapides ardentes & cineres eructat. 215.e
Aetoliæ littora. 126.a
Agamontij vxoris, eiusq; filiæ mors. 107.c
Agamontius cum alijs nobilibus à Rege deletus. 267.c
Agatha præſidio firmatur. 37.e
Agendici Senonum ſectarij caſi. 22.e
Aggeres Yerſicheny. 139.a
Aginnenſi agro S. Frãciſci ſodales à ſectarijs eiecti. 35.b
Agrimum S. Mariæ oppidum. 35.e
Agnellus. 26.a
Agullonium à Colinio recipitur. 74.b
Agutius Saülij Comes. 31.e
Annatſcheuium oppidum in Pannonia finibus à Turcis intercipitur. 94.e
Alba Regalis in Hungaria à Mercolio Gallo corona cingitur. 337.b
Regum Hungariæ matrix ciuitas, in qua Reges ſolẽnia regni capeſſere, inũgi, ſepeliri ſoliti, &c. 337.b
Alba Regalis à Turcis obſeſſa. 432.a
Albanus in Belgio inaudita ſæuitia graſſatur. 106.e
bonæ ſectæ proſcribit. 107.b
Albanus in Hiſpaniam retractus. 171.e
pecuniarum inops. 132.c
ab amicis illi ſuppeditantur. ibid.
Albaſpinæus nouus Aureliani Antiſtites ſolemni ritu inauguratur. 382.a
centum ampliùs carcerum mancipes variorum criminum reos capitis ſupplicio eximit. ibid.
Albergementius ex Ruſecenſi familia nothus. 61.a
Alberſtorſium. 54.a
Albertus S. Rom. Eccl. Cardinalis, ſummæ rei in Belgio à Rege Hiſpaniæ impoſitus. 295.c
Albertus Iſabellæ Claræ Eugeniæ Philippi ſecundi primogenitæ nuptias ambit. 312.
Albertus Hiſpaniam cum Ferrariæ Regina venit. 313.f
Albertus Archidux purpuram & galerum exuit. 31 , .e
Albertus Maſſiliæ à Guiſio honorificè acceptus. 320.b
eius milites ad ſex millia à Mauricio deleti. 330.c
Albertus Archid. Gallis in Germaniam iter obſtruere cogitat. 395.e
Albertus Brandeburgus leges Poloniæ accipit. 146.a
Albertus S.R.E. Cardinalis Itium portum tentat. 298.e
Albigenſes. 13.e
Albucherquius Dux Mediolano præfectus. 113.a
Alchemaris vrbs. 136.a
Aldanus Regis iuſſu aciem adornat. 194.a
Aldegonda ab Ordinibus in Germaniam miſſus, & ad quid. 198.a
Aldobrandinus copias Pontificias ad Hungaros aggregat. 293.d
Alenſonij veneno extincti obitus. 214.d
eius funus. ibid.e
Alenſonius Henrici III. frater. 196.a

Index.

Alenſonius Dux Caroli Regis frater. 158.e
Regina Angliæ nuptias ſequitur. 152.e
ſe furtim bello peti animaduertit. 182.d
Belgium attingit. 198.d
in Britannia Eliſabetha nuptias ambit. 205.a
Brabantiæ Dux renuntiatur. 225.e
ſpe auxiliorum deiectus. 228.b
Alenſonij res in Conſiſtorio Regio acta. 211.f
Alexonder Aegypti patriarcha. 17.f
Alexander Farneſius Parmæ princeps. 143.b
Alexander Guilotinus. 10.e
Alexander Medices Romæ ad Pontificium electus, Leonis XI. nomine inſignitus eſt. 363.e
Alexãder Regis frater Andiũ principatum obtinet. 52.a
Alexandri Farneſij Principis virtus ad inuidiam vſq; conſpicua. 127.a.b
Alexandrini Cardinalis ex Hiſpania & Luſitania in Italiam redeũtis cum Rege Galliæ colloquium. 129.e
Alexius Menezeus ordinis Eremitarum S. Auguſtini ſodalis, Goæ Archiepiſcopus ac Indiarum Orientaliũ primas Chriſtianæ fidei ſeriò conſulit. 403.e
Alfonſus Carretus Marchio. 109.e
Alfonſus Ferrariæ Dux. 27.e
Alfonſus Varga fœderatorum dux. 276.e
Alfonſus Piccolominius latro capite minuitur. 270.d
Algiera Africæ ciuitas à Rege Mauritaniæ fruſtra tentata. 353.d
Algieri Rex Tuneti Regem delet. 116.b
Alsporti ad ſuos oratio. 97.b
Allingona ad Garumnam. 39.e
Almericus Bucardus. 12.a
Almontius caſtellum nouum & Geſſium recipit. 275.a
Aloiſiæ Lotharingæ nuptiæ cum Rege. 166.b
Aloiſius Quexata Melitenſis militiæ in Hiſpania ſummus. 110.a
Aloiſius Salaſſiorum Marchio ius ſuum in Galliæ Regem confert. 82.e
Alſatia à Leopoldi militibus diripitur. 403.a.b
Altheimij duces ac milites populationibus agros & oppida vaſtantes, Viennæ in carcerem trahuntur. 350.f
Altheimius Danubium traijciens honorificè à Turcis excipitur. 350.e
Altofortius & Pericardus Guiſij amanuenſes corrupti. 252.b
Aluarus Baccionus 30. triremium dux. 126.d
Aluarus Baſſanus S. Crucis Marchio. 209.d
Aluarus Caſtræus. 191.e *eius obitus.* ibid.e
Aluarus Hiſpanorũ in inſula Meninge dux. 80.a.& ſe.
Turcos fundit fugatq;. ibid.
Aluertani. 29.e
Alyi maris præfecti caput è ſariſſa ſuſpenſum Chriſtianis animos auget. 127.b
Alyus claſſis Turcicæ præfectus. 124.c
aciem in claſſem Venetam inſtruit. 125.e
Amanzæus obtruncatur. 64.e
Ampulla ſacra. 401.c.d
Amſtelrodami deſcriptio. 139.f 139.f
obſidionis anguſtijs premitur. 196.b
Amurathes in fidem Chriſti pronior. 179.c
Amurathes prædo nobilis oram Siciliæ myoparonibus infeſtat. 349.b
Amurathes Selimi patris ſucceſſor. 177.f
in Perſas mittit aciem. 200.c
magnum belli paratum aggreditur. 272.b.& ſeq.
ſermones de pace iacit. 280.
eius perfidia. 284.b
Amurathis filia Ebraimo nubit. 244.d
Ambliſius Lotharingiæ equitum magiſter. 274.b
Amboſiæ motus. 6.b.& ſeq.
Amboſianum Edictum. 20.d
Amphimalleus ſinus. 124.e
Amphimalli ſinus, nunc Suda portus. 117.e
Anabaptiſtæ ſectæ vexillifer à Deo ſe miſſum dicens, vt Antichriſtũ de ſolio deijceret, igne crematur. 11.d.e
Ansuella. 7.c
Angeli Ioiiſæ Capucchini obitus. 382.c.d
Andelotus aula excedit 12.e
Condæi partes ſuſcipit. 24.a
Aurelianum occupat. 22.a
in Germania auxilia colligit. 43.e
belli in ſectarios author. 56.d
iræ properus & animi ferox. ibid.
S. Andiani fanum. 37.d
Andini, Regis Nauarræ, Condæi & aliorum procerum aduentus. 148.e
Andinus Niortium venit. 72.e
Andium Dux obſidioni Rupellanæ cum primaria nobilitate imponitur. 132.c
And. Arch. Card. Reſam obſidione ſoluit. 321.b
Andreas Auria 50. triremium dux. 126.d
Rempublicam Genuenſem excuſſo Gallorum iugo Caroli V. ope in libertatem aſſeruit. 160.f
Andreas Auſtriacus Cardinalis in Mauricium arma parat. 320.f.321.a
Andreas Bellouallius Pimpaneus. 205.b
Andreas Bragadinus Muſtapham ſalutat. 124.e
Iudæi manu miſerè excarnificatur. ibid.
Andreas Fenoitius Archiepiſcopus Bituricenſis Cleri querelas ad Regem defert. 382.a
Andreas Peſatus galeaſſæ præfectus. 126.d
Andreas Valla profeſſor Regius Lutetiæ electus. 315.b.e
Anduaterum aggreſſum, expugnatum & incendio deletum. 172.e
Angeſtus Iuæus. 68.a
Anhaltinus Dux Brunſuicenſis Caluinianus, de eadem ſecta Brunſuichum introducenda conſiliũ init. 368.c
Iuliacum corona cingit. 400.a
Angli tota Gallia à Fr. Guiſio exturbati. 3.e
victoria elati. 243.b
procella, lue, & inedia confecti poſt varios errores in Angliam redeunt. 295.c
omnium primi Virginiam aperuerunt. 389.e
Angliæ Regina clam ſectæ ſtudia fouet. 132.b
ſectarijs auxilia ſummittit. 241.a
claſſem ingenti apparatu inſtruit. 299.d.e
claſſem aduerſus Hiſpaniæ Regem inſtruit. 312.e

pacem

pacem inter Galliæ & Hiſpaniæ Reges imminuere tentat. 315.e
Angliæ Rex Catholicos omnes regno excludere cogitur. 356.d
in eum coniuratio. 369.c
ſacerdotes omnes orthodoxæ fidei regno excedere iubet. 375.d
veneno tentatur. 398.d
cum Ludouico XIII. fœdus inſtaurat. 399 b
Anglurius Giurius cæſus. 45.e
Angroniæ vallis hæreſes oppugnatæ. 81.d
Angronienſes ſectarij bello infeſtantur. 14. & 15.
Angrunia. 14.a
Anguillarius. 64.d
Anguiſciolæ Comes. 34.d
Anhaltinus Dux cladem quam à Brunſuicenſibus accepit, vlciſcitur. 369.a
Aniſus fl. in Carinthiæ finibus. 301.c
Anna Ateſtina Guiſij vidua Iacobo Sabaudo Nemor ſi coniugio iungitur. 55.b
Anna Lauallæ Tremolliorum auia. 25.b
Anna Sigiſmundi Regis vxor, Regina Poloniæ renuntiata. 179.b
Anna Daniæ Regis filiæ cum Iacobo Stuarto Scotiæ Rege coniugium. 269.b
Annas Burgus ſectariorum patronus. 2.d
eius cauſa in Senatu Pariſienſi agitatur. 5.a
ab epiſcopi Pariſienſis ſentẽtia vt iniqua appellat. ib.
Lutetiam remittitur. 5 b
ſupplicio traditur. ibid.
Romanum Pontificem dictis atrocibus lacerat. ibid.
Annas Heſperius Neracenſis. 51.b
Annas Ioüſa Aruenſis. 207.d
Annas Mommerantius viam Regi Lutetiã præit. 22.a
ſectariorum conciliabulum in ſuburbio S. Iacobi ſuccendit. ibid.
alterum extra S. Antonij portam igne vaſtat. ibid.
Anneberga Miſniæ oppidum, metallis frequens, à quo condita. 354.a
Anni vnius ſpatio octo principes viri & tres reginæ mortem obeunt. 3.d
Annibalis Gonſagæ obitus. 244.a
Annona ſeditionis cauſa. 236 d
Annona grauitas in Hiſpania. 360.c
Annulus Cardinali Alexandrino à Rege Galliæ pro fidei pignore datur. 129.c
Annus à Pontifice emendatus. 211.b
Anteſignanus Veſtẽbroccius ferreo globo cõfoditur. 337.b
Ancellus prætoris Pompeiopolitani filius Dorlani præfectus. 308.a
Antibi præfecti filius cum ducentis equitibus à Valletta oppreſſus. 268.d
Antibum Sabaudiæ Duci à Diguierio ereptum. 274.c
Antragutus cũ Comite Aruerniæ in cuſtodiã datur. 359.b
maieſtatis damnatur. ibid.
Anſelmus Subſellius carcere effracto elabitur. 7.e
Antiſiodori nauicularij in ſectarios graſſantur. 30.e
Antiuarenſes Turcis ſe dedere coacti. 125.b
Antongilenſis ſinus quis. 306.e
S. Antonij pons incendio vaſtatur. 44.c
Antonius à Catharina Medices claſſem extorquet. 209.c
Antonius Balma Suzæ Comes. 10.e
Antonius Barbingthonius in caput Reginæ cõiurat. 252.e
Antonius Borb. regij ſanguinis primarius princeps. 3.d
indignis modis à Guiſiis fratrib. in aula accipitur. 4.a
aula excedere iuſſus. ibid.b
iniuriæ magis accipiẽdæ quã inferẽdæ opportunus. 5.e
Antonius Cruſſolij Comes. 9.d
Antonius Dallius Piquinius Ambianorum Vicedominus cæſus. 59.c
Antonius Demochares fidei quæſitor. 4.e
Ant. Endemonianus ſuo ſũptu triremem inſtruit. 127.c
Mehemetem Behium captum in cuſtodiam dat. ibid.
Antonius Figuerola. 135.e
Antonius Fumæus. 2.e.20 e
Antonius Guedeſzola Luſitanus inſulæ præfectus truncatis manibus altero brachio ad patibulum affixus inter immanes cruciatus perit. 214.a
Antonius Ligneriis. 61.e
Antonius Luſitaniæ Nothus fato cedit. 290.d
Antonius Medices grauiter vulneratus. 287.d
Italos ad Matthiam dicit. 286.
Antonius Mexica. 137.e
Antonij Montabelli Comitis fortitudo. 127.a
Antonius Oliuarius pictor, in Belgio Regis Hiſp. clarigator, in Galliam ſpeculandis hoſtium rebus miſſus, à Lud. Naſſanuio pecunia corruptus. 134.b
Antonius Paſcaligus neci datur. 127.d
Antonius Portogallus. 214.a
caſtus vir decori & fidei tenax. ibid.
Antonius Quirinus Muſtapham ſalutat. 124.c
Antonius Richelius. 25.c
Antonij Claromontij Talarij morb. 150.a
Antuerpienſis arx euerſa. 177.a
Aornus. 36.c
Apalitici montes. 63.a
Apamcenſes Conſules eiiciunt. 48.d
Apollonia Macedoniæ vrbs. 78.d
Aquæ mortuæ à ſectarijs captæ. 166.a
Aquæ ſanguineo colore viſæ. 136.a
Aquæ Sextiæ Cruſſolio patent. 32.d
Aquaſambres portus & incolæ qui. 306.c
Aquenſes obſidione preſſi Diguierium ſuppetias aduocant. 297.
Aquila, aliàs Leſga oppidum capitur. 47.f
Aquiſgranenſes à Colonienſi & Treuirenſi Septemuiris ad officium compelluntur. 319.c
Aquitaniæ motus. 52.c
Arabes Solimano metum faciunt. 91.e
à Turcis deficiunt. 108.b
Arabia triplex. 91.c
Arania comes cuſtodia elapſus. 5.d
Araſcotius Dux. 219.b
Araſio. 33.e
à Cruſſolio recipitur. 46.d
Araſione plebs in ſectarios exardet. 121.b

Index.

Arauſionenſis ad Montium obſidionem accedit. 137.b
ab Archiduce aurei velleris eques creatur. 320.c
ad Symphoroniani fanum aciem inſtruxit. 137.d
Archidux Matthias Duces Germaniæ inter ſe conciliare conatur. 284.c
in Germaniam dimiſſus. 221.d
Bruxellis comitia ordinum habet. 329.d
ad Oſtendam fulminat. 345.c
cum Batauis pacis rationes agitat. 377.f
Archiepiſcopi Bituricenſis oratio. 258.c
Arcolium incendio vaſtatur. 44.b
Ardea Regi Galliæ reſtituta. 316.b
S. Aredij caſtellum. 68.e
Areſcotanus Dux ab Archiduce aurei velleris eques creatur. 320.c
Areſcotio Flandriæ præfectura defertur. 195.d
Friſiæ præfectura deturbatur. 196.c
Argentia ab Henrico Guiſio fruſtra tentata. 208.d
Argentinenſis diœceſis latrocinijs infeſtatur. 400.a
Argentius Dux. 42.d.65.c
Argentolium à Burrio direptum. 58.b
Argentoratenſis Archiepiſcopatus in controuerſiam venit. 347.b
Ardemborchum in Colonienſi agro ab Ordinibus expugnatum. 265.e
Arius. 17.f
Armanus Guntaldus Bironus. 44.d
Armanus Claromontius Piluis nobilis Petracorius. 45 e
præſidium ab audacia ſumit. ibid.
Armorica ſectæ contagio inquinata. 11.d
à Mercolio infeſtatur. 308.e
S. Arnoldi caſtrum populatur. 44 c
Arnoldi ſequaces. 13.e
Arnoldus Pontacus Vaſatenſis epiſcopus. 205.c
Arpaonius Burniqueti Vicecomes ſectarius turbarum auctor. 37.a
cæditur. 45.c
Arquenſes ſectarij. 14 d
Arſem munitio à Mansfeltio capta. 243.c
Arteneum. 12.a
Arturus Deſiderius ſacerdos. 19.c
Arturus Coſſæus Equitum Tribunus ad S. Ioannis montem in Heduis caſtrametatur. 114.a
Arx Budenſis de cœlo tacta. 371.d
Arx Placentiæ Octauio Farneſio patri, & principi Parmenſi filio reſtituta. 237.b
Arzilla ſub Sebaſtiani ditionem cecidit. 193.a
Aſcotius Dux Lutetiam ad fœdus iureiurando ſanciendum venit. 316.b
Aſſanus purpuratus Amurathis voluntate in Croatiam irrumpit. 271.e
Aſſonuillaus. 68.c
Aſtaracus Fontralius Armeniaci principatus præfectus. 64.c
Aſtolphus Vignacurtius ex nobili familia in Morinis natus, Rhodius eques, ordinis ærario in Gallia præfectus Equitum Melitenſium ſuffragijs ad Magiſterium Ordinis vocatus eſt. 333.e
Aſtor Buglionus, belli armorumq́ſciens. 116 a
Muſtapham ſalutat. 124.e
Athenienſium lex, de abolendis ſuperioris temporis iniurijs. 16.c
Atrebatum pilis ferreis verberatur. 310.b
Auarico Biturigum in neces ſectariorum itur. 131.a
Auengurius illuſtri Armoricæ principum genere natus. 68.a
Auanus. 27.a
Auaricum Biturigum proditione tentatur. 74.b
Audœni portus. 26.b
Auellini Principis virtus. 291.c
Aucnio. 38.e
Auenionenſes Regem Galliæ magnificè excipiunt. 52.b
Auenioni Pontificis legatus noxium furcæ eximit. 377.c
Auguſtæ Comitia. 75.a
ordo conſeſſus. 75.b
Auguſtinus Barbarigus iurgia inter Venierum & Auſtriacum componit. 125 e
pugnæ & victoriæ ſpiritum dat. 127 d
Auguſtoritum captum. 29.d
Auguſtoduno ſectarij excedunt. 30.c
Auguſtodunum ab Aumontio irrito ictu obſeſſum. 270 b
Auguſtoritum Pictonum. 28.b
Auignalus. 30.c
Aula & Mondragonius Albani iuſſu ſubſidia in vrbem ſummittit. 138 c
Aulæ regum ſyncerum nihil habent, cùm priuatas res quiſque ſeruat, & honeſtis nominibus omnia prætexantur. 16.a
Aumalius Guiſij frater. 9.d
Caletenſem agrum infeſtum habet. 26.b
Rotomago pellitur. 26.c
Caudebecum tentat. ibid.
Brionam diripit. ibid.
equo deturbatur. 45.a
in Germaniam mittitur. 59.e
eius obitus. 149.c
Aumalij effigies Lutetiæ quatuor equis in diuerſa nitentibus diſtracta. 290.b
eius bona in fiſcum redacta. ibid.
perduellionis reus Senatus decreto pronuntiatur ibid.
Aumontij obitus. 290.c
Aumontius equitum tribunus Albanos & Italos fugat. 267.a
Aurancæ ſub Colinij manum cadunt. 47.e
Auratum in Lemouicibus capitur. 59.e
Aurelianenſis Epiſcopus primo in vrbem initu noxium hominem ab vnco vindicat. 377.c
Aureliani propugnaculum dirutum. 52.a
Aureliani ſectarij in carcerem coniecti & iugulati. 69.c
Aurelianum Condæi receptaculum. 29.e
Aurelianus Dux naſcitur. 376.d.e
Aurelijs iudicium in adulteria exercetur. 48.b
ſectarij caduntur. 131.a

Aure

Aurelianum à Lanonio capitur. 58.b
Regis ſacramentum exuit. 257.a
Auriliacum in Aruernis. 30.d
Aurifodina in Scotia reperta. 392.b
Aurifodinæ crebræ in Apalticis montibus. 63.a
Aurincæ. 27.a
Auronis pons. 29.c
Auſtria ab Heiduccis ferro & igne vaſtatur. 361.c
Auſtriacæ claſsis in Epirum aduentus. 125.d
Auſtriaci rebus Turcicis inſignes. 284.e
Auſtriacus de belli rationibus agit. 125.d
ſagittis crura confixus. 127.a
Auſtriæ Ordines Matthiæ imperium abnuunt. 389.c
Auſtriæ potentia aucta. 200.b
Auſtriæ ruſtici tumultuantur. 301 e
Autranium in Donzienſi agro à ſectarijs captum. 30.d
Axona fl. 57.e

B

BABATVS *ſectæ ſtudioſus.* 55.e
Babotſia oppidum à Turcis præſidiariorum ignauia receptum. 331.a
Babylon à Regis Perſarum filio exinopinato tentatur. 95.d
Babylonia à Rege Perſidis, cum omni vicino tractu Turcis erepta. 350.e
Babylonica prouincia à Perſa ferro & incendijs vaſtatur. 395.b
Baglionus vrbis præfectus. 119.b
Baglionij virtus. 124.a.b
Bagnolium. 38.e
Balenſonius, & Signifer eius ab Anglis capti. 227.a
Balmæus mons. 33.a. 34.a
Balignius Cameraci præfectus Regis imperium agnoſcit. 278.f
Baltazarus Rottulus. 161.d
Baltazar Battorius coniurationis princeps capite luit. 283.d
Baptiſma liberorum Henrici IV. 374.c
Barbaria (veteres Africam dixêre.) 143.c
Barbarico triremium ductori ſagitta oculus confoditur. 127.e
Barbarius curator maris 53. triremium rector. 126.d
Barjolum. 32.d
eius ſitus. ibid.
diripitur. ibid.
Barius. 38.b
Baro Batteniburgenſis. 155.e
Baro Luxius Primatis Lugdunenſis patrui cædem deprecans ad pedes Regis aduolutus. 252.e
Baro Bironius periclitans à Rege eximitur. 266.e
Barrautium municipiū à Diguierio capitur. 314.d.e.f
Barrieri inſidiæ à Dominicano quodam detectæ. 323.b
S. Bartholomæi feſtum ſectarijs exitiale. 130.e
Bartholomæus quidam, ſe Borgueſium Pontificis extra nuptias filium ferens, Curiæ Pariſienſis ſententia, faucibus reſti eliſis, in ignem coniectus eſt. 388.e
Baſileenſis mercator in Heluetijs, quia in Sanctos & intemeratam virginem iniurioſus fuerat, publico ſpectaculo capite truncatus, & igne crematus eſt. 388.e
Baſſa Iauarini præfectus confoſſus. 316.c
eius caput in propugnaculo Hungarico defigitur. 316.d
fidei firmandæ cauſa veſtem Babylonicam belluatam, manicatam, auro intextam, faſciolis cæruleis inſignem operis acu picti Matthiæ Arch. offerendam tradit. 350.c
eius caput Pragam ad Cæſarem tranſmiſſum. 361.d
Baſſa Alepienſis ad ſeditioſos ſe aggregat. 371.d
Baſta fidei Catholicæ propugnator. 356.a
Baſtidius Burdegalenſis, dum Geneuam explorat, in furcam agitur. 391.d.e
Batauæ claſsis ex India *reditus.* 328.b.372.e
Batauι 20. maioris formæ naues bellicas & quatuor onerarias ad claſſem Anglicam aggregant. 299.e
à Barbaris amicè excipiuntur. 306.d
vt ſibi Regem Angliæ emereri agant, duodeuiginti generoſos equos, & tres auro ac ſerico inſignes currus ad eum muneri mittunt. 351.b
iuſſa impigrè faceſſunt. 364.e
Rhenbercæ egreſsi munitionem à Mendoza *exſtructam, ſolo æquant.* 365.d
claſſem Hiſpanicam in inſidijs latentem deprehendunt. 378.a
cum ea pugnam capeſſunt. 378.b
Bathorius Cardinalis Annæ Auſtriacæ ſibi nuptias ambit. 324.a
à Michaele Valachiæ Vainoda obtruncatur. ibid.
Baugnium oppidum à Regijs vi capitur. 73.e
Bazordanes. 36.c
glande plumblea confoditur. 43.b
Becus Varda. 59.a
Bedarrida. 33.e
Beiria vrbs & arx in Maſsilienſi prouincia Galliæ Regi reſtituuntur. 316.a
Beglierbius quis. 119.e
irruptione facta in Aethiopia graſſatus Barbandam vſque penetrauit. 144.d
Beglierbei Græciæ 28. bellatorum millia à Mansfeltio & Palfio fugata. 293.b
Belfortius Dux. 37.b
Belga vnus D. Franciſci ſodalis eiurata fide ad ſectam tranſit. 136.a
Belgarum decem & octo millia carnificis manu exitio data. 158.a
Belgardius Allobrox Barrautio impoſitus. 314.e
à Diguierio capitur. 314.f
Belgicæ Galliæ deſcriptio. 100.a
Belgicæ vrbes. ibid.a
Belgici conſilij furor in cauſæ regiæ perniciem graſſatus. 174.b
Belgij res ſuas præſidio firmat. 173.b
Belgij Ordines in Galliæ Regis clientelam tranſire cupiunt. 215.c

eorum fortuna anceps. 288.a
in Belgio crebri terræ motus. 102.d
Bella in Belgio. 290.d
Bellarmini Cardinalis liber de Pontificis poteſtate carnificis manu crematur. 403.a
Belleureus pro Maria Scotiæ Regina apud Eliſabetham patrocinatur. 252.d
Bellogardius. 36.c
Bellorepariun. 34.f
Bellouaſius capitur. 45.a
Bellum Reginæ Angliæ denuntiatur. 49.a
inter Sueciæ & Daniæ reges. 86.c
in Melitam à Turcis paratur. 93.a
ſine pecunia geri non poteſt. 281.d
inteſtinum in Africa inter Xequum & Sidanum fratres. 392.a
Belna ſectarij eijciuntur. 30.e
Bemius pugionibus confoſſus. 167.c
Benedictus Soranzus neci datur. 127.d
Benegonium Regijs deditum. 73.e
Benouia Tremolliorum arx. 167.b
Bergeracum. 35.e
Bernæum oppidum captum. 47.f
Bernardinus Mendoſa cum fratre Ioanne Gallis ſectarijs aditus obſepit, & oſtium Bauainum inſedit. 134.e
à Requeſentio cum copijs validis miſſus. 169.a
Bernates. 32.e
Bernuelius Burgo impoſitus. 29.d
Bertrandus Cardinalis. 7.d
Bernicenſis ex Anglia auxilia arceſsit. 49.a
Bernſteinius ſancti Martini montem præſidio firmat. 311.f
Beſſencurianus. 59.a
Beſtellega oppidum. 101.e
Bethlemicum cœnobium. 135.b
Bethunij obitus. 238.b
Beuelandia inſula. 134.d
Beza in Synodo Poſsiaceno dicere iubetur. 18.a
fatetur in cœna Deum præſentem eſſe, corpus abeſſe. ibid.
de Vaſsiacena cæde apud Regem expoſtulat. 21.d
Nemauſenſi ſectariorum Synodo præeſt. 129.d
Bibractenſes. 289.a
Bironio portas aperiunt. ibid.
Bilbantij diluuium, eiuſq́; ſitus. 279.d
Bipontini obitus. 68.d
Bironij equitum Tribuni res geſta. 289.b
leui vulnere perſtrictus. ibid.e
— duobus vulneribus acceptis Meduanum proturbat. ibid.d.
eius cum Aruerniæ Comite & Crequio in Angliam legatio. 334.c
eius mors omnibus Europæ partib. approbata. 340.e
ab ipſo pacis rationes initæ. 187.a
capitis iudicium ei ſtatuitur. 340.c
Bironus Salignacus. 206.b
Bironus in Aquitania. 207.a
Aquitaniæ præfectura à Margarita vxore Nauarri remotus. 207.d
equitum tribunus creatur. 248.f
tormenti fulmine laniatur. 273.d
conſpirationis à Rege veniam impetrat. 339.d.e
cum Aruerniæ Comite captus diuerſo carcere cohibetur. 340.a
Biſerta Vtica vocata. 116.b
Biterræ irrito ictu tentatæ. 38.d
Blaconus cladem partibus affert. 32.c
Blanacus. 32.e
Blaſius Monlucius Prouinciæ rector. 61.b
Aquitaniæ præſes. 64.e
Blaſphemi Lutetiæ puniuntur. 322.b.e
Blaueta litoralis arx Regi Galliæ reſtituta. 316.b
Blauetum in Armorica (Britanniam Gallicam vocant) ab Hiſpanis inſeſſum. 282.e
Blauia intercepta. 65.d
Blæſæ à ſectarijs direptæ. 24.d
Bloſſetus Charitæum oppidum capit. 47.e
præſidium Auſtranij agitat. ibid.
Blndo. 39.c
Bobecum Normaniæ oppidum de cælo tactum, conflagratum. 230.b
Bogdanus principatu exutus, Sigiſmundi Poloniæ Regis opem implorat. 141.a.b
Bogentiacum diripitur. 27.e
Bogierus Baſſa vicarius Altheimio veſtem Attalicam muneri mittit. 350.e
Boiocaſſes. 27.d
Botordani ſæuitia. 25.d
Bolenæ. 33.c
S. Boneti fanum. 34.c
Bommela inſula. 265.e
Borboniorum & Guiſiorum diſsidium. 1.b
Bordetus cum Burianis manum conſerit. 42.e.
Bonium ad Ligerim. 30.d
Bordetus clade elabitur. 43.a
Boriſonius Moſchouiæ regnum inuadit. 319.a
Bos integer omnis generis animalibus fartus in inauguratione Regum Romanorum aſſatur. 406.c
Boſcodelphinius Regis captiuus. 267.c
in fidem Regis venit. 290.a
eiq́; oppida non pauca ſubdidit. ibid.
Boſcouiridis caſtrorum præfectus. 65.a
Boſonij incendium. 354.a
Boſia rupes prope Rupellam. 131.e
Boſtcaiſenſium cum Heiduccis conflictus. 372.c
Boſtcaij Cataius Cancellarius, parricidij damnatus ſecuri percutitur. 372.b
eius obitus. 372.c
Boſtcaius quidam Iſtuanius ſe Principem ferens, nouos motos ſuſcitat. 356.a
Catholicæ fidei cultores vrbe pellit. ibid.
Boſtcaius octingenta florenorum Hungaricorum millia, & decem egregios equos à Sultano muneri accipit, vt bellum ſtrenuè gerat. 361.a
Boſsina, aliàs Illyricum 144.a

Index.

Boſſuty Comitis obitus. 203.b
Boſſutius caſtrorum præfectus. 200.a
Botana fl. 73.b
Boticularius Theologus. 16.d
Brabantia cum Belgij prouincijs fœdus. 174.e
Bragadini duo, duas galeaſſas regunt. 126.d
Bragadinus viros principes, pecunijs interuertens, aurea reſte Dutis Bauariæ iuſſu ex furca ſuſpenditur. 265.a
Braium ad Sequanam. 60.a
Brancatus Dux. 34.e
Brandeburgenſes legati ad Regem Poloniæ miſsi à nobilitate trucidantur. 378.
Brauius. 150.e
Bredam belli furto interceptam Ordines regijs eripiunt. 265.
  eius deſcriptio. ibid.
Breſorda ſitus. 305.c
  à Mauricio obſidetur. ibid.
  in ipſius manus venit. 305.d
  incendio vaſtatur. ibid.
Bregetium igne afficitur. 99.e
Breſſeus. 27.a
Breſsius Altofolius. 61.d
Breſſonius. 30.d
Brichantens Bellouaſius 44.d
Bricometius. 68.c
Briela inſula in Hollandia. 132.d
  eius ſitus. ibid.
  vrbs in ea eiuſdem nominis proditione capitur. ibid.
Brigantio. 14.e
Brigeraſſum à Duce Sabaudiæ corona cingitur. 283.b
  eius ſitus. ibid.
Brimontius dux. 40.d
Brinelium. 32.d
Briolenſes. 29.c
Briſſaci obitus. 67.e
Briſſacus eq. Tribunus. 9.d
  Nucidani obſidio occubuit. 114.c
  Rhedonas expeditione liberat. 298.a
Briſtollium in Anglia fluctu exundante diſiectum. 380.b
Britanniæ Regina in ſacerdotes ferro & igne ſæuit. 233.e
Brocenſi caſtello præſidium imponitur. 313.e
Broſsius dux cadit. 45.e
Brunſuica obſidio ſoluitur. 375.e
Brunſuicenſis Dux in Brunſuica obſidione pertinaciter hæret. 375.d
Bruxellenſes turbæ. 173.e.223.b..233.c
Bucary rei tormentariæ præfecti obitus. 68.a
Bucquoius Vachtenduncam obſidet. 365.d
Buda. 284.e
Budæ obſidio ab Adolpho adornatur. 318.e
  Ianiſſeri in ea prædas agunt. 379.c
Budua in Rizomeo ſinu à Turcis capta. 125.b
Budericum à Mendoza aggreſſum. 313.d
Budnocum ab Heiduccis vi captum. 379.c.d
Buedia amnis. 33.a
Bugoly fratres vitæ gratiam obtinent. 40.d
Builionius Dux à Guiſio bello laceſsitus. 246.b
  Regis Nauarræ Vicarius in exercitu Germanorum. 246.d
  fuga Geneuam petit. 247.e
  flammulas Caroli Mansfeltij delet. 289.a
Bulengerus Mornaium falſi reuincit. 326.a
Bulliargius. 37.c.38.b
Buranus Comes Arauſionenſis filius captus. 104.
Burdegalis grauis ignis ardet. 302.e
Burdelius. 61.e
Burdigalæ tumultus. 39.a
  in neces ſectariorum itur. 131.a
Burgolium cœnobium. 25.e
Burgum ad Rhodanum. 38.d
Burgum in Seguſiano agro primaria ciuitas Gallici ſori formam induit. 333.b
Burgundia penè tota Regis imperio ſe ſubdit. 289.e
Buria Nauarri legatus. 35.a
  toti Prouinciæ grauis. ibid. & ſeq.
  cum Moluccio capita confert. 40.b
Buriani cum Bordeto manum conferunt. 42.e
Buſeria arx. 34.d
Buſſerius Rometam capit. 46.e
Buſsiera tentata. 31.e
Buthroti pagi & villa incendio vaſtantur. 125.c
Buthrotus portus in Epiro. 125.a
Byzantij tres ſoles viſi. 106.c
Byzantij cornu. 116.c
Byzantinus Imperator cum Batauis fœdus init. 402.e

C

CABILLONVM. 290.b
Cabilo ad Ararim inſeſſus. 30.e
Cadiraſium. 33.e
Cadomum ſecta contagio inquinatur. 11.d
Cadurcenſis ſchola direpta. 35.e
Cadurci ſectarij grauiter affliguntur. 35.e
  eius ſitus. 206.a
Cadurcum à Nauarro expugnatur. ibid.
Genomani ſectariorum ſæuitia. 25.d
Caſalenſes in Mantuani Ducis ditione ad exitium dati. 104.a
Cæſar Iuliobona tanto paratu egreditur vt Selimani pompam obruat. 96.c
  ad Selimum munera mittit. 106.d
  cum Philippo Hiſpaniæ Rege Romæ de fœdere in Selimum cum Venetis ineundo agit. 112.d
  per oratores cum Hollandis de pace agit. 275.e
  in Auſtria turbas componit. 279.e
  ab Ordinibus Imperij appellatur. 314.c
  Comitia Herbipoli in Franconia cogit. 395.c
  cum Boſtcaio pacis rationes agitat. 362.e
Cæſarea Auguſta. 276.c
Cæſaris Moſchouiæ obitus. 201.b
Cæſaroduni ſacra effigies deiecta. 24.d

Cæſarodu

Cæſarodunum captum. 25.b
Caldomentius. 64.f
Cailum in Ruthenis oppidum capitur. 40.a
Caletum vrbs omnium opinione inexpugnabilis. 3.e
ſectæ veneno inquinatur. 11.d
ab Alberto S.R.E.Card.captum. 298.e
Regi Galliæ reſtituitur. 316.b
Calipha & Muptbi apud Turcos & Barbaros inuiolabiles ac præcipuo numero ſunt. 17.c
Caluini errores. 14.a.& ſeqq.
Caluiniacum ſectarijs eripitur. 28.e
Cambius Monſorellus. 74.a
Cameracenſe obſidium. 223.b
Cameracum ſub poteſtatem Hiſpani cadit. 290.a
Camilli propugnaculum proximè Rhinbercam ſalo æquatum. 305.a.b
Campagnacus Monacho eiurato militũ dux. 59.e.66.d
Campenſis. 7.b
Campenſis Cenomani. 27.a.b
Campomartinus ad laqueum damnatur. 399.e
Candecoſta in fide manet. 35.f
Caniſa arx in Hungaria de cœlo tacta igne conflagrata. 198.e
Cantoclarus ſacerdos dux. 61.b
Capella Regis Galliæ reſtituta. 316.b
Caperolianus limes. 32.a
Capitolini ſectæ fauent. 36.a
Capuchini pro focis & aris in Turcos ad arma eunt. 283.c
Caracoſſa nobilis pirata. 124.e
Caraſa Cardinalis in cuſtodiam datur. 78.d
eorum familiæ inſignia Senatus populiq; Romani decreto deraſa. 78.a
Caraſa homines propudioſi à Pio V. in integrum reſtituuntur. 93.e
Caraſalyus prædo. 125.a
Carbonaria turris à Dignierio capitur. 309.b
nonem machinis pulſata, ad deditionem venit. 326.e
ordinum conuentus expetit. 9.a
Cardinalis Borbonius in aulam redit. 11.e
Rotomagenſis epiſcopus creatur. 212.b
Cardinalis Borromæus ſanctorum numero adſcriptus. 357.e
Cardinalis Caſtellionæus in Angliam non ſine periculo euadit. 64.e
Cardinalis Cornarus Romam mittitur,vt de belli rationibus cum ſummo Pontifice agat. 112.b
Cardinalis Lotharingus ſectæ veneno imbutus. 1.b
ex Italia redit. 52.d
Condæum per officij ſpeciem inuiſit. ibid.
à Franciſco Mommorantio Lutetiæ aditu prohibetur. 52.e
S.Carileſi monachi trucidati. 48.a
Carinianenſes. 14.d
Carlenius. 155.c
Carlotta Trimollia Principis Condæi mater ad gregem Chriſti,vnde exceſſerat,aggregatur. 299.
Carlota Borbonia Monpenſerij filia fuga. 129.b
*Gulielmo Naſſauiæ Arauſionẽſi Principi denubit.*ib.
Carmelitæ Lutetiæ inſtituuntur. 357.c
Carnium eſus in Quadrageſima Romæ ob tritici penuriam à Pontifice permittitur. 270.d
Carnutum vicedominus cuſtodia mancipatur. 9.b
interrogatur. ibid.e
Caroli Borbonij Rupiſurionij Monpenſerij fratris obitus. 54.b
Caroli Cardinalis Lotharingi obitus. 165.b
Caroli Hiſpaniæ Principis & Eliſabethæ Reginæ funus. 109.d
Caroli Mansfeltij obitus. 293.c
Caroli IX.Regis obitus. 160.b
Caroli Sudermaniæ Ducis latrocinia. 354.b
Carolina arx. 62.e
capitur. 64.a
Carolus Albiacus Pleſſeius. 8.c
Carolus Angenaus Cenomanorum epiſcopus. 51.e
à Cænomanis rebellantibus pulſus. 23.c
Carolus Badenſis Marchio. 59.e
Carolus Borbonius Cardinalis. 5.d
Carolus Borromæus vir ſanctitate conſpicuus. 112.f
Carolus Caſallus primus decurio. 297.b
Carolus Chotchieuicius Liuoniæ præſes. 366.b
Carolus Doria Genuenſis Regis Hiſp.nomine maria infidit. 297.e
Carolus Emanuel Geneuæ ſpe deiectus. 251.b
Carolus Gonzaga Cliuenſis Dux Niuernenſis ad Paulum V.à Rege Galliæ legatus. 382.
Carolus Harangerus Cameracẽſis ordinũ ductor. 265.b
Carolus Mansfeldius Comes. 226.e
Carolus Molinæus ſcripto nefario Concilium Tridentinum impugnat. 51.c
Carolus IX. Galliæ Rex à Carolo V. adminiſtrationis capax pronuntiatur. 49.f
Rex ſalutatur. 12.e
Carolus Pienna Belgij regulus. 44.a
Carolus Podienſis Monbrunius Cabilum inſidet. 30.e
Carolus Randanus Rupiſulcandy frater. 41.e
apud Auaricum occiditur. ibid.
Carolus Sueciæ Rex nobilibus in inuidia eſt. 366.a
Tyrannus. 388.e
arthritide vſtus perit. 405.e
Carolus Sueciæ Dux ſectæ opes fouet. 319.a
à Rege Poloniæ bello laceſſitur. 319.a.b
Carolus Veſmerlandius. 115.a
Carnutes duos menſes propugnãda vbi ſufficiũt. 269.d
Carnutum Vicedom. libellum collegio equitum offert,vt in ſua cauſa cognitores ſint. 10.a
à Rege Galliæ quaſi perduellis ab Angliæ Regina expetitur. 41.a
Carpatij montes. 284.f
Carpentoractum Adretio reſiſtit. 33.c
Carſius Ponteniſiorum princeps. 32.c
Carſius à Valleta deletur. 268.e
Carthuſiani Villæ nouæ regia poſſeſſione edicti priuilegio depelluntur. 382.c

Caſa

[illegible]

Ca[illegible]

Ca[illegible]

Ca[illegible] 33.

Ca[illegible] 6[illegible]

Caſtell[illegible]

Caſt[illegible]

Caſt[illegible] 165.

Gaſtrop[illegible] nnus.

Caſtror[illegible]

Caſtrum[illegible]

Cath[illegible]

Catholi[illegible] religio [illegible] cauſa [illegible]

Cathari [illegible] qui [illegible]

Catharin[illegible] ſſa.

[illegible] de [illegible] dicens [illegible] lys principib. [illegible] contendit [illegible]

[illegible] m propenſior eſt. 21[illegible]

Cathar[illegible]

Cathar[illegible] lum obſ[illegible]

[illegible] harina muni[illegible]

Catho[illegible]

Catholi[illegible] um pertinax [illegible]

[illegible]

[illegible] ntam a [illegible] 13[illegible]

[illegible] vita Valeſia [illegible]

[illegible] ibid.

[illegible] coronam in[illegible] 2[illegible]

[illegible] 126

[illegible] ibid

[illegible] deb[illegible] latur. 78.d

[illegible] [illegible].b

[illegible] ibi[illegible]

[illegible] & Polonos. 36[illegible]

[illegible] 392

[illegible] a Verula[illegible]

[illegible] 383.c

[illegible] 368.a

[illegible] 402.d

Cham[illegible] qui de pace [illegible] 324

Cha[illegible] 45.

Cha[illegible] 68.

[illegible] 69.

[illegible] 30.

[illegible] 47.

[illegible] um [illegible]

[illegible] 131.b

[illegible] ne venatico [illegible] 3[illegible]

[illegible] 12[illegible]

[illegible] 25[illegible]

[illegible] ad laqueum damnatur. 399

[illegible] 135

[illegible]

[illegible] 350

[illegible]

[illegible] d

[illegible] ccum [illegible]

[illegible] 9[illegible]

[illegible] ate [illegible] ber [illegible]

[illegible] ibid

[illegible]

[illegible] quat [illegible] [illegible].d

[illegible] tur. 424.a

[illegible] norum [illegible] ata liberantur. 127.f

[illegible] ad Batauos ſup[illegible]

[illegible] mittit. 306.b

[illegible] nandi magni Hetruri[illegible] 255

[illegible] 211.a

[illegible] 544.6

[illegible] frat[illegible] 102.b

Cl[illegible]

Ind…

Clariſ … 44.
Cicadis a …
Clarigator quis 111.b
Claromo … tum. 3 … 6.c
… à Bero … tur. … d
Claromon …
… ibid.
Coclnus …

Coloniæ Agrippinæ [illegible]. 107.d
Coloniæ de pace toto Belgio ſancienda agitur. 219.b
Colonienſis inſulam præſidio firmat. 367.d
Colti Famaguſtani virtus. 124.d
Columbarius. 27.a
Columbetius Gratianopolitanus dux. 68.b
Columna maris præfectus claſſem Corcyram ducit. 128.e
nautam numerat. ibid.
Columna Pariſijs eo loci proximè palatium erecta, vbi Caſtelli particulæ domus erat. 283.a
Columna per triumphum poſt victoriam in Turcos partam Romam init. 128.c
prætoriæ Pontificiæ præeſt. 126.c
Colurium. 3[illegible].b
Comara inſula. 285.b
à Turcis tentatur. 288.1
Combaldus præſidij Braij dux. 60 1
Comes Aucertate & Bironius in cuſtodiam Praline & Vitrio traducuntur. 340 a
Comes Bodnellius Reginam ducit. 106 a
Comes Carſius, & Comes Orationis Guiſij partes fouent. 297.b
Comes Eſſexius, Angliæ claſſi præfectus. 299.e
Comes Fuentius Caſtelletum de bitone capit. 291.1
Comes Hornonius Bruxellis capite luit. 136 e
Comes Mansfeltius in Lucenam cum 14. bellatorum millibus à Carolo Sueciæ Rege immiſſus. 366.a
Comes Mauritius conſilijs ſubitus. 296.
Comes Salenonius occiſus. 262.c
Comes Solmeus Hulſti & Zelandiæ præfectus. 295.e
Comes Tironius Catholicæ fidei in Hibernia primarius protector. 388.c
Comes Varaxius ignitis pœnas luit. 29.b
Comes Vaſcimburgenſis præſidiarios Hiſpanos Berga vrbe exigit. 107.e
Cometæ duo Londini viſæ. 93.c
tres in Italia. 95
Comitia Meldis indicta Aurelias tranſlata. 9.e
ad Eſſæ pontem. 17.a
Auguſtam à Cæſare indicuntur. 92.f
ad S. Germani Caſtellum. 212.a
Ratisbonæ à Cæſare indicuntur. 312.a
Comitis Facetij edictum. 281.a
Comitis Oetingenſis obitus. 367.e
Commendonius Cardinalis in Germaniam à Pontifice mittitur. 122.e
inuerſo vultu à Cæſare excipitur. ibid.
Commentariorum Gregorij XIV. in Regem & regios carnificis manu Pariſiis publico ſpectaculo cremantur. 269.c.f
Comorrha à Turcis incendio deformatur. 363.b
Comorrhæi Begeden Baſſam ſeptemdecim plauſtra pecunijs onuſta trahentem glande plumbea cædunt, & pecunias diripiunt. 361.d
Compagnius. 149.c
Compendium à Meduano fruſtra tentatur. 270.b
Conanum ad Ligerim. 3[illegible].d
Conciliabula ſectariorum deprehenſa. 2.a
Concilij Tridentini poſtulatio. 13.d
promulgatur. 115.c
in Gallia admittitur. 298.a
Concionatores ſictum Regis animum vocant. 278 b
Condæi Principis odia in Lotharingos fratres. 4.a
aula excedit. 8.d
Neracum proficiſcitur. 8.e
ad res nouas Nauarrum impellere conatur. ibid.
neque alienis conſilijs regi, neque ſua expedire poteſt. ibid.
eius conſilia a Saga quodam cum literis intercepto detecta. 9.b
ad iter accingitur vt in aulam veniat. 12.f
ab Hoſpitalio Cancellario legibus interrogatur. 12.d
de Conſiſtorij ſententia corã Rege crimine ſoluitur. 15.c
cum Guiſio, Rege ſaciente, conciliatur. 16.f
cum Germanis ſocia arma iungit. 22.c
ſectariorum in Gallia dux creatur. ibid.
literis ad Regem & publicis ſcriptis in Guiſios virulentè inuehitur. 23.d
Reginam cum Colinio adit, quidq́ requirat exponit. 23.f.24.a
Adiectij ſanitia oneratur. 32.b
cum Aurelijs egredientem quinquaginta ſectæ miniſtri deducunt, & Deo commendant. 44.a
aduerſus Regem aciem inſtruit. 44.c
eius exercitus. 44 e
a Damuilla capitur. 45.b
Stampas deprædatur. 44 a
à Gentis prœditur. 44 b
puellam Reginæ cognatione nobilem corrumpit 48.d
apud Reginam de ſectariorum priuilegijs i[illegible] oneratur. 51.a
cum Colinio Caſtellione ad Louiam conſilia miſcet. 56.d
vt Itali regno excedant à Rege contendit. 58.a
irrito euentu Colloquium tentat. ibid.
cum Monmorantio pugnam capeſſit. 59.a
in Lotharingiam venit. 60.d
cum exercitu Rupellam venit. 64.c
Campiniacum vi capit. 66 a
eius obitus. 67.b
Condæus filius ſanum S. Ioannis & Angule capit. 237.e
veneno interficitur. 248.[illegible]
ſeptennis in Senatu Pariſienſi primus Regij ſanguinis Princeps pronuntiatur. 29[illegible]
à Ludouico XIII. reuocatus [illegible]. [illegible] 399.d
Pariſiis fuga cum vxore elabitur, & quare. [illegible]
connubium Ludouici XIII. cum Hiſpaniæ R[illegible] improbat. 4[illegible]7.c
Condomio Franciſcani pelluntur. 35 b
Condomium in fide manet. 35 f
Conſtabilis quis dicatur. [illegible].d
Conflagratio ducentorum pagorum & [illegible]. 86.c

Confluentiæ propugnaculum ruina facta leges accipit. 326.e
Conſorginus in femore ictus. 70.e
Congi Regis legatus ad Pontificem ſuis in itinere defectis Romæ diem ſuum obit. 381.b
Conimbricu ſub Albani poteſtatem venit. 217.e
Conimbricenſis Academiæ priuilegia firmata. 218.b
Coniugium Catharinæ Henrici IV. ſororis cum Lotharingiæ Principe. 321.f.322.a.& b
Coniuratio in Ioannam Nauarram & filios eius. 51.a
in Pontificem. 84.d
de ſectarys trucidandis. 129.a
in Angliæ Regem reuicta. 347.
altera in Angliæ Regem. 369.e
tertia in Angliæ Regem. 375.b
Coniuratio in Parmenſem principē deprehēditur. 408.c
Coniurationis Bironianæ ſocy in Regem denuò conſpirant. 359.b
Conuas Pezenaci præfectus. 37.e
Connubia clancularia Curiæ Pariſienſis Senatuſconſulto damnata. 381.f
Connubium duplex in Gallia & Hiſpania. 407.c
Conrado Terlemburgo Comiti Linghenum à Carolo V. ademptum, in fiſcum addictum. 305.e.f
Conradus Malaſpina Marchio. 219.a
Conſidendi prærogatiua inter Cardinales & regy ſanguinis Principes. 17.a
Conſignationum edictum proditur. 50.d
Conſilium Philippi Hiſp. Regis de Siculis veſperis in Gallia reddendis. 53.e
Conſtantiana cædes. 118.f
Conſtanty adoleſcentis Veneti virtus. 125.b
ad Selimum deducitur. ibid.
Henrici III. precibus carcere liberatur. ibid.
Conſtantinopoli tantus terror vt multis fuga in animo fuerit. 128.b
ibidem turba per Ianiſſeros excitata. 365.e
Conſtantinus Auguſtus vt diſcipulus in Nicæna Synodo conſedit. 18.a
Conſtantinus Dux Oſtrogiæ. 219.f
Conſtitutiones in blaſphemos renouatæ. 322.b
Conſultatio de imaginum cultu. 21.a
Contarenus Strozco caput excudit. 127.e
Controuerſia de hæreditate Ducis Iuliacenſis, Cliuenſis, & Bergenſis. 394.a
inter Bauariæ Ducem & Salisburgenſem Epiſcopum. 404.d.e
Conuallenſes veteris erroris damnati. 13.e
eorum miniſter lento igne crematur. 14.d
Coquelucha morbus qualis. 207.e
Cor Regis Henrici IV. Flexiam defertur. 398.e
Corbelium à Caſtellioneo intercipitur. 268.d
à Parmenſi magna ſuorum ſtrage capitur. 268.e
à Condæo tormentis verberatur. 44.b
Cordigerius latro. 69.d
Cormerius excucullatus è Franciſcano miniſter. 36.b
Cornelius Hoocius capite truncatur. 230.d
Cornelius Matelifius Batauæ claſsis præfectus Malacam à Luſitanis infeſſam petit. 385.d
cum Barbaris fœdus init. ibid.
Coſacci à Turcis deficiunt. 355.d.e
Coſmæ Principis magni Hetruriæ Ducis filij cum Magdalena Auſtria Arch. Caroli filia coniugium. 386.d
Coſmi Rugery Florentini opera. 159.c
Coſmi Florentinorum & Senenſium Ducis mors. 160.d
Coſmus Medices Hetruriæ Dux regia pompa à Pontifice excipitur. 81.a
equites S. Stephani inſtituit. 81.b
in fidem Catholicam officioſus. 112.c
Coſſaus Baſtilia emittitur. 168.b
Coſſæus Briſſaci nothus. 27.a
Coſta fani S. Andreæ. 31.e
Coſtenagarū à Poloniæ Rege tormentis verberatur. 86.b
Cottia Alpes. 13.f
Cruſſolius apud Regem Galliæ de Nauarri & Condæi fide tuta omnia nuntiat. 11.f
Coxia propugnaculum, & S. Catharinæ caſtellum obſeſſum. 351.c
Cracouiæ ingens tumultus. 367.b
Cratumno ſectary eycιuntur. 25.b
Cratumnum oppidum. ibid.
Crepacorum proximè Bolducum in Aduaticis Mauritij leges accipit. 265.e
Creuecora propugnaculum à Mauricio captum. 329.b
Creuſa fl. 71.d
Croſa. 26.c
S. Crucis Comes in bello cadit. 127.c
Cruſſolius ſectariorum dux. 32.d
in Septimania Condæi vicarius. 37.e
Arauſionem recipit. 46.d
Cucus. 35.d
Culpa fl. 277.
Cuniſſius pagus. 115.b
Curlerius cadit. 45.e
Curia Pariſienſis in Meduanum & alios perduelliones grauibus edictis fulminat. 282.d
Currens dux. 42.d
Curſolum à viris derelictum à fœminis ſtrenuè propugnatur. 125.b.e
Curtenſis Purpuratus Pannoniam inferiorem inuadit. 75.e
Palodam in Pannonia inſilit. 95.e
Curtaſio. 33.e
Curzolares inſulæ. 125.e
Cypriani locus in hæreticos. 4.d
Cypri deſcriptio. 109.a.116.a
à Selimo expetitur. 123.b
S. Cyri fanum direptum. 43.f
Cyrnenſe bellum. 92.e
Cythera inſula. 142.d

D

Abretiorum ager à Tartaris deuaſtatur. 318.a
Dachſteinum corona cinctum ad deditionis leges venit. 398.d.e

Daniæ motus ſopiti. 202.a
Dallonius Ludæ Comes. 69.a
Dallonius Ludy Comes. 73.f
Dalmatia & Albania bello infeſtantur. 143.f
Damartinus Comitatus. 8.a
Dampetra. 30.d
Dandoli caput oſtentui habitum. 119.b
Daniæ Suecorumq́; Regum odia. 105.d
Dani & Sueci inter ſe bella conferunt. 404.a.b
Danubij deſcriptio. 96.a
Europæ amnium maximus. ibid.
omnis formæ nauigijs opportunus. ibid.
maris ſpeciem exhibet. ibid.
DanZicum Pomeraniæ oppidum. 198.c
Dardanellæ arces. 128.d
Darnetalum oppidum direptum. 23.a
Dauaſſanus Neraco præeſt. 39.b
S. Daueniæ pagus. 118.b
Dauentorum deditum. 201.a
David quidam obſcurus veneni nouæ ſectæ publicator. 8.c
Decreta veterum Patrum principe loco ſemper fuerunt. 17.f.18.a
Decretum quo ſectæ ſupplicia remittuntur. 9.b
Decuriones Pariſienſes Regi portas aperiunt. 282.c
Delectus militum mandatu Condæi habentur. 63.b
ab Albano in Germania. 134.c
Delphinatus ſectæ veneno imbuitur. 130.a
à Sabaudiæ Duce infeſtatur. 308.e
Demetrij magni Moſchomæ Ducis oratores Craconiam qua de cauſa veniunt. 366.d
Derdingua ab Herbipolenſi epiſcopo obſidione cingitur. 381.a
Dichmarchiæ quinque Soles, & alia alibi prodigia viſa. 255.d
Dictum de Alberto vulgò iactatum. 310.a.b
Didacus Soſa. 216.e
Diegus Meneſius Albani iuſſu percuſſus. 217.d
Diegus Montesdocus centurio. 169.e
Dieppa ſectæ contagio inquinatur 11.d
à ſectarijs diripitur. 23.b
Dieppenſes per ſupplicem libellum à Rege gratiam impetrant. 42.b
Dies magni in agro Lugdunenſi aguntur. 299.a
Diestum in Brabantia vrbs munita, fidem Arauſionenſis ſequitur. 136.f
Diguiery victoria non modò Allobroges ſed & fæderatos in Gallia affligit. 314.f.315.a
Antibum Sabaudiæ Duci furto eripit. 274.e
fæderatos Delphinatu eijcit. 269.b
Marchionem Trenicium, & Oliuarium Hiſpanorum Duces ingenti ſtrage delet. 270.a
Ocellarum arcem obſidet. 290.e
Guiſij partes fouet. 297.b
cum Valletta Hiſpanos & Sabaudos in Prouincia trucidat. 269.d
Tarenteſios prorumpit. 309.a
annonæ Aquam Bellam deportandæ prouidet. 309.b
iter à Delphinatu in Sabaudiam expeditū efficit. ib.
cum Allobrogum Duce pugnam capeſcit. 309.c
oppidum Mommeillianum intercipit. 326.e
equitum magiſter creatur. 396.a
Dinſlaca Cliuenſe oppidum à Mendoza captum. 313.e
S. Dionyſij corpus Caſtellum deportatum. 214.e
Diſcordia noua inter Mommorantium & Guiſium. 8.a
Diſputatio de religione. 55.b
inter Moruaium & Perronium Epiſcopum. 326.b
Diſsidia inter Groningæ & Ommelandæ oppidanos compoſita. 198.c
Ditmarus inſula ab Olſtanij Duce deficit. 77.b
eius ſitus. ibid.
Diuanum quid. 281.e
Diuodurum Mediomatricum præſidio tenetur. 54.a
Diuione licentia coitionum interdicta. 30.e
Dombius Princeps in Britonas à Duce cum exercitu mittitur. 259.e
Dominicus Gurgius. 63.e
Dominicus Valſenerius. 59.a
Donauerdæ Catholici à Lutheranis indignis modis habentur. 380.d
Doncherchæ ſitus. 223.e
Donfrienſis arx. 115.b
DonZinum à Sanzaco recipitur. 73.a
Dorlanum Regi Galliæ reſtituitur. 316.b
Dorpius præfectus, proditor. 136.e
Dotecumum in Zutphanienſi Comitatu à Mendoza capitur. 313.e
Dracus claſſem Hiſpanicam deſtruit. 250.c
mortem obit. 295.c
Draconis proditio. 389.d
Dragutus Turcicæ claſsis dux. 78.c
repetitur. 81.a & d
eius obitus. 88.e.f
Drocenſis cladis fama. 42.c
Druentia fl. 33.a
Duces Allobrogum & Mantuanus Ceſari auxilia offerunt. 93.d
Duceum oppidum. 27.b
Ducis Cliuenſis obitus. 392.c
quinam eius hæreditatem ambierint. ibid.
Dulcinia arx à Turcis capta. 125.b
Dunæ, quid. 133.
Duncherchа à Chamoſio capta. 228.
Dunum in fide manet. 35.f
Duperacus in ſomno comprehenſus. 31.d
Dura fl. 44.c
Duracy negligentia. 43.a
Duracius. 39.a
clade elabitur. 43.a
Reginæ Nauarræ familiæ princeps. 38.f
Durantius Tholoſæ Senatus princeps trucidatur. 258.e
Duſſacus Regulæ oppidi præſidio impoſitus. 207.e
Duſſeldorpium à Mauricio initur. 400.a.b
Dux Albucherquius Mediolano præfectus. 113.a

Dux Feriæ, Diegus, Taxius, cum reliquis Hiſpanis arma exuunt. 282.e
Dux Ioeüſa Magiſter equitum creatur. 298.b
Dux Luneburgicus oppreſſus. 30.b
Dux Lotharingiæ & Guiſius fidei ſponſores aſſumpti. 240.e
in gratiam cum Rege Galliæ redit. 282.a
Dux Mantuanus ad Cæſarem milites ducit. 94.e
Dux Meduanus Guiſij frater cum numeroſa nobilitate Venetias appellit. 128.e
Dux Nemoroſius agrum Lugdunenſem latrociniјs infeſtat. 288.f.& 289.a
Dux Niuernius. 251.a
Romam pergit, vt à Pontifice pacem expoſcat. 278.e
ad Pontificem miſſus Henricum IV. hæreſim eiuraſſe refert. 279.c
Dyrrachium in Albania ab Hiſpanis direptum & incenſum. 373.d

E

EBRVDONI conualles. 14.e
Ecchius Salma Turcorum dux Pannoniæ vrbes vi capit. 96.a. & ſeq.
Eccleſia Dei à Caluino & Zuinglio ſciſſa. 212.e
Edicta tria Reipubl. bono in Galliæ promulgata. 341.b
Edicto cautum, ne Italis vnquam, Lugduni aditus ad magiſtratus pateret. 282.b
Edictum 4. Idus Martias 1559. promulgatum, quo ſæuitia in ſectæ reos temperata. 6.e
anni 1567. 56.b
à Rege propoſitum, vt in æris alieni fraudatores, capite animaduerteretur. 391.f
ad Caſtellum S. Germani in ſectarios. 215.a
Amboſiæ. 48.a
anni 1564. 50.e
aliud. 7. Kal. February. ibid.
de Regis Galliæ ætate. 50.b
Antuerpienſe, ne quis muſſaret de pace cum Hiſpaniæ Rege. 233.a
de libris improbatis cremandis. 76.f.77.a
de mercibus exoticis & peregrinis tota Gallia interdicendis. 323.b
de munimentis Galliæ euertendis. 52.a
Eliſabethæ Archiducis vxoris in Batauos contrario edicto ab ipſis impugnatur. 320.d
Batauorum, quo Hiſpaniæ iugum & commercium reſpuunt. 320.e
in gratiam fœderis à Rege ſubſcriptum. 249.f
Pariſienſe de monetis. 187.b
Molinenſe. 54.e
Nannetenſe, quo ſectarij cum Catholicis in dignitatibus pari iure vtuntur. 322.c
ne quis armatos cogat. 52.d
pacificationis habitum Flexiæ anno 1581. recitatum. 208.b
pacificationis, Ludouici XIII. 398.b
Philippi II. in ſectarios. 102.e
aliud, quo gratia eis facta, qui eiurata ſecta ad ſinum Eccleſiæ redirent. 7.f
Romantinum. ibid.
Eduardus Bernouilius Capreſius. 200.b
Eduardus Noreius Angliæ apud Regem Galliæ orator. 56.c
Effigies Henrici IV. cum luctu & pompa erigitur. 399.b
Egmontanus Comes ab Archiduce aurei velleris eques creatur. 320.c
Egmontius Reinbercæ præfectus cadit. 373.d.e
Eiſſenbeiſſij in Voitlandia immania parricidia. 376.c
Eliſabetha Angliæ Regina à Rege Galliæ Caletum petit. 56.c
ſectæ veneno imbuta. 76.c
Catholicos Angliæ excedere iubet. ibid.
Eccleſiæ Britannicæ caput renunciatur. ibid.
igne & ferro in Catholicos ſæuit. 215.e.223.c
diem ſuum obit. 343.a
Eliſabetha Archiducis vxor ad S. Mariæ Lauretanæ ædem munera mittit. 390.a.b
Eliſabetha Hiſpaniæ Regis vxor. 53.d
Eliſabetha Regis ſoror ad virum in Hiſpaniam deducitur. 5.d
Eluuium ingens in Germania. 292.b
Emanuel Sylua ob fugam à carnifice ſecuri percuſſus. 214.b
Emanuelis Sarradæ ſupplicium. 214.b
Embrica Cliuenſe oppidum à Mendoza capitur. 313.d
à Germanis Principibus deditione recipitur. 321.b
Emdemum munitum. 241.b
Emiſſarij paſſim per vrbes miſſi. 247.f
Engoliſmæ arx tentatur. 29.a
Encluſa. 134.b
Entragius Petroclauium capit. 31.a
Epiſcopi Ruremundæ Bibliotheca, in qua librorum egregia ſuppellex antiquariæ manus, igne corrumpitur. 136.b
Epiſcopus Leodienſis ſectæ ſocios Haſſelti obſidet. 101.a
Epulum regale & magnificum. 327.c
Eques quidam qui Viennæ Iudæam mulierem interuerterat in rota membratim comminuitur. 399.e
Equites Germani. 267.a
ignauia damnantur. 287.d
Eraldi caſtrum. 25.b
ponte lapideo inſigne. 69.b
Ercla à Batauis direpta. 377.a
Erneſti obitus. 290.e
Erneſtus Archidux Belgio cum ſummo imperio præficitur. 288.a
accepta clade ad Mauricium refugit. 364.c
Eſiæ Pons. 17.a
Eſparnonius octoginta equites Lugdunum rapit. 245.d
duabus glandibus plumbeis appetitur. 250.b
animi pertinax. 296.e
Montoroſium vrbem vi capit, & Aquas ſextias obſidet.

Digitized by Google

ſidet. ibid.
Eſſexius Comes Azoras inſulas irrito ictu tentat. 312.d
eius in Anglia tragœdia. 335.d
Eſtiualis virtus. 310.e
Eugenius Syncliticus Rochaſius Comes, equitum magiſter. 117.b
Euſtochius Porta. 2.e
Examilla ſinus. 126.a
Excantatores Lutetiæ conueniunt. 385.f
Exercitus regius Rotomagum ducitur. 41.a
Expeditio Henrici II. in Germaniam Catholicæ fidei exitialis. 1.c
Exules in Italia prædas & latrocinia agunt. 236.e

F

FABIUS Vinonus Caſtaneus carnificis manu capite truncatur. 210.d
Fabula de Sebaſtiano Luſitaniæ Rege. 338.
Facinus immane Halæ commiſſum. 365.e
Factiones in Belgio inter Holachium, Mauricium, & Linceſtrium. 254.a
Factionum res in Venaſcenſi comitatu, principatuq́. Arauſionenſi. 204.b
Faiæ Vinuſæ ſitus. 71.d
Fareta primariæ in Aruernis nobilitatis vir. 30.c
Charitonum obſidet & capit. 30.d
Famagoſta inſula à Turcis tentatur. 123.d
eius ſitus. 117.a
Famagoſtani ad deditionem veniunt. 124.d
deditionis pacta. ibid.
ſalutatum ad Muſtapham eunt. 124.e
Famarſius vir è propinqua nobilitate. 134.a
Fames ingens Oſtendæ graſſatur. 353.c
in Famagoſta. 124.c
Romæ. 270.c.d
Sancerræ. 148.b
Familiæ ad 4 millia veneno ſectæ imbutæ. 240.f
Fana 25. ſolo æquata. 37.e
Farneſius Princeps Parmenſis. 215.f.
Fauſtus architectus. 112.d
Federici Manij legati fortitudo. 127.c
Felix Perretus Cardinalis Montaltus, Epiſcopus creatus demum Pontifex renuntiatur. 236.b
Feratus bello Perſico ab Amurathe impoſitus 230.e
à Perſis deletus. 255.d
Ferdinandi Cæſaris obitus. 84.a
eius funeris pompa. 90.e
Ferdinandi magni 3. Hetruriæ ducis obitus. 389.e
Ferdinandi Truchesij obitus. 239.c
Ferdinandus Aluarus Toletanus Albæ Dux. 51.a
Ferdinandus Baioarenſis. 225.b
Ferdinandus Dauila ſpeculator. 135.d
Ferdinandus Lopeſius, Chriſtophorus Vaſquius, & alij plerique Hiſpani Duces, diſſimulato in ſacerdotes & monachos habitu, barba raſa, deprehenſi, & in cuſtodia habiti. 175.c
Ferdinandus magnus Hetruriæ Dux Cardinalē exuit. 254.e
Amurathen Riuſium Liguſticum mare & Narbonenſis littora infeſtantem perſequitur. 386.a
Ferdinandus Regis Hiſpaniæ filius naſcitur. 122.a
Ferdinandus Sotus. 62.e
Ferdinandus Toletanus Albani frater militum Hiſpanorum magiſter. 132.d
Ferdinandus Toletus, Guarſias Xuares, Franciſcus Toletanus Germanos ſomno ſepultos ex improuiſo cædunt. 137.d
Ferrarienſis Dux Iuliam Tauricam redimere ſatagit. 90.e
3000. peditum ad Cæſarem mittit. 94.d
Ferrerius Carnutum Vicedominus. 60.a
Feſta propter victoriam in Turcos à Pontifice indicta. 128.a
Fidem Deo qui fregerunt, in fide Regis certi eſſe non debent. 2.d
Frigeredus Antonius. 209.b
Filibertus Sabaudiæ Dux. 215.f
Fidem nullam ſeruant Turci. 98.c
S. Fidij fanum interceptum. 45.f
Finæus Bironij arcana Regi aperit. 339.b
Flaceanus Aquenſis. 32.c
Flandria nouis motibus agitatur. 122.f
Flandricæ Vrbes. 134.c
Flandri Albani iugum exuere parati. 132.c
Flexia cor Henrici IV. defertur. 398.c
Floracum fruſtra tentatur. 38.c
S. Flori oppidum. 73.a
Florida cur ſic dicta. 62.e
Fœderati à Condæo aduocantur. 58.a
à Gregorio XIV. ſubſidia recipiunt. 269.c
malè tractantur. 261.a
Romæ de belli rationibus agunt. 128.c
de Rege renunciando cogitant. 275.b
eorum ſtatus. 274.a
inter eos non conſtat de Rege Galliæ creando. 278.c
Fœderis res in Francia peſſum eunt. 266.c.d
eius conſilium Rhemis habetur. 269.e
Fœdus à Belgis ictum cum Angliæ Regina. 242.e
cum Anglis. 41.a
cum Heluetijs renouatum. 339.b
cum Turco à Carolo IX. initum. 53.e
Fœdus ictum à Cæſare cum Tranſſyluaniæ Duce. 292.c
inter Concilij Belgici proceres aduerſus Hiſpanorum impotentem dominatum. 175.c
inter Europæ Principes diſſutum. 128.d
Regis Hiſp. cum Rege Feſſæ. 346.d
Foliatus ordinum ductor. 62.a
Fontani Comitis è Guſmanorum familia obitus. 401.a
Fontarabia medicus, cognomento Blancopignonius Baionam à Philippo Hiſp. Rege miſſus. 274.b
Fontenaium à Monpenſerio verberatum. 165.c
Fontralius ſectæ conſcius. 61.b

Fortellus Subiſius. 29.c
vir vltra ferarum ingenium immanis. 66.d
Fortunatæ inſulæ. 62.f
Forum Iulium in Prouincia à Sabaudiæ Duce capitur. 268.e
Francia noua. 62.f
Franciſca Borbonia Monpenſery filij Buillionij Ducis vxor. 55.c
Franciſcæ Roanæ coniugium cum Iacobo Sabaudo Nemoroſij initum à Pontifice irritum pronuntiatur. 55.b
Franciſcani ſex in regno Iapponis in crucē acti. 320.a
quingentos indigenas Chriſti ſacris initiatos ſocios habent. ibid.
Franciſcanis ædes ſacra erepta ad prophanos ſectæ vſus 10.a
Franciſcanorum domus, quæ igne graui conciderat, Lutetiæ reſtituta. 334.a
Franciſci Aldobrandini obitus. 337.e
Franciſci Fauæ impoſtoris fraudes. 384.c.& ſeq.
D. Franciſci ſodales malè tractantur. 136.a
Franciſci Hotomani liber famoſus. 5.a
Franciſcopolis. 26.d
ab Angliæ Regina centum quadraginta millibus aureorum à Condæo redempta. 41.a
Franciſcus Alenſonius Regis frater ampliſſimis dignitatibus auctus. 168.a
turbas mouet. 182.b
Franciſcus Anſelmus Marcaltus Capuchinorum primus ad galerum purpureum inuitus vocatur. 357.e
Franciſcus Baranſonus capitur. 9.d
Franciſcus Barbanſonius cæſus. 59.c
Franciſcus Bellemontius Adretius. 31.e
Franciſcus Borbonius. 208.b
Franciſcus Borbonius Delphinus Pulſinium oppidum obſidet. 165.a
Franciſcus Borbonius Monpenſerij filius. 72.b
Franciſcus Camuſius. 8.c
Franciſcus Clericus. 26.a
Franciſcus Cliuius Niuernij Dux. 30.a
Franciſcus Colinius Gaſparis filius. 304.b
Franciſcus Deſpaus Vetuſuilla. 51.d
Rotomagi equitum tribunus. 54.e
Franciſcus Duodonus galeaſſæ dux. 126.d
Franciſcus Guiſius Catholicæ in Gallia fidei aduerſus ſectarios defenſor. 1.e.4.e
in rebus fidei ſe doctorum iudicio ſtare oſtendit. 9.a
clauium regij Palatij cuſtos. 15.c
ſecundum à Nauarro in conſeſſu locum depoſcit. 16.c
cum Condæo Rege faciente conciliatur. 16.f
hæreticos ſua ditionis ſine ſanguine & præda eijcit. 23.d
cuncta vrbium excidijs reperta ſimul admonet. 41.b
à Poltroto interficitur. 47.c
Franciſcus II. Henrico II. patri ſuccedit. 3.d
inauguratur. 4.b
Franciſcus Iuſtinianus. 84.c
in Amphimalleo ſinu duo millia Turcorum cadit. 124.f
Franciſcus Lucemburgus Dux Pinei creatus. 208.d
Franciſcus Maria Graſſus primipilus. 265.b
Franciſcus Marchio Monti. 285.c
Franciſcus Medices magnus Hetruriæ Dux. 245.c
Franciſcus Mommor. odio Guiſiorum præceps. 52.d
Franciſcus Nadaſtius Comes, Tartaros agros populantes ingenti cæde delet. 285.e
Franciſcus Morellus. 3.a
Franciſcus Oliuarius. 4.a
Franciſcus Pinellus. 28.b
Franciſcus Paccerus Cardinalis Rurgenſis. 195.b
Franciſcus Rex Bungi in integrum reſtitutus. 254.d
Franciſcus Rupiſulcaudius. 15.c
cum delecta nobilitate ad Condæum aduolat. 23.d
Franciſcus Saa. 216.e
Franciſcus Sanlius. 51.d
Franciſcus Scarſius Nauarro amicus. 20.a
Franciſcus Sfondratus Pontificij exercitus dux Fœderatis auxilio aduenit. 269.c
Franciſcus Saulius Comes cæſus. 59.c
Franciſcus Spinaus Sanlucius. 227.e
Franciſcus Thronus in manus hoſtium venit. 125.a
Franciſcus Verdugus obſcuro loco natus. 227.e
Fraxinea conuallis. 14.e
Fredonerius cadit. 45.c
Freſneius Canaius ad Eccleſiæ Cathol. ſinum refugit. 326.d
eiurat a ſecta in cœlum euolat. 40.b
Friderici Comitis Palatini Rheni obitus. 402.d
Fridericus Amſtelrodamum à ſectarijs in arcta eſſe ſciens, eò flectit. 139.f
Fridericus Foxius Candalæ Comes. 52.c
Fridericus Vandembergius Lingheni præfectus à Mauricio leges accipit. 306.a
Fridericus Zutphenum valido exercitu cingit. 139.d
Frontignanum. 37.d
S. Frontonis oppidum. 60.b
Fumelius primariæ nobilitatis vir ſectæ iniquior. 35.d
Funus Henrici IV. 398.c
Furcouallius. 37.e
Furneſerus Rometam capit. 46.e
Furnarius ſeditionis auctor. 63.b

G

GABASTANVS cum ſectarijs arma iungit. 20.c
naribus truncis in patibulum agitur. 20.c
Gabriel Comes Mongomerius. 26.f
Gabriel Emus triremibus Venetorum coactus præfectus. 235.d
capite truncatur. 236.a
Gabriella Eſtrea obitus. 322.e
Gabriel Mommorantius Monbrunij frater. 44.f
Gabriel Serbellonus pro Rege Hiſpaniæ præſes. 177.b
Galatiſius legionis præfectus ad Heluetios miſſus, ſex

ſex millia Heluetiorum in Franciam rapit. 396.b
Galeaſſius Fregoſius in Germaniam vt Regem crimine exoneret mittitur. 131.b
in ipſius verbis ægrè Palatinus acquieſcit. ibid.
Galeo oppidi ſpecie fluctibus innatans profundo haurit. 76.d
Galeo Luſitanus portentoſæ magnitudinis. 84.a
Galeo Venetorum Rupellæ ſectarijs eripitur. 131.e
Galli capti ſub haſta venditi. 63.b
Sorbonæ ſententia pronuntiantur liberi fide ſacramenti regij. 258.e
Gallia à Rege luſtratur. 54.b
nouis motibus infeſtatur. 159.a
belli tremore quaſſa. 245.d
diuitijs & robore militum Hiſpaniam, Siciliam, Neapolim, Mediolanum, verùm & ipſas Indias ſuperat. 408.a
Galliæ Regina luctum Henrici IV. nimis properè exuens infauſto rumore eſt. 404.e
Galliæ motus. 56.& ſeq.
eius fatum Hiſpanis iniquum. 266.b
in ea vrbes pleraque Regis ſacramento adactæ. 282.d
Galliæ Rex à Pontifice Max. in ſinum Eccleſiæ admiſſus. 290.a
in Armoricam iter parat. 314.f.315.a
cum Heluetijs fœdus renouat. 339.b
Gallica claſſis ad Lucanam vicum peruenit. 209.e
Gallobelgæ qui, & quomodo dicantur. 136.d
eorum vrbes Regis ſacramento accedunt. 219.a
tumultuantur. 241.a
Gallobelgarum & Italorum virtus admirabilis. 293.e
Gandini arcis ſitus. 175.a
Gardus amnis. 113.f
Garumna Toloſæ exundat. 302.d.e
Gaſpar Anaſtrus Cantaber Antuerpiæ Menſularius. 226.b
Gaſpar Chiroga Cardinalis Toletanus. 195 b
Gaſpar Garreanus. 133.a
Gattius prætoriæ cohortis tribunus. 249.a
Gaſpar Robleſius à præſidiarijs proditur. 175.c
Gaſpar Scombergius in Germaniam legatus. 129.d
Gaſpar Valleta Gallus militia Melitenſis magiſter. 78.c
Gauri in fide manent. 35.f
Gebhardus Truchesſius. 224.c
Geidanus tribunus. 182.e
Geldria ab Altapenna & Scotis recepta. 253.c
S. Gemmæ caſtellum. 114.b
Genlij exercitus. 135.c
eius obitus. ibid.e
Gena vrbs à Turcis capitur. 86.a
Genderodus Altheimij Vicarius è carcere funiculo demiſſus cuſtodibus vino ſopitis euadit. 351.a
Geneuæ excidium à Pontifice, Ferrarienſi & Sabaudia Duce machinatum. 22.c
eius patrocinium à Rege Galliæ ſuſceptum. 205.d
eius deſcriptio. 261.f
præſidio munitur à Chitrio. 262.a
à Sabaudiæ Duce ex inſidijs fruſtra tentatur. 341.c
Geneuenſes Cluſam propugnaculum à Sabaudis inſeſſum vi capiunt. 269.a
Geneuenſis Concilij decretum in Catholicos. 2.e
Gennepa Cliuiæ oppidum à Germanis Principibus deditione recipitur. 321.b
Genua in creando magiſtratu turbatur. 145.d
in ea Germanus Lutheranus lento igne viuus vſtulatur. 387.e
Geuuenſis ager magna vi turbinum & procellarum deuaſtatur. 81.a
Genuliacus Valliacus nobilis. 39.a
Germaniæ inferioris deſcriptia. 100.a
Germaniæ Principes ad Regem Galliæ literas mittunt, vt mitius cum ſectarijs agat. 7.e
propugnaculum ad Beream inſiliunt & Hiſpanos opprimunt. 321.b
S. Germani pagus. 15.a
Germani Scombergij Heluetij Henrico IV. fideliſſimi obitus. 322.d
Germani fame fatigati à Lotharingiæ Duce. 246.f
eorum transfugium. 260.e
ignauia. 286.d
Germanorum ſtrages. 138.a
Genabum. 30.d
Georgius Almeda Archiepiſcopus Olyſſiponenſis. 193.b.216.c
Georgius Armeniacus. 12.c
Georgius Baſta cum Hungariæ vrbibus agit, vt Cæſaris ſacramentum induant. 361.a
Georgius Brumerus ſartor agricolarum Auſtriæ dux. 301.f
Georgij Caſſandri Germani liber. 18.c
Georgius Farensbeccius bello in Suecia Ducem à Poloniæ Rege præficitur. 319.a
Georgius Friderſcus capitis & fortunarum periculum obit. 364.b
Georgius Lenclaſtus dux Aueri. 193.b
Georgius Murmurius Turcorum ſtragem edit. 125.c
Georgius Villoclarius Guerchia Vicecomes Lignerolium cadit. 121.e
S. Geruaſij cineres à ſectarijs diſiecti. 35.b
Geruaſius miniſter de Vaſſiacena cæde apud Regem expoſtulat. 21.d
Geſtreum in Pannonia à Turcis capitur. 96.b
Gheueranus Hiſpanos aliquot, duoq; millia Gallobelgarum Vicum Aſſemdelſtium ducit. 169.a
Gignanum. 37.d
Gilberti Genebrardi obitus. 320.f
Glandagius. 151.e
Goartus. 37.c
Godarda adultera Ioannis Codini vxor in furcam acta. 48.b
Godofridi Barrij Renaudij fuga. 5.e
coniuratis diem dicit quo conueniant. ibid.
Guiſiorū dominatum oratione acerba & inuidia plena exagitat. 6.a

Goignius Bruxellæ præſidio impoſitus. 239.e
Goleta à Sinano aggreſſa & verberata. 177.c
GomeniZZa inſula. 141.d
Gomera Canariæ inſula à Batauis directa. 321.c
Gondrinus. 10.c
Mombrunium inſequitur. 10.e
Guiſij legatus. 31.c
Gongoum Hollandiæ oppidum, Moſa amni impoſitum. 136.a
Gordij fuga ad Diam. 167.d
Gordius. 61.d
Gothofredus Bononiæ Dux Hieroſolimorum Rex. 3.e
Grammontanus. 24.a
Granuilla. 23.c
Gratianopolis arctè habita. 43.c
in ea à Digmerio copia recenſentur. 314.e
Grania arx. 113.e
Grauiæ ſitus. 338.d
Gregory XIII. obitus. 236.a
Gregorius XIV. Pontifex diem ſuum obit. 270.e
Gremianus. 146.e
Grenſingenſis pagus proximè Viennam ancillæ incuria incendio deformatus. 354.b
Grillonius peditum Magiſter Camberiaci ſuburbia inuolat. 326.e
Grillus. 38.b
Grobendonius Comes. 219.b
Grolla oppidum à Mauricio obſeſſum. 305.b. & ſeq.
in ipſius manus venit. 305.c
à Spinola direptum. 373.a
Gruesbechius captus. 243.a
Guardotius Brefordæ præfectus à Mauricio vitæ gratiā obtinet. 305.d
Guaiana Americæ regio. 389.e
Rex Britanniæ de colonia in eam tranſmittenda conſilium init. ibidem.
auriſodinis felix. ibid.
Gualterus Raleius Anglus omnium primus Guaianam Americæ regionem aperuit. ibid.
Guarſias Xuares, Franciſcus Toletanus, Ferdinandus Toletus Germanos ſomno ſepultos ex improuiſo cædunt. 137.d
Gueningua à Naſſauum obſeſſa. 107.
Guelphorum & Gibellinorum factiones Rauennæ ſopita. 82.b
Gueuſij qui. 132.d
ad Lumaum Gallum ſe aggregant. ibid.
Guichius tormentis præfectus. 267.a
Guida Sangeorgius. 219.b
Guidobaldi Vrbini Ducis mors. 162.a
Guiliery fratres latronum duces. 382.e
Guilotinus Veſunium tentat. 10.d
propter Gratianopolim capitur. 11.a
Guina arx munitiſſima. 3.e
Gulielmus Saxo 4000. equitum ad Cæſarem trahit. 94.e
à Guiſianis oppida quædam intercepta. 237.e.
Guiſij ex aula digrediuntur. 129.c
tumultuum omnes cauſæ in eos conferuntur. 8.d
impetum partiſorum in Gallia frangunt. 19.f
Ianuary edicto intercedunt. 21.a
illorum fidei ſe Rex regnumq́ permittit. 22.b
honorificè Condæum vbique appellant. 23.d
ad regni conuentus Molinium proficiſcuntur. 54.d
cum Coliniaio in gratiam redeunt. 55.a
Guiſium Infantis Hiſpaniæ fœderati plerique ſociari cupiunt. 278.c
eum adoleſcentem Aquiſſextijs Rex præficit. 296.e
Guiſius Aurelianı obſidio occumbit. 114.c
pacis ſtudioſus. 246.d
Lutetiam aduolat. 248.e
ab amicis aula excedat, monetur. 251.e
eius colloquium cum Rege in horto. ibid.
à ſex domeſticis protectoribus trucidatur. 252.a
Cæſari aſſimilatur. 258.a
Sampaulio cæſo Rhemos ad Regis fidem adducit, & præfecturam Prouinciæ Maſſilienſis Eſparnonio contranitente obtinet. 282.e
Archiducem Albertum Maſſiliæ appellentem honorificè excipit. 320.b
Guitinerius Petrocoriorum & Lemouicum præfectus. 64.c
Gulielmi Naſſauij obitus. 231.d
Gulielmus Droſſardus Ludouici Monfortij filius. 222.a
Gulielmus Merlaus Verſinius mercatorum præfectus. 21.f
Guilielmus Mommorantius Heexius. 200.b
Gulielmus Naſſauius Belgas ad libertatem vocat. 133.a
in Friſiam irrumpit. 281.b
Gransbergham arcem Vitrio amni impoſitam proximè Brandembergham vi capit. ibid.
Gulielmus Normanus proditionis compertus, capite mulctatur. 221.c
Gulielmus Raabus. 225.c
Gulielmus Vairius Senatus Aquenſis princeps. 3[illegible].e
Gondonilla. 27.a
Guntaldus Bironus equitum tribunus. 227.e
Guſtaui Sueuiæ Regis obitus. 80.e
Guſtauus Sueciæ Rex Coretiam prouinciam Moſchis eripit. 408.d
Polonos fundit. ibid.
Danos ad inducias cogit. ibid.
Veſternichum oppidum recipit. ibid.

H

HADRIATICVM mare à Turcis prædonibus infeſtatur. 83.e
Hareſim in Gallia multi eiurant. 310.c
Haiæ regulus. 27.a
Hala ſitus. 365.e
ciuitas fontibus ſali coquendo idoneis celeberrima ibid.
Haius ad necem deſignatur. 167.a
Hala Sueuorum comitia à ſocijs fœderatis habita, 395.b

Index.

Hamiltonius fidei Catholicæ retinentiſſimus ab Anglis peſſimè acceptus. 115.e
Hamilthonij Catholicæ fidei ſtudioſi. 122.e
Hangeſtus Ienlius. 68.e
Hannibalis via. 14.e
Hanuonia vnde dicta. 135.b
Hania amnis. ibid.
Haremburgius Comes Lutetiam ad pacem iureiurando firmandam venit. 316.b
Harleuium à Ferdinando Toletano tentatum irrito ſucceſſu. 136.e
Harmenes pagus. 137.d
Haſtamus eques Famagoſtanus Muſtapham ſalutat. 124.e
Hatmetus Xeriſeus & Mehemetus Xequius in regnum Suſſium à Dora Rege miſſi. 179.d
Hattuani ſitus. 284.e
Haurenſis Marchio ab Archiduce aurei velleris eques creatur. 320.e
Hannium oppidum in Picardia vi captum. 289.e
Hayſnius fl. 135.b
Heezum in inſula Bommela à Mauritio interceptum. 265.e
Heiduccorum perfidia & proditio. 362.b
ab Humanoio ad internecionem cæſi. 379.d
eorum cum Boſtcaiſenſibus acre certamen. 372.e
Heildebergæ quidam ſe Regis Angliæ oratorem mentiens in carcerem compactus, laqueo fauces publico ſpectaculo dedit. 366.d
S. Helenæ fretum, Portus Regalis indigetatum. 62.e
Helionora Roia Condæi vxor. 48.d
Helionorus Aurelianus Longauillæ Ducis filius. 16.e
Heluetij Carolum IX in itinere comitantur. 57.b
eis à Rege gratia facta. 267.b
Hemertum à Mauritio leges accipere cogitur. 265.e
Hemſchirchius globo ferreo laceratur. 378.b
Henricus II. à Mongomerio Comite vulneratur. 3.
eiuſdem obitus. ibid.
Auguſtæ Comitijs per legatos interfuit. 75.a
eius in Poloniam cum primaria Galliæ nobilitate expeditio. 151.e
Henricus III. Galliæ Rex donarium poculi Loretam mittit B. Virgini ſacrum. 231.c
eius animus in rebus gerendis qualis. 249.d
Henricus Bearni princeps ſectæ nomen præbuit. 68.a
Henricus IV. leuiter vulneratur. 273.a
legatos Romam mittit. 277.a
errores ſectæ exuit, & ad fidem Catholicam inſtitui cupit. ibid.e
errores ſectæ vltro eiurat. 321.d
eius artes in regni adminiſtratione. 321.e
de contrahendo matrimonio monetur. 323.e
bellum in Sabaudiam aggreditur. 326.d
Sequanam cum Ligeri iungere tentat. 357.b
eius ſtudio Pons nouus Lutetiæ exſtructus. 296.d
à parricida gladio confoditur. 397.a
Henricus VIII. Angliæ Rex. 223.d
Henricus Albretius Catharinæ filius. 250.a
Henrici Borbonij Condæi cum Maria Cliuia inſulæ Marchioniſſa Niuernij Ducis filia tertia, coniugium. 121.e
Henrici Borbonij Montiſpenſerij obitus & funus. 381.d
Henricus Cardinalis ad gubernacula regni Luſitani vocatur. 194.f
Henricus Dauid Gallus homo, à ſecretis Reginæ, pugione confoſſus. 105.e
Henricus duplex. 259.d
Henricus Foxius Candala Allingonæ ſuæ ditionis oppidi ſectarios eijcit. 38.e.53.d
Henricus Foxius. 147.a
Henricus Garnetus ſocietatis Ieſu omnium in Anglia coniurationum ſocius capitis damnatur. 375.b
Henricus Guiſij Dux ad Cæſarem milites trahit. 94.e
Henricus Guſtaui Sueniæ Regis filius patri ſuccedit. 80.f
Henricus Ioiuſius qui monachum exuerat iterum Capuſſinum religioſè agit. 322.d
Henricus Rex Poloniæ de obitu Caroli fratris certior factus. 163.a
inauguratur. 158.c
Henricus Robertus Marcianus Buillionij Dux. 22.e
Monpenſerij gener. 55.c
Henricus Sabaudus princeps Geneuenſis. 186.b
Henricus Turrius Turenæ regulus ſororis Danuillæ filius. 166.e
Henricus Vandemburgius Comes à Batauis capitur. 377.e
Herbipolenſis epiſcopus Derdinguom obſidione cingit. 381.a
Herculis Martinengi virtus. 124.a. & ſeq.
Hermanus Reiter ſectarius ad partes Ducis Auranſionenſis tranſit. 122.f.
Ducis Albæ imperium detrectat. ibid.
à Laurentio Perea cum ſuis militibus occiditur. 123.a
Hermolaus Teupolus quadraginta triremibus præficitur. 105.e
S. Herminiæ pagum. 61.i
Hetruriæ Ducis victoria in Turcos. 400.e
Hetruſcarum triremium in Turcos victoria. 364.
Hiatus ingens in cælo viſus. 363.b
Hiotus terræ proximè Herbipolim. 381.a
Hiergius Holandiæ à Requeſentio impoſitus. 172.a
Hieronymus Conneſtagius. 210.d
Hieronymus Contarenus. 112.d
Hieronymi Valachiæ principis obitus. 383.b
Hieronymus Seruſius Bredanus oppidi præfectus. 133 e
Hipparchus quis vocetur. 65.b
Hiſpalica procella. 350.b
Hiſpalis eluuione maris penè obruta. 353.e
Hiſpaniæ mercatorum 20. amplius nauigia variæ & pretioſæ mercis ab Anglis capta. 104.d
Hiſpaniæ Regis fœdus cum Angliæ Rege. 364.f
Hiſpaniæ Rex menſarijs & argentarijs qui ingentem ci

nem

vim auri crediderant nefariè illudit. 302.e.& ſeq.
validam claſſem in Anglos inſtruit. ibid.
Hiſpania tota in Philippi vnius otio vacantis poteſtatem venit. 214.c
Hiſpani ad Caſantum inſulam in ſugam adacti. 351.d
aſpera hyeme, paludibus & ſtagnis immerguntur. 233.d
Caſarouerdam deditione recipiunt. 365.a
ducenti amplius è ſuis deſideratis pulſi. 153.e
Lutetiam ad fœdus iureiurando ſanciendum veniunt. 316.b
nullius ſexus aut ætatis diſcrimen habent. 291.d
ſclopetary ſecta ordines perturbant. 137.c
eorum naufragium. 63.c
eorum quatuor millia ad Batauos tranſgrediuntur. 374.a.b
Hiſpanus pacta in conuentione non præſtat. 40.a
Hoesdenſis præfectus Hiſpanos prodit & pecuniis emũgit. 373.b
Holandiæ Comitum marmorea monumenta vbi ſita. 134.e
Hollandiæ deſcriptio. 328.c
Hollandica nauis. 299.e
Holta Cliuenſe oppidum à Mendoza capitur. 313.e
Honeſtis nominibus ſe muniunt, qui malo ambitu graſſantur. 1.c
Honflorium capitur. 26.d
à Moio recipitur. 47.f
à Monpenſerio ſub leges capitur. 269.b
Honorati Gaetani virtus. 127.a
Honoratus Sabaudus Villarij Comes. 35.f
Honorius Capuſſ. Mediolanenſis ſicarium Henrico IV. inſidiantem detegit. 323.a.b.
Hoſpitalius Cancellarius Condæum legibus interrogat. 12.d
de ratione conuentuum diſſerit. 13.b
eius conſilio Regina ſubmittitur. 56.b
in Comitijs vox Regis commiſſa. 17.b
ei in Molini conuentu orat. 54.e
Regis & regni cauſam prodi apud Reginam conqueritur. 57.a
Hudina arx. 115.b
Hugo Boncompagnonus Pontifex renuntiatur & Gregorius XIII. appellatur. 128.d
Hugo Sorellus Roſerius. 55.b
Huguenilla arcis Cadomi præfectus. 23.c
Hugonotorum nomen vnde. 6.e
Huy oppidi ſitus. 290.d
Hulſtum Flandriæ oppidum ab Alberto obſeſſum. 295.d
S. Humberti ædes. 136.b
Hungaria ab Heiduccis latrocinijs infeſtata. 356.c
à Turcis excurritur. 324.c
Hungariæ Rex Viennæ regia pompa excipitur. 383.c
Hungari Hattuam oppidum oppugnant. 350.a.b
Hungarorum cum Turcis pax vtrinque iureiurando firmata. 372.a
Hungarum propugnaculum funditus à Turcis euerſum. 287.e
Humanoyus Heiduccos ad internecionem cædit. 379.d
Humea arx. 315.b
Hunsfeldia oppidum fluctibus obrutum & euerſum. 380.b
Huſtum oppidum vltra Danubium à Suendio obſidetur. 95.d.e
Huſuillæ caſus. 26.a
Hyemis rigor ingens. 300.a
Hyemis rigor in Gallia. 381.c
Hyppolytus Card. Aldobrandinus Pontifex renunciatur. 276.b

I

IACOBA *Roana Rotelini Marchionis vidua.* 16.c
Iacobi Drucij Neuſtrienſis clanculare connubium damnatur. 381.f. 382.a
Iacobi Leuy cum Carolo Balſaco duellum. 203.c
Iacobi Spiphamæ Niuernenſis Epiſcopi ſacrilegium. 2.e
Iacobi Stuarti obitus. 122.d
Iacobus IV. Scotorum Rex ad Angliæ regnum accerſitur. 343.b
in Angliam iter adornat. ibid.d
Iacobus Angenaus Rambulietus Apameenſes ad officium vocat. 48.d
Iacobus Angliæ Rex igne & aqua Ieſuitis interdicit. 357.b
Iacobus Benedictus Largobaſtonus. 52.c
Iacobus Cardetus. 32.c
Iacobus Claromontanus Amboſius. 30.b
Iacobus Fauus Speſſæus Senator Pariſienſis. 163.a
Iacobus Felizius. 132.e
Iacobus Gobio Matignonus. 23.c
inferioris Neuſtriæ præſes. 204.c
Iacobus Hamiltonius Iacobum Stuartum plumbea glande confodit. 122.d
Iacobus Herbertus. 28.c
in furcam agitur. 28.d
Iacobus Humerius Picardiæ Prouinciæ regulus. 183.b
Iacobus Malateſta armorum magiſter. 120.c
Iacobus Memmius libellorum magiſter. 3.a
Iacobus Monberonius Auſentius in Hiſpaniam à Catharina legatus. 19.b.c
Iacobus Nemoroſius. 186.b
Iacobus Pontius Mirambellus. 183.e
Iacobus Rufus ſectæ miniſter. 31.d
Iacobus Sabaudus Nemoroſij Dux. 6.f
Iacobus Silius. 13.c
Iacobus Soria Normanus prædo nobilis. 113.b
Iacobus Sporius Antuerpienſis mercator gemmarius, à viro primario, quem ſibi obſtrictum habebat, ad prandium arceſſitus, iugulatur. 365.e
Iacobus Stuartus Scotiæ Rex Annam Daniæ Regis filiam ducit. 269.b
Iagenreuteri ignauia. 355.

ab

ab Altheimio flagitij damnatus, in vincula damnatus eſt. 355.b
Iamſacus Hiſpano apud hoſtem captiuo mutatus. 135.e
Ianinus Præſes in Hiſpaniam à Fœderatis procurandis auxilijs mittitur. 269.e
Ianiſſeri Hungaros prædæ attentos & belli munera deſerentes cædunt. 287.a
Ianiſſerorum ingens ſtrages. 293.d
Ianottus Lomellius dux. 161.d
Iapanenſes oratores Romam veniunt. 236.a
 Europa peragrata Goam appellunt. 254.d
Iapani motus. 82.a
Iauarini ſitus. 285.b
Iauarinum à Sinano propugnaculis inſtauratum. 288.a
 à Maximiliano ad ictum deſtinatur. 311.e
 ab Adolpho Comite Schuartzembergio & Palſinio interceptum. 316.f. 317.a & ſeqq.
 eius & Gomorrha præſidum. 341.f
Iarrigius Pictauus ad laqueum damnatur. 399.e
Ibraim Conſtantinopolim miſſus à Muchemete Rege, 229.e
Ienecopiæ Comitia à Carolo Sudermaniæ Duce indicuntur. 324.a.b
Ienlius Breſſaldus. 159.a
Ieſuitarum cauſa in Senatu Pariſienſi magna contentione agitatur. 53.a
 in Claromontano Collegio ludum aperiunt. 53.b
 ab ipſis fides Chriſti in Bungo Iaponenſi propagata. 182.b
 Curiæ edicto, regno pelluntur. 283.a
 eorum in Galliam reditus. 347.c
 ipſi & alij ſacerdotes Presburgo exacti, Viennam ſe recipiunt. 356.a
 à Rege Galliæ in integrum reſtituuntur. 356.e
 Collegium amplum & planè regium Flexiæ natali Regis vrbe eis inſtituitur. 356.e.f
 eis reditus Venetias negatur. 370.e
 duo in Anglia comprehenduntur. 374.d
 vnus eorum de quibuſdam rebus à Rege interrogatur. 374.d.e
 ex Ordinum ſententia Boruſſia loco mouentur. 376.b
 flabella ſeditionum appellantur. 378.d
 eorum collegium in Aſturibus & regno Nauarreo inſtituitur. 381.e
 à Ludouico XIII. crimine ſoluuntur. 403.e.f
Ignis è cœlo emittitur. 363.b
Igonna fl. 59.e
Illuhaſius Hungariæ Palatinus eligitur. 383.e
Imbertus Platerius Bordillonius. 45.c
Imperator Moſchorum Poloniæ aditu excluſus, oratores ad Cæſarem mittit. 325.b
Imperij principes in Hungariam auxilia mittunt. 300.a
Incendium Byzantinum. 92.c
 Neapolitanum & Venetum. 161.e
Incluſæ propugnaculum tentatur. 253.b
 eius ſitus. ibid.
Inducias Belgicas Hiſpaniæ Rex abrumpere cupit. 391.c
Infans Hiſpaniæ Regis filia Alberto Archiduci locatur. 307.e
Infantes octo viui à muliere Sueua vno partu editi. 345.c
Inguerrandus claſſis Hetruriæ Ducis præfectus Turcos cædit. 400.e.f
Inquiſitio Hiſpanica Mediolanum illata. 83.c.d
 Romæ & in Italia ſanctè & religioſè exercetur. 83.e
Inquiſitionis Hiſpanicæ conſilium in Francia obtinere quidam voluerunt. 8.a
Inſula S.Michaelis aggreſſa. 213.d
Interdictum Pontificium in Venetos. 370.e
Inundatio aquarum in Hollandia. 290.f
Ioachimus Monlucius Luiſius. 29.f
Ioanna Lebretana Nauarræ Regina. 64.e
Ioanna Nauarri vxor S.Franciſci ſodalium cœnobium ſectæ miniſtris ad prophanos vſus attribuit. 35.b
Ioannes à Paulo Curiæ Toloſanæ præſes. 35.c
Ioannes Aluarus Dauila Admiralis Hiſpanicus à Batauis cæſus. 378.b
Ioannes Angelus. 35.a
 Cleri vitia inſectatur. 13.c
Ioannes Angelus Mediceus Marianij frater Pontifex Max. renunciatur ſub Pij IV. nomine. 78.a
Ioannes Antonius Caraciola. 18.f
 in nouas opiniones pronus. 19.a
Ioannes Aquila Hiſpanus Franciſci Gonolfini Britanni copias delet. 295.b.c
Ioannes Aumontius equitum tribunus creatur. 205.e
Ioannes Auſtria Philippi frater. 175.d
Ioannes Baptiſta Taxis militiæ S.Iacobi eques pacis arbiter. 315.e
Ioannes Baptiſta Benedictus nobilis Cyprius. 120.e
Ioannes Baſilius Moſchoniæ Cæſar, miſerè mortuus. 234.a
Ioannes Bertrandus Procancellarius aula pulſus. 3.f
Ioannes Blancus. 84.e
Ioannes Bodinus. 184.e
Ioannes Bouerius inſignis mechanicus. 305.b
Ioannes Brentius. 21.a
Ioannes Broſius Stampenſis. 27.a
Ioannes Bucardus Regi ſectæ querelas exponit. 54.b
Ioannes Burgeolius Turonum Præſes ſectæ ſuſpectus. 25.e
Ioannes Capreolus decurio confoditur. 37.a
Ioannes Cerda Siciliæ Prorex. 78.c
Ioannes Cobius Anglus Catholicæ fidei diligentiſſimus, belli ſciens, & manu ferox capite truncatur. 223.e
Ioannes Coenius Lucaus. 165.e
Ioannes Engoliſmæ Comes. 29.a
Ioannes Fabatus bellis Turcicis à puero ſuetus. 185.a
Ioannes Felto. 115.a
Ioannes Galeacius Fulgoſius è Gallia Florentiam miſſus.

Index.

ſus. 129.d
Ioannes Grimaldus. 219.b
Ioannes Gueretius Societatis Ieſu ſacerdos Caſtelly Philoſophiæ Doctor exilio mulctatur. 283.a
Ioannes Hauis Picκany urbanus prætor loco nobili, ſed in tenui re natus. 159.d
Ioannes Hanerimus Anglicarum nauium dux. 63.b
Ioannes Hus Conſtantiæ crematur. 6.e
Ioannes Iongeſius quatuor equis diſtractus. 255.a
Ioannes Inonia ex antiqua Vaiuodarum ſtirpe. 141.a
Ioannes Leggeus Dalmatiæ curator. 116.b
Ioannes Leomontius Pigallarius. 25.a
Ioannes Macetus. 25.e
Ioannes Mantices. 20.a
Ioannes Maſcarena. 216.c
Ioannes Maſcmallus Senatus Toloſani princeps. 35.c
Ioannes Medices duo millia peditum ad Archiducem ex Italia ducit. 285.d
Ioannes Mendoſa ſumma Equitum præfectus. 134.a
Ioannes Menius arma turpiter abijcit. 39.c
Ioannes Michael Vienſcottanus, regni Cancellarius è furca pede ſuſpenſus. 116.a
Ioannes Moldauiæ Vaiuoda ad Chriſti fidem tranſgreſſus. 178.a
Ioannes Monlucius Valentiæ epiſcopus ſectæ exercitia permittit. 46.b
in Poloniam mittitur, & ad quid. 130.a
Ioannes Mont.7aianus præſidij præfectus. 136.e
Ioannes Morullerius. 64.c
Coliny ſcriptũ contrario ſcripto refutat. 129.f.130.a
Ioannes Noguaretius Valeta. 62.b
Ioannes Panius ſacerdos excarniſicatus. 229.b
Ioannes Panoniæ Rex per oratores de nuptijs faciendis apud Cæſarem agit. 75.c
Ioannes Pontius Legionenſis. 62.c
Ioannes Ribaldus Dieppenſis. 62.d
Ioannes Quintinus. 13.d
Ioannes Richardotus conſilij Belgici princeps pacis arbiter. 31 ac
Ioannes Roanus. 24.a
Ioannes Salignacus. 18.d
Ioannes Samoſius magnus Poloniæ Cancellarius Viſſenſteinium corona cingit. 342.c
Ioannes Sanſulpitius. 51 b
Ioannes Saitandreanus in Senatu præſes. 3.a
Ioannes Sbertus. 229.b
Ioannes Scepuſius Tranſſyluanus. 202.a
Ioannes Sora claſsi præfectus Luſitana aliquot nauigia in Armoricano ſinu capit. 69.c
duas onerarias Venetas leges ſuas accipere cogit: quæ præda centum aureorum millibus indicata fuit. 113.d
Ioannes Spelus Bruxelæ in furcam actus. 115.c
Ioannes Spina. 55.b
Ioannes Starateus annonæ præfectus. 236.d
Ioannes Surchius Malicornius. 25.b
Ioannes Tanqucrellus Sorbonicæ Theologiæ candidatus. 19.c
Ioannes Teglius. 216.e
Ioannes Tranſſyluaniæ Vaiuoda Rex à Solimano renuntiatur. 84.e
Ioannes Troiis Gaſtinæ Abbas à ſectarijs male accipitur. 25.b
Ioannes Turnaminus cæſus. 45.c
Ioannes Vilelmus Saxo. 59.e
Ioannes Vſſelingus Antuerpienſis crebris in vtramque Indiam profectionibus exercitus. 388.a
Ioanni Auſtriæ & Duci Seſſo negotium datũ, vt Mauros penuria & fame perderent. 113.a
eius obitus. 200.d
Ioannis Baptiſtæ Benedicti obitus. 126.f.127.a
Ioannis Cardinalis Bellaij obitus. 13.a
S. Ioannis Engeriaci, vel Angelici oppidum obſidetur. 73.b
S. Ioannis fons, cœnobium direptum. 30.d
Ioannis Maldonati obitus. 212.d
Ioannis Monlucij obitus. 204.e
S. Ioannis oppidum à ſectarijs direptum. 60.b
Ioannis Paſſeratij obitus. 348.d
Ioannis Sigiſmundi Erdellij Tranſſyluaniæ Principis obitus. 123.a
Ioannis Tutauillæ Villebonij obitus. 54.b
Ioëuſa Cardinalis à Clemente VIII. pro Fœderatis pecunias & milites petens repulſam fert. 298.a
Ionæ cuiuſdam Neapolitani virtus. 123.d
Turcum procero ſtatu & valida corporis habitudine occidit. ibid.
Turcos 22. ſingulari certamine vicit. ibid.
Ionuilla. 21.b
Ioſaphati cœnobium. 61.e
Ioſephi Scaligeri obitus. 388 f
Iouſa cum Craſſolio Bandineo manum conſerit. 37.d
in Guiſios pronus. 215.a
pacis inter Venetos & Pontificem mediator. 380.c.d
Ionſæ cladis origo. 247.a
Iſcholochinum in Pannonia à Turcis direptum. 96.b
Iſmael Rex Perſidis à ſorore faucibus eliſis interemptus. 199.c
Irantium vinctis nobile. 60.c
Iſſodunum tentatur. 27.f
Iſſoriacι ſitus. 185.d
Iſsium direptum. 43.f
Iſſutilium oppidum præda datum. 30.e
Itacha Vlyſsis patria hodie Valde-compar appellata. 126 b
Itali à Rege Galliæ dimiſsi ſigna hoſti erepta Romam deferunt. 74.c
ad Mauricium ſe recipiunt. 288.d
eorum exercitus ad duodecim millia cenſus. 293.e
Itius portus. 298.c
Iubilæi annus Romæ celebratur. 178.c
Iubileum à Pontifice Max. Clemente VIII. conceſſum. 278.b
Iudæorum ſynagogæ Solimani iuſſu ſolo æquatæ. 92.d
Iula in arcto. 97.b
Iulia Taurica à Carolo Galliæ Rege petitur. 90 e

Iulia

Iul [illegible] verſes à [illegible] acipiunt. [illegible]
Iul [illegible] [illegible] mittitur. 400.a
Iul [illegible] cerena cingitur. ibid.
Iul [illegible] Dux Ro[illegible] 92.d
Iul [illegible] Marchionis [illegible] 127.b
Iuly [illegible] 27.c
Iuly Villa [illegible] in agro Iul[illegible] prædas agentes prof[illegible]. 373.b
Iul[illegible] in Pannonia Comes [illegible]. 93.c.d
Iu[illegible]. 137.c
I[illegible] petitur. 27.f
Iurgia inter Auſtriacum & [illegible]. 125.d.e
I[illegible] prælium. 266.d
Iuri[illegible] reformata. 76.d
Iuriſiurandi Galliarum Regum forma. 4.2.a
B.Iuſtinæ dies Venetys celebrata in memoriam victoriæ in Turcos nauali prælio obt[illegible]æ. 128.a
Iuſtinus lapidum ſcitor excantatoris nomine d[illegible]natus, faucibus laqueo eliſis, igne cre[illegible] fuit. 386.f
Iuſtus Comes Schonemburgius. 135.b

K

KALENDARIVM magnum à Carolo editum. 211.d

L

LABORELLVS Vapinci præfectus. 46.d
Labretius. 34.b
La[illegible]ratum. 35.e
La[illegible] Monlucius inhiat. 40.c
Lætitiæ genera omnia Pariſijs agitata. 282.d
L[illegible]ranus. 34.b
Lainius Mont[illegible], & Motta Gouelingæ fidei Catholicæ profecti. 200.c
Lambertus Hortenſius nobilis Hiſtoricus. 139.e
L[illegible] propugnaculum verberatum. 171.d
L[illegible] Molinus adulter in furcam actus. 48.b
Landerei veneno hauſti obitus. 210.e
Languetotius. 26.a
Lanus prætoriæ Sabaudæ nauis dux. 127.a
Lanouus Mornellerius. 26.a
capitur. 67.b
in brachio vulneratur. 70.e
Noallium, Malar[illegible] & Baſtiliam deditione recipit. 113.d
ad Fonter[illegible] vulnere in brachio accepto perruptis oſsibus cùm gangræna ſerperet, brachium ſibi incidi patitur. 114.b
Rupellam obſidet. 132.b
in Armorica à Mercolio Duce intercipitur. 270.b.c
Larachæ ſitus. 193.d
Larachia Mauritaniæ vrbs in Hiſpani poſſeſsionem venit. 403.a
Larcantius. 27.a
Lavalli duo mortui. 238.d
Lauardinus. 59.a
tertiam aciem in Mommorantium ducit. ibid.
S.Laudi oppidum in Colinij manus venit. 47.c
Lanoüius. 149.c
Laurentius Ricchaſonius. 229.b
Laurentius Stroſsius Cardinalis Albienſium Epiſcopus. 37.a
Lauſerta capta. 39.e
in ea 180. è ſacro ordine trucidantur. ibid.
S.Lazari ſuburbium expugnatum. 28.c
S.Lazari valetudinarium. 140.c
Legationes ampliſsimæ, Regi nato filio, ad veteres amicitias alendas, cùm ad Pont. Max. tum in Angliam, à Rege Galliæ miſſæ. 334.e
ad Regem Galliæ è varijs Europæ partibus miſſæ. 114.e
Leiden, aliàs Lugdunum. 134.f
Lentium in Atrebatibus à Branco captum. 226.a
Lenoncurius Altiſsiodorenſis Epiſcopus Nauarro amicus. 20.a
Leonardi Donati obitus. 408.e
S.Leonardi fanum populationibus infeſtum. 30.c
Leonardus Botallus Alteuſis medicus. 226.e
Leonardus Morellus miniſter in vincula conijcitur. 21.c
Leontius. 151.e
Leopoldi copiæ fugantur. 398.e
Leopoldus Pragæ turbas concitat. 403.c
Cæſaris ignauiæ illudit. 403.d
Lepanthi fauces, quæ olim ſinus Corinthiacus. 126.a
Leracum rebellat. 35.e
Leſina pagus à Turcis incenſus. 125.c
Lethæ propugnaculum in Scotia euerſum. 80.e
Leuius Bearni rector. 38.f
in Libonate oppido ſanguine pluit. 106.c
Licentioſæ conſcientiæ fructus. 23.a
Liencurius ceditur. 45.c
Ligeris diluuium. 382.d
Lignanum arx. 37.d
Lignerium oppidum à Regys deditione recipitur. 73.e
Lignerius. 6.d
occiditur. 45.e
Lignerolius cæſus. 121.c
Linda in Petrocorijs direpta. 40.a
Linghemum Belgij limes à Mauritio aggreſſum. 305.e
capitur. 306.a
Linguagroſſa vrbs Aetlnæ finitima. 99.d
Linguatorius. 26.c
Lippaius ſecuri percuſſus. 360.d
Lipſij obitus. 389.a
Liquius belli prudens. 133.c
Lire ſitus. 291.f
Lituani 43. oppida vi capiunt. 86.
quatuor plauſtrorum millia præda onerata in Lituaniam auchunt. ibid.

Digitized by Google

Lituania & Liuonia in eadem fide Regis Poloniæ. 220.a

Liuoni ad Poloniæ dignitates admittuntur. 319.a

Liuonia à Moſchorum Duce infeſtatur. 77.d

Lixa, natio petulans & pugnæ auida. 21.b

Lochemum à Verdugo obſeſſum. 228.a

Lochum à in Friſia à Spinola intercepta. 373.c

Lodoica Lotharingæ Henrici III. viduæ obitus. 333.c

Loiſia vallis quare meretricia appellata. 14.c

Lomanius Terrida. 61.b

Lombati fratres terræ ruina hauſti. 46.c

Lōdini edictum aduerſus Andeauicarum vrbium mercatores. 312.d

Longauillius Amlincurtium & Aueſnum oppida in Atrebatibus ferro & igne populatur. 291.a

glande plumbea confoſſus, obit. 290.c

Lotharingiæ Dux in gratiam & patrocinium Regis redit. 282.a

eius obitus. 381.e

Lotharingus Cardinalis Durocortorum Rhemorum concedit. 13.b

de controuerſiis fidei in Colloquio Poſſiaceno piè ac verè differit. 18.b

Louiſiana Monpenſerij vxor. 12.a

ingens animi mulier. ibid.

Lucana vbi ſita. 136.a

Lucas Chirbeus. 229.b

Ludouici XIII. Galliæ Regis natalitia. 334.d

patris hæres in regno renuntiatur. 397.b.c

Rhemis inauguratur. 401.b

Ludouici Caiëtani obitus in oppugnatione. 170.c

Ludouici ciuilis nobilis adoleſcentis miraculum. 41.c

Ludouici Granatenſis obitus. 161.e

Ludouicus & Henricus Naſſaunius aduerſo pectore confoſſi cecidere. 160.a

Ludouicus Aquenſis vrbis Vicarius. 278.b

Ludouicus Borbonius. 207.d

Ludouicus Borbonius Monpenſerius. 227.d

Ludouicus Buellius. 6.e

Ludouicus Butillerius. 18.d

Ludouicus Condæus apud Regem criminis ſe purgat. 7.e

animi ingens. 5.e

turbarum dux eligitur. ibid.

Ludouicus Dataidus belli prudens, ſummoq́; par armorum imperio. 493.b

Ludouicus Faber. 2.d

Ludouicus Foxius. 215.b

Ludouicus Gonſaga Niuernij Dux. 207.f

eius rixa cum Monpenſerio Rege ac Regina conciliatoribus ſopita. ibid.

Ludouicus Lauoirus Bononiæ Præſes. 23.b

Ludouici Martinengi fortitudo in miraculum eſt. 124.b

Muſtapham ſalutat. 124.e

Ludouicus Maugironus. 8.b

Ludouicus Mocenigus vir conſilio bonus, animi ingenti. 112.9

Ludouicus Mocenigus Venetorum dux. 18[illegible]

Ludouicus Naſſaunius. 15[illegible]

aciem ducit. [illegible]

tria equitum millia, ſex peditum è Germania tra[illegible] 168.f

[illegible] crure vulneratur. 3[illegible]4[illegible]

Ludouicus Nogaretus Vincta. 20[illegible]

Ludouicus Nogaretus Eſparnonius. 215.a

Ludouicus presbyter ſocietatis I[illegible]ſu cum ſocijs in Br[illegible]leam nauigantibus ab hæreticis interficitur. 121[illegible]

Ludouicus Prenotius Sanſacus. [illegible]

Ludouicus Sangelaſius Lanſacus ad Fridericum Palatinum Septemuirum mittitur. 59.e

Ludouicus Tremolius Thoarſius Dux Pictoniæ. 183.c

Ludouicus Verrechenius conſilij Belgici actuarius pacis arbiter. 315.c

Ludouicus Vrſinus capite truncatur 237.a

Lues in exercitu Venetorum. 117.d

Lues Lutetiana, quæ quadraginta millia capitum abſtulit. 2[illegible].e

Lugdunenſes ad Regis ſacramentum vltro tranſgrediuntur. 282.a

Lugduni ſitus. 9.e

[illegible] Malinio iuniore fruſtra tentatur. ibid.

à ſectarijs capitur. 3[illegible]

[illegible] grauitate annonæ ad ſeditionem [illegible] 3[illegible]

obſidetur. 46.d

in eo ſectarij trucidantur. [illegible]

eius arx munitiſſima intercepta, & ſolo æquata. 237.d

Lugduni Batauorum ſitus & obſidium. 17[illegible]

Lupare quotquot ſectarij reperti gladio iugulum præbuere. 1[illegible]

Luparium. [illegible]

ab Henrico II. interceptum. 2[illegible]2.c

Lupus Vercellis apparens ex oculis omnium mox euaneſcit. 85[illegible]

Lurchius plumbea glande tranſigitur. 65.a

Luſernum oppidum. 13.f

Luſinianum caſtellum. 59.e

Luſitana expeditio. 2[illegible]8.d

Luſitani Mauris addicti. 1[illegible].d

ante periculum audaces, in pericu[illegible] animis cadunt 217.a

exitium Batauis moliuntur. 30[illegible].b

Luſitaniæ obſcuritas & ignobili[illegible] 189.b

Luſitaniæ regnū à multis principibus a[illegible]p[illegible]tum. [illegible]1[illegible].f

Luſſonium ditiſſimum cænobium F[illegible]opale i[illegible]n [illegible]ſignitum. [illegible]

Lutetia obſidetur. 57

eius ſitus. ibid.

Lutetiæ ſectarij trucidantur. [illegible]30 d.e.f

in ea pridie Hilarium ante Quadra[illegible]ſimam è Caſtelleti Lutetiani carcere vinctus [illegible]tur. 377.b

Lutheranorum oratores ad Regem [illegible]a m[illegible] 3.a

eorum de corpore Chriſti ſenten[illegible] 18.d

[illegible] Vratiſlauia graſſantur. 388 d

Lincaſtrij cum Belgij ducibus [illegible] 244.c

S. Mac

M

M S. Macarij oppidum. 61.e
Machlinia à Franciſco Toledano direpta. 139.b
Machliniæ Zutphenij Naerdemi excidia. 152.e
Machliniæ turbæ. 197.d
in ea ſacræ effigies confractæ. 219.a
Macloüienſes pertinaciter in fœdere ſtant. 314.d
Madera expugnata. 63.d
Maeſtralis ſtrenuus dux. 31.d
Magni dies. 205.a
Magdalena Mallia Roïenſis Condæi ſocrus capta. 12.d
Magala capitur. 37.e
Magdalena Sabauda. 15.f
Mahumetes Chriſtianos omnes Conſtantinopoli eijcit. 299.e
Agriam obſidet. 300.f
Conſtantinopolim reuertitur. 301.e
eius obitus. 348.d
Mairargi Maſſilienſis proditiones apertæ. 360.a
Lutetiæ ſecuri feritur, eius caput Maſſiliam delatum in ſpeculis prætoriæ portæ affigitur, corporis in quatuor fruſta diſſecti partes in quadriuijs expoſitæ. 360.b
Mains fluuius quare ſic dictus. 63.a
Malecontenti ad Hallam conueniunt. 29.a
in nomen fidei Catholicæ & Hiſpaniæ Regis iurant. 218.e
qui fuerint. 200.e
Malicornius. 25.f
Malignius fuga ſalutem expedit. 7.b
Lugdunum fruſtra tentat. 9.c
Malleacum ditiſſimum cœnobium Epiſcopali titulo inſignitum. 61.a
Malloſena à Monbrunio capta. 10.d
Malucci obitus. 194.b
Mandolphus Burchy legatus cæſus. 70.e
Manfredus Cardilliacus Biullus. 35.e
Mango. 28.d
Mansfeltius Parmenſis Vicarius. 232.e
Mantelius. 30.d
Manteſium & Vernonium Regi victori vltrò accedunt. 267.e
Mantreuilla Curiæ Rotomagenſis Senator ſecuri percutitur. 42.a
Mantua Carpetanorum, aliàs Madritum. 113.b
Mantuæ Dux, Dux Montisferrati renunciatur. 145.d
Colonitſij opera periculo eximitur. 311.e
Manus lana apud Turcos honori eſt. 95.e
Maranum obſeſſum. 73.f
Maraſca vrbs munitiſſima in limite Dalmatiæ & Boſſinæ, vbi nundinæ opulentæ anniuerſariæ ter quotannis aguntur, &c. 144.e
Marauenſis inſula à Rupellanis occupata. 183.a
Marcaſtellus clade elapſus. 43.a
S. Marcelli ſuburbij in ſectarios motus. 20.b
Marcellus Accoronibonus Ducis Bracciani affinis. 236.e
Marcellus Campegius adulterij reus pugione confoditur. 76.e
Marchionis Rourenſis virtus. 127.a
Marchioniſſa Vernolia Antragij filia in cœnobium virginum Turonenſium relegata. 359.b
Marchlandium in Norfolcia prouincia diluuio infeſſum & profligatum. 380.b
Marcua in Cadurcis. 40.b.42.e
Marcus Antonius Barbarius Conſtantinopoli Baiulus. 111.b
Marcus Antonius Columna duodecim biremibus dux imponitur. 112.e
prælium Auſtriaco ſuadet. 125.d
veneficio in Italia contactus. 231.a
Marcus Antonius Quirinus ſubſidio Cypri ſummittitur. 123.b
Marcus Murſius Italus cum exercitu miſſus à Colonienſi Archiepiſcopo. 243.a
Marcus Myro medicus. 168.b
Marcus nobilis Coſentinus apud Calabros collecta exulum manu Regem ſe appellari iubet. 82.e
à ſuis proditur. ibid.
cum regio diademate atque aureo laqueo in furcam it. ibid.
Marè cadaueribus ſtratum concreto ſanguine rubens. 127.e
Marennæ inſulæ. 71.a
Marennenſes. 29.e
Mareſcallus Turrenius coniurationis Bironianæ ſocius, Sedani munitiones extruit, ne imparatus à Rege opprimatur. 370.e
Mareſius. 25.a
Margaritæ Valeſiæ nuptiæ agitantur. 122.e
Margaritina arx à Venetis recepta. 128.e
Maria Barbanſona virago ducis ac militis munia implet. 73.e
Maria Caroli ſoror Pannonum Regina Belgio imponitur. 103.a
Maria Medicea Lugduni regio paratu excipitur. 327.
Maria Scotiæ Regina ſecuri percutitur. 252.e
S. Mariæ inſulæ Regis habitus. 306.d
Mariæ Mediceæ ex Hetruria in Galliã aduentus. 327.b
Marianæ liber carnificis manu publico rogo crematur. 398.b
Marini Contareni obitus. 127.b
Marinius Rouerius. 10.e
Marinus Caballius à Venetis orator ab Abraimo Selimi interprete quatuor eximijs equis, auro, gemmiſq; frænatis, argento textili ſtratis, & totidem auro textis veſtibus donatur. 105.a
Maris imperium Albano à ſectarijs ereptum. 156.d
Maris inundatio in Zelandia, Holandia, & Friſia, &c. 115.d
Marlorato monacho excucullato ſectæ miniſtro laqueo fauces eliduntur. ibid.
Marmanda. 35.e
ea Franciſcani pelluntur. 35.e
Marmoricum mare. 128.d

Marſanum quomodo interceptum. 207.b
Martigus dux. 65.a
primi agminis ductor. 65.d
S. Ioannis Angeriaci obſidio occumbit. 114.c
S. Martini mons à Turcis vi captus. 271.d
Martini Padighæ virtus. 127.b
Martinuſlanus agger. 26.d
Martinus Epiſcopus Segouienſis Stiriæ Carinthiæ ac Carniolæ miſerias in Ratisbonæ Comitijs exponit. 312.b
Maſella cadit. 45.c
Maſſeus. 36.c
Maſpurgi inter Lutheranos & alios ſectarum antiſtites grauis controuerſia. 367.c
Maſiliæ tumultus. 167.c.237.d
Maſſutius Chamus dux itineris. 241.c
Maſtrichti obſidium. 219.d
Matignonius. 207.d
Matignonius inferioris Neuſtriæ præfectus. 65.c
Mathurinus Garnerius Sambartholomeus. 165.c
Mathurinus Romegaſius Hieroſolymitanus. 63.e
Matiſco à Lonſio inſidetur. 60.c
eius ſitus. ibid.
à Tauanio capitur ac diripitur. 31.a
Matiſconenſes ſacram ſuppellectilem Arari committunt. 30.f
ad regij militis iniuriam veniunt. 32.b
Matthæus Antonianus ſectæ ſocius. 10.e
Matthæus Merula. 206.d
Matthæus Stuardus Leuini Comes. 122.d
Matthias Archidux. 197.c
Rex Hungariæ renunciatur. 383.c & ſeq.
orthodoxos & ſectarios omnes æquo iure eſſe vult. 395.
Sueciæ Rex inauguratur. 404.c
eius cum Anna claris Tirolenſium Archiducum natalibus lectiſſima virgine coniugium Viennæ celebratur. 404.c.d
Sileſiæ & Morauiæ princeps renunciatur. 404.d
Rex Romanorum renunciatur. 406.c. & ſeq.
Mauræ rupis ab Adretio capitur. 35.f
S. Mauræ inſulæ, quæ Leucas olim appellabatur, ſitus. 126.a. & ſeq. 141.f
Maugironus ne Lugdunum inſidijs pateat conſulit. 9.c
Montelium Ademari proficiſcitur. 10.b
in capita & fortunas rebellium ſæuit. ibid.
Guiſio intimus. 31.c
Tauanum in Burgundiam ſe recipit. 31.e
ſpe potiundæ Gratianopoleos tenetur. 46.d
Lugdunum cum exercitu ad Nemorcſium venit. 46.e
Mauri Granatenſes in Hiſpania prædas agunt. 113.a
Mauricianæ duo amplius millia cadunt. 330.d
Mauritius nauigium inſtruit. 265.b
Campigniæ vrbes in fidem ſuam addicit. 271.b
Nimegæ altaria & ſacras effigies euertit. 271.d
S. Gertrudis fanum ad præda cogit. 281.a
Gouerdunum obſidione liberat. 288.b
et ſupra votum res fluunt. ibid.
oppidum Grollum obſidione cingitur. 292.a
in Andream Auſtriacum arma parat. 321.a
eius exercitus ordinatio. 330.a
Flandria excedere cogitur. 330.e
Sluſæ obſidionem vrget. 353.c
Validum exercitum Erckeram traducit. 364.c
tumultuantibus Anglis, niſi otium colant, ſupplicium minatur. 365.a
in Comitem Trecſium impetum facit. 365.d
cum Archiduciſſa muneribus certat. 378.c
cum Spinola de pace verba facit. 385.b
Mauritaniæ Rex à fratre regno exactus in Hiſpaniam venit. 402.e
Maurorum res in arcto. 113.b
Maximilianus Archidux carcere liberatur. 263.e
cum Tranſſyluano, Palfio, & Duſembachio prælium decernit. 301.c
ad genua Romani Pontificis procumbens, centum quinquaginta aureorum millia ex decimis ſacerdotalibus ad bellum Hungaricum conſequutur. 354.e
Romanorum Rex renunciatur. 82.d
Maximilianus Boſſutius Batauiæ præſes. 132.d
Maximilianus Cæſar à fædere cum Hungaris inito, recedit. 140.c
de Polonis conqueſtus. 180.c
Mazaræ factionis dux. 6.c
ſecuri percutitur. 7.b
Meacum in Iaponia captum & direptum. 82.a
à præfecti filio recipitur. 82.b
Mecænatis de hæreticis ſententia. 4.d
Mechlinia ad fidem redit. 240.d
Medandes Regis captiuus. 267.c
Mediterraneum mare latrocinijs infeſtatur. 78.e
Meduanius ad Maranium caſtra ponit. 186.a
Nauarrum è manibus elabi patitur. 238.a
Lugduni inſidias cauſatur. 258.c
Maieſtatis reus dicitur. 259.a
à Rege Nauarræ vnà cum Comite Agamontio deletur. 265.d
et à Parmenſi leges dictæ, de deturbando Rege hæretico. 266.b
libellos mendacijs fartos vulgat. 167.a.d
ſacramento Regis accedit. 290.b
Meduanius ad fidem & obſequium Regis redit. 296.c
Meduloni conuentus. 205.b
Mehemetes Amurathis morte ad imperium euectus. 292.d
vt imperio potiretur, 17. fratres neci dat. 295.a
Mehemetes Bebius captus. 127.c
Mehemetus in fuga paludibus hauſtus. 96.d
Mehemetum oppidum ad excidium deſtinatum. 340.d
Melchior Prateaſis Monpeſieus. 15.f 28.c

Melitis

Index.

Meldis in Bria Comitatu altaria à ſectarijs euerſa. 29.f
Melita à Solimano obſidetur. 86 e
eius ſitus. ibid.
Melitenſes equites Turcos in Adriatico mari ſternunt. 83.e
eorum cum Turcis pugna. 87.a.b.c.& ſeq.
ad Cephaloniam nauigant. 348 b
eorum triremes Turcicas cædunt & fugant. 399.b
Memphis. 295.a
Menchius amnis. 265.a
Mendoza Rheinbercam oppugnare ſtatuit. 313.b
in Mauricij poteſtatem venit. 330.e
Menimum à Lanonio Malecontentis ereptum. 219.d
Memius Caumontio præfectus. 38.f
à Gondrinio intercipitur. 43.a
Meninx inſula prædonum receptaculum. 78.b
eius ſitus. ibid.
à claſſe Hiſpana inuaditur. 78.e.80.a.b
Mercator Baſileenſis in Heluetijs, cur capite truncatus, & igne crematus. 388.e
Mercatorum Lutetiæ inſtituta iuriſdictio. 50.d
Mercolius Ambianum recipit. 314.e
fœderatas vrbes præſidijs firmat. ibid.
Nannetum opere & manu munit. ibid.
Regem aduentantem audiens terretur. 315.a
coniugem interpretem ad Regem mittit. 315.a
à Cæſare ſumma belli in Turcos imponitur. 331.b. 337.b
eius obitus. 337.d
Merindolium ſectæ conciliabulis aſſignatum. 52.b
Merlara inſulæ. 125.a
Merum à Guiſio captum. 24.d
Meſnilius. 26.c
Μεταβολή. 18.e
Μετάθεσις. ibid.
Μεταποίησις. ibid.
Μεταῤῥύθμισις. ibid.
Μεταστοιχείωσις. ibid.
Metim Fr. Guiſius propugnat. 3.e
Metonenſes ſectarij. 14.d
Metubarris in finibus Pannoniæ ad exſcidium à Turcis deſtinatur. 96.d
eius ſitus. 96.e
eam Sirinus propugnare deſtinat. 96.f
Meurſa in ditione Cliuenſi in Mauricij manus venit. 305.a
Michael Ghiſlerius S. Dominici ſodalis Pontifex renunciatur, & Pius V. appellatur. 93.b
Michael Hoſpitalius Cancellarius. 7.c
Michael Oquenda. 210.b
Michael Valachiæ Vainoda Tranſſyluanos iuſiurandum in Cæſaris nomen adigit. 324.a
Michaelis Barbarigi triremes capta. 125.a
S. Michaelis fanum. 66.e
Micita Romanouitſius Moſchouiæ regnò à Boriſonio excluditur. 319.a
Milites ad raſtri ferrei cuſtodiam poſiti. 239.b
Miliaburgica nauis incendio perit. 385.d
Milsêlburgicum caſtellum Mauricianis ereptum. 353.c
Miniſtelli ſectæ tubicines, inſtaurata fide Catholica inſtaurata vrbe excedere iubentur. 355.a
Miniſteria ſectæ extra vrbes permiſſa. 20.e
Miniſtris duobus Burdigalæ fauces eliſa. 39.b
Mintenoium caſtellum. 44.c
Mirabellus. 10.a.& b
Mirabelli factionis incentores in furcam acti. 30.e
Miraculum Dei egregium in virgine cœnobij Sueſſionenſis. 391.a.b
Miraletus. 27.e
Mirambeum à Mercolij Duce capitur. 270.e
Mirapenſis. 37.b
Moiſſacum cœnobium. 35.e
Moius. 68.e
Mola cum ſocijs legibus interrogatur. 259.b
Molinenſis conuentus. 50.e
Molinio ſectarij exiguntur. 30.d
Mollarius mons. 33.a.34.a
Moltisheimium obſeſſum deditionis leges capit. 398.e
Mommorantij patris obitus. 59.b
Mommorantius militiæ magiſter. 3.d
eius in Lotharingos fratres odia. 4.a
Regis Franciſci II. inaugurationi intereſt. 4.b
magiſtri palatij & magiſtri militiæ munus ſuſtinet. ibid.
tribunus equitum creatur. 4.e
ſectarios inſequitur. 6.b
in Senatu quæ Amboſiæ per Guiſios acta eſſent exponit. 7.d
peninſulæ Franciæ præeſt. 2.b
Catholicæ fidei tenax. 15.e
cur à ſectarijs abhorreret. 15.f
patrem à partibus abducere conatur. 16.a
in ſeditionis authores inquirit. 16.d
Ianuarij edicto intercedit. 21.a
eius filius inſulæ Franciæ præfectus. 21.d
præfectura vrbis deijcitur. ibid.
cum fratre Monbrunio cadit. 45.a
equitum tribunus creatur. 50.e
arctius habetur. 168.b
Mommorillonium prædæ datum. 28.e
Monachi excucullati nouis nuptijs & licentia exultant. 129.d.e
Monachi Pragæ indignis modis accipiuntur. 403.d
Monachorum qui fidei cultum exuerunt ſeditioſa conciones. 10.a
Monbetonium à Bazordano inſeſſum. 40.b
Monbriſonium ab Adretio captum. 32.a
Monbrunius ab armis diſcedit. 10.d
fœdus eludi exiſtimat. ibid.
Villapetram irrumpit. ibid.& ſeqq.
milites cogit. 10.b
Malloſenam belli furto rapit. 10.d
Bernam ſe recipit. 11.a
Suſium inſequitur. 33.b.c
Mornacum capit. 33.c
cum fratre Mommorantio cadit. 45.a

eius graſſatio in Delphinatu. 147.d
Monbrunium. 10.c
à Caluſianis obſidetur. 29.e
Momellum. 21.e
Mondragonius Albani iuſſu ſubſidia in vrbem ſummittit. 138.e
Mondrinius. 9.c
Monferrandum. 61.e
Mongomerius Comes cũ Henrico II. aduerſis haſtis concurrit. 3.b
Auaricum occupat. 27.e
homo inquies. 42.b
Engoliſmam mittitur cum 14. equitum turmis. 67.d
cum ducentis equitibus in Aquitaniam mittitur. 69.d
in Angliam elabitur. 131.b
à Rupellanis ex Anglia cum auxiliis arceſſitur. 131.d
ſecuri percutitur. 164.a
Mongomerius filius. 185.e
Mondriniy cædes. 32.c
Montoius. 35.d
Monlucius Valentiæ antiſtes in Romanum Pontificem inuehitur. 15.f
Monlutius vir nobilis. 31.c
Monlucius Reginam de Aquitaniæ ſtatu monet. 35.e
coniurationis index. 36.c
Montalbani obſidionem ſoluere cogitur. 37.b
pleraſque vrbes capit. 39.a.& ſeq.
cum Buria capita confert. 40.b
eius caput petitur. 40.e
Rupellam obſidere iubetur. 61.b
Rabaſteniy obſidio occumbit. 114.c
Monlucius Franciæ Mareſcallus. 187.c
Moupely arx dedita. 60.b
Monpenſerius. 25.e
Catholicæ religionis inſtaurator. 43.b
Mediolanum Santonum præſidio firmat. ibid.
primæ acies dux 72.b
in Colitum ruit. ibid.e
à Fontenaio obſidetur. 160.b
eius & Niuerniy Ducis rixa Galliæ infeſtiſſima. 207.f
à Bironio iuniore equo deturbatur. 267.a
Moupeſatius Pictonum præfectus. 12.e
Moupeſatus. 146.e
Mons Hetullinus Regi Galliæ reſtituitur. 316.b
Mons ruber incendio vaſtatur. 44.b
Monſegurium impetu capitur. 39.d
Monſtrum ad Breſſiliam oppidum ferreis glandibus interemptum. 92.a
Montacutum captum & direptum. 67.e
Montagnanum. 37.d
Montalbanum. 35.e
eius propugnaculum dirutum. 52.a
obſidetur. 46.a
Montanus. 26.a
Montareus. 30.d
Nemoroſiiu Boiorum præfectura legatus. 60.b
Montargirium. 25.e.26.a
Montauleum oppidum. 42.e
Monteguidonius Rupiſulcaudius. 29.a
Montelæ marienſes ſeditiones excitant. 10.a
Monterigolum. 59.d
Montes, vrbs in Hannonia proditione Antoniy Oliuariy pictoris in manus Ludouici Naſſauiy venit. 134.b
Montignius cohortis tribunus. 196.d
Montius nobilis Gallus mandato Regis in eam noui orbis partem, quam Canadam vocant vela facit. 357.f
Morea Peloponeſi deſcriptio. 125.f
Morena pagus. 31.d
Moruacum in Venaſcinenſi limite capitur. ibid.
Mortanium oppidum capitur. 47.f
Mos liberandi quotannis carceratum apud Rotomagenſes, vnde. 212.b
Moſchi in Demetrium, quòd Ieſuitis faueret ſtricto ferro inuolant. 376.d
Moſchorum Imperator Polonia aditu excluſus, oratores ad Cæſarem mittit. 325.b
Moſchouiæ Dux fratrem necat. 115.f
Moſchouiæ & Poloniæ Reges de finibus Lituaniæ certant. ibid.
Moskea quid. 99.a
Moſſenica nauis à Turcis capta. 125.a.b
Motaus Allegreus Marchio Hallotio inermi caſo S. Romanum vindicem aſſertoremq́; appellat. 377.b
Motaus virginum raptor cum lena & famulo ſuo capite damnatur. 377.d.e
Motſiga oppidum vi captum & direptum. 398.e
Motta Dux Oſtendam irrumpit. 240.a
Motus in Scotia. 105.e
in Britannia pro fide Catholica. 109.e.f
in Gallia. 237.b
in Belgio. 280.f
ingentes in Moſchouia. 353.e
noui in Tranſſyluania. 345.b
Mouenty fratres. Vide Richiendi.
Mouentius malè mulctatur. 32.d
copias cogit. 33.a
Adretio vt Monbrunium ſequatur ſuadet. 33.f
à Sabaudo Ciſtertionem ſubſidio ſummittitur. 34.b
imbellem turbam poſt diuturnos errores Gratianopolim ſoſpitem traducit. 34.d
eius obitus. 65.f
Muleius Mahametes Xariffeus. 191.e
Muleius Malaccus Rex. 192.f
Mulier in pugna gladium rotans. 38.e
Mulier generoſa Hiſpanos carcere liberat. 291.b
Mulieris Cypriæ nobilis captiuæ virile facinus. 119.e
Munera data legatis à Carolo IX Rege. 151.b
Munitio Philippi nomine exſtructa. 232.a
Murmurus Soppoti arci præfectus in manus hoſtium venit. 125.b

Mulleri Alchimiſtæ fraudes detecta. 379.e
aureo laqueo fauces præbet. 380.a
Mura in Oſcenis capta. 46.d
Muſtapha ſuorum clade ſpe deycitur. 88.e
eius pertinacia in Melitenſes obſeſſos. 90.b
amiſſo exercitu & pecuniys exhauſtis Conſtantinopolim venit. 202.a
Mutinum propugnaculum Deo vindicante obrutum. 136.a
Mutins. 26.b
proditionis reus capite mulctatur. 30.e
Myſia ſuperior. 283.d
Myſia inferior. ibid.

N

NAERDEMI *ſitus.* 139.e
Nannetibus in neces ſectariorum itur. 131.a
Naſſauius Hiſpanos per tubicinem omnibus copys & tota belli mole ad prælium vocat. 107.e
natatu Empedemum oppidum euadit. 108.a
cùm annona in arcto eſſet, ſenes bello inutiles vrbe emittit. 138.a
pugnam abnuit. 281.c
ſacra & prophana iuxta habet. 299.e
Naſſauuia nauis fulminum iaculatione deformata. 385 d
Natalis Cotoneus Bertonuilla Rotomagenſis Conſiliarius capite mulctatur. 42.a
Nauarra vt Borbonio reddatur apud Regem Hiſpaniæ fruſtra agitur. 5.d
Nauarræ Regina ſectæ ſtudio aula excedit. 38.f.39.a
Nauarræ regnum non legitimo iure ab Hiſpano poſſidetur. 19.b
Nauarræ Rex legatos ad Germaniæ Principes mittit, agentes de Caluiniſtis cum Lutherano conciliandis. 212.d
Nauarræi obitus. 238.c
Nauarri, Guiſij, Mommorantij conuenta de fide Catholica tuenda. 22.c
Nauarricæ res edicto Henrici IV. Gallicis rebus ſic accreuerunt vt in poſterum diuelli nequeant. 376.e
Nauarrinus portus. 143.
Nauarrus Eliſabetham Hiſpaniam petens Ronciuallium ducit. 5.d
Aquitaniæ rector. 7.d
perduelles in agro Aginenſi cadit. 7.d.e
eius conſilia per ſagam detecta. 9.b
ad iter accingitur vt in aulam veniat. 12.c
cum Catharina in gratiam venit. 12.e
in partem criminis trahitur. 12.d
regni regimen Catharinæ defert. 13.a
abitum è Fonte Bellaqueo vt Lutetia de regni adminiſtratione ſtatuatur cum ſuis inſtruit. 15.c.d
iterum cum Catharina in gratiam venit. ibid.
Proregis auctoritate per vniuerſas regni Galliæ prouincias pollet. 15.d
regnum ſuum iniuria ereptum iurgijs & flagitationibus repoſcit. 20.a
eius cum Guiſijs & Mommorantijs amicitia. 20.b
Ianuary edicto intercedit. 21.a
illius fides ſe Rex regnumq́ permittit. 22.b
Aquitaniæ rector appellatur. 35.a
plumbea glande in humero tranſigitur. 41.d
eius obitus. 42.a
Rotomagi obſidio occumbit. 114.c
Aquitaniæ rector. 183.e
Nauarri morte regnum ad Borbonios Catholicos deuolutum. 246.a
Nauarrus Ligeris tranſmittendi conſilio deycitur. 247.b
Rupella egreditur. 250.c
ruenti Galliæ ſubſidio eſt. 257.c
Henrici III. corpus Compendium efferendum curat. 260.c
eius victoriæ. 266.d
cum Meduano pugnandi conſilium capit. ibid.
perſpicaciſſimus erat. 266.f
in Meduanum victoria potitus Heluetys veniam denuntiat. 267.b
eius acies Parmenſi formidabili ſpectaculo eſt. 268. a b
Naues 44. Zelanda profundis abſorptæ, & 1500. nauta ſubmerſi. 281.e
Naues miſſili igne ardentes Antuerpia emiſſæ. 239.e
Nauigatio in Floridam. 62.c
Naupactus ſinus. 126.a
Nautolium. 21.c
Neapoli caſtellum de cœlo tactum. 245.c
in ea Regis Vicarius noxium furca eximit. 377.c
Nemauſenſes ſectarij altaria & ſacras effigies frangunt. 37.e
Nemauſi arx dedita. 60.b
Nemauſus ſectariys cedit. 73.a
eius antiquitates & ſitus. ibid.
frequens ſectæ receptaculum. 52.b
Nemetocerna. 102.d
Nemoroſius rumuſculos & mera mendacia in vulgus ſpargit. 267.e
Hiſpanos equites Lugdunum intromittit. 275 e
Lutetiam ad conuentum ire detrectat. 278.d
Anicy animam agit. ibid.
Neracum. 35.e
Neſtoris Martinengi Comitis virtus. 124.a
Neſtorius. 17.f
Neuſtria turbis agitatur. 26.a
à Mongomerio infeſtatur. 27.a
tribus partibus agitatur. ibid.
Nicæa terræ motibus infeſtatur. 83 e
Nicolai L'hoſtei proditio detecta. 337.e
S. Nicolai portus ad Cerigum ſeu Cytheram ab Alyo igne vaſtatur. 124.f
Nicolai Salſedæ ſupplicium. 211.a
Nicolaus Andegauenſis Meſeriæ Marchio. 65.c
Nicolaus Angelerius S. Brioci in Armorica Epiſcopus. 205.c

Nicolaus Barrenſis. 62.e
Nicolaus Belloſremontius mercatoribus præpoſitus Guiſij iuſſu in S. Germani ſuburbio ſectarios occidione cecidit. 130.d
Nicolaus Brullartus Silerius pacis arbiter. 315.e
Nicolaus Campanus Suſij Comes cæſus. 57.e
Nicolaus Dandulus nobilis Venetus Famagoſtæ inſulæ præpoſitus. 116.a
Nicolaus Goſſonius capite truncatus. 200.f
Nicolaus Palſius Hungarus vir ſtrenuus Comaræ præſidio impoſitus. 244.e
Nicolaus Poluillerius Hagonoæ præfectus. 54.b
Nicolea regij coqui vxor veneficij damnata, flammis addicta eſt. 326.d
Nicoſiæ deſcriptio. 109.b
eius excidium. 119.b
Nicoſiæ inſulæ ſitus. 116.e
olim Leucaria dicta. ibid.
Nigrapellicum oppidum diripitur. 40.b
Nimega crepitaculis fruſtra tentata tormentis à Mauricio fulminatur. 265.d
Nitiobrigum ſectarij. 35.b
Niuerni licentia coitionum ſectarijs euerſa. 30.c
Niuernius vulneratur. 45.c.60.c
re infecta à Pontifice dimittitur. 282.b.c
Nobilitas Galliæ ad auxilium Franciſci II. accerſitur. 6.d
eadem Amboſiam affluit. 6.d
Nobilitas Galliæ cum Rege bellum animis geſtant. 315.c
Lutetiam ad Nauarri nuptias ſpectaculis & ludo celebrandas confluit. 130.b
Nobilitas in Scotia ab Anglis malè habita. 115.a
Nobilitas Poloniæ Ieſuitas abigere tentat. 378.e
Noclius, Mallignius, Pillius à Meduano intercepti. 238.b
Nojentum ſine certamine deditum. 60.a
Nomina eorum qui ad commercia pacis inter Spinolam & Mauricium miſſi fuère. 385.c
Nonnæum oppidum vaſtatum. 46.b
Norquermius ex Hiſpania à Rege ad Ordines miſſus & ad quid. 197.c
Nortfolchius Dux in cuſtodiam traditur. 122.c
Nouigradi ſitus. 284.c
à Tartaris diripitur. 324.d
Nouiodunum corona cingitur. 270.a
Nouocaſtrenſes. 32.c
Nucetum deditione captum. 73.a
Numetocerna. 288.a
Numidiæ motus. 82.e
Nummus Sabaudiæ Ducis, in quo centaurus exſculptus erat, alio nummo ab Henrico IV. repenſus. 333.e
Nuptiarum bina commercia vno tempore in Hiſpania celebrantur. 313.b
Nuptiæ cum filijs Hiſpaniæ Regum à Condæo infidæ ac fraudulenta appellantur. 407.e
Nuptiæ cum Nauarro & Margarita Valeſia conditiones aguntur. 129.e
Nurimberghæ Septemuirûm conuentus habetur. 404.d

O

OBELISCVS *ſtoreis duplicibus, & virgis ſceteis munitus,* 242.e
Obſides ab Albano miſſi. 138.b
à Naſſauio. ibid.
Obtricenſe oppidum, aliàs Maſtrichum. 139.c
Ocellarum arx. 14.e
à Digueriro obſidetur. 290.e
Odetus Colinius. 59.a
Odeti Colinij Cardinalis Caſtellionæi obitus. 121.e
Odetus Fæſius Caramanij Comes. 36.c
Odia inteſtina inter Germanos & Hungaros. 287.c
Odoardus Drathi nepos vulneribus onuſtus & captus. 254.e
Oecumenicum concilium. 19.d
Olerona inſula. 29.e
Oleronenſes. ibid.
Oleronenſes Arena. 113.d
eorum deſcriptio. ibid.
Olmarij Cancellarij obitus. 7.e
Olſtanij Dux Treuam exercitum ducit. 77.e
Opes Galliæ cum Hiſpaniæ, Indiæ ac Siciliæ opibus collatæ incomparabiles. 405.b
Opiniones variæ de religione ad turbas mouendas procliues. 2.d
Oppida nonnulla à Parmenſi recepta. 243.e
Oppidum aquaticum ad Strigonium à Turcis vi captum. 361.a
Oratores ad Selimum miſſi. 103.f
Comorrhani à Cæſare miſſi. 368.a
è Gallia & Anglia ad Amurathem mittuntur. 272.b
Turci cum muneribus ad Tranſſyluaniæ Regem miſſi. 311.a
Veneti magna celebritate à Rege excepti. 282.e
Ordines Auſtriæ imperium Matthiæ abnuunt. 389.c
Ordines Batauiæ motibus reſtinguendis conueniunt. 13.b.
de reſtituenda Catholica fide legatos ad Arauſionenſem mittunt. 195.e
Ordinum exercitus clades. 197.a
Ordines deditionem Zelandia ingratè accipiunt. 296.a
pacem inter Galliæ & Hiſpaniæ Reges minuere conantur. 315.e
eorum ductores iuſſu Parmenſis ſecuri percutiuntur. 265.d
Orſonia oppidulum prope Reinbercam in Franciſci Mēdoſæ manus venit. 312.e
Orſonis pons à Mongomerio fruſtra tentatur. 47.f
Oſmanus cum Sahamalo Georgiano amicitiam inſtituit. 220.a
Oſmanus Mehemeti cum duobus filijs fauces elidi iubet. 235.a
ab eo arx exſtructa. 241.d
Oſorius Angulanus ad Fliſſinghenſem portum miſſus.

ſus. 133.b
Oſtendæ obſidio. 329.e
contumax. 346.c
eius præſidiarij excurſionibus in Flandria graſſantes, à Mansfeltio reprimuntur. 265.e
ab Archiduce omnibus machinis oppugnatur. 336.b
eius ſitus. ibid.
eius deditio. 339.a
in ea fames ingens graſſatur. 353.c
Oxiæ inſulæ. 125.e

P

PACECCVS militiæ impiger. 138.e
Paci leges in Gallia dicuntur. 114.c
Pacis inter Reges Franciæ & Hiſpaniæ conditiones. 76.b
de ea conditiones cum Sancerranis iniuntur. 150.e
eius inter Philippum II. Hiſpaniæ & Henricum IV. Galliæ Reges pacta & conditiones. 316.a
Pagus Delfshaucus vbi ſitus. 133.a
Palatinus Buſciæ Tauroſcythes prædones inſequitur. 85.b
Palatinus Comes percuſſores in Galliam mittit. 5.e
Palatinus Romanus 7. Moſchorum millia in finibus Lituaniæ cædit. 105.d
Palcarius Vicecomes Prouinciæ rector diſiectas imagines & altaria reſtituit. 46.e
ab Honorato quodam trucidatur. ibid.
Palfius cum equite Hungaro & Germano Turcis annonam interuertit & aditus commeatibus obſtruit. 285.e
Paliarij Ducis vxor adulterij falſo crimine obruitur. 76.d
eius vir ſecuri percutitur. ibid.e
Palmæ fundus eccleſiæ clientelaris. 212.c
Palmaria inſula. 113.b
Paloda oppidum Pannoniæ amæniſſimum. 95.e
Palumbanus lucus. 40.b
Pancoto vrbs à Turcis vi capta. 86 a
Pannonia inferior à Curtenſi Purpurato infeſtatur. 75.c
Pappæ oppugnatio à Maximiliano aggreditur. 311.e
capitur. 311.d
eius præſidiariorum flagitium indignum. 330.e
S.Paragonij oppidum. 38.e
Pardaillanus Gondrinius. 61.b
Pardoziæ arcis incendium. 353.f
Pares Franciæ à quo primùm inſtituti, & quot fuerint. 16.b.
quo ordine, & à quibus eligantur. ibid.
Pariſienſes ad vltima quæque fame redacti. 267.e
annonæ defectu laborant. 270.b
in gratiam cum Rege redeunt. 275.a
Pariſolius. 39.e
Parmenſis Cluſam, caſtrum Camiracenſe, & alia Flandriæ oppida capit. 227.d
ab propugnacula hoſtibus eripiuntur. 240.c
Megam & Battemburgum ex hoſte recipit. 243.c
eius legiones dimittuntur. 244.a
impetum in inſulam Tolemum vertit. 255.c
cum Meduano capita confert, & fœderi accedit. 266.a
veteranum exercitum in Galliam obſidioni Pariſienſi ſoluendæ ducit. ibid.
eum abeuntem Nauarrus inſequitur. 266.c
eius brachium ſclopeto confoditur. 273.
cum Mauricio manum conſerit. 271.b.c
codicillos ab Hiſpaniæ Rege, quibus in Franciam flectere iubetur recipit. 271.d
eius obitus. 275.c
Parricidij auctoribus ceruices publico ſpectaculo fractæ. 237.a
Paſchaſius Academiæ Pariſienſis patronus. 53.c
Paterbonica à Batauis direpta. 372.c
Patres Capuchini pro focis & aris in Turcos ad arma eunt. 283.c
Pauli IV. Pontificis obitus. 77.e
eius ſæuitia. ibid.
S.Pauli Comes Ambiani præfectus fuga periculo ſe eximit. 308.c
Paulus Foxius. 2.e
vir artibus egregijs. 41.a
Paulus Mouentius militum magiſter. 11.b
Paulus Orſinus Venetæ claſsi præfectus. 141.d
aliorumq́; ducum nomina, quæ ibi vide. 141.d.e
Paulus Thermus. 12.e
moritur. 45.d
Paulus Vergerius Iuſtinopolitanus Pontificis literas lacerat. 19.e
Pax inter Regem & Eliſabetham Angliæ Reginam. 51.e
in Gallia firmatur. 62.e
inter Cæſarem & Ioannem Tranſſyluaniæ Regem. 85.f
inter Ioannem Sueciæ & Federicum Daniæ Reges adnitente Maximiliano Cæſare. 115.e
inter Regem & Andium Ducem. 150 e
inter Belgas & Hiſpanos ab Imperatore procuratur. 172.a
in Polonia ſancitur. 229.b
Reginæ induſtria in Gallia firmatur. 237.d
inter Hotomanum & Hungaros. 383.d
inter Henricum IV. & Sabaudiæ Ducem. 333.a
inter Hiſpaniæ & Angliæ Reges. 356.d
inter Hiſpaniæ Regem, Archiducem, & fœderatos Ordines. 390.c
inter Argentinenſes & inferioris Alſatiæ nobilitatem. 40ↄ.d
inter Rodolphum Cæſarem & Matthiam. ibid.
Pegnonum in Numidia oppidum. 84.a
Penna oppidum à Buria aggreſſum. 39.e
Periſcelidis militiæ ordo in Anglia. 302.b
Peroſiana. 14.a
Perotus Lupianus. 37.e

Perſarum cum Cæſare fœdus. 337.f
Perſarum Rex Emiro Chamo oculos candenti ferro corrumpit. 235.d
ſe Chriſti fidem induiſſe profitetur. 368.c
Perſicum bellum in Amurathem. 272.d
Perſidis Rex munera ad Hiſpaniæ Regem mittit. 379.b
ſubditis ſuis Chriſtianæ fidei poteſtatem facit. 403.e
Perſidis oratores Pragæ Cæſari munera offerunt. 398 c
Peſta ab Hungaris intercepta. 344.d
Peſtis in Italia, Sicilia, Venetijs, &c. 180.b
Petracoriorum præfectus cæditur. 46.a
Petri Bertolaſſi Zarani triremes captæ. 125.a
Petri Buæ Corcyrenſis triremis capta. 127.d
Petri Comitis Montalberti virtus. 123.f. 124.a
S. Petri Diuani oppidum direptum. 47.a
Petri Loredanæ Reip. principis obitus. 112.a
S. Petri oppidum à ſectarijs interceptum. 30.c
Petri Oſſumy obitus. 45.e
Petrina à Maximiliano Archiduce capta. 285.a.b
Petroclauium ab Entragio captum. 31.a
Petrocorienſe collegium. 36.d
Petrogurdius. 65.e
Petrus Abunada. 62.d
Petrus Atrieus Burdeus Hiſpanus, ſodalis Auguſtinianus, illecebris Luſitanæ puellæ ad exitium tractus. 390.c
Petrus Annella ſectariorum conſilia prodit. 6.b
Petrus Barrius Aurel. animum occidendi Regis ſumit. 278.c
Petrus Bellauilla. 215.b
Petrus Bertrandus Epiſcopus. 35.c
Petrus Bulengerus Inſtitutionum Chriſtianarum & Catholicarum auctor. 2.a
Petrus Chuppius Lodunenſis. 206.b
Petrus Cubius maris præfectus. 364.d
Petrus Darduignus artuatim laceratus. 230.d
Petrus Duſa Bataue claſſi centum nauium imponitur. 321.b
Petrus Eberanus Illyrici præfectus. 92.c
Petrus Fenolitius Regius eccleſiaſtes laudationem Henrici Borbony Montiſpenſerij mortui Lutetiæ habet. 381.c
Petrus Garagarza. 210.b
Petrus Gondius Pariſienſis Epiſcopus Romam orator miſſus. 183.c
purpureo galero fulget. 315.c
Petrus Houtmannus Batauus primus in Indiam vela fecit. 387.e.f
Petrus Humaldus Lauta ſectæ addictus. 36.a
de Aureliano tradendo fidem interponit. 36.b
Petrus Martyr à Beza deficit. 18.d
Petrus Piſanus Capoceſtam ab hoſtium iniuria vindicat. 117.b
galcaſſam ducit. 126.d
Petrus Pithæus eruditione & pietate inſignis vita fungitur. 303.b
Petrus Toletanus Ferrandinæ Dux. 213.f
Garſia filius. 244.c
Petrus Toletus claſſi Neapolitanæ præfectus. 295.b
Petrus Velaſcus Hiſpanus. 217.a
Petrus Verſorius. 184.e
Ieſuitarum patronus. 53.b
Pezenacum. 37.d
Philiberti Sabaudiæ Ducis, & Margaritæ ſororis Henrici II. nuptiæ. 3.b
Philibertus Curæus Vindocinæ præfectus. 51.e
Philibertus Marchio Budenſis. 66.b
Philippa Roſtina Eſpinoij domina. 223.d
Philippi IV. Hiſpaniæ Regis filij inauguratio. 384.b
Philippina à Mauricio capta. 329.e
Philippina nauis. 299.e
Philippini cum Crequio duellum. 323.a
Philippopolis ſitus. 95.a
tentatur. 197.d
Philippi Regis Hiſpaniæ & Eliſabethæ filiæ Henrici II. nuptiæ. 3.b
Philippus Hiſpaniæ Rex fœderis caput. 22.c
Inquiſitionem in Betica inſtituit. 110.a
eius filia à Sebaſtiano Luſitaniæ Rege expetita. 192.c
contra Tertiam inſulam claſſem inſtruit. 213.b
de pace cum Rege Galliæ tacitus cogitat. 315.c
eius obitus. 319.d
eius verba ante obitum ad filium & filiam. ibid. & e
Philippus Bragadinus maris in Dalmatia curator. 125.c
Philippus Chabotus. 8.b
Philippus Gamachæus profeſſor Regius Lutetiæ eligitur. 315.b.c
Philippus Filocchus Melitenſis eques Aquitanus vir belli ſciens. 96.a
Philippus Laſcharis Muſtaphæ amanuenſis Valletæ domini ſui conſilia aperit. 89.b
Philippus Lenius Mirapenſis. 38.c
Philippus Mornæus Pleſſeus ſectæ antiſtes horribilem & ſacrum de cœna Domini libellum vulgat. 325. & 326.
Philippus Rex Luſitaniæ inauguratus. 218.b
Philippus Rotarius natalium ſplendore clarus. 115.a
Philippus Stroſſius. 209.c
in Santones mittitur vt claſſem paratam habeat. 129.d
Philippus Volurius Ruſecis regulus. 29.b
Pialis à Solimano ad occupandam ex itinere Chium mittitur. 94.d
Epidaurum appellit. 94.c
cum valido exercitu Conſtãtinopoli in Venetos emiſſus. 116.c
ei imperium maris abrogatur. 123.e
Piceni res domeſticis calamitatibus laborant. 84.c
Pictauienſes Nauarro & Condæo aditum in vrbem negant. 12.c
Pictauienſes ſectarij caduntur. 131.a

Piſta

Pictauij deſcriptio. 70.a
Pictones bello & latrociniys infeſtantur. 167.b
Pigallarius. 25 b
Pigreſerius. 64.c
Pilius inſulam Medulenſem diripit. 68.b
eius femur ſariſſa traijcitur. 71.c
S. Ioanni Engeriaco præficitur. 73.c
Pinarolum & Saulianum Rex Sabaudo tradit. 165.a
Piolena. 33.c
Pioueny virtus. 118.a
Piſcis admirabilis in littore maris Centæ repertus. 92 a.
Pius V. Pontifex fœdus inter Hiſpanos & Venetos integrat. 120.
Plommartius Belga ordinum ductor. 138.c
Plumbeæ glandes lardo à Turcis violantur. 92 b.c
Pluuialius. 64.c
Pluuialtius dux manu & conſilio validus. 73 f
fugam expedit. 74.a
Podium in Bearni pago. 51.a
Poetrincurtius in Canadam vela facit. 401.a
Polinius à Paulo Monentio durìter accipitur. 11.d
Polinius Gardia triremium præfectus. 113.c.129.d
Poloni oratores Regi ſuo ambiendo Poloniam venire. 150.d
Henrico Regi aduentanti honorem habent. 152.c
magni Moſchouiæ Ducis Suſciy copias delent. 400.c
Polonia inteſtinis diſsidys infeſtatur. 85.c
in ea fectæ opes conualeſcunt. ibid.
à Rege Henrico clam deſeritur. 163.b
Poloniæ Cancellarius cum Turcis & Tartaris agit, vt Moldauia ad Regem Poloniæ redeat. 294.b
Poloniæ & Moſchouiæ Reges de finibus Lituaniæ certant. 105 d
Poloniæ Rex Moſcho Duci bellum indicit. 219.d
Sueciam proficiſcitur patre Rege mortuo. 280.d
Archiduciſſæ Auſtriæ filiam vxorem ducit. 367.a
exercitum ſcribit vt contumaces nobilium ſpiritus frangat. 376.a
Poltrotus Guiſium plumbea glande interficit. 47.d
de eo ſupplicium ſumitur. ibid.
Pomaſſius Carcaſſonæ præfectus. 37.b
Pompadoreus. 63.d
Pomponius Belleureus. 207.d
Regy conſiſtory Conſiliarius & pacis arbiter. 315.c
Regis Cancellarius eligitur. 323.c
Ponatus ſenator. 32.a
Ponati ſocordia. 43.c
Poncenacus Matiſconem ſummiſſus. 31.a
cæditur. 61.d
Pons lapideus Venetijs vnico arcu opere admirabili extruitur. 271.a
Pons mercatorum Lutetiæ abſoluitur. 383.a
Pons nouus Pariſijs extruitur. 296.d
Pontifex ſuſpiciones & odia accendit. 264.c
Henricum IV. Galliæ Regem & regios omnes diris deuouet. 269.c.d
res Eccleſiæ prodere piaculum exiſtimat. 312.c
noxiarum indulgentias, (iubileum vocant) toto orbe pronuntiat, & quare. 388.d
Pontificio imperio in Italia nullum mollius aut æquabilius. 312.e
Pontimuſſani Marchio Lotharingiæ Ducis filius Catharinam Borboniam Henrici IV. ſororem vxorem ducit. 308.
Pontinæ paludes à Sixto V. ſiccatæ. 256.a
Pontium oppidum à Rupiſulcaudio captum. 29.c
in fidem accipitur. 40.a
Pontius Mirabellus partium caput. 29.
Ponnedrus & Vagona in Gallitia à Batauis diripiuntur. 373.a
Popeleriy virtus. 27.b
Porta Drocenſis catapultis fulminata. 62.a
Portenta Turcis calamitatem denuntiant. 293.a
Portocarrerus auctor, vt copiæ omnes è Tuncto Goletam cum Serbellono tranſirent. 177.d
Portus Nauarrini ſitus. 143.b
Poſnaniæ adoleſcentes Ieſuitis doctoribus literis operam dantes in Lutheranorum templum vim faciunt & ignem admouent. 375.e.f
Poſsiacum Colloquium de fide. 16.e.17 d
Potentiana arx à Palſio vi capitur. 318.e
Præda Iauarini iuſſu Cæſaris in milites partita. 317 d
Præmiator quidam ex ijs qui noctu obuios pallio detexunt in quatuor membra viuus diſſecatur. 399.f
Præſumptio nimia incauta ſemper & ſui negligens. 257.b
Pragæ edictum aduerſus Anglos monopolia exercentes. 312.d
Pratigelati vicani arma capiunt. 14.c
Princeps Bearnenſis & Condæus Coliny mentu pileo excedunt. 72.c
Principes omnes Chriſtiani aduerſus Selimum bellum parant. 112.b
Principis Auellini virtus. 291.c
S. Priuati oppidum. 113.f
Procerum duæ factiones in Gallia omnium malorum cauſæ. 1.b
Prodigia crebra per orbem viſa. 106.b
in Suetia. 106.c
ſtupenda in Saxonia. 279. l
miranda in Sileſia. 279 e
Profeſſoribus Regijs Lutetiæ duo adduntur. 315 b
Promontorium importuoſum Franciæum vocatur. 62.d
Propugnaculum S. Ioannis ab Hiſpanis infeſſum, direptum. 225.a
Propugnaculum Mutinum Deo vindicante obrutum. 136.a
Protius Lugduni tribunus. 9.c
Prouinciæ motus. 11.a.32.c
ſectariorum opibus infeſta eſſe deſinit. 34.d

Puella prodigioſa Argentinæ nata. 371.a
Puer cum cum ſica Ludouico XIII.inſidias tendens deprehenditur. 39 [illegible]
Pueri duodecennis virtus. 368.d
Pugna inter Condæum & Galliæ Regem. 44.d.& ſeq.
ad Sanclodoaldi pontem. 58.b
inter Mommorantium & Condæum. 58.e.& ſeq.
inter Reges Daniæ & Suetiæ. 98.d
inter claſſem Chriſtianam & Turcicam. 126.c.& ſeq.
toto oceano maxime omnium famoſa. 210.c
Pulchius. 39.a
Purpuratus Oſman Sirnani præfectus. 229.d
Puſanum. 38.d
Puteanus. 27.a
Putrachius pagus igne deletur. 115.b

Q

QVADRAGINTA Turcorum millia caſa. 241.e
Queraſenſis conuallis. 14.e
Quercetanus Lallerius. 25.b
Quæſtio de conſeſſu inter duos potentiſſimos Reges in Concilio Tridentino. 85.c
Quæſtio Hiſpanica in Belgio. 98.a
Quillebouy ſtrages. [illegible].e
Quintellus. 10.a.& b
Quirini Curatoris obitus. 127.c

R

RABAISIVS armatæ claſſis præſes. 232.e
Raſa Cliuenſe oppidum à Mendoza captum. 313.d
à Germanis Principibus obſidetur. [illegible]
Rabodangius. [illegible].d
Ramerulli diuerſorum. 30.b
Ramua, celeberrimum emporium non m[illegible] totius Zelandiæ, ſed & Europæ. 135.d
Rantius. 62,a
Raneus ſecuri percutitur. 7.b
Rapinus vir manu ſtrenuus ſenatus [illegible] ſecur percuſſus. 62.c
Ratisbonæ ſitus. 284.a
Ratisbonæ comitia. 3[illegible].a
Ranaillacius Henricum IV. cultello confodit. 397.a
legibus interrogatur. 397.d
Albignium Ieſuitam onerat. Ibid.
de eo ſupplicium ſumitur. 397.e
ſe ſolum ſceleris authorem exclamat. 398.a
Rauelinum à Turcis occupatur. 88.b
Rauennæ antiquitas. 82.b
eius ſitus. ibid.
Rauiſius Italus cum ſpecioſa puella in la[illegible] deprehenditur. 47.e
Reges Deo curæ ſunt. 298.b
Regiæ maieſtatis conſeruandæ exemplum graue. 19.c
R[illegible] nuptiæ. 14.d
R[illegible] Lazari [illegible] Pil[illegible] L[illegible] male [illegible] 70.c
R[illegible] Galliæ Pontificem Romanum de [illegible] rancia turbis monet. 17.d
de [illegible] ſerio agit. 48.a
[illegible] certamina communi vtilitate abolenda cen[illegible] 48.e
infantem fœminam edit. 131.d
Regina mater Nauarrum ad colloquium [illegible] 245.e
Reginæ Angliæ claſſis inſtruitur. 261.d
Regina Eliſabetha Se[illegible] à Roberto Marta[illegible] no Builliony Duce excipitur. 214.d
Regina Scotiæ Catholicæ fidei optime con[illegible]ultum cupit. 105.e
Regis Hiſpaniæ fœdus cum Angl[illegible] R[illegible]e. 364.f
Regis Perſidis ad Cæſarem & Poloniæ Regem oratores de belli ſocietate aduerſus Turcos, humaniſſimè excepti. 68.b
Regnacus cadit. 45.c
Regula oppidum Garumnæ impoſitum. 35.c
in fide manet. 35.f
Reinburgum cœnobium opulentum. 134.e
Religionis cauſam pauci agunt. 306.b
Rembaldus Fumyerus. 33.b
Renata Ferratienſis Ludouici X[illegible] filia. 25.f
Renatus Biragus Cancellarius 184.a
Renati Biragi Cardinalis ob[illegible] 212.e
Renati Campani ſeueritas. 25.d
Renatus Cipetra. 32.c
Renatus Deſpaus Hun lebertus. 25.b
Renatus Fancilius. [illegible].a
Renatus Laudonerius. 6[illegible].e
Renatus Sabaudus Cipierius Claudij Tendæ Comi[illegible] lius à plebe furente pugionibus confoſſ[illegible] 64.b
Renatus Villoclarius. 163.b
Renaudinus in ſ[illegible] lere pertinax. 6.e
Pardillanum gladio traijcit. 7.a
à Pardillani famulo confoditur. ibid.
corpus eius vnco tractum è furca in Ponte Ambaſiæ ſuſpenditur. 7.
Rendanus die Iuriaca à Curtone, Roſtignac[illegible] Chaſerone debellatus, & cæſus. 167.c
Requeſentius ordines Samucobitis pri[illegible] ps m[illegible]us Caſtiliæ commendator. 125.d
animum ad Zelandiam vertit. 272.[illegible]
eius obitus. 373.e
Reſcripta Regis Galliæ in fauorem ſectariorum. 16.d.e
Reſnanus à Simone bello victus. [illegible]
Retæ inſulæ ſitus. [illegible].e
Retenſis inſula. 61.a
Reuclaretini villatici. 14.e
Rex Algieri Regem Tunet[illegible] d[illegible] 116.b
Rex Angliæ ſectariorum libello ann[illegible]t. 344.c
Rex Daniæ per legatum cum Parm[illegible] de pace in Belgio conſtituenda agit. 253.d
Rex Galliæ Pariſiis porta noua [illegible]itur 3[illegible]4.b
Lutetiâ pellitur. 2[illegible]9.b

nuptiæ

caput ſuum peti monetur. 251.d
à Iacobo Clemente Ordinis S.Dominici cultello confoditur. 260.a
Regis Henrici IV animus, vt pietatem Catholicam amplectatur. 273.d
hæreſim abiurat in maiori Sancti Dionyſij templo. 278.a
fœderatis inducias depoſcentib. abnuit. 281.e
Carnuti vngitur & coronatur. 282.c
exercitu Pariſiis emiſſo ciuium fidei ſe permittit. 282.d
à Ioanne Caſtellio penè confoditur. 283.a
Lugduni per triumphi ſpeciem excipitur. 290.a
inter cœnandum ſuperioris cœnaculi ruina penè opprimitur. 298.a
Regi Hiſpaniæ bellum indicit. 288.e
Atrebatum (Rigiacum veteres dixere) crepitaculo ferreo tentat, ſed irrito ſucceſſu. 283.b
per ſummos regni proceres Reginam Maſſiliæ excipi, & Lugdunum deduci ad connubij pompam curat. 327.b
apud Hiſpaniæ Regem de legati iniuria conqueritur, & cum ipſo commercia interdicit. 334.b
Rex Poloniæ Archiduciſſæ Auſtriæ filiam vxorem ducit. 367.a
Rex Saſſama in Iapane quinque regna ſuæ ditioni adiungit. 245.b
Rhedonum praua certamina cum Nannetibus Regis aduentu abolentur. 315.b
Rhenanorum Ordinum Principúmque conuentus. 323.e
Rheinberca à Mauricio obſidetur. 304.c
capitur. ibid.e
à Mendoza tentatur. 313.b
ad deditionem venit. 313.e
in ea tempeſtas ſæuit. 365.b
à Spinola obſidetur. 373.c d
poſt multas eruptiones tandem leges accipit. ibid.f
Rhius & Antirhius arces. 128.d
Rhonius Regis nomine Iacobo Angliæ & Britanniæ Regi gratulatur 347.d
Ribaldi naufragium. 63.c
Ricamator Pirata Anconæ vnco trahitur. 128.f. 129.a
Richardotus cor filij Belgici antiſtes Lutetiam ad pacem iureiurando firmandam veniunt. 316.b
Richardus dux. 37.a
Richelius iuuenis fortiſſimus cadit. 49.b
Richelius præpoſitus prætorij. 252.b
Richiendi fratres Prouinciæ motuum cauſa. 11.a
Monentij appellantur. ibid.
miniſtrum Geneua miſſum alunt. ibid.
nocturnos plebeculæ cœtus habent. ibid.
Rigomagus vrbs. 61.d
Rigoniſſa pagus. 117.b
Riſpia in Pannonia à Turcis capta. 96.a
Rithynus ab Vlulcialo infeſtatur. 124.f
Ritus inaugurationis Romanorum Regum. 83.a
Ritus procedendi in Comitijs Pontificijs. 93.b
Riuerij audacia. 45.f
Rixa variæ ſuper religione. 16.d
Roaldus Landereus. 129.d
rei maritimæ prudens. 209.c
vir natalibus & militia clarus. 113.d
Robertus Haius capitur. 9.d
quaſi perduellis à Galliæ Rege expetitur. 41.a
Robertus Ianſonius. 229.b
Robertus Marcianus Bullionij Dux. 114.d
Robertus Pelleuæus Apameæ epiſcopus. 55.d
Robertus Sandeliſius. 25.e
Robertus Stuartius incendiarius. 5.e
ad Regem ducitur. 6.b
carcere effracto elabitur. 7.e
tres ei dentes a Mommorantio patre excutiuntur. 59.b
pugionibus confoditur. 67.c
Rochenſis vrbs à Duce Iulicurgij capitur. 92.d
Rodericus Zapada Amſtelredamum expediendis commeatibus miſſus. 135.a
Delfſhauenum tentat. ibid.
Rodrigus Zapata. 132.e
Rodolphi II. Cæſaris obitus. 405.e
Rodolphus Cæſar vltro cum Sigiſmundo armorum ſocietatem init. 283.e
eumq́; Mariæ Chriſternæ cognatæ ſuæ obſtringit. ibid.
Rodolphus Hungariæ Rex inauguratur. 140.e
Rogerius Sanlarius Bellagardius. 45.d
Roma qua occaſione tumultuatum. 230.a
in ea fœdiſſima tempeſtas ſæuit. 371.b
in eadem pridie Aſſumptionis B.Virginis duo fontes penè quotannis ſubducuntur. 377.b
Romani Imperatores è ſubditis ſuis vxores capiebant. 408.a
S.Romani Rotomagenſis feretri priuilegia. 377.a
Romanij Catholicos pellunt. 10.a
Romanium ab Adretium occupatum. 31.e
Romantinum edictum. 7.f
Rometa capta. 46.e
Rommereus. 27.a
Rondacij Famagoſtæ præfecti obitus. 124.c
Rontius ſummum rei nummariæ ius obtinet. 302.e
procuratione ærarij deijcitur. 404.f. 405.a
eo remoto Galliæ opes dilabuntur. 405.a
magiſtratui ſuo eleganti carmine valedicit. 405.e
Ronſardus nobilitatis dux. 24.e
Roſa aurea ad Henricum Regem Poloniæ à Pontifice miſſa. 151.a
inter dona Pontificia principem locum tenet. 314.b
Roſæum in India captum. 56.f
Roſibani à Sigiſmundo prælio fracti. 380.c.f

Rotemburgi ad Tabarim ſectary conuentum habent. 404.c
Rotomagenſes obſidionem ſoluunt. 28.c
Rotomagenſes ſectarij trucidantur. 131.a
Rotomagum ſecta veneno inquinatur. 31.d
à ſectarijs capitur. 22.e
in poteſtatem Regis venit. 278.f
Rotterodamum in Hollandia captum & direptum. 132.d.e.f
Ruſecus nothus. 65.c
Rugerolius cum ſectarijs arma iungit. 20.c
Rulliacus Santauiani frater. 35.d
Rumenilli virtus. 310.c
Rupella à partibus abſtinet. 29.d
Regis ſacramentum exuit,& in Condæi fidem venit. 59.d
eius obſidium. 113.c
Catholicos vrbe expellit. 131.b
Bironio aditum negat. ibid.
ab eodem obſidetur. ibid.& ſeqq.
eius ſitus. 131.e.& ſeq.
einſdem oppugnatio. 148.d
ex inſidys tentatur. 151.e
Rupellani propugnacula noua extruunt. 64.a
pro Condæo claſſem inſtruunt. 66.c
noua conſilia ſuſpectant. 129.d
Rupenardius. 149.e
Rupes Moſſena. 115.b
Rupes Ferubinſla. ibid.
Rupiſortium latrociniorum conceptaculum, Regis imperio exſcinditur. 315.a
Rupefortium Tremollıorum arx. 25.a
Rupipotius Regis Galliæ orator, torquatæ militiæ eques, in Hiſpania malè habitus. 334.a
Rupifulcandus. 27.e
Rupiſurionius Lotharingis fratribus infeſtus. 4.a
Prouinciæ imponitur. 46.f
Rupis portus. 31.e
Rupius Monlucij cognatus. 36.a
Ruremunda vrbs munita in Geldria, ſectarys præda fit. 136.b

S

SABAVDIAE Dux regio Galliæ ſanguine natus, Rex cupit agnoſci. 262.d
vrbes duas deditione recipit. 274.e
in pacis inter Galliæ & Hiſpaniæ Reges ſocietatem admittitur,& qua lege. 316.a
Sacer ordo noui edicti iniquitate offenditur. 48.a
Sacerdotes à partiarys excarnificantur. 10.e
in Aegypto olim ab omni onere immunes 17.c
120.trucidati. 40.
Suetia exiguntur. 295.a
Sachmar oppidum in Pannonia inferiore à Turcis intercipitur. 84.e
qua arte captum fuerit. ibid.
à Ioanne Tranſſyluaniæ Rege flammis aboletur. 85.a.b
à Suendio inſtauratur. ibid.
Saduretius Foreuſium præfectus iuridicus ſectarius, caſus. 61.d
Saga quidam cum literis interceptus Nauarri & Condæi conſilia detegit. 9.b.& e
Sagiacus Chianus Turrim Sabonam & Saxum in Dalmatiâ proditione capit. 125.c
Sagienſis epiſc. 18.d
Salentinus Comes Iſemburgicus. 198.a
Salsecanum crucigerorum equitum villa. 37.f
Salinacus decurio. 39.a
Salla. 149.c
Salomon Sbaranus exul in Polonia. 234.c
Saluetatum in fide manet. 35.f
Salutianus Marchionatus & Carmagnolium à Duce Sabaudiæ intercipiuntur. 251.a
in controuerſiam venit. 322.d.e
Samarobriga Ambianorum. 25.e
populoſa Picardiæ ciuitas. 64.b
Samarobrina. 291.d
Sammarianus. 26.a
Sommartinei. 14.a
Sammichaelius dux. 37.a
Sancaumontius Nouueum pugnando vincit. 46.b
ex primaria nobilitate dux. 61.d
Sancerra obſidio ſoluta. 66.e
Sancerra arx aggreditur. 147.e
Sancinius. 64.c
Sancius Auila Antuerpiæ arcis præfectus. 133.d
Sancius nobilis Gallus pecunias quæ ad militum ſtipendia ex Hiſpania in Belgium deportabantur intercipit, in quibus & nobilis adamas cui pretium vix poni potuit. 271.e
Sanclarius. 146.e
Sancolumbanus ſtrenuus ordinum ductor. 41.e
Sangermanum ſuburbium cur parua Geneua dictum. 4.e
Sangermerius cadit. 45.c
Sangertrudenberga ſitus. 281.a
Sangiachi & Alobei, viri apud Turcos magna dignationis. 125.e
Sanguinis regij Principes Cardinalibus in Comitiorum conſeſſu poſthabiti. 17.b
Saniulianus in Taurinenſi Senatu præſes. 14.c
Sanlaurenty virtus. 308.e
Sanpetrus Corſius dux veteranus præcipua in Cyrno dignationis. 84.b
Sanpontius. 30.f
Matiſconi imponitur. 31.b
in ſectarios ſæuit. ibid.
ab Achomio confoditur. 31.c
Sanquintina & Catuelia. 147.d
Sanſtephanus captus cum duobus fratribus & quindecim comitibus à furente milite pugionibus confoditur. 30.b

Sanſte

Sanſtephanus magnus Reginæ eleemoſinarius. 51.b
Santacrucius tenet inſulam S. Michaelis. 210.b
Santandreanus fidei quæſitor. 4.c
cadit. 45.c
cæditur. 59.c
deſiliendo crura ſibi frangit. 73.b
Santeranus Aruernorum præfectus. 61.d.72.f
Sanuitus. 39.e
Santaſidius cæſus. 29.d
Santanianus. 26.b.35.d
Santona Cliuenſe oppidum à Mendoza capitur. 313.d
Santonum portus quis. 131.e
SanZacus Donzium recipit. 73.a
Sapientiæ inſula. 143.a
Sapinus Senator Pariſienſis à ſectarijs malè acceptus. 42.a
SaraZus cohortis tribunus. 155.b
Sarlatum oppidum. 42.c
S.Satyri oppidum. 40.a
Saturiona regulus. 62.f
Sauembergha Mauricio cedit. 265.e
Sauiniani fratres. 39.c
Sanlius Tauanius Aumalij legatus. 30.e
Scæuolæ cuiuſdam Lotharingi prædonis proditio. 310.b
fuga ſaluti conſulit. 310.c
Scaligeri & Lipſij collatio. 389.a
Scaligeri verſus de Oſtendæ obſidione. 353.b
Scania à Danis ferro vaſtatur. 408.a
Scarſius Lemonicum Præfectus. 64.e
Scheinchij copiæ deletæ. 263.b
eius mors. ibid.
Schonerus miniſter imagines è templis abolendas pronuntiat. 367.c
SchuartZembergius Comes à Ceſare Iauarinj præſidio præficitur. 317.d
Schuuolium à Spinola irrito ictu tentatur. 373.e
Sciarra Martinengus in cuſtodiam datur. 125.b
Sconfeldius miniſter pugnis, calcibus, & fuſtibus peſſimè mulctatur. 367.e
Scotia motibus infeſtatur. 76.d.93.f
Scotiæ Regina in Lochliniam Hebridum inſularum vnam relegata. 106.b
Scotorum turma nouis opinionibus imbutæ aula excedere iubentur. 15.e
Scotus viuus crematur. 290.d
Scribonianus Mahometis vicarius prope Byſantium caſtra ponit. 348.e
Scythæ Tranſſyluaniam populationibus & incendijs infeſtant. 99.e
Sebaſtiani cladis fama magnos in Europa motus excitat. 215.d
Sebaſtiani Luſitaniæ Regis mores. 192.b
eius obitus. 194.d
Sebaſtianus Albaſpinæus Lemonicum epiſcopus. 57.f
Sebaſtianus Gabatus naucleus Venetus. 62.c
Sebaſtianus Gallus. 219.b
Sebaſtianus Lucemburgius Martigius. 27.c
Sebaſtianus Venierus. 187.c
Corcyræ curator. 116.c
Sebaſtianus Zianius Dux. 188.b
Sectæ nouitas in Coliny cauſa acta. 48.e
Sectarij. 4.e
operam, arma & pecunias Borbonijs offerunt. 5.e
eorum in Gallia direptiones. 23.a.b
Synodum Aurelijs cogunt. 23.e
cæduntur. 24.e
eorum ſacrilegia. 26.d
Molinio exiguntur. 30.d
S.Geruaſij cineres diſiiciunt. 35.b
ad Regulam oppidum & alias vicinas vrbes durius accipiuntur. 35.e
ſacras effigies & altaria Villæ Francæ violant. 35.e
ſuſpicaces ſunt. 43.d
in Sapini Senatoris Pariſienſis capita graſſantur. 42.a
in Ioannis Troij Gaſtinæ Abbatis capita graſſantur. ibid.
præpoſtero ardore ducuntur. 43.e
eorum priuilegijs in dies derogatur. 52.a
Regi querelas exponunt. 54.b
Apamiæ in Fuxenſi Comitatu ferro & cæde graſſantur. 55.d
aduerſus eos bellum in Senatu Pariſienſi decernitur. 56.d
ſpei irriti libellis ſupplicibus Regem lactant. 57.c
Guiſios criminibus onerare per libellos inſtituunt. 57.f
S.Ioannis oppidum diripiunt. 60.b
ad Condæum ſe aggregant. 61.e
Bogentiacum & Blæſas deditione capiunt. 61.e
eorum querela. 64.b
motus nouos in Gallia excitant. 64.a
ad conuentus itantes malè mulctantur. 64.b
in Scotia cœnobia & ſacras effigies euertunt. 80.c
edicto magiſtratus abdicati. 65.b
Engoliſmenſem metropolim ad Carantonam corona cingunt. 65.c
ſacra prophanaq́, iuxta habent. 66.c
aliquot oppida, cœnobia & caſtella in Petrocorijs diripiunt. 69.a
ad oram ſtagni Santhilariani malè mulctantur. 70.c
oratores Byzantium mittunt. 108.a
turbas Rotomagi & Dieppæ excitant. 121.b
Synodum reformandis ſuis erroribus habent. [illegible]
pecunias Germanis debitas de ſuo [illegible]. ibid.
in Gallia vniuerſa quotquot reperti [illegible]. 130.d
ad Sparendanum eorum circiter duo millia [illegible]tur. [illegible]

in Zelandia denuò Tergoam tentant. 138.e
in ſacri ordinis Patres ſæuiunt, & in omnes fidei Catholicæ cultores. 294.f
apud Regem de imminutis priuilegiis conqueruntur. 310.d
eorum libello Angliæ Rex annuit. 344.e
Regis Ludouici XIII. connubium cum Hiſp. Regis filia impedire conantur. 408.b
Sedecim viri Pariſienſes. 270.d
Seditio Comorrhæ in ſectarios. 172.b
Seditioſi ad Mauricij partes tranſeunt. 246.351.e
Burſiam Bithyniæ principem vrbem diripiunt. 385.b
Seguſiani Allobrogis obſequio ſoluti, Regi Galliæ ſacramento dicunt. 334.d
Seich Heider Mahometæ legem nouis interpretationibus interpolat. 181.d
Selimus oratorem ad Perſarum Regem mittit, qui ſpolia Baiazeti fratris ab eo necati repoſceret. 101.d
in potiunda Cypro nihil remiſſum patitur. 123.b
noua Famagoſtæ expugnatione ferox. 125.d
Hadrianopolim præ timore ſe recipit. 128.b
ab Aethiopibus laborat. 144.d
eius obitus. 177.f
Senaguera cum trecentis militibus turri Stiliæ impoſitus. 177.e
Senatus Pariſienſis conuocatio vt de conciliabulis agatur. 2.c
quinam in eo interfuerint. ibid.
bellum in ſectarios decernit. 56.c
eius edictum. 296.e
Senatuſconſulta Lutetiæ in Coltinium. 71.d
Senenſi ditioni Hiſpani inhiant. 129.d
Senliſium à Pariſienſibus obſeſſum. 259.e
Sententiæ ſuper religione variæ. 20.e
Senarpontius Picardiæ vicarius. 15.c
Sepulchrum ferreum Mahometæ in aëre nullo fulcro vi magnetis ſuſpenſum. 180.a
Septemuirorum è Curia progredientium ordo. 406.a
ordo conſeſſus. 406.b
Septimania Languedoccum appellatur. 32.e
motibus agitatur. 74.b.184.a
Sequanæ diluuium Lutetiæ. 302.d
Sequani. 289.d
Seraphinus Fortebracius Dominicanus epiſcopus Limiſſanus crucem in ruina Famagoſtæ præferens glande plumbea confoditur. 124.b
Seroſquerquius. 33.b
Serbellonus poſt diuturnum certamen vulneribus confeſſus. 177.e
Serignanum à Cruſſolio receptum. 46.d
Serris. 33.e
Seruaſius. 37.c
S. Seueri ſuburbium. 26.e
S. Seueri fanum. 61.e
Seueritas Ducis Albani Belgium in ſtudia diducit. 305.e
Seuerinum oppidum diripitur. 317.f
Sicarij in agro Coloniensi deprehenſi atroci ſupplicium ſubeunt. 408.e
Siculi e… 53.e
Sidaje … fuas Batauis offerunt. 307.c
Sigiſmundi Poloniæ Regis, gentis Iagellonæ vltimi, obitus 141.c
Sigiſmundus Batterius Tranſſiluaniæ princeps. 294.c
Sigiſmundus Tranſſiluaniæ Dux octo ſuorum millibus cæſis Moldauia excedit. 329.d
Sigiſmundus Churpzachius tormentario puluere accenſo in aërem impulſus ac diſcerptus. 220.d
Sigiſmundus Sueciæ Regis filius, & Poloniæ Rex, Catholicæ fidei conſulit. 280.e
à ſubditis leges accipit. 283.d
oratores ad Batauos mittit, vt ad obſequium Regis Hiſpaniæ inuitet. 306.a
ab ordinibus regno abdicatur. 324.b.c
Silferius Brullartius Procancellarius ſuccenturiatur. 359.a
Simiena Gordius Delphinatus præſes. 65.d
Simo Vigerius Theologus. 55.b
Simon Magus homo perditus. 55.c
Sinan bello Perſico præfectus. 222.c
Sinani tentorium. 285.d
Sinanus ſpectata virtute dux Turcos cædit & fugat. 96.c.d
Siroccus Alexandriæ præfectus. 126.d
Sirocci liburnica profundo hauritur. 127.e
Siſackum oppidum. 285.b
Sixtus V. Pontifex. 236.b
eius res mirabiles geſtæ. 242.b.245.b
Societatis Ieſu collegia per varias Galliæ vrbes propagantur. 53.e
ab Henrico IV. in integrum reſtituuntur. 287.e
Sodales D. Franciſci malè tractantur. 136.a
Sodales S. Auguſtini aditum ſibi in Sinas aperiunt. 180.a
Sodalitates S. Spiritus. 51.e
Solennia pacis inter Henricum IV. & Philippum II. 316.
Soles tres ad Trapezuntem Cappadociæ vrbem fulgent. 95.a
alij tres in cœlo viſi. 363.c
Solimani cum Franciſco I. fœdus. 53.e
eiuſdem conſeſſus, conſilia & colloquium. 87.d
pacem cum Cæſare cludit. 92.b
Philippopolim cum pompa ingreditur. 95.b
in Tranſſiluaniam inclinens eſt. 97.e
ventris profluuio perit. 97.e
eius cadauer Conſtantinopolim fertur. 99.a
eius filius ſectarios qui imprimum regno ſuo excedere iubet. 108.a
Solmenſis Comes in bello cadit. 398.e
Somatra à veteribus Taprobana appellata, quæ. 307.a
eiuſdem accolæ. ibid.

Somerſetia prouincia mariſ aſtu deuaſtatur. 380.a
Sommariuus in Regis partes tranſgreditur. 32.c
et Prouinciæ præfectura demandatur. 32.e
Arauſionem capit. 33.a
Soppoti arx in Turcorum manus venit. 125.b
à Veniero recipitur. 128.c
Soquentia Rotomagenſis Conſiliarius capite mulctatur. 42.a
Sorbona decreta fulminantia. 267.d
Sorbonici Theologi ſectariorum errores in aperto ponere iuſſi. 14.b
Sorbonicorum Theologorum decretum de parricidis. 398.a
Sorgæ pons. 33.b.e
Sorianus ſpeculator. 142.d
Sobreus integræ mentis, probiq́; moris. 168.b
Spaniacum à Merula captum. 206.d
Sparemius amnis. 136.d
Speronus. 13.e
Spinola Oſtendæ exſcindendæ negotium in ſe recipit. 349.d
ad Cæſarouerdam properat. 365.a
militia impiger Altenſelliam verberatam deditione recipit. ibid.b
cum Mauricio de pace verba iacit. ibid.
Sponſalia à Pontifice maximo Ferrariæ celebrantur. 314.a.b
Stampæ direptæ. 44.a
Staphortiani. 35.d
Statio Comitis Gulielmi ab Hiſpanis tentata, Mauricio accurrente ſeruata eſt. 353.c
Status Franciæ qui. 5.a
Steenuichi obſidio. 222.e
à Mauricio obſidetur. 275.e
Stella noua viſa. 144.d
Stephanus Auria à Sampetro funditur. 92.c.d
Stephanus Battoris Sombianus à nobilitate Transſyluania Princeps renuntiatur. 123.a
Stephanus Cevalerius Pruneus. 28.b
Stephanus Lucemburgius à Guiſio erigitur. ibid.
Stephanus Oeſnaus. 26.a
Stephanus Gennenſis. 63.b
Stephanus Poloniæ Rex. 222.a
eius exceſſu proceres in ſtudia diducti. 254.a
Stocolmiæ Comitia. 324.b
Stremoſa arx in Luſitania & multæ alia ab Hiſpanis captæ. 217.b
Strozzius capitur. 68.c
à Rupellanis repulſam patitur. 131.b
Bironio adiungitur. 131.b.c
Struma à Galliæ Regibus ſacra prece ſolo tactu ſanantur. 402.b.c
Subiſius Lugdunum Regis nomine recipit. 46.d
Suchemburghum à Vatterlandenſibus valido præſidio firmatum. 239.a
Suecorum quinque millia à Rege Daniæ cæſa. 92.d.e
Sullium capitur. 47.a

T

TABERNACVLA Turcorum omnium conuulſa. 98.b
Tachardus ſectæ miniſter in furcam actus. 48.d
Tacharſus prædo capitur. 55.f
Talmontium valida vrbs. 29.c.d
Tamæ Regis Perſidis obitus. 180.d
Tamberienſis Lippa arcis præfecti virtus. 355.c
Tanais fluuius deſcriptus. 108.c
Tancaruilla obſeſſa. 40.e
Taprobana nunc Somatra, qua. 307.a
Tarauba obſidetur. 40.e
Tarnium oppidum. 35.c
Tartari in Pannoniam ſuperiorem irrumpentes, oppidaq́; complura ferro flammiſq́; vaſtantes, ad decem millia à Valacho, & Tranſſyluano cæſi. 283.e
eorum & Turcorum octo millia à Georgio Baſta deleta. 361.d
eorum Imperator centum armatorum millia in fines Moldauiæ immittit. 300.b
Tatta in Pannonia à Turcis capta. 96.b
Tauanium in Burgundia. 31.e
Tauannus belli ſcientus, dux. 72.c
Taurinenſis Archiepiſcopus. 14.d
Tauriſinum tormentis verberatum. 349.b
Tauriſius à Perſis foſſa & vallo cinctus. 242.a
Telignius in Zelandiam properans interceptus. 233.c
Telmon in Brabantia, vrbs munita Arauſionenſis fidem ſequitur. 136.f
Telinius Aloiſiam Coliny filiam vxorem ducit. 121.e
Tempeſtas in Belgio ſænit. 371.b
Tendæ Comes ſecta venena per Delphinatum, Sabaudiam & Subalpinum tractum ſpargit. 130.a
Teneriffa Canariæ inſula à Batauis direpta. 321.e
Teredon vrbs deſcribitur. 91.e
Tergoa Beuelandiæ inſulæ vrbs princeps. 134.d
Ternatem & Tidorem inſulas Moluccarum principes Hiſpani inuolant. 385.e
Terræ filius quidam ſe Caroli IX. Regis filium ementitus ad furcam damnatur. 298.d
Terræmotus crebri in Belgio. 102.d
in Ferraria. 112.e
in Sicilia, & alia prodigia. 99.d
in Veſtphalia per tres totos menſes. 408.d
Lugduni. 114.e
Mantuæ. 112.e
Mechliniæ. 221.b
Neapoli & Puteolis. 224.b
Terralium deſertum. 38.a
Terralius ſtrenuus eques ad Ducem Sabaudiæ ſe recipit, & de Geneua intercipienda verba iacit. 391.d.e
eius obitus. ibid.

Terrida Montalbanum obſidentis ignania. 46.a
Tertulliani ſententia in hæreticos. 2.c
Tertullianum Senatuſconſultum in Gallia abrogatum. 56.b
Teuffelius vir ſtrenuus in Morauia quatuor Heiduccorum millia delet. 362.a
Theodorus Andronicus Palæologus. 104.a
Theodorus, Baſily ſucceſſor. 234.b
Theodorus magnus Moſchouiæ Dux ſine prole mortuus. 319.a
Theminius Cadurcenſi Prouinciæ præfectus. 274.d
Thermus eq. Tribunus. 9.d
Pictauium præſidio mittitur. ibid.e
Theſaurenſes Galliæ. 377.a
S.Thomæ mont. 284.e
Thomas Cottamus. 229.b
Thomas Percæus Comes Nortumbellanus. 115.a
Thomas Ranus. 35.a
S.Thomas Smithus Anglus à Regina Angliæ in Galliam miſſus. 56.c
Thomaſius Fordus. 229.b
Thoræus Danuillæ frater. 304.b
Thuanus Sorbonici collegy præſes. 19.d
Tibergeus. 27.a.b
Tiberis exundatio. 95.a
magna eluuione reſtagnat. 316.d
Tibiſci tranſitus à Suendio inceſſus. 86.a
Tiffembachus Caſſoniæ præfectus, Hungaricæ militiæ magiſter, Hattuanum oppidum fulminat. 284.e
Toccaia fame afflicta. 371.e
Toletanus in prædones ruit. 134.e
Toletanus parta victoria de nocte Sanghyſtinum ſe recipit. 135.e
Toloſæ indignum facinus patratum. 390.e
Toloſa ſectary trucidantur. 131.a
Toloſanus ſenatus de ÿs qui ſacrilegio templa & ſacras imagines fœdarant cognoſcit. 55.e
Toloſanus tumultus. 36.a.37.a
Toloſa Regis ſacramentum induit. 298.b
Tononum à Sanſio vi captum. 262.b
Tormenta à quo primum inuenta. 199.d
Tornacenſes templa diripiunt. 100.d
noua opinionis errore imbuuntur. ibid.
à Raſſegemio Regulo profligantur. ibid.
Tornautium munimentum à Batauis aſtu intercipitur. 271.b
Totiſa à Bernſteinio & Palfio intercepta. 311.b.c
Totiſa ad Adolpho vi capta. 318.a
Tranſſyluania ad obſequium Cæſaris redacta. 341.c
Tranſſyluaniæ Princeps Pragam ad Cæſarem aduolat. 311.
cum eo de bello Turcis inferendo conſilia communicat. ibid.
omnium Ordinum conſenſu Turcæ bellum indicit. 299.c
pietatis ſtudÿs ardens, iugo Turci excuſſo, in fidem Cæſaris concedit. 283
Turcorum aliquot prouincias ferro flammaq; vaſtat. 312.a
Tranſſyluaniam, Moldauiam & Valachiam Lignſi & Ratisbonenſi Sileſiæ Ducatu cum Cæſare mutat. 31?.e
ad Albam Iuliam nobiles omnes in armis eſſe iubet. 309.d
Trapanum olim Letoa appellatum. 126.b
Tremblaius Briſſaci copÿs præfectus. 308.e
glande plumbea confoditur. ibid.f
Treuicius Marchio & Oliuarius Hiſpanorum duces à Diguierio profligantur. 270
Tricaſſes auitæ fidei tenaciſſimi. 30.b
Tridentini Concily Decreta vt rata ſint tres legati petunt. 51.c
Tridentinum Concilium à Pio IV. inductum. 78.d
Tripolis vrbis Numidiæ deſcriptio. 78.c
Triſtanus Roſtinus. 47.c
Tritici penuria in Italia. 270.d
Triumphus Regis Galliæ cum vxore Lutetiam inientis. 121.c
Trinocrium. 31.a
Trullas amnis. 135.b
Tſcrarſius. 233.c
Tubæ in mole Batauis merces ſuas offerunt. 307.e
Tubicines 24. Lutetiæ pacem promulgant. 3 b
Tulota. 33.e
Tumultus Caſſaiæ orti religionis cauſſa. 354.f
Tumultuum in Gallia cauſa. 9.a
Turanius Vicecomes in latere & maxilla vulneratur. 274.b.c
Tuneti arx à Turcis aggreſſa. 177.e
Turbæ inter Catholicos & ſectarios. 12.a
in Germania. 101.f
in Belgio. 94.d
Conſtantinopoli per Ianiſſeros excitatæ. 365.e
in Aquitania. 237.e
in Scotia pietatis præſcriptione. 283.e
Turcica claſſis Italiæ infeſta. 78.a
Turcorum crudelitas. 89.b
eorum tabernacula omnia conuulſa. 98.b
fidem nullam ſeruant. 98.c
eorum centum amplius millia è cæde Pannonica deſiderata. 99.a
eorum mos in ſepeliendis corporibus. 99.a.b
eorum ſtrages. 126.127.
eorum cum Venetis varia prælia. 143.& ſeq.
ad octo millia cæduntur. 241.e
à Germanis delentur. 242.d
à Mauris cæſi Amurathis ſacramentum exuunt. 264.c
Perſas magna cæde profligant. 242.a
Biſum, alias Vichiſum, ad Vlnam fluuium capiunt, anno 1593. 277.a
mare Siculum, Neapolitanum, Appulum, Cicala duce infeſtant. 278.f

duode

duodeuiginti millia à Chriſtophoro Tieſſembacho deleta. 280.b
centum millia cæduntur. 288.a
ſeptem millia cæduntur. 292.b
à Vallachis magna ſtrage proturbantur. 292.d
XII. millia ab Erbeſtaino in Croatia deleta. 293.e
XXV. millia aqua ferroq́; conſumpta. 293.f
de deditione verba iaciunt. 300.c
ad 60000. cæduntur. 301.c.d
cum Archiduce Matthia per oratores de pace verba iaciunt. 325.a
eorum in Aſia defectio. 344.e
Turci & Heiducci in omne genus ac ſexum pro ſcelesto more ſæuiunt. 361.e
eorum ingens ſtrages. 368.c
ab eis cum Hungaris pax vtrinque iureiurando firmata. 372.a
Turcica expeditio. 141.e
Turcica claſsis enumeratio. 126.d
Turenæ Vicomes duellum Roſano & Duràcio fratribus indicit. 204.d
Turnonius Cardinalis. 10.d
Turrenius equitum magiſter in Angliam à Rege legatur. 302.b
Bironianæ coniurationis ſocius, Sedani munitiones extruit. 370.d
quinquaginta aureorum millibus redimitur. 208.a
Turrius dux. 37.a
Turulia arx à Palatino Vilnenſi deditione capta. 219.e
Tutauilla Villabonius. 22.e.23.a
Typographia à quo reperta. 199.d

V

VACHERII obitus. 70.c
Vachtendonca à Ludonico Naſſauio capta. 329.b
Vacia oppidum. 300.a
Vaiuoda Radulenſis Cæſarianarum partium à Tartaris ingenti ſtrage ſuſus. 360.d
Valachia à Tartaris tentatur. 345.a
Valachi à Polonis oppreſsi, oratores ad Georgium Baſtam mittunt. 329.d
Valacria Mattiacorum primaria inſula. 133.e
Valaſergus Sereus ſectæ præfectus. 186.f
Valcherenum inſeſſum. 156.a
Valdenſes. 13.e
Valdeſius caſtrorum præfectus. 170.b
Valdi doctrina. 14.b
Valentiæ Cauarum propugnaculum dirutum. 52.a
Valentia in Hiſpania tumultus. 356.e
Valentina aula excedere iubetur. 3.c
Valentinus epiſc. 18.d
Valeriam Muſſardi & concubinæ eius facinus. 385.a.b
Valeſiani. 32.c
Valetius in obſidione Rupis Brunæ glande plumbea confoſſus. 296.c
Valetudinarium in S. Marcelli ſuburbio redintegratum. 370.d
Valetudinarium in S. Martini ſuburbijs ſub Ludouici nomine extructum. 393.b
Valletta Eſparnonij frater Lambeſcum capit. 262.d
Valletta Gallus Melitæ inſulæ à Cæſare imponitur. 87.a
eius ad commilitones bello ſe parantes oratio. ibid.b
Turcos fundit fugatq́;. 89.a.& ſeqq.
Vallettæ ſacræ militiæ magiſtri obitus. 93.d
Vallum Regium in Ambianis ab Antello interceptum. 309.d
Vamberghenſis Comes cum vxore & filijs, quòd vitæ ſibi metuebat, in Germaniam ſe proripit. 139.d
Varadinum oppidum ab Omaro Baſſa obſeſſum. 318.b.c.d.
Varambonius captus, & Lutetiam miſſus quadraginta aureorum millia pro capite exſoluit. 299.b
Vardenſis. 59.a
Vatenburgum à Sueuis capitur. 92.e
Vaſatenſis ditio in res nouas prona. 35.e
Vaſſeus Cenomanorum præfectus. 65.c
Vaſiacena cædes. 21.b.c.d
Vaſiacum. 21.b
Vaſſorij Cugnerij crudelitas. 24.f
Vaſſorius Cognerius ſacerdotes & monachos trucidat. 48.c
Vaugrenanius S. Ioannis Launenſis oppido in Burgundia impoſitus. 275.b
Vaureacum. 33.c
Veiſſenſteinium in Liuonia à Carolo Suecia Rege inſeſſum. 381.a
Vela fl. 57.e
Velleris aurei equites ab Archiduce creantur. 320.e
Veneti à penſionibus abhorrent. 15.b
cum Selimo pacem ineunt 105.a
Solimi fidem ſuſpectam habent. 108.d
noua auxilia Famagoſtam mittunt. 123.d
ſupra cæteros pro ſalute & gloria certant. 127.b
Hiſpani conſilia ſuſpecta habent. 128.d
eorum cum Turcis bella. 142.& ſeqq.
pecunijs exhauſti, ad Baiulum ſcribunt. 143.e
diluuio penè merguntur. 161.e
Henrico IV. de pace firmata & coniugio contracto per legatos gratulantur. 334.b
Paulo V. Pontifici bellum denuntiant. 370.a
cum eodem pacem ineunt. 380.e
Venetijs infans natus cum 4. manibus & totidem cruribus. 109.e
Venetijs incendium horrendum. 111.a
Venierus Venetæ claſsi præfectus in Turcos arma parat. 123.b
Alyo ſe aggregat. 125.a
ſagittis crura configitur. 127.a

dux creatur. 188.a

Venloenſes ſexcenti pedites, quingenti equites ab Hiſpanis rapti. 243.b

Ventabrenus Catholicus. 37.e

Vera, totius Zelandiæ armamentarium. 133.d

Verduſſanus vexillarius Monlucij. 40.d

Vertæum Brabantiæ oppidum. 336.e

Vernouium & Manteſium Regi victori vltrò accedunt. 267.e

Vernada dux. 37.a

Verdrgus. 223.a

Verſaniæ Comitia à Poloniæ Rege habentur. 319.a

Veſtemburgius Leiningius. 66.b

Veſulus mons. 13.f

Veſuna in Petrocorijs ſectæ cotiones habentur. 35.e

Veſurium per Guilotinum tentatum. 10.d

Vetteſteinum à Duce Moſchouiæ captum. 146.e

Vezeliæ in Heduis fruſtra tentantur. 73.a

Veſauum à Petro Cabella direptum. 178.f

Veſtphaliæ proceres Cæſaris & electorum auxilium implorant. 314.e

Vibaldus Ripperda Friſo Harlemij præfectus. 140.a

Viburgum in Suecia captum. 325.b

Vicecomes Turaniæ Amblyſium intercipit. 274.

Vicedomini Carnutum obitus. 13.a

Vicedominus Carnutum in Angliam elabitur. 131.b

Vicegradi ſitus. 293.f

Vicegradum & Nouigradum Turcis accedunt. 367.d

Vicennarum caſtrum. 21.e

Victus Hiſpanos cædit fugatq́. 316.a

Victoria Chriſtianorum in Turcos. 127.e

Victoria admirabilis Cæſaris in Turcos. 280.b

Vidus Callonius Ludenſis Prouinciæ rector. 61.a

Vidus Faber Pibracius Curiæ Pariſienſis Præſ. 206.a

Viennenſis Archiepiſcopi obitus. 12.a

animi tædio moritur. ibid.

Viercella arx à Birono vi capta. 230.d

Viertum oppidum Comitis Horrnonij. 136.e

citra ſanguinem recipitur. ibid.

eius arx tormentis fulminatur. ibid.

fruſtra tentatur. ibid.

Vigeanus Luſitani præſidij dux. 59.e

Aurelianum infeſtat. ibid.

Vilbrocchum propugnaculum à Parmenſe ſui iuris factum. 232.c

Vilelmus Heſſorum Princeps. 211.d

Villabonius Dux Anabaptiſtam ſe à Deo datum ferentem vt Antichriſtum de ſolio deijceret comprehendi iubet. 11.e

Villæ Franca in Sequanorum confinio ſitus. 310.b

Villæ Franca ſectarij ſacras effigies & altaria ſacrilegio violant. 35.e

Villafranca capitur. 36.f

Villeca ab Heiduccis obſidione cingitur. 360.e

Heiduccis deditur. 361.b

Villagagnonus omnium è Gallis primus Floridam tentauit. 62.d

Villariã arx. 40.f

Villarius Comes. 28.c

Villartius equo deiectus & caſus. 291.c

Villemongius ſecuri percutitur. 7.b

Villemurium oppidum Huguenotis refertum à Duce Ioiũſa obſeſſum. 274.d

Vina Solimani iuſſu effunduntur. 92.d

Vineus Buſſeriam arcem occupat. 34.d

Vincennarum arx à Meduano vi capta. 361.c

Vincentius Capra ſignifer. 265.d

Vincentius Gruchetus Rotomagenſis Conſiliarius è furca pendet. 42.a

Vindocini in S. Trinitatis æde reus prandio excipitur & crimine ac furcæ terrore liberatur. 377.b.c

Vindocinus ager. 24.e

Virago fugiens, Turcum hoſtem funda lapides iaculata ſternit. 125.c

Virdunius Toloſani Senatus Princeps. 390.e

Virgines Deo ſacræ vim patiuntur. 136.b

Virginia regio quæ. 389.e

eius ſitus. ibid.

Viria quatriduum prædæ ſufficit. 27.c

capitur. 47.e

militum libidinem & ſcelera explet. ibid.

Viricus Dunius Comes Falcoſteinius & Brocenſis à Mendoza aggreſſus. 313.c

claua in caput impacta concidit. 313.d

cadauer eius vnco tractum ſubdito igne ardet. ibid.

Vitembergius Dux à Zuinglio & Caluino abhorret. 21.a

eorum rabiem & inſaniam quaſi contactu ad integros procedere & in Germania & Gallia longè fundi queritur. ibid.

Vites Solimani iuſſu ſuccenduntur. 92.d

Vithainum Pannoniæ oppidum à Turcis diripitur. 96.b

Vitrius in nouis Regis cuſtodia excubat. 397.a

Vitzirus Baſſa in Hungariam bellum ſuſcipit. 354.e

Alepum vi capit. 385.b

Vliſſinga oppidum. 133.c

in eo belli moles incumbit. ibid.

ſitu & opere validum eſt. ibid.

Vlna fluuius. 277.

Vnna fluuius. 300.b

Vlulcialius nobilis pirata. 124.e

Nigropontum appellit. ibid.

eius nomen Alym defectorem ſignificat. ibid.

inſtructiſſimas triremes ducit. ibid.

à perfidis Caloteris arceſſitur, 124.f

Vlyſſiponã Luſitaniæ vrbs matrix. 64.c

Vlyſſiponæ ſitus. 188.e

eius mœnia Tagus amnis lambit. ibid.d

ciuitas ampliſſima eſt. ibid.e

ſecundùm Pariſios Franciæ matricem vrbem totius Europæ maximè populoſa eſt. ibid.

æſtus Oceani affluentis & refluentis recipit. ibid.

Index.

Voces de cælo auditæ, Slaet Doot, Slaet Doot, quemodo Latinis reſpondeant. 136.

Voirum ab Archiduce Alberto oppugnatum. 338.d

Volſangus Bauarius Bipontius Dux à Friderico Septemuiro gentili ſuo ſummæ belli impoſitus. 68.b

Vorchius à Taſſiſio ſub iugum miſſus. 241.e

Vordenum & Traiectum deditionis leges vltro accipiunt. 172.b

Vraſtiſlaniæ Lutherani graſſantur. 388.d

Vrbinates à Duce ſuo alienores ad officium redeunt. 128.

Vrbini Ducis votum. 377.c

Vrbini principis adoleſcentis virtus. 127.a

Vrbinum fundus eccleſiæ clientelaris. 312.c

Vrbs S. Dominici. 245.a

Vſchij Turcos cæde & fuga opprimunt. 363.a

Vtrechtum. 137.a

Vualcherema inſula, aliàs Valacria dicta. 133.d

Vuilelmus Naſſauius Arauſionenſis princeps. 68.e

X

X*VMITANDA Rex in Iapania noui orbis regione per Ieſuitas fidei ſacris initiatus & baptiſmatis fonte lotus.* 101.b

Y

Y*ERSICHENII aggeres.* 139.e

Yſela fluuius. 139.d

Z

Z*ACYNTHI ſuburbium ab Alyo incenditur.* 125.a

Zanes ſummæ rei impoſitus. 112.d

eius indiligentia caſtigatur. 119.e

Zayderleenſis ſinus. 134.c

Zelandia vniuerſa in fidem Arauſionenſis venit. 168.e

Zellalyus rebellium ductor. 350.d

Zungari trecenti prædas agentes capite luunt. 128.f

Zutpheni ſitus. 139.c

Zutfenum à Comite Holachio obſeſſum, deinde liberatum. 231.c

Zuytheuelanda inſula. 138.e

FINIS.

Digitized by Google

592670

Google